Vatable

PHILOSOPHIA

Cleveland Public Library
Business

Universidad de Deusto
Biblioteca

K-II-3

Universidad de Deusto
Biblioteca

die lunæ 14 augſ. de ano 1559

fuit derobatus nobis hos et occultatus p. ab. m. matheus a dotthu-
secreto p. tota hac nocte ac die subsequenti ac pri. et fide cod
repetitis ab. p. fide denegatis et mons. cesar bindi bablic ci
vanilli audiuit ab ab. Pbro tpha et simili verba et suis
filiis et fratribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN HOC OPERE

continentur totius phi

losophiæ naturalis paraphrases, a Francisco Vatablo, insigni philosopho, ac linguæ hebraicæ apud Parisios professore regio, recognitæ, adiectis ad literam scholijs declaratę, & hoc ordine digestæ.

¶ Introductio in libros Physicorum.
Octo Physicorum Aristotelis, paraphrasis,
Quatuor de cælo & mundo cōpletorū, paraphrasis
Duorū de generatione & corruptione, paraphrasis
Quatuor Meteororum completorum, paraphrasis
Introductio in libros de anima.
Trium de anima completorum, paraphrasis.
Libri de sensu & sensato, paraphrasis.
Libri de memoria & reminiscentia, paraphrasis.
Libri de somno & vigilia, paraphrasis.
Libri de insomnijs, paraphrasis
Libri de diuinatione per somnum, paraphrasis.
Libri de longitudine & breuitate vitę, paraphrasis
Dialogi insuper ad Physicorum tum facilium tū difficilium intelligentiam introductorij duo
Introductio Metaphysica,
Dialogi quatuor ad Metaphysicorum intelligētiā introductorij.

PARISIIS,
Apud Ioannem Roigny 1539.

Bibliotheca
Facult. Philosophiae
Provinciae Lugdunensis S.I.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D

¶ Literę, librorum nomina indicantes, & in cuiusque folij prima fronte annotatę

P C D G M A S MR SV L

P. Liber Physicorum.
C. Liber de Cælo & mundo.
D. Dialogus.
G. Liber de Generatione & corruptione.
M. Liber Meteororum.
A. Liber de anima
S. Liber de Sensu & sensato.
MR. Li. de Mēoria & remiscētia.
SV. Liber de Sōmno & vigilia.
L. Li. de Lōgitud. & breui. vitę

Ioannis Pellitarij in naturalis Philosophiæ commendationem ad lectores carmen.

Naturæ liber est mundi pulcherrimus ordo,
Quem dignata dei est scribere dextra manus.
Notæ Literæ. *Et quæcunque sinu cælum complectitur amplo,*
Sunt quibus est talis pagina scripta, notæ.
Eius item Physicæ uoces & sensa recludit,
Qua duce. Naturam nosse cuique datur.
Anaxagoras. *Doctus Anaxagoras hoc euoluisse uolumen*
Empedocles. *Fertur, & Empedocles, Bisioniusque senex.*
Attamen hos omneis longo discrimine uincit
Democritus. *Magnus Aristoteles, & loca prima tenet.*
Trachius Aristoteles. *Nam cæli penetrans summum, telluris & ima,*
Edocuit totus quicquid hic orbis habet.
Cuius opus Physicum solito limatius omni
Nube procul pulsa, luciduisque nitet.
Nam Stipulensis ei labor haud mediocre parauit
Lumen, & exeruit quæ latuere prius.
Siqua tamen superant minus explorata legenti,
Quod nouus adiecit Portus aperta facit.
Ergo age Naturæ studium complectere lector,
Et clarum gemina luce reuolue librum.

IACOBI STAPVLENSIS IN PHYSICOS LIBROS ARISTOTELIS, PROLOGVS.

VM antiquorum Philosophorum plurimi posteritati suæ aliquam suorum laborum frugem relinquere pio benignoq; affectu cogitarint: non vana gloriæ cupiditate illecti, & sine inuidia quidem perquirendis disciplinis vires animumque appulerunt, vt laboribus & vigilijs suis partas inuentasque disciplinas, nostræ instituendæ vitæ apprime necessarias relinquerent. ¶ Quorum hi quidem tantæ rei pondus ferre non valentes, succubuere. Hi porro quę conducerent, pauca repererunt: aut ad opinionum tenebras demersi deuolutique sunt, aut obscuris ambagibus legentium mentes natura cognoscendi cupidas, eluserunt, in diesque ob nostram quidem imbecillitatem illudunt: quod illorum abstrusa sensa, & secretam sententiam, nostra cognoscendi non penetret obtusitas. Hi vero ex sublimibus & æternis, istorum caducorum longo interuallo & pene inaccessabili ab illis distantium scientiam nobis parare curauerunt. Sed noster admodum infirmis intuitus e nostris profundis tenebris ad illos diuinos fulgores omnino deficiēs hebetescit: ¶ Quæ omnia summus Aristoteles persentiens, & diuino beneficio iutus, nostram sortem miseratus, nostræ literariæ vitæ ducem sese præbuit, & nos de cæco ignorantię carcere pie atque benigne exemit: constrinxitque sub certo prącepto, certaque regula, quę ad eruditam & beatam vitam necessaria putauit omnia: non lacessite, non inuolute, non in opinionum caligine, sed integre, lucide, certe. ¶ Et eo ordine, eaque facilitate nobis scientiarum & virtutum viam patefecit, vt plane videatur ab illo diuino munere nullum excludi voluisse, cui quantulūcūq; mentis adesset, diuinius id bonum putans, quod pluribus cognosceret profuturum. ¶ Ceterum etsi omnia eius opera mira breuitate & vtilitate sint referta, videri tamen potest eius naturalis editio plurimum admiranda, in qua quidem vel omnes & antiquos & recentiores exuperasse facile cōsentiunt omnes. ¶ Cuius & nos diuino beneficio confisi, non vana similiter gloriæ cupiditate allecti, & sine inuidia, sed solum vtilitatem aliquam afferre cupientes, paraphrasim ordinare suscepimus. Ea enim beneuolentia Peripateticos prosequor omnes, & prącsertim summum Aristotelem omnium vere philosophantium ducem, vt si quid ex illorum disciplinis depromserim quod vtile, pulchrum, sanctumque putem, id omnibus communicatum esse velim, quo omnes vna mecum ipsorum rapiantur amore, ipsosque digna veneratione prosequantur & ament. Optoque omnes ita in ipsorum proficere disciplinis, vt quę nos ipsi ob paruas ingenij vires minus sufficienter explemus, ad communem omnium vtilitatem expleant, ad finemque perducant. ¶ Si quos tamen hæc nostra scripta iuuabunt, admonuisse velim, in hac sacra philosophia semper Aristotelem aliquid arduum moliri, & cum de caducis, ad horamque transitorijs agat pariter diuina tractare. Immo vero hāc totam sensibilis naturæ philosophicam lectionem ad diuina tendere, & ex sensibilibus: intelligibilis mundi parare introitū. Qui inuestigationis modus nobis connaturalis congeneusque (vt ipsi placet) habetur. ¶ Id præterea animaduertere licet. Peripateticos opiniones tanquam grandem & pernoxiam mentis pestem fugere. Ad quam prorsus deuitandam passim suorum dictorum sanam intelligentiam expetunt, & singula secundum subiectam materiam volunt esse intelligēda, & omnia Physica physice intelligunt, & Metaphysica diuine, & Logica logice: voluntq; singula in propriis locis & ex propriis esse disquirenda. est enim ex propriis vnaquæque disciplinarum ratiocinatio. ¶ Et nulla discutiunt, nisi duorum cognitione præcedente atque prędia. Primum est, quid sit vnumquodque eo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum que discutienda assumuntur. Secundum, que principia prenoscenda sint ad id quod efficere student. Que publica intellectus & disciplinarum sunt lumina, & ex aliorum propriorum principiorum luminibus nequaquam dignoscenda. Que si dignitates, proloquia, communesve scientię existant, talia sunt. vt nos ipsis mente dissentire non putent, & que statim probamus audita. Si suppositiones, plerūque subobscuriores habentur, vt aliqua declaratione egeant, sed non principiorum, ad quæ ponunt inductionem viam habere. est enim inductio, talium immediatarum propositionum. ¶ Preterea indignum putant, & a philosophiæ dignitate quamplurimum alienum, in sophisticam expositionem incidere, & amica sophistarum syncategoremata sequi: vimque in ipsis vllam facere: idque damnandum ea constantia esse, qua Socrates Euthydemum Dionysodorūque perditos sophistas damnat, quorum studium (vt ait) vilissimum est, & qui in eo versantur, ridiculi. Et vitium hoc tanto detestabilius in sapientiam caderet, quanto studium hoc diuinius esse debet. Et contra hęc alta & sublimia dogmata captiosas orationes texere, machinamētaq; sophistica, ridiculosius esse videtur, quam terram olim ridiculam simiolam in contempum deorum peperisse. Sed missa hæc faciamus. non sunt enim eiusce rei admonēdi, quos verus allexit philosophicus amor. ¶ Id insuper te latere nō debet, per totam Aristotelis philosophiam, abditam latentemque esse quādam secretam analogiam: perinde atque per totum corpus sparsus fususque tactus est: sine qua (vt sine tactu corpus) nostra philosophia inanima est, vitęque expers. Quam (si deus hanc mihi largiatur gratiam) in commentariis aliquantulum detegam, non quidem omnino (tanta enim eius virtus est & amplitudo, vt id impossibile putē) sed quantū mihi concessum fuerit. ¶ Demum, ne ego te plus equo in prologo demorer, paucis annotatum firma mente teneto, annotatiunculas capitum quibus preponuntur, pre notioni quid est subseruire, interiectasque interim (sed raro) dignitates atque positiones. he siquidem vt plurimum proprium in litera locum obtinent. Et quando ad Physicum intellectum procedimus, si patentissimum de se non fuerit principium, exemplo imperfectaque inductione vt plurimum vtimur, aut aliqua Topica persuasione. Cum vero Physica scientia traditur, propositionis & assumptionis (quas maiorem & minorem dicimus) si per seipsas manifeste nō fuerint, suas approbationes subnectimus. Et vbi vltimo decumbitur, principium est, aut principij loco positum: ex principiove cognitum, Cętera vero tua cura diligentiaq; adhibita facile deprehendere valebis.

¶ IVDOCVS CLICHTOVEVS NEOPORTVENSIS Ludouico Pinello, celeberrimo doctori Theologo, Cancellario Parisiensi. S.

PLutarchus author grauissimus, Aristotelis vitā conscribens de studio & doctrina eius hoc perhibet testimoniū, dignissime pater Cancellarie. Aristoteli, inquit, permultū debet humanū genus: qui disciplinas ante se varie dispersas, in vnum quasi corpus singulas redigere dignatus est. Itaq; discere qui volūt, hūc amplectātur oportet. Cuius libri ita scripti sunt, vt & paruulos instituere, & mediocres alere, & robustos exercere ac pficere voluisse illū appareat, ac oīs etatis nostrę curam cogitationēq; suscepisse. Ad hęc ipsis in rebus explicatio seriosa atq; pdilīgens: vt siue Logicę, siue Physicę, siue Ethicę tradat pceptа, cōtinuata vbiq; doctrina sit, & ab ipsis primordiis rerū ad finē vsq; pducta sciētia, tanq; pater diligēs, qui nō solū genuisse filios, sed p puerītiā adolescētiāq; educatos nō prius deserat, q; cōtinuato diligētię studio in viros traduxerit. Hæc ille. Atqui Aristotelē disciplinas ante sparsim & indigeste cōpositas, in vnū collegisse, rectoq; ordine ab initio ad calcem vsq; pduxisse, cū in cæteris ab eo traditis disciplinis, tū in physicis apprime pspicuū est. Nēpe ante ipm philosophi naturæ perscrutatores diuersa prorsus & absurda de rerū principiis, de anima, de motu senserūt: et inter se plurimū dissētiētes, nihil certū, nihil cōstās, nihil deniq; exactū definierūt. In tātavero sentētiarū diuersitate, authorūq; dissidio. Aristoteles abiectis ignorātię deuijs, veritatē syncerā amplex⁹, de rebus sensibilibus dilucide, accurate, integreq; disseruit, et philosophiā naturalē ante tēpora sua lacerā, in frustula mētaq; dissectā, in solidā et cōsummatā disciplinā digessit. In qua vsq; adeo copiose de rerū naturaliū (quibus hic mūdus sensibilis coalescit) ratione causisq; pertractauit, vt nullū ferme huiuscemodi rerū genus ptermiserit, cuius nō absolutā peregerit & peculiarē determinationē. Quocirca auscultatiōis suę Physicæ lectio maiorē in modū vtilis atq; accōmoda cēseri debet: qnquidē nō solū rerū sublunariū trāsmutationiq; subiectarū naturā inibi diligenti indagine discutiat. verū etiā ex ipsis vt substerniculis qbusdā & adminiculis ad supramūdana cōtēplāda interitus īmunia, motuq; et mole vacātia, viā paret, & moliat ascēsum. Quippe mūdus iste corporeus greca nūcupatiōe κόσμος (vt norūt oēs) denoiatur, qd ornatū sonat, quia pulcherrimus eius decor, ordinatissima dispositio & species oculis subiecta mortaliū, celestiū substātiarū longe pstātiorem pulchritudinē ornatūq; nobis insinuat: et ad eā vel vmbratiliter tenuiterque aio cōcipiēdā, viā sternit, affertq; psidiū. Ex magnitudie eiñ speciei et creature (vt ait Sapiēs) cognoscibiliter poterit creator horū videri. Quib⁹ qdē mecū pspectis, nō sū superuacuū rat⁹ ad Physicā paraphrasim Iacobi Stapulēsis pceptoris mei superioribus annis elaboratā scholia adijcere, nō perpetua cōtinuaq; lectione decurrentia, sed successiua atq; iterpollata, sicubi loc⁹ efflagitabat, vt ea dūtaxat q abstrusā habēt & elucidatiōe indigētē sentētiā, adaperiāt. In quib⁹ quidē, et litera paraphraseos, idē prorsus seruat ordo: vt pfixi cuique scholio numeri facile indicēt cuinā loco literæ eodē nūero annotatę vnūqdque respōdeat et accōmodet. Introductiōib⁹ idētidem in Physicā, i libros de aia, et metaphysicā, explanatiūculas adiūxi, q vel i trāscursu a legētib⁹ intelligant, prōptiorque sit earū ad literā sentētia. A qstiōib⁹ autē recētiorū more agitādis, et vētilādis argutijs cōtra pbatas philosophiæ propositiones, cōsulto tēperaui, q hæc verā nō pariāt disciplinā, sed futilem potius loquacitatem, obstreperāque garrulitatē, a modestia trāquillaque philosophia lōge abhorrentem. Eniuero solent hæc ratiūcularum cōtra scientiarum veritatē pugnātium commenta, non ad amplectandā earum certitudinem synceritatēque conducere, sed ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

ea detorquere potius, & ad captiunculas quasdã sophisticas prolabi, nihil cũ vera doctrina commercij habentes: quibus imbuti ingenuorum adolescentum animi, cũ ad maturã scientiarũ frugem prouehi deberẽt, exarescũt prorsus, & in steriles herbas vanescunt, persimiles agris suapte natura feracibus, quibus cũ semen vtile mandari deberet & frugiferum, nehlectis tamẽ ob agricolarũ incuriã infœlix lolium & steriles dominantur auenæ. Haud dissimeliter preclara iuuenũ ingenia ad capessendas rectas disciplinas optime nata, cũ circa inania sophismatum tendicula, decipulasque tanq̃ muscarũ reticula occupãtur, & a serijs distrahuntnr literis, & illis percipiendis apta tẽpora misere conterunt. hinc incultis eorum animis loco nitidiorum sciẽtiarũ lappæ & tribuli inascunt, carduus, & spinis surgit paliurus acutis. Diffoluentur quidẽ in adiectis scholijs nonnunq̃ quæstiones pro rei materia occurrentes, ac agitari dignę, nõ tamen modo barbaro, infulso & crasso, quo nostra tẽpestate in disciplinis moueri cõspiciuntur ac deprehenduntur. Porro hanc nostram quantulã cũque operã tuæ grauissimæ dignitati nuncupatã voluimus prestantissime pater Cancellarie, q̃ cũ in hoc celeberrimo Parisiorum gymnasio ea fungaris authoritate, qua palæstræ literariæ metã cõsecutos pro meritis laurea insignias, libertateque profitendi quas callent artes dones, p̃ est vtique bonas literas tuis auspicijs in lucem prodire, propagari in cæteros, atque trãsfundi. Siquidem nullius authoritate potiũ fulscientur, & robur assument nitidiores authorũ disciplinę, q̃ eiũ qui patronus literarum & pater instiutus est, quem tota Parisiensis academia vt vindicem & tutorem rei literarię suspicit & obseruat. Itaque tuo grauissimo patrocinio fultum id opus ad alios fœlicrter prodeat. qui si quid (quod vel maxime optamus) fructus ex eo ceperint, id totum tuę dignitati acceptum referãt, cui & hęc & multo maiora nos debere fatemur. Vale studij nostri decus & prędidium.

¶ Figura introductiionis.



¶ INTRODVCTIO IN PHYSICAM

Paraphrasim, adiectis annotationibus explanata,

Atura est substãtiale pricipiũ quod vnicuiq; trãsmutationi subiectũ esse natũ ẽ: aut trãsmutatiõis effectiuũ. ¶ Materia est natura quę vnicuiq; trãsmutatiõi subiecta esse nata est. ¶ Materia, subiectũ, hylę, potẽtia, potentia subiectiua. ¶ Forma est natura trãsmutationũ effectiua. ¶ Forma species, terminũ, actus primũ, substãtialis. ¶ Principia sunt quę cũ nõ sint ex alijs neq; ex alterutris: ex ipsis omnia alia fiunt. Omnia alia: res naturales omnes. ¶ Res autem naturalis est quę cõstat ex naturis. ¶ Rerum natur aliũ genera sunt. elemẽta, animalia, vegetabilia, mineralia, mixta imperfecta. Earũ vero accidẽtia cum eis conueniant: dicuntur secundum naturam. Cum vero disconueniant: contra & prẽter naturam. ¶ Res naturalis, totum, compositum, corpus sensibile, hoc aliquid.

Figura introductioni physicæ prefixa, mundũ sensibilem nobis insinuat, de quo quæcunq; in libris physicorum dicuntur, intelligenda sunt, neq; extra eũ ferenda est intelligentia. Est autẽ mundus sensibilis, rerum quę intra concauum cœli lunę continẽtur, vniuersitas. Primus circulus cęteros ambiens designat cõcauum cœli lunę, id est interiorẽ extremamq; cœli lunę superficiem igni proximam, vt in ima figurę parte collocata scriptura indicat. Spatium interceptum inter primũ circulũ & secundum, denotat elementum ignis, vt in summo constituta scriptura designat. Secũdus circulus significat concauum ignis tangẽs aerem. Spatium secundo & tertio circulo clausum, ipsum aeris elementum designat. Tertius circulus, concauum est aeris, tangens aquam si elemẽta secundum naturalem situm disponerentur, quo aqua toram terrã operiet. verum vt viuẽtium saluti consulatur, vna pars detecta est, & aeri proxima. quare concauum aeris nunc partim quidem aquam, & partim terram tangit. Deniq; spatium tertio & quarto cõtentũ circulo, elementũ aquæ designat. Quartus vero circulus, cõcauum est aquæ tangens terrã. Terra autem infima nõ claudit alia elementa suo ambitu, sed subsidet omnibus. Et his quatuor elemẽtis itidem cõtinentur corpora naturalia mixta, vt mineralia in terrę visceribũ, vegetabilia partim terra, & partim aere. animalia vero hęc in aere, hęc aqua, & illa terra subsistunt. Deinceps septem circuli minores ordine dispositi significant ea quæ in hac introductione determinãtur. Et quãuis dũtaxat quatuor librorũ physicorum materiã complecti videantur, illis tamen intellectis sufficiens habetur in omnes physicorũ libros introductio. Et horum primus quidem circulus primo respõdet libro physicorũ, secundus secũdo, tertius & quartus tertio, quintus sextus & septimus quarto. Cuiq; aũt circulo suũ respondet in introductione caput. In primo itaq; natura diuiditur in materiã & formã. Res autem naturalis ibidẽ ponitur, quod de ea illic determinetur vt toto ex his partibus constituto. In secundo circulo causa diuiditur primum in causam materialem, formalem, efficientem, & finalem Secundo in causam propinquam & remotam. Tertio in causam per se, & per accidens. Quarto in causam actus siue actualẽ, & in causam potentię siue potentialẽ. In tertio circulo motus primũ diuiditur in sex species, generationem, corruptionem, augmentationem, diminutionem, alterationem, & mutationem secundum locum. Secundo in motum subiectiuum, terminatiuum, & cõpletiuum. quę diuisio innuitur per hęc vocabula, subiectũ, forma, totũ. Tertio in motũ per se, & motũ per accidẽs. Quarto in motũ acquisitiuum & deperditiuũ. Quinto in motũ naturalẽ, violentum, & indifferẽtem. In quarto deinde circulo infinitum diducitur in infinitũ primo modo siue in prima acceptione, secundo, tertio, quarto & quinto mõ. Sphęrula vero nigra secũdo infiniti modo ad latus adiuncta, designat infinitũ secundo in mundo sensibili natura non inueniri. In quinto circulo locus primo diducitur in locum communem & propriũ, secũdo in locũ naturalẽ & violentũ. In sexto vacuũ diuiditur in vacuum primo modo, secũdo & tertio modo, sed nullo illorum modorum vacuum in mũdo sensibili inueniri posse adiectæ cuilibet notæ nigrę significant. Demum in septimo circulo diuiditur tempus in prẽsens, prẽteritum, & futurum. Post diuisionẽ eorũ quę in hac introductione consideranda sunt, diffinitur natura esse principiũ substãtiale, id est quod est substantia, ad excludenda principia accidẽtalia, vt caliditatẽ & leuitatẽ ignis, quę non sunt naturę, sed formę substantialis instrumenta. Et cum in ea diffinitione disiunctio ponatur, prior particula propter materiã ponitur, posterior vero ꝓpter formã substantialẽ, vt vtriusq; sequẽs diffinitio declarat. Diffinitur eũ mox materia per primã superioris diffinitionis particulã, q̃ scilicet nata sit esse subiecta vnicuiq; trãsmutatiõi, id est generationi, corruptioni, augmẽtationi, diminutioni, & ita de alijs speciebus. nõ quidẽ q̃ nata sit illas simul suscipere, sed vicissim. Nempe materię officiũ est quãlibet in se transmutationẽ indifferenter recipere, perinde atq; cera cuiuscũq; figurę aut sigilli efformationẽ in se suscipere nata est. hinc materia subiectum dicitur, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

potentia passiua siue susceptiua, ꝙ omnes formas & substantiales & accidētarias in se suscipiat. ꝙ si tota denominentur subiecta, id solū gratia alterius partis, scilicet materię accidit, vt ignis subiectū est caliditatis, & aqua frigiditatis. Dicitur & materia ab antiquis hyle. Forma vero substātialis diffinitur esse natura q̄ nata est transmutationes efficere, non quaslibet sine discrimine, sed suo toti cōuenientes, haud aliter ac sigillum non quālibet impressionem, sed solū sibi respondentem effigiat, vt forma substantialis ignis efficit transmutationes igni conuenientes, & forma aquæ mutationes aquæ naturales. & ita de cæteris. Est enim proprium formæ officium, agere & efficere transmutationes. Proinde actus dicitur, siue actus primus & pręcipuus physicus, quia primum est & pręcipuum agens. Accidentia autem dicuntur actus secundi, quia omnem agendi vim a forma suscipiunt. Dicitur præterea forma, species siue terminus, ꝙ materiam determinet definiatque ad certam rem naturalem constituendam. Cęterum quia natura diffinita est esse principium, quid principia hic dicantur, sequens diffinitio declarat, tria exprimens ad physicorum principiorum rationem necessaria. Primum. Principia physica non debent esse ex alijs principijs, id est alterius speciei & naturę composita, vt materia nō componitur ex alijs diuersę rationis principijs, id est al neque forma, quāuis vtraque ex eiusdem rationis partibus componatur. Secundū. Principia physica non debent constitui ex alterutris, id est, primū non debet componi ex secundo, neque secundum ex primo, vt materia non componitur ex forma, neque forma ex materia. Tertium. Ex principijs physicis omnia alia fiunt, id est res naturales omnes natę sunt fieri. Omnia enim expetenda sunt secundum materiam subiectam. Et quæ vniuersaliter sonant apud authores, particulariter, vel efflagitat materia, intelligi debent. Siquidem omnis res naturalis ex materia & forma duobus principijs physicis constat, vt ostendit rei naturalis diffinitio, qua dicitur ea esse quæ constat ex naturis, vtpote materia & forma substantiali tanquam suis partibus essentialibus. Quāuis enim partes integrales sint rerum naturalium partes substantiales, tamen non sunt naturę, neque rerum naturalium principia, quia sunt ex alijs principijs, scilicet materia & forma partiali. Deinde enumerantur rerum naturalium genera, id est species. quę sunt quinque, scilicet elementa, ignis, aer, aqua, terra. Animalia, vt pisces, aues, vermes, & gressibilia. Vegetabilia, vt arbores, frutices, & herbę. Mineralia, vt aurum, argētum, ferrum, plumbum. Mixta imperfecta, vt pluuia, ros, pruina, nix, grando. Et hę sunt totę res naturales, quarum quidem partes integrales siue homogeneę, & eiusdem cum toto denominationis, siue heterogeneę, & diuersę denominationis a toto, etiam res sunt naturales, sed partiales, vt pars ignis, & radix arboris. Deinde subiungitur diuisio accidentium rebus naturalibus inexistentium, quod eorum aliqua sunt secundū naturam, alia vero contra siue præter naturam. Accidentia secundum naturam sunt quæ rebus naturalibus conueniunt. Illa vero eis conueniunt, quę ipsas conseruare nata sunt, vt caliditas & leuitas igni secundum naturam conuenit, frigiditas vero & grauitas, aquę. Accidentia pręter naturam sunt, quę rebus naturalibus disconueniunt, & eas corrumpere nata sunt, vt aquę caliditas, per quam resoluitur in vapores, & animali ęgritudo, qua disponitur ad corruptionem. Itaque quicquid est in mundo sensibili, aut est natura, aut res naturalis, aut eius accidens. Postremum ponitur interpretatio rei naturalis, quæ alio nomine dicitur totum & compositum, habita ratione ad suas partes. dicitur & corpus sensibile, quod substantia completa sit in mundo sensibili consistens. Denique res naturalis dicitur hoc aliquid, id est tota substantia indiuidua, & vna numero.

Causa est ad quam aliquid sequitur. ¶ Ad eam vero aliquid sequi, est ex ea, per eam, ab ea, aut eius gratia aliquid fieri. ¶ Quod vero ad eam sequitur, effectus nominatur. ¶ Causa materialis primo est ex qua cum aliquo fit aliquid. ¶ Rerum vero naturalium materia est ex qua cum forma fit compositum. ¶ Secundo est in qua aliquid fit vt in subiecto. ¶ Causa materialis secundo, in qua, subiectiua. ¶ Causa formalis est per quam res habet esse. Nam dat esse rei, & eam conseruat in esse. Ipsa nanq; pręsente res est, & ipsa fugiente perit. ¶ Rerum vero naturalium forma, ea est per quam res naturales existunt. ¶ Substantia, accidens. ¶ Causa efficiens est a qua aliquid fit. ¶ Conseruans, producens, corrumpens. ¶ Causa finalis est gratia cuius aliquid est. ¶ Primaria, secundaria. ¶ Causa propinqua est quę particulari nomine designatur, aut inter quam & effectum haud multę interiacent causę. ¶ Remota vero, quę nomine communi designatur, aut inter quam & effectum multę interiacent causę. ¶ Causa per se est quę cum ad aliquid suaptæ natura sit, causalitatis nomine pariter est expressa. ¶ Per accidens autem ea dicatur, cum ad effectum non ordinetur, aut causalitatis nomine minime sit expressa. Casus, fortuna, neutra. ¶ Casus, causa est per accidens eorum quæ raro con

tingunt, & alicuius gratia. ¶ Fortuna vero, causa per accidens agentium secundum propositum, eorum quę raro eueniunt, & alicuius gratia. ¶ Fors fortuna, mala fortuna. ¶ Propositum, ratio, voluntas. ¶ Causa in actu est, quę simul cum effectu existit. ¶ Causa vero in potentia ea dicatur, quę non simul cum effectu existat.

Diffinitionis causæ hęc est intelligentia. Causa est ad quam effectus natus est sequi. hoc est, ex qua, propter materiam, per quam, propter formam, vel a qua, propter efficiens, aut cuius gratia, propter finem, aliquis effectus natus est fieri. Effectus autem est quod ad causam sequi natū est, id est quod ex ipsa fit, propter effectum materię, aut per ipsam, propter effectum formę, aut ab ipsa propter effectum efficientis, aut gratia ipsius, propter effectum finis. Deinde vnaquæque causarum particulariter diffinitur & primo causa materialis, quę diuiditur in causam materialem primo modo siue prima acceptione, & in causam materialem secundo modo, & in secunda significatione. De causa materiali primo exemplum, vt lapis est id ex quo cum aliquo, scilicet figura statuę, fit statua lapidea, & aurum est id ex quo cum aliquo scilicet figura annuli fit annulus. Et hęc ratio complectitur omnem materiam ex qua, siue rerum naturalium, siue artificialium, siue quorumcunque aliorum quibus materia attribuitur. Idcirco diffinitur deinde materia ex qua rerum naturalium, quod ea sit ex qua cum forma substantiali fit totum compositum scilicet ipsa res naturalis. vt corpus hominis est ex quo cum anima rationali fit homo. Causa autem materialis secundo modo est in qua vt subiecto aliquid est, siue illud sit forma substantialis siue accidentalis. Omnis enim forma in materia est vt suo subiecto, & eam ob rem causam materialis secundo dicitur materia in qua, siue materia subiectiua. Quo circa eadem numero materia si ad rem naturalem cuius est pars conferatur, dicitur causa materialis primo & materia ex qua & si ad formā substantialem aut accidentia, quorum ipsa subiectum est, causa materialis secundo & materia in qua. De causa formali exemplum, vt forma substantialis ignis, quia per eam ignis habet esse. Dat enim ipsa esse igni, & ignem conseruat in esse. Ipsa nanque forma ignis existente, ignis est, & ipsa fugiēte discedenteque a materia perit ignis. At quia hęc causę formalis diffinitio datur de omni causa formali, siue physica siue non, idcirco subiungitur diffinitio formę rerum naturaliū, cui' idē quod prius sumatur exemplū, vt forma ignis. Nam per eam res naturales vna quidem aut plures existunt. Deinde subiuncta duo vocabula, substantia, accidens, ipsius causę formalis diuisionem insinuant in causam formalem substantialem & accidentalem. Causa formalis substantialis, est forma per quam res habet esse substantiale, vt, forma rerum naturalium. Causa formalis accidentalis, est forma per quam res habet esse accidentale. vt per albedinem nix est alba, & per frigiditatem aqua est frigida. De causa efficiente exemplum. vt ędificator. Nam ab eo aliquid fit, id est natum est fieri scilicet domus, & a statuario fit statua. Et est triplex, quēadmodum sequentes dictiones ostendunt scilicet conseruans, producens & corrumpens. Causa efficiēs conseruans est a qua aliquid conseruatur. vt a caliditate conseruatur ignis, a frigiditate, aqua. Producens, est causa efficiens, a qua aliquid producitur, vt a forma ignis gignitur ignis, & a calore calor. Corrumpens vero est a qua quicquam corrumpitur, vt a forma ignis corrumpitur aqua, & a calore frigiditas. De causa finali exemplum. vt sanitas. Nam eius gratia aliquid est, vt exercitium, alimentum, moderataque requies. Et diuiditur in causam finalem primariam, & secundariam. Causa finalis primaria est causa finalis quę vlterius in aliud non ordinatur, vt homo comparatus ad ea quę sunt in mundo sensibili. Causa finalis secundaria siue non vltimata, est causa finalis quę vlterius ad aliud ordinatur vt animalia rationis immunia ad hominem, & sanitas ad rei conseruationem. Postea subiungitur diffinitio causę propinquę, duas sub disiunctione cōtinens particulas, quarum prima rationem exprimendi respicit, secunda vero conditionē rei. Tunc siquidem causa designatur nomine particulari, quando explicatur nomine singulari aut speciei specialissimę, vt hic ędificator & ędificator respectu huius domus. Tūc vero inter causam & effectum non multę interiacent causę, quando inter ea non mediat, eiusdem generis causa vel paucę admodum. vt inter filium & patrem, inter nepotem & auum. Opposito modo diffinitur causa remota duabus itidem disiunctione connexis particulis. Exemplum primę. vt artifex & operarius causę sunt remotę huius domus. nam communi nomine vt generis subalterni aut generalissimi explicantur. Exemplum secundę, vt ipsius filij abauus & atauus causę sunt remotæ. Nam inter ipsas & effectum multę in eodem genere scilicet efficientis interiacent causę, vtpote pater, auus, & proauus. Deinde causa per se diffinitur duabus quidem particulis copulatione connexis. quarum prima rei conditionem, secunda vero rationem exprimendi concernit. vt lucidum est causa per se luminis. Nam cū suapte natura ordinetur ad lumen producendū, etiā exprimitur nomine denotāte rationē ad illū effectum. ita calidū causa est per se caliditatis. Causa vero per accidens easdē particulas negatiue & disiunctim in sua ratione cōplectitur, vt calidū causa est per accidēs motus sursum. Nā suapte natura nō ordinatur ad illū effectū. & ambulatio causa per accidens inuentionis thesauri. non enim exprimitur noīe importāte rationē ad illum effectū.

Quid causa.

Quid effectus.

Causę materialis diuisio

Causę formalis diuisio.

Efficientis diuisio.

Finalis diuisio.

Causę p accidens diuisio.

Diuiditur autem per subiuncta vocabula causa per accidēs, in casum, fortunā, & causam p accidens neutram. De casu exēplū, vt si lapis cadens deorsum lędat pretereuntē, ipse lapis est casus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam est causa per accidens, cum suapte natura ad huiusmodi lęsionem non sit, neq; causalitatis nomine exprimatur. est prętereà corū quę raro contingunt. non enim frequēter accidit prętereuntē lapide deorsum cadente lædi. Postremo est alicuius gratia nā est illius, quod si pręcognosceretur, dignum esset experi aut euitari. De fortuna exemplum, vt si quis arborem conscēdat ad decerpendos fructus, & ramo cui innitebatur fracto decidat, brachiūq; frangat, ille est fortuna. Nam est causa per accidens, cum ad eum effectū nō ordinetur. Insuper est agens secundū propositū siue rationē. Nam ex intentione & proposito arborem conscendit. Est prętereà eorū quę raro cōtingūt, & alicuius gratia, vtpote illius qđ vbi pręsciretur, dignū esset euitari. Idē quoq; est casus, per ante datam diffinitionem. Nam fortunę ratio specialior est, casus vero cōmunior. Et diuiditur fortuna. Nam quędam est fors fortuna, siue bona prosperaq; fortuna, qua aliquod grande bonum ƥter intentionem euenit, vt si quis effodiens ad plantādam arborem, inueniat thesaurū. Quędā vero est mala fortuna, qua ingens malū inopinato accidit. vt si quis equo cui insidet deiectus grauiter lędatur. Et in diffinitione fortunę propositum capitur pro ratione siue volūtate. quę cū solius sit hominis, solus homo fortuna dici potest. Cętera vero animalia & etiā inanimata bene sunt casus. Causa per accidens neutra, est causa per accidens quę neq; casus neq; fortuna est, ꝙ non sit alicuius gratia, neque aliquid vt expetatur fugiaturq; dignū efficiat. vt pede lapillū mouēs inter ambulādū, aut capillū capite dimouēs. Postremo diffinitur causa in actu esse ea, q̄ solū simul cū effectu existit, vt calefaciens cū calefactione, & ædificās cū ædificatione. Causa vero in potētia est q̄ non solum simul cū effectu existit, sed plerunq; est effectu nō existente. vt ædificator esse potest nō existēte domo quā extruxit. aut ipsa causa nō est, effectu tū existente. vt interdū nō est domificator, attamē est domus ab eo constructa. Et cū effectus ad causam referatur, consimiliter potest diuidi, & diffiniri singula diuisionum mēbra sicut de causa dictū est. Nam oppositorū eadē est disciplina.

Fortunæ diuisio.

Motus est alicuius in aliquo aut acquisitio aut deperditio. ¶ Dicitur acquisitio aut deperditio: quandiu aliquid rei acquiritur aut deperditur. ¶ Acquisitio: aut deperditio: actus entis in potentia secundum quod in potentia. Motus, mutatio, transmutatio. Generatio est substantialis formę in aliquo acquisitio. ¶ Corruptio vero: eius deperditio. ¶ Augmētatio est maioris quātitatis acquisitio. ¶ Diminutio: est a maiore quantitate in quātitatem minorem mutatio. ¶ Alteratio est a qualitate aut ad qualitatē mutatio. ¶ Contrarium, medium, habitus priuatio. ¶ Mutatio secundum locum, est ad locum aut circa locum mutatio. ¶ Mutatio secundum locum motus localis: latio. ¶ Rectus, circularis, mixtus siue neuter. ¶ Id subiectiue mutatur: quod est mutationis subiectum. ¶ Id terminatiue: quod (quę acquiritur) forma est. Completiue vero totum mutatione acquisitum. ¶ Quapropter formę ad materiam mutatio subiectiua: ad seipsam, terminatiua: ad totum, mutatio completiua dicitur. ¶ Id mutatur per se: quod a motu (qui in eo est) mouetur. ¶ Id per accidens: quod non a motu qui in eo est sed alterius mouetur. ¶ Motus acquisitiuus est, quod aliquid acquiritur. ¶ Deperditiuus: quo aliquid deperditur. ¶ Naturalis est, cum ei natus est conuenire cui inest. ¶ Violentus vero: qui disconuenit, atque contra naturam eius est. ¶ Indifferens: qui proprie neque conuenire neque disconuenire natus est. ¶ Omnium horum motuum: ex opposito intelligimus quietem.

Quid motus.

Diffinitur motus esse acquisitio aut deperditio alicuius formę (siue substātialis, vt in generatione & corruptione, siue accidentalis, vt in cęteris trāsmutationibus) in aliquo subiecto, vtpote materia, quę primum est transmutationum subiectū. Dicitur autē acquisitio q̄diu aliquid formę acquirit, estq; eius aliquid acquisitum, & aliquid superest acquirēdū, vt cum toti⁹ caliditatis quinque gradus acquisiti sunt, & quinq; restāt acquirēdi. Sic dicitur deperditio q̄diu aliquid formę cuius est motus, deperditur, estq; aliquid ei⁹ deperditum, & aliquid relinquitur deperdēdū. vt cū totius caliditatis sex gradus deperditi sunt, & quatuor adhuc sunt abijciendi. Ex quibus cōstat idē esse acquisitionē aut deperditionē, ac si quis dixerit, actus entis in potentia secundum ꝙ in potentia: quę sunt verba diffinitionis motus ab Aristotele traditę, eiusdē sane sentētię cum diffinitiōe modo data. Nā quod hic dicitur, acquisitio aut deperditio alicuius, illic dicitur actus in potētia secūdum ꝙ in potētia. Et quod hic dicitur, in aliquo, illic denotatur per genitiuum entis designātē subiectum in quo est motus. Vocatˀ autem motus alio nomine mutatio, siue trāsmutatio. Deinde sex motus species diffiniuntur. Et primo gñatio, ꝙ est formę substātialis in aliquo, scilicet materia, acquisitio. vt generatio ignis est acquisitio formę ignis in materia. Corruptio est formę sub-

stātialis in materia deꝑditio, vt corruptio ligni est deperditio & abiectio forma ligni a sua materia in qua prius fuit. Augmentatio est maioris quantitatis, vt magnitudinis extentionisq;, in aliquo acquisitio, vt cum quid pedale per alimenti susceptionem aut rarefactionem fit bipedale. Diminutio vero est a maiori mole in minorem mutatio, vt cum quippiam bipedale per defluxum partium aut condensationem fit bipedale. Alteratio vero aut mutatio est a qualitate solum, vt cum ex luminoso fit tenebrosum, aut ad qualitatem solum, vt cū contra ex tenebroso fit luminosum, aut simul a qualitate, & ad qualitatem, vt cum ex calido fit frigidum. Et sunt alterationis sex modi, his quatuor dictionibus, contrarium, medium, habitus, priuatio, designati. Primus est de contrario in contrarium, siue extremo in extremum, vt cum ex albo fit nigrum. Secundus de contrario atq; extremo in medium, vt cum ex albo fit flauum. Tertius de medio in contrarium siue extremum, vt cum ex flauo fit album. Quartus vero de medio in medium, vt cum ex flauo fit rubrum. Quintus ex habitu in priuationē, vt cum ex luminoso fit tenebrosum. Sextus ex priuatione in habitum, vt cum ex tenebroso fit luminosum. Mutatio secūdum locum aut est mutatio ad locum, vt motus ignis sursum, & terrę deorsum, & cæteri motus rerum naturalium recti, aut est mutatio circa locum, aut proprium, vt motus circularis sphærarum inferiorum, aut circa loca corporum inferiorum, vt motus circularis vltimæ sphæræ, quæ proprium circa quem moueatur locum non habet. Et mutatio secundum locum dicitur alio nomine motus localis, & etiam latio. Et triplex est, vt designant dictiones subiunctæ, scilicet motus localis rectus, qui fit secundum spatium rectum, vt motus grauium & leuium. Circularis, qui fit secundum spatium circulare, vt motus orbium cælestium. Et mixtus, qui fit partim secundum rectum, & partim secundum circulum, vt volatus auium. Dicitur autē huiusmodi motus mixtus, ꝙ aliquid vtriusq; & recti scilicet & circularis participet. Dicitur etiam neuter, ꝙ neq; simpliciter rectus, neq; simpliciter circularis sit. Postea cætera, per quæ motus ante diuidebatur, mēbra diffiniūtur, & primo quid sit mutari subiectiue, terminatiue, & completiue. Siquidem id mutatur subiectiue, quod est mutationis subiectū, primum quidem & incompletum, vt materia, quæ si generationis subiectū est, dicitur generari subiectiue. si corruptionis, corrumpi subiectiue, & ita de alijs speciebus. Id vero mutatur terminatiue, quod est forma quę acquiritur aut deperditur, vt forma substātialis quę per generationem acquiritur, generatur terminatiue, & quæ per corrnptionem deperditur, corrumpitur terminatiue. Et quantitas maior quæ per augmentationem acquiritur, augetur terminatiue, & ita de alijs. Nempe reipsa motus nihil aliud est quam ipsa forma vel substantialis vel accidentaria, quæ per motum acquiritur, aut aboletur. Completiue vero id mutatur, quod est totum compositum, corpusque naturale per mutationem acquisitū aut deperditum, vt totus ignis qui per generationem acquiritur, generatur cōpletiue. Et tota aqua que per corruptionem deperditur, corrumpitur completiue. Et tota arbor quæ ex quantitate bicbita fit tetracubita, augetur completiue, & ita in alijs. Quo fit vt hæc tria nomine concreto atq; denominatiuo explicata, re ipsa inter se differant etiam specie. Nam quod mutatur subiectiue, non mutatur terminatiue, nec completiue, sicut subiectum non est forma, neque totum completum. Tamen denominantia abstractaque, re ipsa idem sunt, & sola ratione dissident. Nam formæ mutatio ad materiam compara, dicitur mutatio subiectiua, id est subiecti, & quæ est in subiecto. Eadem comparata ad ipsam formam, dicitur mutatio terminatiua, id est quæ est ipse terminus & forma. Comparata vero ad totum, ticitur mutatio completiua, id est ipsius completi, & totius compositi. Deinde diffiniuntur mutari per se, & per accidens. Id quidem mutatur per se, quod mouetur a motu qui in eo est vt subiecto, aut primo, cuiusmodi est materia, aut secundario, cuiusmodi est totum compositum, quod gratia alterius partis, scilicet materiæ, transmutationis subiectum dicitur, vt materia in qua acquiriiur forma ignis, per se generatur. Totus etiam ignis qui acquiritur, per se generatur, quia mutatur eo motu qui est in ipso vt subiecto. Id vero mutatur per accidens, qđ nō a motu qui in eo vt subiecto est. mouetur, sed motu alterius, & qui est in altero, vt cū lapis cadit deorsum, forma lapidis, eius magnitudo, calor & frigiditas, etiam per accidens mouentur deorsum, non quidem motu qui sit in ipsis, sed in materia lapidis, cui etiam insunt. Et quiescens in naui, per accidens mouetur ad motum nauis qua continetur. De motu acquisitiuo exemplū, vt generatio ignis. Nam per eam aliquid, scilicet forma ignis, acquiritur. Similiter augmentatio arboris. Per eam enim aliquid, scilicet maior quantitas, acquiritur. De motu deperditiuo, vt corruptio ignis. Quippe per eam aliquid, scilicet forma ignis, deperditur. Et decalefactio aquæ, id est deperditio caliditatis in aqua. Præterea datur motus qui simul est acquisitiuus & deperditiuus, collatione facta ad diuersa, vt sonatio & motus localis acquisitiuus est patiū posteriorum, & deperditiuus partium priorum, quæ factæ non manent, sed depereunt, perinde atque si quis continue protrahat lineam in directum, & partes illius descriptas continue deleat, considerando partes quæ in continuum describuntur, ille motus acquisitiuus diceretur, sed attendendo eas quæ abolentur atq; obliterantur, diceretur deperditiuus. De motu naturali exēplum, vt motus terrę aut lapidis deorsum. Nam is natus est terrę aut lapidi conuenire. Motus vero terrę sursum, violentus est, quia ei disconuenit, atq; contra naturam eius est. De motu indifferēte, vt cū leue sursum fertur, & offendens obstaculū mouetur ad latus, ille motus neq; omnino cōuenit leui, quia non est ad locum sursum, neq; omnino disconuenit, quia nō est ad locū deorsum, sed quodāmodo inter vtrūq; medius est. Et quia vnum oppositorū per alterum cognoscitur, motus autē & quies adinuicem

Sex modi alterationis

Motus localis diuisio.

Quid est mutari per se.

Quid mutari per accidens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid q̃es

ſunt priuatiue oppoſita, idcirco per ea quę de motu dicta ſunt, facile natura quietis, cognoſcit. Eſt enim quies, in ſubiecto nato motus priuatio, cũ ſcilicet ſubiectũ nõ mouetur quãdo vbi & quomodo moueri natũ eſt. Et per cõſimilia penitus mẽbra diuitur, diffinitur q̃ cõformiter ſicut motus.

INfinitum primo, non finitum, non quantum. ¶ Secundo, quantum, tranſitum habens inconſummabilem. ¶ Magnitudo, multitudo. ¶ Infinitũ magnitudine eſt quod ſuæ magnitudinis caret extremis. ¶ Infinitum multitudine, quod ſuæ quidem diſcretæ multitudinis caret extremis. ¶ Infinitum ſecundo, infinitum actu. ¶ Tertio eſt ſpatium, cuius cum pars tranſita ſit, nondum totum eſt pertranſitum.

¶ Quarto eſt quod cum ſit tranſibile, difficilem habet tranſitum. ¶ Quinto infinitum, eſt cui ſemper additio ſubtractiove fieri poteſt. ¶ Additio, ſubtractio. ¶ Subtractio, diuiſio, idem. ¶ Infinitum quinto, infinitum potentia.

Infinitum in prima acceptione, eſt quod non habet quãtitatẽ, aut continuam, vt punctum, aut diſcretam, vt vnitas. Dictum infinitũ, quaſi non finitum, & non quantũ. In ſecunda vero acceptione eſt quantũ habens tranſitum, ſed inconſummabilẽ. Dicitur autem tranſitus inconſummabilis, extenſio aut pluralitas quę ſemper ſumendo partes eiuſdẽ & determinatę quantitatis, nunq̃ abſolui & finiri poteſt, vt ſi daretur linea a qua ſumptis continue pedalibus, eius non poſſet longitudo tota abſumi, aut numerus a quo dempto ſemper binario aliove determinato numero, non poſſet ad eius finem quiſpiam peruenire, ea linea & is numerus eſſet hoc modo infinitus. Et diuiditur hoc modo infinitum, in infinitum magnitudine, & multitudine, quemadmodum deſignãt dictiones eius diffinitioni ſubiunctæ. De infinito magnitudine, vt linea quæ ſuæ extenſionis nec principium haberet, nec finem, vtrinque in immenſum porrecta. Ea enim ſuæ longitudinis careret extremis, & partibilibus, nam neque primam haberet pedalem, neque vltimam, & impartibilibus quia non haberet punctum initians, neque finiens quibus clauderetur. ita ſuperficies ſuæ latitudinis, & corpus ſuæ profunditatis extrema & partibilia & impartibilia nõ habẽs, eſt hoc modo infinitũ. De infinito multitudine exemplũ, vt ſi ſumatur numerus cuius neque prima dari poſſet vnitas, neq; vltima, ſimiliter neq; primus binarius, aut alius certæ multitudinis numerus, neque vltimus, is careret ſuę multitudinis diſcretę (quod conſulto adiectũ eſt, ad excludendã multitudinẽ continuam partiũ cõtinui) extremis, & partibilibus quidẽ, & impartibilibus, eſſetq; hoc modo infinitus. De infinito tertio exemplũ, vt via cuius medietas peracta eſt, & altera ſupereſt peragẽda, eſt infinita in tertia acceptione. Et numerus cuius pars numerata eſt, & reſtat altera pars numerãda, eodẽ quoq; modo infinitus eſt. De infinito quarto, vt totũ ſpatium inter orientẽ & occidentẽ interceptũ, pertranſibile quidẽ eſt, ſed difficilem habet tranſitũ. Et numerus arenarum maris, aut capillorũ capitis, numerabilis eſt, ſed difficilis eſt ea nũeratio. De infinito quinto exẽplum, vt magnitudo, & quoduis continuũ. Nam ei ſemper poteſt fieri ſubtractio, id eſt diuiſio in minores partes, neq; vnquã per talem diuiſionẽ peruenietur ad partes impartibiles. Similiter numerus conſurgens ex diuiſione partiũ continui eſt hoc modo infinitus, quia ei ſemper fieri poteſt additio. Quantum enim decreſcit magnitudo, tantũ creſcit partium eius multitudo, neq; vnquã ad maximum numerorũ, cui vlterius additio fieri nõ poſſit, peruenire poſſibile eſt. Et diuiditur (vt ſubiunctæ dictiones deſignant) in infinitũ quinto additione, cui ſcilicet ſemper additio fieri poteſt, cuiuſmodi eſt numerus, & infinitũ quinto ſubtractione, cui ſemper ſubtractio diuiſioq; fieri poteſt, cuiuſmodi eſt magnitudo. Quibus tertium mẽbrum ex vtroq; compoſitũ adiungi poteſt, ſcilicet infinitum additione & ſubtractione, vt partes cõtinui quibus ſemper ſubtractio magnitudinis fieri poteſt, ex qua earum ſemper multitudo creſcit, & continue aliquid adijcitur. Authores autem per membra ſimplicia intelligunt compoſita. Et infinitũ quinto dicitur infinitũ potentia, infinitum vero ſecundo, infinitum actu.

Infinita actu diuiſio.

Infiniti potentia diuiſio.

quid sit locus diffinit
quid ceis & qd proprius

LOcus, eſt extrinſecus terminus corporis alterum continentis. Locus communis eſt qui multa cõtinet, quibus immediatus, non eſt. ¶ Locus proprius eſt terminus corporis continentis contento immediatus. ¶ Terminus, ſuperficies concaua. ¶ Ea vero concaua eſt, quæ eſt continentis interior vltima. ¶ Et ea conuexa eſt, quæ eſt corporis circundans extrema. ¶ Locus naturalis eſt in quo res naturales natura quieſcunt. ¶ In eo enim natura quieſcunt, in quo conſeruari natę ſunt.

qd naturalis & indẽtus

Quid locus.

¶ Violentus, in quo res naturalis minime natura quieſcit.

Diffinitur locus eſſe terminus ſuperficieſq; concaua corporis continentis alterũ, vtpote locatũ.

extrinſecus, non quidem corpori locanti, quia ei ineſt vt ſuo ſubiecto, ſed ipſi corpori locato, reſpectu cuius dicitur locus. Non eſt enim locus in locato, aut vt pars eius, aut accidens, cum poſſit ab eo ſeparari, & ſeparatus permanere. Corpus tamen locatum dicitur eſſe in loco denominatione extrinſeca, quemadmodum pannus menſuratus ab vlna, non quæ ſit in panno, ſed ei extrinſeca, vt ſuperficies concaua dolij continentis vinum, eſt locus vini, quia eſt terminus dolij continẽtis alterum corpus, ipſi corpori contento extrinſecus. De loco communi exemplum, vt concauum cæli lunæ ad aerem, aquam & terram, locus eſt omnis. Nam illa continet corpora, quibus non eſt immediatum, cum inter ipſa & concauum lunæ, aliud corpus, ſcilicet ignis, interiaceat. De loco proprio, vt concauum cæli lunæ ad ignem. nam eſt terminus ipſius cæli lunæ ignem continentis, igni contento immediatus, cum inter ſuperficiem cæli lunæ concauam, & ignem, nullum aliud intermediet corpus. Et in diffinitione loci, terminus non pro quacunque corporis ſuperficie ſumitur, ſed duntaxat pro ſuperficie concaua. Siquidem duplex eſt extrema ſuperficies, ſcilicet concaua, quæ interior eſt corporis continentis ſuperficies & vltima, nempe vltra eam nulla eſt illius corporis interior ſuperficies, vt intima dolij aut vitri alteriuſve corporis continentis ſuperficies. Et hæc dicta eſt eſſe locus, & ſecundum eam vnum corpus continet alterum. Alia eſt ſuperficies conuexa, & eſt exterior corporis ſuperficies & vltima, cum vltra eam nulla ſit alia exterior eiuſdem corporis ſuperficies, vt extrema ſuperficies terræ tangentis aquam, aut aerem, extrema aeris tãgentis ignã, & inter exteriores vltima ignis vltima ſuperficies tangentis cęlũ lunæ. Et iſta non eſt locus, quia ſecundum eam corpus non continet, ſed potius ab altero continetur, excepta ſolum vltima ſphæra, quæ nullum habet aliud corpus ſupra ſe. Quo fit vt omne corpus habens ſuperficiem concauam, habeat itidem conuexam, qua clauditur vt termino intrinſeco, & qua tangit corpus ipſum continens (ſi modo habeat) quemadmodum inferiores ſphæræ cæleſtes. Non tamen quidquid habet ſuperficiem conuexam, habet concauum, vt terra & cætera corpora, quæ continentur ſolum, & non continent. De loco naturali exemplum, vt concauum aeris hominem continens, eſt locus eius naturalis, & concauum aquæ ad piſcem. De loco violento, vt concauum aquæ ad hominem, & aeris ad piſcem. Nam neque in aqua homo, neque in aere piſcis conſeruari natus eſt.

Supficiei diuiſio.

VAcuum primo, eſt locus non repletus corpore, natus repleri. Cum enim inter ſuperficiei latera non interiacet corpus, quãdo interiacere natũ eſſet: ea ſuperficies vacua diceretur. ¶ Vacuum primo, vacuũ priuatione. ¶ Vacuum ſecundo, eſt dimẽſio omnia intra ſe corpora non cedendo recipiens. ¶ Vacuum ſecundo, ſpatium ſeparatum. ¶ Tertio, eſt quod corporibus immerſum, plenum non eſt. ¶ Priuatio, ſpatium.

Tres iſtæ diffinitiones vacui, non rei naturam explicant, cum natura non ſit natum eſſe vacuum, ſed conuertibilem nominis rationem inſinuant. De vacuo primo exemplum, vt ſi aqua vitro contenta effundatur, nullo alio vitrum ſubeunte corpore, cum ipſa eſſet penitus effuſa, ſuperficies concaua vitri eſt vacuum primo. Nam ipſa eſt locus non repletus corpore, cum nullum intra ſe per hypotheſim corpus contineat, natus tamen corpore repleri, nam ſuapte natura nata eſt aliquod corpus continere, cum omnia corpora nata ſint proximum corpus tangere, quo excludatur vacuum, quod ſummopere natura abhorret. De ſuperficie vacua exemplũ, vt ſi intra cõcaui cæli lunæ latera non interiaceret corpus, omnibus ſcilicet ab ipſo remotis cũ tamen natũ eſſet interiacere concauum cæli lunæ, ſuperficies vacua diceretur, & vacuum primo. Vnde conſtat vacuum primo non capi pro medio illo interhiante ſpatio intra latera ſuperficiei concauæ remoto omni corpore concepto, ſed ſolum pro ſuperficie concaua corporis non continente aliquod corpus. Et vacuum primo, dicitur etiam vacuum priuatione, quia loci priuationem deſignat. De vacuo ſecundo exemplum, vt ſit eſſet dimenſio per totum mundum (quemadmodum ponebant aliqui antiquorum) extenſa, omnia intra ſe corpora non cedendo ſuſcipiens, & illius tanta moles eſſet cum corpore in ſe recepto, quanta eſſet corporis in eo contenti magnitudo, vt in corpore bicubito, illius dimenſionis magnitudo bicubita, & in tricubito tricubita, mobili corporis contenti omnino reſpondens, illa dimenſio eſſet vacuum ſecundo. Verum nulla talis eſſe poteſt, quia natura quammaxime refugit penetrationem dimenſionum, corporumque occupationem, ad quam prorſus excludendam corpora ſibi inuicem cedunt, & vno locum aliquem ſubeunte, alterum prius eo loco contentum exit egreditur que, neque vnum alterius dimenſiones ſubit atq; ſubintrat, vt aqua cedit lapidi, & aer homini. Quod ſi altero corpore ſecundum conſimilem ſitum adueniente, primum non exiret loco ſuo, neque diuideretur, ſed eundem penitus cum ſecundo, & ſecundum cum primo ſitum haberet, neq; plus duorum q̃ vnius dimenſio ſpatij opplere, illa corpora non cederent, ſed ſe penetrarent atq; occuparẽt. Et dicitur vacuũ ſecundo, alio nomine ſpatium ſeparatum, q̃ a ſubſtantia rerum quibus cõiungitur, ſeparatum ſit atque ſemotum.

Quid vacuum primo.

Quid penetratio dimẽſionum.

Vacui tertio diuiſio

Vacuum tertio, duas primas vacui acceptiones complectitur, & ideo eſt duplex, ſcilicet vacuũ tertio priuatione. Et eſt parua quædã concauitas quæ corporibus immerſa, plena non eſt, nata ta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

men repleri, quomodo aliqui posuerunt parua quædam vacua corporibus animatis insita, in qui bus alimentum susciperent. Aliud est vacuum tertio, spatio. Et est parua quædam dimensio corporibus immensa, ipsaque non cedendo recipiens, vt nonnulli nolentes concedere vacuas huiusmodi concauitates, posuerunt exiguas dimensiones corporibus immersas, quæ non cedentes alimentum susciperent, eique coniungerentur.

Empus est numerus primi motus secundum prius & posterius. ¶ Primus motus is est qui est primi mobilis. ¶ Mobilia hoc ordine sunt sita. terra, aqua, aer, ignis, cœlum Lunæ, Mercurij, Veneris, Solis, Martis, Iouis, Saturni, firmamentum, primum mobile. ¶ Præsens primo, est impartibile, præteritum futuro connectens. ¶ Præsens, nunc, instans, adiacens. Secundo, est tempus vtrinque a dicto impartibili non multum distans. ¶ Præsens, nunc. ¶ Præteritum: est tēporis pars prior. Futurum vero, pars posterior. ¶ Esse in tempore, est mensurari tempore. ¶ Ea vero mensurantur tempore, quorum tempus duratio est, aut quæ incipiunt & desinunt in tempore.

Quid tēpus.

Diffinitur tempus esse numerus, non quidem numerans, sed numeratus, hoc est partes ipsę numeratæ, & secundum aliquem numerum apprehensæ, ipsius primi motus secundum prius & posterius sumptæ, id est secundum successionem, qua vna temporis pars est prior, & non permanēs cum posteriori, altera vero posterior, & priore præterita continue succedens, vt annus est numerus trecentorum sexaginta quinque dierum sibi inuicem succedentium, & dies, numerus viginti quatuor horarum, secundum prius & posterius sumptarum, hora vero, numerus sexaginta minutorum, quorum vnum prius durationem habet, & aliud posterius ei succedit. Et in hac temporis diffinitione primus motus dicitur motus circularis, qui est primi mobilis, supremæque sphæræ. Nam solę partes illius motus secundum prius & posterius sumptæ dicuntur tempus, & non partes motus sphærarum inferiorum, aut rerum naturalium. Mobilia autem, nō quolibet motu, sed eo qui secundum locum est (nam is solus cælo conuenit) hoc ordine sunt sita, ab infimo ad supremum, & a proximis nobis ad remotiora conscendendo. primo quatuor elementa, quæ mouentur motu recto, scilicet terra, aqua, aer, ignis. Deinde septem orbes planetarum, quorum inferiores superiorum ambitu continentur, scilicet cælum Lunę, cęlum Mercurij, Veneris, Solis, Martis, Iouis, Saturni. Cui proxime supereminet firmamentum, stellis fixis & quidem plurimis ornatum. Postremo primum mobile omnium est supremum, cęteraque suo claudit ambitu. Et omnes cælestes orbes circunferuntur motu circulari. Deinde subnectuntur ipsius præsentis duæ acceptiones. In prima acceptione præsens est impartibile secundum successionem, partem temporis præteritam futuræ connectens, vt, sit tota pręsens hora a b, cuius medietas sit præterita, & medietas futura, coniunganturque adinuicem per instans c, tale instans est præsens primo, quia est impartibile temporis, connectens præteritum a c, ipsi futuro c b, perinde atque in linea a c b, punctū c est extremum & impartibile secundum extensionem, coniungens priorem partem lineæ scilicet a c, parti posteriori c b. Et quemadmodum in philosophia naturali supponendum est, punctum esse prorsus indiuisibile secundum magnitudinem, nullasque dimensionis partes habere alioqui non posset esse lineæ vltimum, ita quoque supponendum est, & principij loco habendum, instans esse impartibile secundum successionem, nullasque durationis partes habere. alioqui temporis extremum esse non posset. Et præsens in ea acceptione dicitur alio nomine nūc primo, siue instans adiacens. Quod postremum adiectum est ad excludenda instantia coniungentia partes temporis præteriti inter se, aut temporis futuri, quæ non sunt præsentia primo, quia non adiacent nobis, nec assunt. Siquidem omne præsens primo est instans, sed non omne instans est præsens primo. Præsens secundo, est tempus vtrinque a dicto impartibili distans, non tamen multum. Distat quidem vtrinque tempus, quando eius vna pars pręcedit instans adiacens, & altera sequitur. Quare totum tempus præcedens instans adiacens, siue præsens primo, aut totum tempus sequēs, non est præsens secundo, quia neutrum vtrinque iacet, sed solum altera ex parte. Tunc vero non multum distat tempus vtrinque iacens, quando vtraque eius pars, & præcedens scilicet, & sequens, est propinqua instanti, vt præteritæ partis principium non longo interuallo semoueatur a prædicto instanti, nec futuræ partis finis. Quare totus annus, aut quinquennium, aut decennium non est hoc modo tempus præsens, quia eius partes ad instans nobis adiacens comparatę, multo interstitio ab eo distant, sed hora aut dies recte dicitur secundum hanc acceptionem præsens, cum sit tempus vtrinque ab instanti adiacente non multum distans. Deinde diffinitur pręteritum esse temporis pars prior, & quæ exacta est. Quæ si non multum a præsente primo distat, dicitur præteritum actu, & temporis præsentis est pars, vt horæ præsentis medietas quæ pertransijt. Si vero multū distat ab impartibili nobis adiacente, dicitur præteritum potentia, & non est pars tēporis præsentis. Futurū vero est temporis pars posterior, & quæ adhuc vēnura est. Et ea si parū distat ab adiacēte impartibili, dicitur futurū actu, estq; pars tēporis præsentis. Si vero multū ab eo distat, est futurum potentia, & non pars tēporis præsentis. Aut quia omni rei naturali cōuenit esse

Quid pręsens primo.

a c b

in tempore, quid sit rem esse in tempore, postea ostenditur. Est enim eam mensurari tēpore, aut vt mensura intrinseca, quemadmodum primum mobile, in quo est tempus vt suo subiecto, aut vt mēsura extrinseca, sicut sphæræ cælestes inferiores, & res naturales omnes, in quibus non est tempus vt subiectis. Perinde atq; vlna mensuratur sua magnitudine, vt mensura intrinseca, pannus vero ab eadem dicitur mensurari, vt mensura extrinseca, cum vlnæ extensio sit extra pannum. Et hic quidē mensuratur secundum extensonem, res vero naturales & sphæræ cęlestes secundum durationem. Duplicia aūt sunt quę mensurantur tempore. Quędā eo mensuranturvt mensura ęquāte, quorum scilicet totū tēpus est duratio, & quæ ęquā cum toto tēpore hūt permanentiā, vt orbes cælestes, & rerum naturalium materia. Et hæc similia sunt panno ęquam, ipsi vlnæ extensionem habenti. Alia vero tēpore mensurātur, vt mensura excedente, quę scilicet incipiunt & desinunt in tēpore, q̄admodum res naturales ortū in tempore atq; obitū habentes, & quarum duratio toto tēpore contractior, alicui tēporis particulæ respondet. Et hęc assimilantur panno minorē & principio & fine extensionē habenti, q̄ vlna ipsum mensurans, significanturq; per secundam diffinitionis particulam, alia vero per primam. Et hęc literæ introductionis succīcta breuisq; declaratio huic loco sufficere visa est, in principio quidē adiecta, quo ipsa introductio secundū literę seriē vel in transcursu intelligatur, anteq̄ ad primi dialogi exactiorē ipsius explanationē continētis lectionem accedatur.

¶ Introductionis finis.

¶ Ad lectorem.

Andide lector, quicūq; ad hāc lectionē accessurus es, & cui nostrā operam profuturam cupimus, ne mireris si aliquot in locis Aristotelicæ literæ non simus ordinē secuti. sed parum postposita interdū præposuimus. hoc enim consulto fecimus: quo omnia & clariora, & memoratu promptiora redderentur: & nos hac de causa vbi Aristoteles in literis demonstrat, literarum ordinem mutauimus, alijs literis vsi. nā græcarum literarum & latinarum altera & altera series est. Græcam secutus est Aristoteles, nos latinam potius, quo confusio vitaretur, essetq; intellectui peruior demōstratio, rati nō esse paraphrastis officiū, in oibus authoris seriem sequi, & nihil immutare: verum id potius, seruata literæ sententia, & authoris mente, eā modis quibus potest claram & facilem efficere, & omnem quoad potest amputare confusionis occasionē. ¶ Insuper summo conatu studere debes intelligere quo pacto aliqua subiecto sint vnū, & ratione multa. Nā ex huius sana intelligentia, multa in hac Peripatetica philosophia pendent: panditque id ad sapientiā introitum, habetq; id præcipuū, vt intellectū nos defendat ne labamur ad ea ponenda quæ non sunt: nec ad neganda q̄ sunt, quæ duæ extremæ sunt in nostra philosophia Syrtes ad quas qui applicant, periclitationē in philosophia faciunt, surgunt que horrēda iurgia. Phorcidos Scyllæ latratibus similia, longe vano garritui, q̄ tranquillę & pacificæ philosophię aptiora: quæ solum pulchrā & pulchrorum cōtemplationē intendit, nullius maledica, clamorosa iurgia vitās, ea sophistis: relinquens: quibus cedere magis ipsi operæpretiū est, & eos tacēdo superare, q̄ cum ipsis concertādo garrula videri. Neq; quę sunt alterius artis aut peritiæ, sibi vendicat, sed Logica Logicis, & Mathematica Mathematicis, & diuina Metaphysicis reliquit discutiēda, ad oēs iustitiā seruans. Quo fit vt quoties inciderit sermo an quicquā ea potentia q̄ supra naturā est, esse possit: q; naturę potentia esse non potest, vt infinitum, vt vacuum, ius illic nostra naturalis philosophia nullum habet, sed alteri disciplinę relinquit cognoscēdū. Supponit em̄ illā pulchrā & admirandam vniuersi ordinationē: quę illā summā & stabilissimā optimi naturę opificis quantum potest imitatur. In qua decora vniuersi ordinatione, ipsi ab ordinatissimo rerū opifice concessa, hęc philosophia suū locauit fundamentū. Hinc euenit vt qui contra hanc ordinationē quicquā sibi admitti petunt, non amplius philosophice agāt. Sunt em̄ extra philosophię bases & fūdamenta: neq; a naturali philosopho magis id recipiendū esse censeo, q̄ a Mathematico lineā esse infinitā, quo admisso, sua principia & suę cōtēplationes pereūt. ¶ Cōducet tibi quicūq; es Peripateticę philosophię amator, si ītroductorios dialogos paraphrasticę expositionī pręlegeris: pręsertim primū, qui præcedenti introductioni seruit. Vale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶IACOBI FABRI STAPVLENSIS IN ARIstotelis octo Physicos libros paraphrasis, adiectis Iudoci Clichthouei Neoportuensis scholijs.

¶Primi capitis paraphraseos in primum Physicorum, annotatiunculæ.

¶Principia, elementa, causæ, principiorum sunt nomina. ¶Incertius, ignotius. ¶Notiora nobis, notiora quo ad nos. ¶Confusiora, compositiora.

Ibri Physicorum Aristotelis, octo. Primi libri capita, nouem. Primum caput, libri procemium est: quod, quo pacto in libris Physicorum procedendum sit ostendit, tres continens cõclusiones. ¶Prima. Prius naturalis philosophię determinanda sunt principia. ¶Patet, quia ea prius determinanda sunt, ex quorum cognitione, rerum naturalium acquiritur notitia. At ex principijs naturalis philosophiæ, rerum naturalium acquiritur notitia: quoniãquidem intellígere & scire contingit circa omnes scientias quarũ sunt principia, elemẽta, aut causæ, ex horum cognitione. 1

quia prius sunt determinanda philosophię principia

Arbitrantur enim omnes tunc vnumquodque cognoscere, cum principia, elemẽta & causas cognoscunt. Sunt igitur prius naturalis philosophiæ determinanda principia. ¶Secunda. Ad ipsa principia ab incertioribus natura procedendum est. ¶Patet, quia a notioribus nobis ad minus nota procedendum est. Incertiora autem natura, nobis sunt notiora certioribus natura. Non enim oportet eadem nobis & natura similiter nota esse. Sunt enim compositiora nobis prius manifesta, simpliciora vero posterius. Ad ipsa igitur principia ab incertioribus natura procedendum est. Etenim ingenita est nobis via ex nobis notioribus & certioribus, in notiora & certiora natura procedere. ¶Tertia. In hac disciplina ab vniuersalioribus ad minus vniuersalia procedere expediet. ¶Ratio, quia a notioribus ad minus nota procedendum est. In disciplinis autem vniuersaliora notiora sunt minus vniuersalibus. ¶Primo, quia vniuersale, totum est intellectus (comprehendit enim sub se partes multas) sicut compositum, totum est sensus. Compositum autem notius est sensui suis partibus, ita & vniuersale notius erit intellectui suis partibus. ¶Secundo, quia vniuersaliora confusiora sunt. suę enim diffinitiones, qui indistinctę important, distingunt, & in particulas diuidunt. Compositiora autem nobis sunt notiora. ¶Tertio, quia pueri primo omnes viros communi appellatione vocant patres, & omnes mulieres vocant matres, & cum perficitur in ipsis cognitio, particularibus nominibus eos nuncupant, & distingunt. Signum est igitur vniuersalia nobis esse notiora. Est igitur in hac disciplina ab vniuersalioribus ad minus vniuersalia procedendum. 2 3

quia ad principia rerum sit paßidũ

sicut compositum sensui ita vniuersale intellectui notius est

alia ratio non minus aduertida

Rimi cap. primi Physicorũ scholia. I. Quoniãquidẽ intelligere & scire cõtingit. Principia, elementa & causę, non hic diuersorum generũ causarũ rationem important, vt plerique arbitrãtur, dicẽtes per principia intelligi debere causas efficientes, per elementa, materialẽ & formalem, & per causas, finẽ, sed (vt etiã prefixę huic capiti declarant notę) illa tria principiorum sunt nomina, non quidẽ rei, sed doctrinæ. Disciplinarum enim principia, propositionesque per se notæ, ex quibus ostenduntur cõclusiones, sunt principia, elemẽta & causæ, ob diuersas, tamen rationes. Siquidẽ principia dicũtur, ꝙ prima sint a quibus in vnaquaq; disciplina sumẽdum est exordiũ. Elementa vero, quia non in alia priora, sed conclusiones in ipsa resoluuntur. Demum dicuntur causę, ꝙ cõuenienter respondeantur ad quæsitiũ quare, vt interroganti quare ignis est res naturalis, apta datur responsio, quia constat ex naturis. Itaque huius propositionis Aristotelicæ intelligentia est, in

omni disciplina habente principia doctrinalia, intellectum & scientiam eorum que traduntur, haberi ex ipsorum principiorum cognitione. II. Non enim oportet eadem nobis & natura similiter nota esse. Sentiunt nonnulli hanc propositionem solum particulariter intelligi debere, & nonnulla eadem inueniri quæ sint notiora ad nos, & notiora natura respectu eiusdem. Verum eorum dictum abhorret a sententia Aristotelica, & non satis veritati conspirare videtur. Nam notiora ad nos sunt, quæ sensui sunt propinquiora, vt singularia & effectus. Notiora autẽ natura & simpliciter, sunt quę a sensu magis sunt semota atque distãtia, vt vniuersalia & causæ. Nulla autem eadẽ sunt respectu eiusdẽ & secundũ idem causæ & effectus. nulla itidem eadẽ singularia sunt & vniuersalia. Quocirca vniuersalitet asserendum est, nulla eadem nobis & natura notiora esse, sed quæ nobis notiora sunt, natura sunt ignotiora, & quę certiora natura, nobis incertiora. Et compositiora, vt totæ res naturales, sunt notiora ad nos. simplicioravero, vt partes earum substantiales, sunt posterius nota. Siquidem ignem sensu cognoscunt omnes, materiam autem eius atque formam posterius, soloque intellectu physicis elementis instituti cognoscũt. III. In hac disciplina ab vniuersalioribus ad minus vniuersalia: Non repugnat hęc conclusio præcedenti, quæ proponit ab incertioribus natura ad ipsa principia procedendum esse. quæ quidem natura incertiora, singularia sunt, aut eis propinqua. Nam præcedens conclusio intelligitur de eo progressu quo proficiscimur ad principia doctrinalia manifestanda, quę subobscuriora aliquãtam efflagitant declarationem. Debẽt enim illa per inductionem aut aliam topicam persuasionem ex notioribus ad nos, vt singularibus, fieri dilucidiora, quemadmodum rem naturalem omnem in suo loco naturali recte conseruari, manifestum euadit ex eo quod pisces in aqua natura conseruantur, animantes autem respirantes in aere, & ignis in cęli vicinia. Præsens autẽ cõclusio intelligitur de progressione quæ fit ad scientiam capessendam, vtpote a principijs ad conclusiones demonstrandas. Sũt etenim principia vniuersaliora, conclusiones autem contractiores, & strictioris ambitus. Et non modo in hac disciplina, verum etiam & reliquis omnibus ab vniuersalioribus ad minus vniuersalia tenditur, vt in logicis prius de syllogismo quã de demonstratiuo aut dialectico fit pertractatio. Suæ enim diffinitiones, quæ indistincte important, distingunt. Vniuersalia hic vocantur, quæ communiorem sortita sunt rationem, vt homo, animal, quæ confusiora, compositioraque proinde dicuntur, ꝙ confuse indistincteq; ea importãt q̃ per suas diffinitiones distinctius explicãtur, & in partes digeruntur atq; dirimuntur, vi hõ confuse vniuersaliterq; significat id quod sua diffinitio, animal terrestre bipes intelligens, in particulas diuidit. Potestque homo, vt inquit Hermolaus in Themistium, si cõmunionem aut consortium nominis spectes, pro alijs etiã plerisque rebus capi, veluti pro homine ficto, pictove. sed diffinitio videtur substantiam subiectã in membra partiri. Compositiora autem, huiusmodi logica, & quę dũtaxat rationũ est compositiõe, prius a nobis natura cognoscũtur q̃ simpliciora & particularíora, quẽadmodũ composita secundum sensum sunt notiora ad nos, & prius sensu deprehenduntur quã simpliciora, & singulę earũ partes tum integrales, tum substantifice. Sunt igitur vniuersaliora minus vniuersalibus prius & natura quidem nota. Et plane assumptio huius secũdę rationis intelligitur de compositioribus non ad sensum, sed intellectum. notiora autem nobis eodem loco dicuntur nõ notiora ad nos, sed quæ alijs natura prius cognoscimus. In approbatione autẽ secundę cõclusionis cõpositiora sumũtur pro cõpositioribus secundũ sensum, & notiora nobis (vt notæ admonẽt) pro notioribus ad nos. vt vtrũq; dictũ intelligatur secũdũ sensum loco accõmodũ, & inter ea nõ sit discrepans sententia.

quæ sunt nobis notiora

declamatio q̃ ab eo fit intelligi notiora nobis

Signum est igitur vniuersalia nobis esse notiora. Et hoc quoque loco notiora nobis dicuntur, non notiora quo ad nos, sed quæ a nobis natura prius cognosci nata sunt. Sunt enim vniuersalia a sensu semotiora atque elongatiora, & proinde ignotiora ad nos. Quod si quis contendat singularia prius a nobis cognosci, & ex singularium cognitione vniuersalium notiones in nobis aggigni, id sane verum est de eo cognoscendi modo quo a distincte cognitis ad confusiora progredimur. hic autem sermo fit de modo illi opposito, & quo proficiscimur ab indistincte confuseque cognitis ad distinctiora & digestiora. Planum est autem vniuersaliora primum offerri & suggeri intellectui, & subinde ad specialiora progressum fieri, vt de homine procul distante prius cognoscimus quod sit substantia quam animal, & prius itidem ꝙ animal quam homo.

Secundi capitis annotatiunculę.

¶Diuisio, distincta suppositio. ¶Atomi sunt sensu impartibilia corpora: qualia in radio solis, sed grossiuscula, videtur. ¶Hę homœomeræ sunt, quæ similis naturę sunt, totumq; similiũ partium constituunt. ¶Hyppocrates Chius quadrans circulũ per lunulas, ex propriis procedebat, Geometrię pricipia retinens. Lunula em̃ est superficies plana contẽta duabus circũferentijs supra eandẽ chordam in eandem partem. ¶Antiphon vero circulum quadrare volens, Geometriæ principium negabat, constituendo in circulo triangulum equilaterum, & deinde supra quodlibet latus trianguli, isoscelem constituebat: quousq; foret (vt putabat) vltimi isoscelis latus æquale parti circunferentiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hippocratis figura

Lunula.





Figura Antiphontis.

¶ Cōmunis philosophia, metaphysica. ¶ Tm̃, pluralitatis exclusiuū. ¶ Vnum cōtinuitate, vnū cōtinuum. ¶ Vnū ipartibile, quod diuidi nō pōt. ¶ Vnū actu & potentia, vna res naturalis. ¶ Vnum actu est, cum non est alterius pars. ¶ Potestate vero vnum est, quandiu est alterius pars. ¶ Potestate, potentia. ¶ Consimiliter multa actu & potestate diffiniantur.

SEcundum caput continet duas diuisiones, quiq; cōclusiones, duas rōnes ad primam, tres ad quartā, & remotionē dubij. ¶ Prima diuisio. Rerū naturalium, aut vnū est principium mobile, quod naturales dixerunt alij ignem, alij aerem, alij aquā. aut imobile, quod dixerūt Parmenides & Melissus finitum aut infinitum: aut multa mobilia, aut imobilia, finita, aut infinita: qd̃ dixerunt Anaxagoras & Democritus. Anaxagoras quidē infinitas atomos homœomeri as ossis, esse principia ossis: & carnis, esse principia carnis: & nerui, esse principia nerui. Democritus vero infinitas atomos eiusdem generis, figura & ordine differētes, esse principia rerū. ¶ Secda. Si principia rerum multa sint finita, at 5
sunt duo, aut tria, aut quodā altero certo numero. Et ita de reb⁹ naturalib⁹ dicendum esset. ¶ Prima cōclusio. Cōtra asserentes tm̃ esse vnum ens imobile, mini- 6
me physico disputādum est. ¶ Primo. Quia nullius artificis est disputare contra ipsius principia destruētem: vt Geometræ disputandum non est contra destruentem Geometriæ principia. Qui autē asserunt tātum esse vnum ens immobile, destruunt physicæ principia. Negant em̃ motum esse, & entium multitudinem. Si em̃ tm̃ vnum est & non multa, ipsum nullius erit principium. non aūt erit suijpsius principium. Est em̃ principium, alteri⁹ cuiusdam aut quorundam principium. Contra igitur ita asserentes, minime interest physici disputare, sed alterius communis artificis, dialectici, aut metaphysici. ¶ Secundo. Nō magis est physici disputare contra asserentes tm̃ vnum esse ens, q̃ contra aliam quātuncunq; extraneam orationem, vt contra Heracliti orationem, nullum hominem continuo esse id quod est. Sed manifestum est physici non interesse cōtra huiusmodi extraneas orationes disputare. Neq; igitur sua intererit contra vnum tantum esse ens immobile asserentes disputare. ¶ Secunda cōclusio. Similiter phy 7
sici non est rationes Parmenidis & Melissi soluere. Ratio, quia non est physici rationes litigiosas soluere, habet enim proprias soluere, & eorum qui sua principia non negāt, vt Geometræ rationem Hippocratis soluunt, non aūt Antiphontis. At rationes Parmenidis & Melissi litigiosæ sunt. neq; em̃ syllogizant, & falsum assumunt. Ratio quidem Melissi defectuosa magis est, & minus apparens. Vno tm̃ incōuenienti dato, multa contigunt. quod nulli dubium esse debet. Parmenidis vero ratio minus. Rationem em̃ ita formabat Melissus, si quid est factum, habet principium: igitur si non est quid factum, non habet principium. Vniuersum aūt non est factum, igitur nō habet principium, quare neq; finem. est igitur infinitum. Et cum non habeat vnde moueatur, est immobile. Parmenides vero suā sic: Quidquid est prēter ens, nō est ens. quod aūt nō est ens, nihil est. igitur quidquid est prēter ens, nihil est. At ens & vnum cōuertuntur. igitur tm̃ vnum ens est. ¶ Tertia conclusio. Nō incōueniens videbitur aliquantisper contra tantum vnum esse ens aſserentes disputare. Nā communis philosophia

ad hęc viam habet, & dialectica. ¶ Quarta conclusio. Non recte dicunt Parmenides & Melissus tm̃ vnum esse ens imobile, ille finitum, hic vero infinitum esse dicentes. ¶ Primo, quia aut capiunt ens vt multipliciter dicatur, de substantia, quantitate, & qualitate, quo modo si capiant, siue substantia, quātitas & qualitas coniuncta sint, siue abinuicem separata, multa erunt, & non tantum vnum. Aut faciunt ens vniuocum, & tūc aut solum significat substātiam, aut solū quantitatē, aut qualitatē vt gen⁹, aut vt species: quod si sic, multa erunt, & nō tm̃ vnū. Et genus em̃ & species de plurib⁹ prędicantur. Aut significat vt idiuiduū: & tūc illud ens nō erit substantia. nam aut oia essent vnus hō, aut vnus equus, aut vna anima numero: quę impossibilia sunt. Neq; illud ens erit vnum accidēs, nam ipsum esset sine subiecto, qd̃ esse nequit. Nullū em̃ accidentiū a substātia separabile est, sed oia in subiecta substātia esse necesse ē. Neq; erit ens illud vnū ex accidēte & substātia constitutū, vt vnum quantū, vnum quale. nā multa ia essent, & non tm̃ vnum. ¶ Secūdo. Parmenides dixit ipsum esse finitū, & Melissus ipsum esse infinitū. Nō erit igitur illud ens solū substantia. Nā sola substātia neq; finita, neq; infinita est. Quātitati em̃ ratio finiti & infiniti cōgruit. Nā magnitudo quę trāsiri pōt, finita est. quę vero transiri nequit, ifinita. Neq; per idem erit vna qualitas, aut vna actio aut passio. Nā qualitates, actiōes & passiones, finitæ aut infinitę p accidens dicūtur. Neq; erit illud ens finitū (vt vult Parmenides) aut infinitum (vt Melissus) solū quantitas. Nam esset accidēs sine subiecta substantia. Neq; erit vna substantia quāta. nam si est substātia quanta, substantia ē, & quantitas est. Quę si sunt, duo vere sunt quę sunt. Erūt igitur multa, & non tm̃ vnum. ¶ Tertio. Vnum multipliciter dicitur. Primo vnum cōtinuitate. Secundo ipartibilitate. Tertio ratione: q̃ vnam eandēq; rōnē habent: vt merū & vinū. Quarto actu & potentia. Sed illud ens, vnū cōtinuitate nō erit, nā multa essent. Est em̃ cōtinuū, in ifinitū diuisibile. Neq; vnū impartibilitate. nā neq; esset finitum, quod dicit Parmenides, neq; infinitū, qd̃ dicit Melissus. Impartibile ei neq; finitū neq; infinitū est. Neq; tm̃ erit vnum diffinitione, vt tunica & vestis. Nā incōueniētia sequerent̃ ad quę pducebat Heraclitus: quia boni & mali, boni & non boni, hominis & equi, quātitatis & qualitatis, contrariorū & contradictoriorum, disparatorū, diuersorū generum eadem erit ratio, & de eodem affirmatio & negatio: vt idem erit bonū, & non erit bonū. nam erit non bonū, boni em̃ & non
10 boni eadem esset ratio, quę impossibilia sunt. Neq; erit vnū actu & potētia. nam statim multa essent, & non tm̃ vnū. ¶ Dubitatio. An toti⁹ partes sint ipsum totum, an multa sint, & diuersa? ¶ Rndet quālibet partē eē a toto diuersam. Nam si quelibet pars esset toti eadē, quelibet pars cuilibet parti esset eadē. quęcūq; em̃ vni & eidē sunt eadem, illa inter se sunt eadē. Oēs tm̃ partes simul, nihil aliud q̃
11 ipsum totū sunt. ¶ Quinta cōclusio. Posteriores incōuenienter orationum copulas auferebāt, aut eas in adiectiua verba mutabāt cū pdicaretur accidens: ne vnū esse multa cōcederent: vt Lycophron & eius sequaces dicebant dun taxat, homo albus, homo ambulans: & non, homo est albus, homo est ambulās. Alij vero dicebant, hō albatur, hō ambulat: dicere nō audētes, hō est albus, hō est ambulans. Videbatur em̃ eis quia verbū est subtraherēt, nō multa esse vnū significare, sed vnum simpliciter dicere: quasi vnū aut ens vnice diceretur. Quod aūt id non recte faciāt, patet: quia vnum subiecto, ratione multa est: vt Socrates albus & musicus subiecto idē est: ratione vero multa. Est em̃ alia ratio Socratis albi, & eiusdem musici. Et vnū actu: multa potestate: vt cōtinuum est actu vnū, potestate vero multa. Tot enim potētia est, in quot diuidi pōt. quo fit vt vnū & multa nō repugnēt, vt credebāt. nā vnum subiecto, & ratione multa, eidē cōueniūt: & vnum actu, & multa potentia, eidem: licet vnum & multa eodem modo considerata, vt vnum actu, & multa actu, bene repugnent. Non igitur oportuit eos copulas auferre, & alias rationes accidentalium prædicatorum expressorum negare, ne vnum multa esse concederent: cum id inconueniens minime sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SEcundi capi. ſcholia. V Et ita de rebus naturalibus dicendum eſſet. Huius loci ſentē tia eſt. Cōſimiliter diuidi poſſent res naturales duabus diuiſionibus iſtis reſpondēti bus. Prima. Res naturalis aut eſt vna, mobilis aut immobilis, finita aut infinita. aut multæ, mobiles aut immobiles, finitæ aut infinitæ. Secunda diuiſio. Si res naturales ſunt finitę, aut ſunt duæ aut tres, aut alio quodā determinato numero. VI. Deſtruūt phyſicæ principia. Supponit phyſicus, motum tranſmutationemq; naturalem eſſe, quod vel ſenſu perſpectum eſt. Supponit itidē entium multitudinem eſſe, vt res naturales, earū partes, & affectiones, quod itidem ſenſuali perceptione ſatis eſt exploratum. Parmenides autem & Meliſſus cū ponant eſſe tantum vnum ens, negant entium multitudinē, & cum idipſum aſſerant immobile, interimunt motum. Manifeſtum eſt itaq; ipſos deſtruere principia huius diſciplinæ. Præterea id vnicum ens quod ponunt, aſtruunt eſſe principium affectuum, & non aliarum rerum a ſe. nam tunc eſſet rerum pluralitas. conſequens igitur eſt vt aſſerant illud ſuiipſius principium eſſe productiuum interimātq; id proloquium metaphyſicum, nihil ſuipſius eſt principium, ſed quicquid principium eſt, alterius cuiuſdam aut quorūdam principium ſit oportet. Vt cōtra Heracliti orationem. Propter continuum partium corporearum defluxū, deperditionemq; præexiſtentium, & acquiſitionem nouarum, ponebat Heraclitus omnia continue moueri, & non eundem eſſe hominem qui oculos clauderet, & clauſos protinus aperiret, ſed iam demutatum eſſe, neq; eundē equū qui ducitur aquatum in fluuium, & qui reducitur, neque eundem ſolem tempore matutino & veſpertino. Verum hęc poſitio phyſicę inſtitutioni prorſus repugnat. Siquidem trifariam quippiam dicitur idem. Primo, quod ſubſtantia manet indefluxa, & cui nihil ſubtrahitur aut adijcitur, quo pacto ſupramundanæ mentes & corpora cęleſtia ſunt eadem. Secūdo, cuius prīcipaliori parti ſubſtantificę nihil detrahitur, aut de nouo apponitur, etſi altera ſubtractionem adiectionemq; aduentitiarum partium ſuſtineat. quomodo idem eſt homo puer, & deinde vir, vt cuius animæ nihil adimatur, etſi corpus eius partiū defluxū ſentiat. Tertio dicitur idem, a cuius vtraque parte ſubſtantiali ſit partium ademptio, nouarunque ſuffectio, verum conſimiles ſitu ordine & figura deperditis continue reparantur, quo pacto equus & cęteræ res naturales dicūtur eædem prius & poſterius. Et huiuſmodi identitas ſufficit vt res ortui & obitui obnoxiæ denominentur eædem. VII. Vt geometræ rationem Hippocratis ſoluunt. Hippocrates principia geometriæ admittebat quidem, ſed perperam applicabat. Nam lineas ab eodem puncto ad idem ductas æquari debere (quod de rectis duntaxat intelligendum eſt) inepte accommodauit ad lineas obliquas. Antiphon autem aſſerens toties ſuper æquipedi latus propinquius circunferentiæ circuli cui inſcribitur, alium minorem iſoſcelē cōſtitui poſſe, quouſque nullo amplius intercepto ſpatio inter iſoſcelis latus & circunferentiam, quovlterius poſſet huiuſmodi triangulus formari, vltimi iſoſcelis latus ęquetur parti circunferentiæ, immo ſit ipſa cirunferentia, negat geometriæ principia, ſcilicet ſuperficiem eſſe diuiſibilem in infinitum, cum dicat tandem inter vltimi iſoſcelis latus & partem circunferentiæ reſpondentem, nihil ſuperficiei clauſum iri. Præterea lineam curuam æquat rectę, ſcilicet partem circunferentię lateri æquipedi. quod etiam aduerſatur proloquio geometriæ.

IX. Quomodo ſi capiant. Debet reuera ens in phyſicis & metaphyſicis ſecundum Ariſtotelis ſententiam homonyme æquiuoceque ſumi. Nam non eadem eſt ſubſtantię & accidentis ratio, vt neque viui vultus, & imaginis eius in ſpeculo. Verum id ex tertio dialogo commentariorum metaphyſicę introductionis diffuſius dignoſcitur. Coniuncta ſint, ſiue ad inuicem ſeparata. Subſtantia & quantitas ſiue qualitas coniuncta ſunt, quod vnum in altero ſit tāquam accidens in ſuo ſubiecto. Eſſent autem abinuicem ſeparata, cum vnum quodque eorum ſe ſubſiſteret, quod naturæ potentia atque lege neutiquam fieri poteſt. Quantitati enim ratio finiti & infiniti conuenit. Subſtantia quidem finita eſt ſecundum molem, non ſuapte natura, ſed ratione alterius, vt pote in exiſtentis dimenſionis. Qualitates autem, actiones & paſſiones finitę ſunt actu ſecundum magnitudinem, non per ſe, ſed per accidens, ſicut & quātæ, ſcilicet ratione magnitudinis ſui ſubiecti cui aſſunt. Magnitudo autem finita aut infinita eſt non alterius ratione, ſed ſui. Finita quidem, ſi trāſiri, hoc eſt partes determinatę quantitatis ſumendo, abſolui poteſt. Infinita vero, ſi huiuſmodi definitæ quantitatis partes accipiēdo, tota abſumi nequit. Iure itaque dictum eſt rationem finiti & infiniti quantitati congruere, vt cui per ſe & primum competat, cęteris autem per quantitatem. Quę ſi ſint, duo vere ſunt quæ ſunt Phyſica ſuppoſitio eſt, vel ſine probatione recipienda, quantitatem a re quanta diſtingui, magnitudinemque aliud eſſe re ipſa q̄ materiam. Eſt enim magnitudo accidentaria affectio, materia vero eius ſubiectum, non minus a mole ei inexiſtente re ipſa & genere quidem phyſico diuerſum, quā ab albedine aut caliditate. Et huic proloquio atq; principio innititur hęc Ariſtotelis ratio. Si, inquit, ſubſtantia & quantitas ſunt, duo vere ſunt quę ſunt. Neque recipienda eſt extorta illa & obliqua non interpretatio ſed tergiuerſatio nonnullorum ſubterfugium quærentium, dicentiumque, ſi ſit ſubſtantia quanta, duo quidem eſſe, verum illa duo non eſſe ſubſtantiam & quantitatem, ſed diuerſas ſubſtantiæ quantæ partes, in quas dirimitur. Id enim non eſt exponere Ariſtotelem, ſed in ſenſum repugnantem trahere, cum Ariſtoteles aperte quænam ſint illa duo expromat, nominatimque declaret. Inſuper ſi id dictum de partibus ſubſtantiam quantam integrantibus intelligi debeat, non dicendum fuiſſet eſſe duo potius quam tria aut quatuor, aut alio quouis numero, cum partes huiuſmodi potentia diuiſionis ſint infinitę. Demum partes illę non ſpeciei inter ſe diſcrimē habent, ſed ſolo

numero diſcrepāt. quocirca Ariſtoteles ſi intellectum ad eas partes deflexiſſet, non dixiſſet duas aut diuerſas. In diſciplinis enim pluralitas & diuerſitas ſolum attenditur inter ea quæ ſpecie diſſident. Verum nonnullorum conatus eſt, non quid authores ſentiant perueſtigare, aut eorum ſenſa inquirere, ſed recta eorum dicta ad ſuas opiniones (quibus pertinacius addicti ſunt) quoquo modo trahere, quo videantur authores aſtipulati fuiſſe eorū ſententijs. Et qui id annituntur, non modo ſibijpſis, ſed & alijs additum veritatis obſepiunt, clauduntque viam capeſſendarum bonarum diſciplinarum. Impartibile enim neque finitum neque infinitum eſt. Impartibile hic præſertim dicitur, quod in partes ſecundum quantitatem eſt indiuiſibile, aut continuam, vt punctū, aut diſcretam, vt vnitas. Et tale neque finitum eſt ſecundo & actu, neque illo modo infinitum (nā de alio finiti aut infiniti modo hic non verſatur ſermo) cum non ſit quantum. Omnes tamen partes ſimul, nihil aliud q̄ ipſum totum ſunt. Non eſt annitendum vt adducantur demonſtrationes probationesve oſtendentes partes ſimul eadem eſſe toti, ſed tanquam metaphyſicum proloquiū id eſt ſupponēdum, vt partes ſubſtantiales ſimul, nihil aliud eſſe q̄ totum ſubſtantiale integrales, integrale, partes continui eſſe totum continuum, & diſcreti, diſcretum, quemadmodum mathematicus proloquium habet, partes ſimul ſumptas (vt magnitudinis, numeri aut tēporis) ęquari ſuo toti. Proinde huiuſmodi propoſitiones, totum eſt maius ſuis partibus, partes ſunt minores toto, totum conflatur coaleſcitq; ex ſuis partibus, totū ſuis partib⁹ poſterius eſt, intelligēdę ſunt de partibus diuiſim ſigillatimque & ſeorſum acceptis, & non de ipſis vna collectimq; ſumptis. Alioqui illę & conſimiles, eſſent refutandę. Et hoc loco potiſſimum cauendum eſt, ne in captionē diuiſionis incidatur, ex diuerſa terminorum pluratiui numeri ſecundum diuiſionem collectionemque acceptione. Indignum enim eſt, & ipſius philoſophiæ naturalis excellentia longe inferi⁹, vbi grauia huius diſciplinæ ſenſa exquirenda ſunt, decipulas texere & captioſas argutias quibus incauti inuoluantur atque illaqueentur reſpondentes. Et non minus ridiculum id eſt, quā ſi quiſpiam naturam adultamq; nactus ętatem, puerilia exerceat ludicra, & infantilem vitam degentibus mixtus, eorum luſus leuiter actitet. XI. Neque vnum & multa repugnant, vt credebant. Ad cognoſcendam conuenientiam aut repugnantiam vnius actu & potentia, ad multa actu & potentia ſex annotentur propoſitiones, ex diffinitione horum quatuor facile cognoſcibiles. Eſt em vnum actu, quod non eſt alterius pars, vt tota linea. Vnum potentia, quod eſt alterius pars, vt medietas lineæ. Multa actu ſunt quæ non ſunt alterius partes, vt duę lineę totę. Multa vero potētia ſunt quę alterius ſunt partes, vt duæ medietates eiuſdem lineę. Prima propoſitio. Vnum actu non eſt vnum potentia. Nam dato oppoſito, idem eſſet alterius pars, nam vnum potentia, & non eſſet alterius pars, nam vnum actu. Secunda. Vnum actu non eſt multa actu. Alioqui idem eſſet vnum totum, quia vnum actu, & non eſſet vnum totum, quia multa actu. Tertia. Vnum actu eſt multa potentia. Nam tota linea eſt vnum actu, per diffinitionem, & eſt multa potentia, ſcilicet ſuæ partes ſimul ſumptę. Quarta. Vnum potentia non eſt multa actu. Alioqui idem eſſet alterius pars, quia vnum potentia, & non eſſet alterius pars, quia multa actu. Quinta. Vnum potentia eſt, multa potentia, vt medietas lineæ eſt vnum potentia, nam totius lineæ pars, & etiam multa potētia, ſcilicet ſuæ partes. Quare id literæ dictum, q̄ vnum & multa eodem modo repugnant, nō vniuerſaliter intelligendum eſt, vt oſtendit hęc quinta propoſitio, ſed particulariter, & de eo vnius multorumque modo, qui illic exprimitur, ſcilicet de vno actu, & multis actu. quæ ſecunda modo adducta propoſitio oſtendit repugnare. Sexta. Multa actu non ſunt multa potentia. Alioqui eadem eſſent alterius partes, nam multa potentia, & non eſſent alterius partes, quia multa actu. Id autem inconueniens.

Partes ſimul, toti eaſdē eſſe

¶ Tertij capitis annotatiunculę.

¶ Prima Parmenidis ratio. Quidquid ē pręter ens, non eſt ens, q̄ aūt non eſt ēs, nihil eſt. igitur quidqd eſt pręter ens, nihil eſt. At ens & vnū conuertuntur, igitur quidquid eſt pręter vnū, nihil eſt. eſt igitur tantum vnum. Si aūt eſt tantum vnum, non habet locū, igitur ipſum eſt imobile. ¶ Secunda eius ratio. Si illud vnum diuidi poteſt, illud nō proprie vnū eſt. Nam eius ſectio in infinitum abiret. eſt igitur illud vnū, impartibile. ¶ Meliſſi ratio. Si aliquid eſt factū, ipſum habet principium, igitur ſi non eſt aliquid factū, ipſum non habet principium. Ens autem non eſt factum, igitur non habet principium. Qd aūt non eſt principium non habet finē. ipſum igitur eſt vnū, & infinitum. & qd eſt vnū, & infinitum, locū non habet. ipſum igitur imobile eſt. ¶ Ratio Meliſſi, q̄ ens non ſit factum, q̄a aut fieret ex ente, aut ex non ente. non fiet aūt ens ex ente, quia ipſum ens eſſet prius quā fieret, neq; fiet ex nō ente. nā ex nihilo nihil fit. Non eſt igitur ens factum. ¶ Qd vere eſt, ſubſtantia. ¶ Id habet principium tēporis, cuius aliquod temp⁹ ſuę durationis eſt principiū. ¶ Et illud pricipiū eſt magnitudinis, cuius aliqua magnitudo eſt ſuæ extenſionis principium. ¶ Principium magnitudinis, principium rei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TErtium caput continet ſex concluſiones,& tres rationes ad tertiam. ¶Prima concluſio. Non eſt difficile rationes Parmenidis & Meliſſi 12
ſoluere. ¶Patet,quia ſtati ſophiſticę apparent:vitioſe em̃ cōcludunt & falſum aſſumunt. Ratio tamẽ Meliſſi deterior eſt,& minus appa-
rens. Attamen vno incōueniente dato,multa contingunt. ¶Secunda. Parmeni 13
dis ratio & vitioſe concludit,& falſum aſſumit. Argumentatur em̃ ſic. Quidqd eſt præter ens,non eſt ens.quod aūt non eſt ens,nihil eſt.igitur quidquid eſt pre
ter ens,nihil eſt. ¶Falſum quidẽ aſſumit. Cum em̃ ens dicatur multipliciter, ipſum vno modo capit.Si igitur capiat ens pro ſubſtantia,falſum eſt. Eſto enim quod illud ens ſubſtantia non ſit:eſſe tamen poteſt quantitas,aut qualitas.Si ve
ro pro accidente,rurſum falſum eſt. Nam quod non fuerit accidẽs,ſubſtantia eſ=
ſe poteſt. Et cũ vltra dicit,ens & vnũ conuertuntur:eſto. igitur quidquid eſt pre
ter vnum,nihil eſt:eſto. Cum vero concludit,igitur tantum vnum eſt, hoc non oportet. Nam ſi ſolum eſſent alba, ſimili modo concludi non poteſt, quidquid eſt pręter album,nihil eſt. poſita enim ſunt ſola eſſe alba. igitur tantum vnũ al=
bum eſt. hoc non oportet. Nam cum aſſumptum ſit verum, conſequens eſt fal=
ſum. Et cum vltra argumentatur:eſt tantum vnum,igitur eſt immobile, nam
nullus erit locus in quo moueatur,hoc nõ oportet: quia ipſum alterabile eſſe po-
teſt,& partes, vt aquæ, in toto moueri. ¶Tertia concluſio. Qui tutari volunt 14
Parmenidem, ens pro ſubſtãtia ſolum capere nõ poſſunt. ¶Primo,quia de illo ente dicitur accidens,vt album aut nigrum, aut aliquid aliud. Et tamẽ nihil eſ=
ſet album: aut nigrum. Nam ſola ſubſtantia eſſet:hæc aūt accidẽs important.
illud igitur ens nihil erit. ¶Quod ſi dicit albũ ꝙ vere eſt ſignificare, iã multa
erũt. Nã albũ,ꝙ vere eſt,& qđ ei accidit,ſignificabit. ¶Secundo, qa ſi illud ẽs
ſit ſubſtantia,non erit magnitudo,neq; aliorum accidentium vlluni. Nam ſolũ
erit ſubſtãtia, & quod vere eſt,vt homo,animal,bipes. Quod ãt vere eſt,nulli eſt accidens.hoc autem impoſſibile eſt. ¶Tertio. Si ſubſtantia eſſet, ipſum eſſet diffinibile. Diffinitio igitur eius diuerſas partes explicabit,quę veræ ſunt: non em̃ accidentia explicabit. Nã accidentia aſſunt & abſunt pręter ſubiecti corru=
ptionẽ.at neq; diffinitio,neq; diffinitionis pars abeſſe poteſt: vt ſi diffiniatur ho
mo eſſe animal greſſibile bipes,neq; poſſibile eſt hominẽ nõ eſſe animal,neq;
non eſſe greſſibile,neq; non eſſe bipedem. Erunt igitur multa quę vere ſunt,& non tm̃ vnum ens,etiã ipſum ꝑ ſubſtantia capiẽdo. ¶Quarta concluſio. Parme 15
nides non ſolũ ens ꝑ accidente capere poteſt. Nã cum eſſet accidens,eſſet eius ſubiecta ſubſtantia. Impoſſibile eſt em̃ accidens ſine ſubiecta ſubſtantia eſſe. Et cum ſolum eſſet accidens nõ eſſet ſubiecta ſubſtantia,eſſet igitur eadem ſubie=
cta ſubſtãtia,& nõ eſset: ꝙ eſt impoſsibile. Non igitur ens capiet Parmenides ſolum pro accidente. ¶Quinta concluſio. Non recte ſoluerunt aliqui Parmeni 16
dis rationẽ.illud vnũ eſse impartibile continuũ volentis probare. Argumenta
batur em̃ ſic Parmenides. Si illud vnum diuidi poteſt, illud proprie vnum non erit. Nam eius ſectio in infinitum abibit.non eſt igitur illud vnum partibile. ¶Soluebat Xenocrates dicens illud eſse ex impartibilibus lineis. Et ne cōcede
ret vnũ quodammõ eſse multa(credebat em̃ illa eſse repugnantia) dicebat quã
libet impartibilium linearum eſse illud vnum:& idem eſse magnitudinem, & non magnitudinem:diuiſibile,& non diuiſibile, in parem errorem Parmenidis relabens. Nam inconueniens non eſt (vt dixímus)vnum eſse quodãmodo mul
ta,vt vnum actu,multa potẽtia. Inconueniens tamen eſt idem eſse magnitudi=
nem,& non magnitudinẽ:partibile,& non partibile. ¶Sexta concluſio. Ratio 17
Meliſsi & vitioſe concludit,& falſum aſsumit. Argumẽtatur em̃ hoc pacto. Si aliquid eſt factũ,ipſum habet principiũ.igitur ſi non eſt aliquid factum,ipſum non habet principiũ.Hic autem vitioſe concludit. Nã ex deſtructo antecedente intendit perimere conſequens. Et cũ dicit:ſi aliquid eſt factum, ipſum habet

in alteration nõ requiritur locus

(possibile est accidens dari sine subiecti substantia

principium:cum principium ęquiuocum ſit,ſi intelligat ipſum habere princi=
pium temporis,hoc non oportet:vt patet in momentaneis. Si autem intelligat ipſum habere principium magnitudinis:neq; hoc oportet. Sunt em̃ alteratio=
nes,& impartibilia,quæ principium magnitudinis nõ habent. Et rurſum cum dicit:Si non eſt aliquid factum,non habet principium:ſi intelligat ipſum non habere principium temporis:eſto. Si vero intelligat ipſum non habere princi
pium magnitudinis,hoc non oportet. Nam & cælũ, & ſol, & aſtra,principium ſuæ magnitudinis habent. Et cum vltra argumentatur. Quod non habet prin=
cipium,non habet finem, ſi intelligat, quod non habet principium temporis, non habere finem temporis:eſto. Si vero intelligat id non habere finem ma=
gnitudinis,hoc non oportet:quod tamen intendit,& ex quo ſequeretur ipſum eſſe infinitum. Cum vlterius argumentatur. Quod eſt infinitum, non habet locum:igitur eſt immobile:hoc non oportet. Nam nihil prohibet partes in ipſo moueri,& ipſum alterari. Non enim vt alterabile ſit,requiritur locus. ¶Dice=
bant Meliſſum ſequentes,illud vnum eſſe vnum ſpecie. Sed quomodo homo & equus,& quæ adinuicem ſunt contraria, eadem ſpecie eſſent? Sane hæc per ſeipſa falſa eſse deprehenduntur.

celi sol et astra non temporis sed magnitudinis principium habent

TErtij cap.ſcholia. XIIII. Quia de illo ente dicitur accidens.Philoſophus contra Parme
nidem & Meliſſum logicis agit,& metaphyſicis principijs, vt ſe facturum prædixerat. Logicum autem proloquium eſt, accidens de ſubſtantia prædicari natum eſſe, quare ſi illud vnicum ens.Parmenidis eſt ſola ſubſtantia, de ipſo natum eſt prædicari aliquod accidens. Et cum ſola ſit ſubſtantia,nullum de ipſo poterit accidens dici.De illo igitur ente,dicetur acci=
dens,& non dicetur accidens.quo nihil abſurdius.Si illud ens eſt ſubſtãtia,non erit magnitudo. Supponit metaphyſicus & ſubſtantias eſſe in hoc mundo ſenſibili,itidem & accidentia,vt quan
titates,qualitates,neque ſubſtantias ſine accidentibus hic natura comperiri.Si itaq; illud vnum ens,quod aſtruit Parmenides,eſſet ſola ſubſtantia,tunc nullum eſſet accidens.quod dictæ ſuppo
ſitioni metaphyſicæ aduerſatur.Si ſubſtantia eſſet,ipſum eſſet diffinibile. Supponit enim logi
cus,omnem ſubſtantiam diffinibilem eſſe.ſi media fuerit,& infra ſupremam, diffinitione ſub=
ſtantiali,& eſſentiali.ſi ſuprema deſcriptione, accidentariaque finitione. Et quæ in hac ratione
ducuntur deinceps de accidentibus,& partib⁹ diffinitionis,tametſi de rebus itelligi poſſent,in=
congruum tamen viſum non fuerit,vbi Ariſtoteles Logicis agit rationibus,& ea quoque ad lo
gicam intelligentiam accommodare,neque id eſt quicquam præter materiam ſubiectam expe=
tere.Itaque accidentia aſſunt,& abſunt præter ſubiecti corruptionem.quia vere affirmantur,&
vere negantur de ſuo ſubiecto accepto pro eodem,cum præſertim ſeparabilia ſunt,quibus ſolis
id applicandum eſt.Neque diffinitio autem,neque diffinitionis pars vnquam abeſſe poteſt,quia
diffinitio de ſuo diffinito nunquam negari poteſt,neque diffinitionis item pars ab ipſo diffinito
dimoueri,vt ſi animal greſſibile bipes ponatur hominis diffinitio,neque animal de homine ne=
gari poteſt,neque greſſibile,neque bipes. XVI. Et idem eſſe magnitudinem,& non magnitu
dinem.Ratio Parmenidis probans illud vnum eſſe indiuiſibile,eſt valida & efficax,quia ſi diui
di poſſet vt continuum,ipſum proprie & ſimpliciter vnum non erit. Nam illud diuiſibile eſſet
ſuæ partes,quarum diſſectio in infinitum decumbit.Xenocrates autem volens illam rationem
diluere, in maiora incidit incommoda. Nam cum ponat id totum eſſe coalitum ex lineis, quæ
ſunt magnitudines,illud totum erit magnitudo.Et quia eſt vnum ſolum ens,ipſum non eſt ma=
gnitudo. Alioqui multa eſſent,vtpote partes in quas magnitudo dirimitur.Eſſet igitur idẽ ma=
gnitudo,& non eſſet magnitudo.Similiter quia illud ens ponebatur a Xenocrate compoſitum
ex lineis impartibilibus, ipſum eſt diuiſibile in illas lineas.Et cum ſecundum ipſum vnaquæq;
linearum impartibilium ſit illud ens,ipſum non eſt diuiſibile.igitur idem eſt diuiſibile,& indiui
ſibile. XVII.Nam ex deſtructo antecedente intendit perimere conſequens.Meliſſus in conſe=
quentia quæ non remeat ac recurrit,argumentatur a deſtructione antecedentis ad deſtructionẽ
conſequentis,inciditque in fallaciam conſequentis,ac ſi hoc pacto argumentaretur.ſi homo eſt,
animal eſt.igitur ſi non eſt homo,non eſt animal.Si vero intelligit id non habere finem magni
tudinis,quod ſcilicet non habet principium temporis, non habere finem magnitudinis,id non
oportet. Nam ſecundum Ariſtotelem cœlum & mundus principium temporis non habent,fi=
nem tamen magnitudinis ſortita ſunt,nam ſupremi cœli clauduntur ambitu atque conuexo.

proloqũ logicum

oũis substãtia est diffinibile

diffinito nũq; negãt de diffinito nec pars diffinitionis ab eo dimouetur

de celo & mundo temporis principium non habent

¶Quarti capitis annotatiunculæ.

¶Segregatio, extractio. ¶Congregatio, confuſa commixtio. Et eſt cõfuſa, cum res amplius non appareant. Ab ijs quæ ſunt actu, magnitudinis & paruitatis determinatio ſumitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVartum cap. continet sex opiniones antiquorum, duas Anaxagoræ rões, quiq; cõclusiones Anaxagorã reprobando, duas rõnes ad secundam, & quatuor ad tertiam. ¶ Sex naturaliter loquentiũ opiniones.
¶ Prima est ponentium ignem oim materiale principiũ, & contra- 18
ria raritatem & densitatem formalia. ¶ Secũda est ponentium aerem oim ma- 19
teriale principiũ, & contraria superabundantiã & defectum esse principia for 20
malia. ¶ Tertia est Anaximandri ponẽtis vnũ corpus igne densius, aere vero ra
rius, oim rerum esse materiam, & cõtraria illi infinito corpori inserta esse rerũ 21
formas. ¶ Quarta est Platonis, magnũ & paruũ cõtraria duo pricipia rerũ natu
ralium ponẽtis, & vnam formã & efficientẽ ideam. Et in hoc Plato ab alijs differt, quia alij vnã ponũt materiã. Plato aũt plures. Alij cõtrarias ponũt formas, Plato materias. ¶ Quinta ẽ Empedoclis, quatuor elementa rerũ oim materias 22
esse ponentis, & cõtraria immixta formas, & duo effectiua, litẽ & amicitiam, & res in se inuicẽ esse commixtas, & mundum sepius gñari, & sæpius corrumpi.
¶ Sexta ẽ Anaxagoræ, infinitas similares atomos rerũ materias ponẽtis, & cõ 23
traria immixta formas, & vnum efficiens diuinum intellectũ, & oẽs res in omnibus esse adinuicẽ cõmixtas & confusas, & eas gñari per segregationẽ. Dicit em̃ intellectum diuinum eas segregare, & eas facere apparere, q̃ latebãt, & eas corrumpi per congregationẽ, & mundum dicit semper gñari, & nunq̃ corrumpi. ¶ Et differt Anaxagoras ab Empedocle. ¶ Prio, Quia Empedocles ponit tm̃ quatuor elemẽta rerũ materias, Anaxagoras vero infinitas ponit rerũ materias. ¶ Scdo. Empedocles ponit duo effectiua, Anaxagoras aũt vnũ. ¶ Tertio. Empedocles ponit mũdum sæpius gñari, & sepius corrumpi: Anaxagoras aũt ponit mundũ semp gñari, & nunq̃ corrũpi. In ceteris cõueniunt. ¶ Due rationes Anaxagorę. ¶ Prima. quia videm⁹ ex contrarijs contraria fieri. At ipossibile est cõtrarium in suũ contrariũ abire. sunt igitur cõtraria i contrarijs, & oia in omnibus. ¶ Secunda, omne quod fit, aut fit ex ente, aut ex non ente, non aũt fit ex non ente. nã ex nihilo nihil fit, fiet igitur ex ente. Et cũ videamus ex quolibet quodlibet fieri, erunt om̃ia in omnibus, & quodlibet in quolibet. Hę sunt duæ Anaxagoræ rationes, propter quas credebant quãlibet rẽ esse in qualibet, & rerum generationem nihil aliud esse, q̃ rerum a cõfusa cõmixtione segregationem, & apparentiam. Et cũ interrogabatur, Cũ omnia sint in omnibus, quomodo igitur illa nõ videntur? respondebat ea nõ videri, propter nimiam eorum paruitatem. Et cum iterũ, Cur potius dicendũ sit id os, id caro, id sanguis, cum omnia sint in omnibus? dicebat, quando plus esset de osse, dicebatur os: & quando superabundabat caro, dicebatur caro: & qñ sanguis, id dicebatur sanguis. nihil tamẽ est purum, aut os, aut caro, aut sanguis, aut aliorum quicquã. ¶ Prima 24
conclusio. Incõuenienter Anaxagoras infinita rerum naturalium assignauit principia. ¶ Patet, quia tolebat rerum naturaliũ sciẽtiam. infinitum em̃ & magnitudine & multitudine quantũ sit, notum esse nõ potest. si igitur rerũ naturalium infinita essent principia: ipsæ essent ignotæ. Nam composita cognoscimus, quãdo ex quibus, & quot composita sint, cognoscimus. Nõ igitur cõuenienter Anaxagoras rerum naturalium infinita assignauit principia. ¶ Secun 25
da conclusio. Non omnia commixta sunt in omnibus. ¶ Primo, Quia impossibile est animal aut plantam, sub quantulacũq; esse magnitudine, aut sub quantulacunq; paruitate, sed determinatæ sunt quantitatis, & totius magnitudo ex partiũ magnitudine resultat. Voco em̃ partes, quę a se inuicẽ & a toto separari possunt. Impossibile est igitur omnia in omnibus esse cõmixta. Quõ em̃ & homo in milio, & equus & planta? & quæ & quanta eius caro esse possit infinitis alijs rebus distracta? & quod os? & q nerui? & qui arboris fructus? Scdo. Si ex finita aqua, determinatę quantitatis carnẽ segreges, & iterum tãtam, hoc toties facere poteris, vt tãdem nihil carnis residuum sit. Nam oẽ finitum, p determi-

nõ oia commista esse in oibus hæc ro

26 natę quãtitatis ablationẽ tãdẽ cõsumitur: quo facto, relinquitur non oia mixta
esse in oibus. ¶ Tertia. Nõ quodlibet segregabile ẽ a quolibet. ¶ Primo, quia caro magnitudine & paruitate determinata est. Quãuis em̃ carnis, in eo q̃ corpus est, infinitam sectionẽ intelligas: in eo tm̃ q̃ caro, esse non potest: sed tandẽ ex sectione desineret esse caro. ex minima igitur carne non est segregabile aliquod corpus. Nam cum omne corpus ex corporis subtractione fiat min⁹, esset rõ minima carne minor. quod est ipossibile. nõ igitur quodlibet a quolibet ẽ segregabile. ¶ Scdo, qa si quodlibet semp esset a quolibet segregabile, in aliquo finito esset ifinita caro, & ifinitũ os. nã p subtractionẽ determinatę carnis nũq̃ cõsumeretur, neq; os: immo & quodlibet q̃tuluncumq; parum esset, contineret infinita. At ipossibile est infinitũ finito cõtineri. Igitur nõ quodlibet segregabile est a quolibet. ¶ Tertio, quia accidẽtia, habit⁹, & colores a substantia subiecta nõ sunt segregabilia. non igitur quodlibet a quolibet est segregabile. Ponit em̃ Anaxagoras & substãtia & accidẽtia simul mixta. ¶ Quarto, quia incõuenienens est Anaxagorã dicere sapiẽtissimam mentem conari omnia segregare, &, quia infinita sint, non posse: & id eam latere, non autẽ latere Anaxagorã. Non igitur quodlibet esse ĩ quolibet, & quodlibet semp esse segregabile a quolibet, cõtra sapientissimã dei ꝓuidentiã attestari debet Anaxagoras. ¶ Quarta. Nõ oẽ quod fit, ex specie similaribus fit partibus, vt vult Anaxagoras. Nã lutum
27 non fit ex lutulis, sed terra & aqua: & lateres nõ ex lateribus, sed luto, & dom⁹ nõ
ex domibus, sed laterib⁹ & lignis, & aer ex aqua, & aqua ex aere, vt sępius vide
28 mus. ¶ Quinta. Minus errauit Empedocles, finita ponens rerũ naturaliũ principia, ipso Anaxagora. Nã rerũ naturalium posse esse scientiam non auferebat, neque pleraque eum incommoda sequuntur, quę sequũtur Anaxagoram.

ratio qua dicit quodlibet nõ esse segregabile a quolibet

QVarti cap. scholia. XVIII. Sex naturaliter loquẽtiũ opiniones. Naturaliter loquentes dicuntur q philosophię naturalis principia nõ negauerunt, quales Empedocles, Democritus, Anaxagoras, & cęteri quorũ hic afferũtur de rerũ naturaliũ pricipijs sententię. Et hi secũdo capite huius in prima diuisione naturales etiã dicti sunt. XXIII. Hę sũt duę ratiões Anaxagorę. Et his quę ab Aristotele determinata sunt, hę rationes haud difficile diluũtur. Prima quidã, cõcedẽdo cõtraria fieri ex cõtrariis, nõ manẽtibus trãsmutatione facta, sed deperditis negãdo tm̃ ea fieri ex se inuicẽ secundũ substantiã manẽtibus post trãsmutationẽ factã, vt ex semine oliuę fit oliua, corrupta forma seminis, & nõ manẽte in oliua. Et particula ex, nõ habitudinem materię permanẽtis designare debet, cũ admittũtur ex cõtrarijs cõtraria fieri, sed termini a quo ꝓficiscitur mot⁹, & qui abijcitur. Quare negãdum est cõtraria esse in contrarijs, q̃nquidẽ ipsorum natura ẽ ab eodẽ subiecto se mutuo expellere. Negandũ itidẽ & oia esse ĩ oib⁹. Secunda vero eius rõ dissoluitur, admittendo oẽ quod fit, fieri ex ente, incompleto qdem, & potentia, vt pote ex materia, quę in omni generatione prę supponitur, negãdo tamen quodlibet fieri ex quolibet. Nam determinatũ fit ex determinato, & cõtrariũ ex suo cõtrario, vt paulo post ostẽsurus est philosophus, quẽadmodum ex semine oliuæ fit oliua, nõ triticum. Quare nõ est id Anaxagoræ tribuẽdum, quodlibet esse in quolibet. XXIIII. Infinitum em̃ & magnitudine & multitudine. Infinitum actu magnitudine, posset quidẽ quoquo pacto notũ esse secnundũ rationes gñales, vtpote q̃ sit extẽsum, q̃ partes habeat dimẽsionis adinuicem continuas, quod sua parte sit maius. Itidem & infinitum multitudine, quod ex vnitatibus constituatur, quod suę partes sint adinuicẽ discretę, q̃ quãuis multitudine finita sit maius. Neutrum tm̃ notum esse põt secundum rõem specialem, & explicantẽ determinatam magnitudinem aut multitudinem. Nempe qui interrogatus fuerit quãtum est infinitum magnitudine, nõ habebit quicquã peculiare quod apte respõdere possit, vt q̃ sit cẽtum cubitorum, vel mille. Et si quis scisciterur ex quotvnitatib⁹ constat infinitum multitudine, nihil itidẽ occurrit accõmodatę respondendum, vt quod ex centum aut mille monadibus cõstituatur. Refugit em̃ omnem determinati numeri rationẽ. Nam composita cognoscimus qñ ex quibus, & quot composita sunt, cognoscimus. Ad compositi cognitionem requiri suarum partium notitiam, qua, & quot sint, nõ intelligẽdum est de partib⁹ quãtitatiuis, quas tota res naturalis habet ratione dimensionis, & in quas ratione molis cõiunctæ materię diuidua est, (illarum enim partium diuisio in infinitum ꝓgreditur, neque cuiusq̃ earum peculiarem notitiã habere possemus) sed secundum materiam subiectam applicari debet ad partes substantiales, vt huiusce principij hic habeatur intellectus. Corpora naturalia composita cognoscimus, quãdo ex quibus substantialibus principijs, & quot partibus essentialib⁹ cõstituta sunt cognoscimus. Et qui idipsum ad quantitatis partes accommodauerit, pseudographiam incidet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſalſamque deſcriptionem,ex principio perperã applicato. XXV. Et totius magnitudo ex partium magnitudine reſultat.Partium ſcilicet integralium.hic enim partes vocantur, non quę rei ſubſtantiam conſtituunt,& neque a ſe inuicem,neque a toto natura ſeparari poſſunt,ſed quæ ſecundum magnitudinem ſumptæ,totum integrant, & a ſe inuicem & toto ſeparabiles ſunt, vt rami ab arbore. XXVI. Caro magnitudine & paruitate determinata eſt.Quanuis caro ratione dimenſionis diuidi poſſit in partes minores ſemper vlterius diuiſibiles,quarum quælibet manens toti coniuncta ſit caro(nam homogeneum eſt, & partes conſimilis naturæ,& denominationis retinens) & hoc pacto data quacunque carnis particula, poſſit dari minor quæ ſit potentia, & alterius pars,neque poſſit dari minima caro potentia,tamen caro actu,& tota exiſtens eſt determinatę quantitatis,& hoc pacto datur minima quæ non eſt alterius pars,eo quod forma carnis ſub minoris molis materia ſubſiſtere nata non ſit.Res autẽ naturales(vt & notæ admonent) ſecundum ea quæ potentia ſunt,non ſunt determinatæ magnitudine & paruitate,ſed ſecundum ea quæ ſunt actu,& totæ ſubſiſtentes. Quanuis etiam minima caro(quæ ex petitione phyſica aſſignabitur)poſſit ſecundum molem diuidi in duas medietates per diſtractionem earum, in illis tamen diſtractis particulis,non manebit forma carnis,ſed deperdetur per diſſectionem:quod ipſa non ſit nata ſubſiſtere ſub mole adeo exigua, ſicut eſt moles diſtractæ medietatis, vt litera quoque commoneſacit.Itaque ſi a minima carne actu ſit ſegregabile aliquod corpus,per cuius ſegregationem non deperdatur forma carnis,reſiduum illud facta ſegregatione erit caro, & erit minus ea carne a qua facta eſt ſegregatio.nam omne corpus ex corporis ſubtractione fit minus.Igitur reſiduum illud erit caro, minima carne minor, quod eſtimpoſſibile. Non enim eſt dabile minus minimo, ſicut neque maius maximo ſubſiſtere natura poteſt.

Qui apriuſ declarat ad oũ mioĩ ęgregabile minus, nec ſalibet quodlibet ſegregabile

¶Quinti capitis annota.

¶Prima,quibus non ſunt intrinſeca priora principia.¶Aliqua fieri ex alterutris,eſtvnum ex altero ſua quidem ſubſtantia fieri.¶Subſtantia,eſsentia.

Vintum caput continetvnam concluſionem:& duas rationes ad eam.¶Cõcluſio.Rerum naturalium principia ſunt contraria.¶Primo,Quia concorditer dixerunt hoc omnes 29
phyſici. Qui enim tantum vnum poſuerunt,vt Parmenides & Meliſsus,calidum & frigidum, quę ignem & terram vocabant,principia poſuerunt. qui plura & finita,vt Plato & Empedocles,magnum & paruum,par & impar,congregationem & ſegregationem,litem & amicitiam, raritatem & denſitatem.Qui infinita dixerunt rerum naturalium eſse principia,vt Democritus,plenum & vacuum(quorum ipſe alterum vt ens, alterum vt non ens eſse dixit)ſitum,ordinem,& figuram:quæ ponebat habere contraria, vt ſitum ſurſum, ſitum deorſum,ſitum anteriorem & poſteriorem, ſitum dextrum & ſiniſtrum,figuram rectilineam,figuram circularem. Et hoc omnes antiqui dixerunt,non tam ratione,quam veritate coacti.¶Differunt tamen, quia quidam poſuerũt poſteriora & particularia,vt calidum & frigidum, contraria pricipia, ſenſum ſequentes. Alijvero priora & vniuerſalia:vt magnum paruum,par impar,congregationem ſegregationem,litem amicitiam, raritatem & dẽſitatem: ſequentes rationem. Nam ſingulare ſecundum ſenſum notum eſt, vniuerſale autem ſecundum rationem. Eſt enim ſenſus particularium,ratio autemvniuerſalium.¶Secundo,Quia ea rerum naturalium aſſignanda ſunt pricipia, quæ
non fiunt ex alijs,neque ex alterutris, ſed omnia alia fiunt ex ipſis. prima au- 30
tem contraria non fiunt ex alijs,neque ex alterutris, ſed omnia alia fiunt ex ipſis.Nam cum ſint prima,non fiunt ex alijs,& cum ſint contraria, non fiunt ex alterutris.Nam contrarium in ſui contrarij ſubſtantiam nunquam tranſire poteſt.Quod autem omnia fiant ex cõtrarijs,patet: quia res naturales omnes per generationem fiunt,quæ eſt de contrario in contrarium. Nam non quodlibet agere in quodlibet,neq; quodlibet pati a quolibet natũ eſt, ſed determinatum a determinato,& contrarium a cõtrario,vt album non fit ex quolibet(non enim fit ex muſico,niſi ſecũdum accidẽs)ſed fit ex nigro,aut colorato medio. & muſicũ nõ ex quolibet nõ muſico, ſed ex immuſico. & domus ordinatio nõ fit ex qualibet inordinatiõe,ſed ex inordinatione dom⁹. Similiter albũ nõ corrũpitur i quodlibet,ſed ĩ nigrũ,aut mediũ:neq; muſicũ corrũpit in quodlibet,ſed in

immuſicũ.& domus ordinatio non corrũpitur in quodlibet, ſed in dom⁹ inordinationẽ.¶Attamen ex quib⁹ contrarijs res fiant, & in quæ contraria corrũpantur,nos plerunq; latet:quia huiuſmodi diſpoſitionibus contrarijs non ſunt nomina impoſita:generalia tamen apte dici poſſunt;conuenientia,inconueniẽtia, ordinatio,inordinatio;at ſpecialia non ſunt vſitata : ſed ea ex cõmunibus circunloq poterimus.Nam oẽ conueniens ex inconueniente fit, & in iconueniens corrũpitur:vt conuenientia ſtatuę ex inconueniẽtia fit non qualibet, ſed ex ſtatuæ inconuenientia:& corrũpitur non in quanlibet inconuenientiam,ſed in ſtatuę inconuenientiam. Et ita in cæteris eſt dicendum,vbi nomina deſunt.

Vinti capitis ſcholia. XXIX. Rerũ naturaliũ principia ſunt contraria.Hæc cõcluſio non vniuerſaliter intelligenda eſt de quibuſunque rerum naturalium principijs. (nempe principia per ſe, & tranſmutatione facta rem naturalem conſtituentia, non ſunt contraria,vt materia & forma.ſiquidem materiæ nihil eſt contrariũ)ſed particulariter & de principijs formalibus tranſmutationis rerum naturalium, vt pote de forma ſubſtantiali,quę acquiritur & ea quæ deperditur,vt cum ex aqua generatur ignis, forma aquæ q̃ abijcitur,& ignis forma quæ acquiritur, adinuicem contrariantur.Sunt em̃ ſub eodẽ genere,ſcilicet ſubſtantia,& maxime a ſe inuicem diſtant,naturæ diſſidio atque repugnantia. Eidem etiam ſuſceptibili, ſubiectoque incompleto viciſſim inſunt. Nam eadem numero materia, quæ prius ſubſternitur formæ aquę,poſtea recipit in ſe formam ignis. Neque ratio cõtrariorum exigit quod viciſſim aſſint formę illæ eidem ſubiecto completo,cum vnaquæque forma ſubſtantialis completo aſſit a natura,neque poſſet manẽte completo eidem abeſſe,vt neq; caliditas igni. Demum ab illo ſuſceptibili incompleto cuiviciſſim aſſunt,mutuo ſe formæ prædictę expellunt. nam non poſſunt illi ſimul ſecundum eandem ſubiecti partem adeſſe. Verum hæc in dialogo difficilium phyſicalium apertius elucidantur. Nam non quodlibet agere in quodlibet. Nonnulli conati ſunt ponere formas ſubantiales habere eſſe incompletum in materia antequam producãtur,& per productionem eas educi de potentia materię, perſpicueque & complete tum in materia ſubſiſtere,quę prius latenter,& incõplete in ea ſubſiſtebant, vt in ſemine oliuæ infita eſſe quędam ſeminaria & primordia formæ oliuæ,quę in lucem edantur per oliuæ generationem. Alioqui non eſſet(vt aiunt)aſſignãda ratio cur ex ſemine oliuæ potius fiat oliua, quam alia quæuis arbor,atit cur ex ouo anſeris quod fouetur a gallina, potius prodeat pullus anſeris quam gallinę. Verum id aſſerere nihil aliud eſt quam ſnĩam Anaxagoræ occulte appprobare, dicentis mentem diuinam per ſegregationem res prius latitantes in apertum depromere, & hoc pacto rerum fieri generationem.Et ſi penſiculatius hæc attendatur aſſertio,deprehendetur ſolo verborũ diſcrimine ab ea quæ Anaxagorę eſt diſſidere. Quod autem ex ſemine oliuæ gignatur ſemper oliua, nõ eo venit,quod forma oliuæ quoquo pacto ſubſiſtat in materia ſeminis ante ſui productionem,ſed quia forma ſeminis oliuæ determinata eſt vt in formam oliuę corrumpatur, quodque in materia ſeminis per agentia extrinſeca,vt naturalem vim terrę, producantur diſpoſitiones accidentariæ quæ materiam diſponant ad formam oliuæ & non aliã quanuis ſuſcipiendam.Eodem modo quod ex ouo anſeris gignatur pullus anſeris,id in cauſa eſt,quod forma oui anſeris a natura determinata eſt vt in ſuum contrarium formam anſeris deperdatur. Et ab extrinſeco fouente oua(ſiue ſit anſer, ſiue alterius generis auis) per natiuũ calorem inducuntur materiæ oui qualitates formę oui diſconuenientes,& formæ anſeris conuenientes,per quas vt inſtrumentarias affectiones & oui forma abijcitur, & forma anſeris inducitur. Quocirca extrinſecum illud fouens oua(quodcunque fuerit) ſolum eſt generationis agens inſtrumentale, principale autem eſt ea vo lucris a qua primo ouum prodijt.quare non generatur anſer a diſſimili ſecundũ ſpeciem niſi tãquã adminiculario inſtrumento.Nam omne conueniens ex inconueniente fit.Conueniens hic dicitur forma ſubſtantialis quę acquiritur,reique naturalis conſtitutioni conuenit,ad quam forma cõparata,hoc nomen ſortitur,vt forma hominis ad hominem.Inconueniens autem eſt forma ſubſtantialis illi contraria,vt ea quæ in formam conuenientem, aut in quam ipſa conueniens forma corrumpitur,vt forma ſeminis & cadaueris humani ad formam hominis. Quare conueniens & inconueniens hic relative dicuntur,& omne conueniens ad ſuum incõueniens ſemper referendum eſt,& contra inconueniens ad ſuum conueniens.

¶Sexti capitis annotat.

¶Genus, genus tranſmutationis. ¶Contrarietas, duo adinuicem contraria. ¶Generis ſubſtantię contraria,tranſmutationis ſubſtãtialis contraria. ¶Trãſmutationes ſubſtantiales,generatio corruptio. Contraria, priora, ſubſtantialia. Poſteriora accidentalia. ¶Per ſe,non in alio. ¶In vtroque quinti modo. ¶Primæ inſtantiæ ſolutio. Contrariorum principiorum ſubiectum eſt principium ſubiectiuum,non eſſentiale & conſtitutiuum.

Universidad de Deusto Biblioteca

SExtum caput continet quatuor concluſiones, quatuor ratio=
nes, ad ſecundā, duas inſtantias ad tertiam, duas rationes ad
quartam. ¶ Prima concluſio. Non tantū eſt vnum rerum na 30
turalium principium. ¶ Patet, Quia rerum naturalium pri=
cipia ſunt contraria: ipſa autem contraria non ſunt vnū. igi=
tur non tm̄ vnum eſt rerum naturalium principium. Nā ni
hil ſibiipſi contrarium eſt. ¶ Secunda concluſio. Non ſunt 31
rerum naturalium infinita contraria principia. ¶ Primo, Quia rerum naturali
um tolleretur ſcientia. ¶ Secundo, Quia in vnoquoq; gn̄e eſt vna prima contra
rietas: contrarietas autem duobus extremis clauditur. Igitur in vnoquoq; gene=
re contraria ſunt finita. Rerum aūt naturalium contraria principia vnius ſunt
generis. Eſt em̄ ſubſtantia genus quoddā. Igitur ipſa ſunt finita. ¶ Tertio. Me
lius ex finitis principiis rerum naturalium generationes, corruptiones, & cæte=
ras trāſmutationes ſaluamus, quam ex infinitis: vt Empedocles melius ipſa ſal
uabat ipſo Anaxagora. Igitur potius ponenda ſunt finita, quam infinita.
¶ Quarto. Cōtrariorū quędā ſūt priora, & quędā poſteriora: igr̄ nō ſunt īfinita.
Nā in infinitis neque priora neq; poſteriora inueniuntur. ¶ Tertia concluſio. 32
Pręter duo contraria principia ponēdum eſt tertium principium eorū ſubiectū.
Nam ſicut contrarium, ſuum contrarium non efficit, vt caliditas non efficit fri
giditatem, neq; lis amicitiam, neq; raritas denſitatē, ita idem conſtituere neque
unt: & nulla contraria per ſe ſubſiſtunt: vt caliditas & frigiditas, raritas & den=
ſitas, & ita de ſingulis. Eſt igitur ponēdum tertium principium, ꝙ modo cū vno
vnam rē conſtituat naturalē, & mō cum altero alteram: & ꝙ eorum contrariorū
viciſſim ſit ſubiectum. ¶ Prima inſtantia. Si principia cōtraria eſſent in ſubie=
cto, principiorum eſſet principium. Nā ſubiectum, prius & principium eſſe vi
detur eorum quę in ipſo ſunt. Hoc autē inconueniēs videtur. ¶ Secunda. Sub=
ſtātię nihil eſt cōtrarium: igitur rerum naturalium (quę ſubſtantię ſunt) princi=
pia non ſunt contraria. ¶ Reſponſio. Si ratio probans rerum naturalium princi
pia eſſe contraria, vera eſt, illa contraria eſſe ſubſtantias oportet. alioqui res natu
rales nō conſtituerent. Nā ex non ſubſtantiis non fit ſubſtantia: neq; quod pri⁹
eſt non ſubſtantia, poſtea vnq̄ eſt ſubſtantia. Et illorum contrariorum eſt aliud
principium ſubiectiuum, ꝙ viciſſim eis ſubiectum eſt, & cum ipſis res conſtitu
it naturales. Et antiqui fere oēs vnam communē ſubſtantiā poſuerunt cum con
trariis, ex q̄bus oīa fierent. quidē eam poſuerunt ignem, alii aerem, alii aquam,
alii ſubſtantiā mediā. Contraria vero quidā calidum & frigidum, alii magnum
& paruum, alii congregationē, ſegregationem, litē, amicitiam, raritatem & den=
ſitatem. & duo poſuerunt agentia, & vnum patiēs. Plato autē poſuit duo patien=
tia, magnum & paruū: & ideā vnum principium agens. Et vetuſtiſſima fuit opi
nio, rerum naturalium tria eſſe principia, ſubiectum, ſupabundantiam, & defe=
ctum. ¶ Quarta concluſio. Tranſmutationis rei naturalis tria principia ſuffici= 33
unt. ¶ Primo. Quia vnum ſubiectum ſufficit ad patiendum, & duo contraria ad
agendum. Si em̄ duo fuerint ſubiecta: duę erunt cōtrarietates, cuiuſlibet em̄ ſub
iecti tranſmutationis eſt vna contrarietas, & ſi diuerſæ generabuntur res natu=
rales. Si aūt ſint duæ contrarietates, & ſubiectum vnum: cum vnum contrarium
ſufficiat ſuum corrumpere contrarium, & rei naturalis facere tranſmutationem
(nam quidquid habet contrarium, ab eo corrumpi natum eſt) altera contrarie=
tas, erit ocioſa. Non autem ponenda eſt pluralitas ocioſa. Sufficiunt igitur tranſ
mutationis rei naturalis tria pricipia. ¶ Secundo. Vniuſcuiuſq; generis eſt vna
contrarietas: quæ cum ſubiecto tranſmutationis eſt ſufficiens. Subſtantia autē
quoddam genus eſt: igitur ſubſtantię eſt vna contrarietas, quę cū ſubiecto tranſ
mutationis ſubſtantialis eſt ſufficiens. Tranſmutationis igitur rei naturalis
(eſt enim ea, ſubſtātialis tranſmutatio) tria ſufficiunt principia, duo ſcilicet cō

traria, & ſubiectum vnum. ¶ Et differunt illa ſecundum prius & poſteri⁹, & nō
genere. Nam ſubiectum cōtrariis prius eſt, & vnum cōtrariorum prius ineſt, &
alterum poſterius, & omnes aliæ contrarietates in hanc primam & ſubſtantialē
reduci videntur contrarietatem.

SExti cap. ſcholia. XXXI. In vnoquoq; genere eſt vna prima contrarietas. Id nō de gene
re logico aut eius contrarietate dictum putetur, ſed de genere phyſico, contrarietateq;
phyſica, & de genere quidē (vt etiam commonefaciunt notę) tranſmutationis phyſicę.
Sunt autem tranſmutationum phyſicalium tum ſubſtantialium tum accidentalium gē
nera quatuor, ſubſtantia, quantitas, qualitas, & vbi, quod ſecundum ea ſola fit motus; vt oſten=
ſurus eſt Ariſtoteles in tertio phyſicorum. In vnoquoque autem eorum eſſe vnam primam con
trarietatem, hinc liquet. Nam in genere ſubſtantiæ, tranſmutationis prima contrarietas eſt vnius
formæ ſubſtantialis acquiſitio, & alterius in eodem ſubiecto eodemque tempore deperditio. In
genere quantitatis, maxima natura rarefactio, & maxima condenſatio. In genere qualitatis, ma=
xima qual itatū ſimpliciter contrariarum intenſio. Et demum in genere lationis, maxima latio
ſurſum, & maxima latio deorſum. Ad quas primas quatuor generum rerum contrarietates, aliç
ſui generis contrarietates (quæ poſteriores ſunt, & minus præcipuę) habent reductionem. Verū
hæc ex dialogi difficilium phyſicalium lectione euadēt clariora. XXXII. Nā ſicut contrarium,
ſuum contrarium non efficit. Tria in hoc loco afferuntur proloquia phyſica ad oſtendendum
quod præter duo principia contraria, requiratur eorum ſubiectum. Primum. Nullum contra=
rium, ſuum contrarium efficit. Et id intelligitur de efficiente producente aut conſeruante, non
autem de corrumpente, cum contrarium natum ſit ſuum corrumpere contrarium. Intelligitur
it idem efficiente per ſe. nam nihil prohibet frigiditatem efficere calliditatem, & e diuerſo per
accidens. & propter contrariorum adiacentiam, atque circunſtantiam. Secundum. Duo contra
ria idem tertium conſtituere nequeunt. quod de contrariis ſimpliciter intelligitur, & quæ non
ſunt nata ſe in eodem permittere. Nam duo contraria ſecundum quid, idem tertium ex vtro=
que aggregatum facile conſtituunt, vt callidítas & frigiditas remiſſa tepiditatem. Tertium. Nul
la contraria per ſe & ſine ſubiecto ſubſiſtunt. Nec abs re quidem. nam contraria, formæ ſunt aut
ſubſtantiales, aut accidentariæ. Atqui nullæ formæ ſine ſubiecto ſubſiſtere natura poſſunt. Neq;
igitur contraria. Prima inſtantia. Hæc obiectio diluitur (vt & notæ oſtēdunt) admittendo prin=
cipiorum ſubſtantialium eſſe principium ſubiectiuum, vt pote materiam quæ viciſſim formis cō
trariis ſubſternitur, neque id conueniens eſt. Nam illius principii ſubiectiui non eſt vlterius po=
nendum aliud principium ſubiectiuum. eſt enim primum ſubiectum. Negandum tamen eſt prin=
cipiorum eſſe aliud principium conſtitutiuum, & quod eis eſſentiam ſubminiſtret. nam tunc prin
cipia eſſent ex aliis, & in ipſis abiretur in infinitum, cum quæcunque darentur, deberent eadē ra=
tione ex aliis conſtitui. Secunda autem cauillatio diſſoluitur concedendo voci dictionique de ge
nere ſubſtantiæ nihil eſſe logice contrarium, vt quarta ſubſtantiæ proprietas in Cathegoriis oſtē
dit. Rei tamen quæ ſubſtantia eſt, aliquid eſt phyſice contrarium, vt vni formę ſubſtantiali altera
cum in vnoquoque genere rerum phyſico ſit vna prima contrarietas, non quidem dicibilium,
ſed rerum. XXXIII. Si em̄ duo fuerint ſubiecta. Si duo diuerſarum naturarum ponantur ſub=
iecta tranſmutationis ſubſtantialis, conſequens eſt & duas eſſe omnino diuerſas contrarietates in
ſubſtantia. vnam, quę cum primo ſubiecto tranſmutationem faciat ſubſtantialem, & alteram om
nino a prima diſcrepantem. quæ cum ſecundo ſubiecto ſpecie quidem a primo diſſidente, tranſ=
mutationem etiam efficiat ſubſtantialem. Et ſic diuerſæ ſpecie fient res naturales. hæ quidem ex
primo ſubiecto, primaque contrarietate. illę vero ex ſecundo ſubiecto, eiuſque contrarietate, quę
longo interuallo, ſpecieique diſcrimine a primis diſtrahunt, neque vnquam natæ erunt primi ſub
iecti res naturales tranſmutari in eas quæ ſecundi, propter ſubiectorum diuerſitatem, neque e=
diuerſo ſecundæ in primas. Hæc autem ſunt perquam abſurda, cum phyſicus ſupponat mutuā
rerum tranſmutationem fieri poſſe. Non autem ponenda eſt pluralitas ocioſa. Eſſet ocioſa plu=
ralitas, cum plura quidem eſſent, ſed ſine vſu & functione aliqua in natura, quod ſummopere na
tura & ipſe optimus naturæ conditor refugit. Nihil enim in tanta rerum huius mundi multitu=
dine ocioſum, nihilque ſine vſu ſubſiſtit. Et hanc metaphyſicam dignitatem nonnulli recentio=
res in hanc commutarunt. Non eſt ponenda pluralitas ſine neceſſitate. qua velut herculea claua
aut Achilleo telo magnitudines, numeros, lationes, & tempus enituntur interimere, contende=
reque illa nihil a ſubſtantia diſcrepare. Verū hæc propoſitio non modo proloquiū nō eſt, ſed ne
veritati quidem conſentanea. Videmus enim in hac pulcherrima mūdi diſpoſitione, ordinatiſſi
moque tenore complura eſſe rerum genera, vt herbarum, lapidum, ſtillarū aquæ, ſine neceſſitate,
nulla tamen eorū ſunt ocioſa. Quę obſecro neceſſitas eſt tam numeroſam eſſe hominū multitu=
dinem, aut aſtrorum ſtelliferi cæli? quæ oīa non propter neceſſitatem, ſed exuberantiſſimæ boni=
tatis diuinæ largitatē adeo multiplicata conſpiciuntur. Cęterū non parua labes diſciplinis hinc
illata eſt, ꝙ loco doctrinaliū proloquiorum a probatis authoribus poſitorum, recipiūtur ea quæ
principiorum ſpeciē præferunt, attentiuſculæ aūt penſiculata falſa ſunt. Et differunt illa ſecundū
prius & poſterius. Principia rerum naturaliū, vt pote duo contraria, & tertiū ſubiectū, differunt,
ſecundū prius & poſterius tēpore. Nam ſubiectū eſt prius tēpore cōtrariis, vt materia prior quā

Universidad de Deusto
Biblioteca

forma feminis oliuę, etiam quam forma oliuę. Et contrariorũ vnum, ſcilicet forma quę abiicitur prius tempore inest ſubiecto, alterum vero, vt pote forma quæ acquiritur, poſterius inest. Non tũ illa principia genere differũt, nam & ſubiectũ ipſum, & contraria ſubſtãtię ſunt. Et oẽs alię cõtrarietates, & ſecundum alia genera phyſica, quãtitatem, qualitatẽ, & vbi ſumptę, in ſubſtantialẽ reducuntur cõtrarietatẽ quę eſt inter duas fortunas eſſentiales, tanquã minus verę & pręcipuę in veriſſimã & principaliſſimã, quemadmodũ ſecundus dialogus phyſicus abundantius diſſerit.

¶Septimi capitis annotatiunculę.

¶Modus exprimendi eſt ſimplex, quando extrema ſunt incõplexa. ¶Compoſitus, quando alterum complexum eſt. ¶Priuatio primo, eſt formę in ſubiecto nato carentia. Eſt aũt carentia formę in ſubiecto nato, ſubiectum forma quã natum eſt habere, carens. ¶Secundo, eſt forma, qua adueniente altera, materia priuatur. ¶Vnũ numero, vnum eſſentia. ¶Sub alteratione generatio, corruptio, & alij motus comphenduntur. ¶Dignitas. Quę eadem ratione dicuntur, ſi vnũ conuenit, & alterum conuenire neceſſe eſt. Principia per ſe ſunt quę remanẽtia rei naturalis conſtituunt eſſentiã. ¶Principia per accidens ſunt principia quæ vt fiat res naturalis, requiruntur, factę tamen non conſtituunt eſſentiã. ¶Res naturalis, hoc aliquid, totum, compoſitum, completum ens in actu.

Eptimũ cap. continet duas diuiſiones, quatuor cõcluſiones, duas ratiões ad primam partẽ primę, vnum corollarium, & inſtantiam ad tertiam, & vnũ corollarium ad quartã. ¶Prima diuiſio. Duobus modis aliquid fieri exprimimus. ¶Primo ſimplici: vt homo fit muſicus, ex immuſico fit muſicus. ¶Secundo compoſito, vt immuſicus homo fit muſicus, ex homine immuſico fit muſicus. ¶Secunda diuiſio. Duobus modis aliquid fieri modo ſimplici exprimimus. ¶Primo in recto: vt homo fit muſicus. ¶Secũdo in obliquo, vt ex immuſico fit muſicus. Nam cum aliquid fieri exprimimus noie permanentis materię & formę, vt plurimum recto vtimur: vt homo fit muſicus. Non tamen id ſemper oportet. Nam dicimus: ex ere fit ſtatua, & ex lignis fit domus, & non es fit ſtatua, & ligna fiunt domus. Cũ vero nomine non permanentis materię, habitu & priuatione, aut nominibus contrarijs tranſmutationem exprimimus, obliquo vtimur: vt, ex ſemine fit equus, & ex immuſico fit muſicus, & ex nigro fit albus. Et de modo exprimendi compoſito ita dicendũ eſt. Et hoc vniuerſaliter de trãſmutatione intelligimus. Nã natura cõmunia prius determinãda ſunt, deinde circa propria ſpeculandũ eſt. ¶Prima cõcluſio. In omni tranſmutatiõe aliquid ſubijcitur, q̃ vnum numero eſt, ratione vero duo. ¶Prima pars patet. Primo, quia omne q̃ fit, aut fit ſimpliciter, aut non ſimpliciter. fit em̃ aliq̃d ſimpliciter, cũ acquiritur ſubſtantia. nõ ſimpliciter vero cum acquiritur accidens, ſed cum aliq̃d fit ſimpliciter, aliquid ſubijcitur. Nã formę quę acquiritur, ſubiecta eſt materia, ſubijcitur em̃ viciſſim formis contrarijs. Et etiã cum fit non ſimpliciter, aliq̃d ſubijcitur. Nã non erit accidẽs q̃ acquiritur, ſine ſubiecto. igitur omni trãſmutationi aliq̃d ſubijcitur. ¶Secundo. Exiſtimant oia fieri trãſfiguratione, appoſitione, ſubtractiõe, compoſitione, aut alteratione. Transfiguratione quidẽ, vt cum ex fuſo ere fit ſtatua. Appoſitione, vt cũ quid augetur. Subtractione, vt cum q̃d diminuitur, aut cum ex lapide ſculpitur Mercurius aut Apollo. Cõpoſitione, vt cum ex lapidibus lignis & laterib⁹ cõgeſtis fit domus. Alteratione, vt cum aliq̃d fit album. Sed in oibus his ſubijcitur materia ex qua fiunt: vt es trãſfigurationi ſtatuę, corp⁹ augmentationi aut diminutioni, lapis iſculptioni Mercurij, lapides ligna & lateres conſtructioni dom⁹, & ſubiectũ ſuum alterationi. Igitur in oi trãsmutatione aliquid ſubijcitur. ¶Secunda pars, q̃ trãsmutationis ſubiectũ vnũ ſit numero, ratione vero duo: patet. Q̃d vero ſit vnum numero, ſuperi⁹ dictũ eſt, alias nõ fieret vnum. Sed q̃ ratione duo, patet: quia in omni transmutatione ſubiectum for-

quot modis dicatur aliq̃d fieri

ꝛ fieri aliq̃d in recto cũ eadem ꝑ manẽtia materię & formę

priuſ cõmunia determinãda deinde propria

q̃d fit ſimpliciter nõ ſimpliciter

quot modis fiat res

ma quam natũ eſt habere, caret, & quã quidẽ facta tranſmutatione habet. eſt igitur idem & ſubiectum, & priuatio. At alia eſt ratio ſubiecti, & priuationis: ſicut alia eſt ratio hominis, & immuſici. Nã factis tranſmutationibus, quod ſubijcitur: dicitur ſubiectum, non autem formæ (cuius prius) dicitur amplius priuatio. & homo ſemper dicitur homo, non autem immuſicus. Igitur quod ſubijcitur, vnum numero eſt, & ratione duo, ſubiectum, & priuatio. ¶Secunda concluſio.
37 Subiectum & forma, rerum naturalium per ſe ſunt principia. ¶Patet, quia illa per ſe rerum naturalium ſunt principia, quæ intrinſece eas cõſtituunt, & earum ſubſtantiam complent & perficiunt. quamlibet autem rem naturalẽ ſubiectum & forma intrinſece conſtituunt, & eius ſubſtantiam complẽt & perficiunt. Sunt igitur ſubiectum & forma rerum naturalium per ſe principia. ¶Tertia concluſio. Priuatio, & contrariorum alterum, principia ſunt per accidẽs. ¶Patet, quia
38 rei naturalis non complent & perficiunt eſſentiam. nam facta re naturali, eius priuatio & contrariorum alterum non manẽt. igitur pricipia ſunt per accidens. ¶Corollarium. Vnde fit vt rerum naturaliũ principia ſint, vt duo: ſint vt tria: ſint vt contraria. Nam duo ſunt per ſe, ſubiectum, & forma. tria vero, ſubiecta natura, & duo contraria. eſſe vero contraria, prius oſtẽſum eſt. Inſtantia. ¶Si re-
39 rum naturalium ſint principia contraria. ea ad inuicem non agere, aut pati impoſſibile eſt. non poterit igitur conſiſtere res naturalis. ¶Reſpondet, in re naturali illa contraria non manere, ſed vnum cum ſubiecto. Sufficit enim contrario rum alterum ſua pręſentia & alterius abſentia cum ſubiecta materia rem conſti
40 tuere naturalem. ¶Quarta, Materia ſecundum proportionem & analogiam cognoſcibilis eſt. Nam ſicut æs ſe habet ad ſtatuam, & lignũ ad lectum, & vnumquodque talium formam habentium: ita materia ad rem naturalem, & hoc aliquid. ¶Corollarium. Vnde materia vnum eſt, non vt forma, neque vt hoc aliquid. Nam forma vnum eſt vt actus: hoc aliquid vnum eſt vt totum: materia vero vnum eſt vt ſubiectum. Dicere autem qnomodo materia & forma & hoc aliquid ſubſtantiæ ſint, non amplius Phyſici eſt, ſed philoſophi primi.

ſubiectũ et forma ꝑ ſe ſũt pricipia rerum naturalium qa mrẽ ſece aſſimilãt etcs

materia ſm proportionẽ eſt cognoſcibilis

Eptimi capitis ſcholia. XXXV. Non tamen id ſemper oportet. Cum primum extremum, & quod primum in propoſitione locum ſortitur, importat materiam permanentem in qua, ſubiectumque denominationis, potiſſimum nominatiuo vtimur in exprimenda tranſmutatione, vt homo fit muſicus. Cum vero primum extremum deſignat materiam ex qua permanentem, vtimur obliquo, vt ex ære fit ſtatua, ex lignis domus, neque accommodate dixerit quiſpiam, æs fit ſtatua, ligna fiunt domus. At cum primum extremum deſignat materiam tranſeuntem, habitum, priuationem, aut contrarietatem, & generatim cum explicat terminum a quo motus proficiſcitur, vtimur obliquo ablatiuo, vt exempla literæ declarant, videlicet ex ſemine fit equus, ex immuſico fit muſicus. XXXVI. Eſt igitur idem ſubiectum & priuatio. ſicut idem re ipſa eſt homo & immuſicum, ratione tamen duo. nam homo ſubſtantiam nominat, immuſicum autem priuationem muſicæ, quam cum aſſecutus quiſpiam fuerit, adhuc dicitur homo, non tamen amplius erit immuſicus. Quemadmodum etiam idem ſubiecto & eſſentia eſt aer & tenebræ, diuerſam tamen rationem ſortitum. nam aer ſubſtantiæ rationem deſignat, tenebræ autem priuationem luminis. At cum fuerit aer perfuſus lumine, adhuc aeris nuncupationem retinet, non autem tenebrarum. Sic idem re ipſa eſt ſubiectum, & priuatio primo, in primaque acceptione in notis declarata, vtpote ipſa materia quæ tranſmutationi ſubijcitur. Illa tamen inter ſe late ſecundum rationem differunt. Subiectum enim reſpicit formam quæ ineſt, priuatio autem eam quę nondum adeſt, ſed poteſt adeſſe. Proinde completa tranſmutatione, perfectaque generatione, adhuc materia ipſa dicitur ſubiectum acquiſitæ & in exiſtentis formæ, illius tamen non amplius dicitur priuatio, cum eam actu habeat, quod ſufficiens eſt argumentum illa inter ſe ratione differre. Nam ea quorum vno alicui conuenientę: alterum ſimul eidem non conuenit, vt rationis diſcrimen habeant neceſſe eſt. Neque hoc in loco prolabendum eſt in captioſam altercationem, ſophiſticumque ſenſum, quo hæc concedatur. completa generatione priuatio manet, ſed non manet priuatio. propter proprietatem quandam terminorum a recentioribus excogitatam, ſed diſciplinis indignam, quam appellationem nuncupant. Nam huiuſmodi propoſitionum diſcrimen curioſius obſeruare, non doctrinale eſt, ſed contentioſum & litigioſum, nihil habens frugis, nihil vſus. Authores enim ſuarum propoſitionum rectam potius intelligentiam expetunt, quam contentioſam diſceptationem, neq̃ propter terminorum diuerſam collationẽ atque ſitum, veritatis aut falſitatis diſcrimẽ conſtituunt. Proinde ſecundum Ariſtotelis philoſophiam vtraque prædictarum neganda ve-

nit.vt quę sint prorsus eædem. XXXVIII. Eius priuatio & contrariorū alterum non manet. Facta transmutatione, priuatio primo formæ iam acquisitæ etsi secundum rem maneat (quod nihil aliud re ipsa sit quam materia) non tamen manet secundum rationem. nam post completam generationem amplius non dicitur priuatio illius formæ, idcirco priuatio primo dicitur non manere. nam in philosophia naturali non tam rerum quam rationum, vbi aliqua dicuntur differre, nō differre, manere, non manere, & cætera id genus, habetur consideratio. Alterum autem contrariorum, scilicet forma quæ acquiritur, neque secūdum rem neq; secundum rationem manet completa transmutatione, sed omnino deperditur. Et ex his constat in omni transmutatione naturali duas requiri formas substantiales contrarias. Si enim solum esset forma quæ deperditur, materia post corruptionem maneret sine forma, aut prius habuisset duas formas, quarum vna esset deperdita, & altera remaneret. quorum vtrunque est impossibile. Si vero solum esset forma quę acquiritur, tunc materia ante generationem fuisset sine forma, aut post generationē simul haberet duas formas, vtpote formam pręexistentē, & alterā de nouo acquisitam. quorum vtrunque manifestum itidem est incōueniens, & physicorum prīcipiorū oppositum. XXXIX. Nam duo sunt per se. Principia constitutionis rerum naturalium, & manentia in re naturali complete acquisita, sunt solum duo, scilicet materia, & forma per generationem acquisita. Principia autem transmutationis rerum naturalium re ipsa distincta sunt tria, vtpote materia, forma quę acquiritur, & priuatio secundo, siue forma quæ deperditur. Nam vt præcedente scholio dictum est, nunq̄ forma substantialis in materia acquiritur, quin simul alia ab eadē deperdatur, & e diuerso nulla deperditur, quin simul alia in eadem acquiratur. Neque natura comperitur seiuncta corruptio a generatione, aut generatio a corruptione. Principia autem transmutationis rerum naturalium ratione distincta, sunt quatuor, scilicet materia, forma quę acquiritur, priuatio primo (quæ idē est re ipsa ipsi materię) & priuatio secundo. Nisi enim materia esset priuata forma acquirenda, & nata eam suscipere, non esset ipsa subiectum transmutationis naturalis. quare non minus ratio priuationis primo, requiritur ad generationem, q̄ priuatio secundo. Cæterum cum dicimus secundum Aristotelem tria esse rerum naturalium principia, materiam, formam, & priuationem, intelligimus tria re ipsa distincta, & priuationem pro priuatione secundo accipimus. Cum vero dicimus priuationem aliud nihil esse q̄ materiam forma priuatam, priuationem sumimus pro priuatione primo. Quod dictum voluimus, ne quispiam vocabuli priuationis homonymia, multiplicitateq; & ęquiuocatione hallucinetur. XL. Materia secundū proportionem & analogiam cognoscibilis est. Materia non est cognoscibilis secundum analogiam & conuenientiam quam habet ad formam rerum artificialium, quia ad eam non habet rerum naturalium materia responsum, sed ad rerū arte paratarum materiam. Nempe per rerum artificialium materiam facile inducimur ad cognoscendum materiam rerum naturalium. Sicut enim se habet æs ad statuam æream, & lignum ad lectum ligneum, & vnumquodque talium figuram artificialem habentium ad rem artificialem, ita se habet materia ad rem naturalem. Vtrunque enim præexistit suo toti, & pręcipuam formam (quæ dat esse) suscipit, hoc quidem substantialem, illud vero artificialem. Et sane materia rerum naturalium est, vt æs, ex quo fit statua, forma substātialis, vt figura statuę, res autem naturalis, vt statua ærea.

in ōi trāsmutatiōn naturali due forme substantiales cōtrarie requiruntur

Octaui capitis annotat.

¶Ratio quam subiungebant ad probandum non esse multa entia. Nā si multa essent entia, ipsa inter se essent diuersa. & si essent inter se diuersa, essent diuersa ab entibus. quę aūt sunt diuersa ab entibus, esse non possunt: igitur non sunt multa. ¶Fit aliquid ex aliquo per se, qn̄ ipsum factū constituēs, in eo remanet. ¶Per accidens vero, cum non manet in facto. ¶Priuatio, secundo. ¶Per se non ens, quod hoc aliquid non est, aut ipsum constituendo remanens. ¶Ens in potentia, potentia, materia. ¶Non ens simpliciter, quod nullo modo est ens.

OCtauum caput cōtinet vnā conclusionē, & duas dubitationis dilutiones. ¶Cōclusio. Soluenda est ratio dicentiū nihil posse fieri neq; corrūpi. ¶Qui ita argumentabantur: Si fiat aliqd, aut fiet ex ente. & hoc nō, quia iā est. esset enī pri⁹ q̄ fieret. Aut ex nō ente: hoc aūt nō, quia ex nihilo nihil fit. nō potest igitur aliquid fieri. Et hi statim credebāt non esse multa entia: & ex disputādi imperitia lōge auerti tate in quandā aliam viā digressi sunt. hæc itaq; indissoluta ratio posset nos a veritatis perceptione distrahere. ¶Prima dubitationis dilutio. Ex ente aut nō ente potest intelligi dupliciter aliquid fieri. Primo per se, secundo ꝑ accidēs: sicut dicimus medicū medicationis causam esse ꝑ se, & ędificationis per accidēs. medicus enim in eo ꝙ medicus, medetur: ꝑ accidēs autem

42 43

ædificat. nam accidit medicum habere ædificādi habitum. Nos itaq; dicimus ex ēte hoc aliquid, per se nō fieri aliquid (alias redit opinio Anaxgoræ) sed per accidēs: vt ex quodam animali per se nō fit canis: aut aliud, sed per accidēs. Ita ex nō ente, vt priuatione (quæ nō est ens per se) nō fit per se aliquid, sed per acci-
44 dēs. O Secūda dilutio. Ens dicitur multipliciter. Primo ens in actu. Secūdo ēs in potētia. Ex ente ī actu, per se nō fit aliquid: sed ex ente in potētia, per se probe fit aliquid. Similiter nō ens dicitur multipliciter. Prim⁹ nō ens ī actu. Secūdo nō ens in potētia. Ex nō ente in actu per se probe fit aliquid: nam ex materia per se fit aliquid. Ex non ente autem in potentia, per accidens: nam ex composito. Ex non ente tamen simpliciter, nihil fit, neq; per se, neque per accidens. Ex his distinctionibus (ob quam coacti sunt generationem & corruptionem negare) omnem soluimus ambiguitatem.

ex ente in actu p se nō fit aliqd sed bene ex ente in potentia
ex nō ente simpliciter nihil fit neq p se neq per accidens

OCtaui cap. scholia. XLII. Qui ita argumentabatur. Hæc antiquorū ratio dissoluitur, admittēdo totum corpus naturale quod fit, fieri ex ente, scilicet materia, quæ in omni transmutatione subijcitur. In cuius partis improbatione cum assumunt non fieri aliquid ex ente, quia iam ens est, si intelligant ipsum ens ex quo fit alterū, esse quando fit generatio, id admittendū est, vt materia ignis est quando generatur ignis, quinetiam & ante ignis productionem. Neq; ex hoc sequitur aliquod incommodum. Nam illud ens ex quo aliquid fit, non est idipsum ens quod fit, quare non sequitur aliquod ens esse prius quam fiat. Quod si intelligant ipsum ens quod fit, tunc cum fit, esse, id refutandum est. nam ex illo sequeretur illatum inconueniens. Verum ex eo quod fit, non conceditur aliquid fieri. Nam longe aliud est ens quod fit, & ex quo fit. Quare ad saluandas rerum generationes necessarium est concedere pluralitatem entium, quam interimere volentes per rationem in principio notarum positam, peccabant perperam inferentes, si entia sint inter se diuersa, idcirco illa esse diuersa ab entibus. nam ex interemptione inferioris interimunt superius, haud aliter quam si hoc pacto argumentarentur. Socrates & Plato sunt homines inter se diuersi, ergo sunt diuersi ab hominibus. quæ quidem illatio infirma est & inualida. Demum admittendum est ex non ente simpliciter nullum ens natura gigni posse, quia ex nihilo nihil fit. Negatio clausa in ablatiuo nihilo, infinita intelligi debet, & clausa in nominatiuo nihil, negans, vt hic sit huiusce principij physici intellectus. Ex non ente simpliciter, nullum ens physica naturaliq; transmutatione fieri natum est. Si autem negatio vtroq; loco intelligatur infinita, sitque sensus, ex non ente simpliciter fieri non ens simpliciter, aut vtroque loco negans, sitque intelligentia, ex nullo ente nullum ens fieri, ꝙ tantundem valet atque ex omni ente fieri aliquod ens, dicta propositio est falsa. Demum si primo loco clausa negatio sit negans, & secundo infinita, sitque sensus, ex nullo ente fieri nō ens simpliciter, vera quidem est propositio, sed in eo sensu huic loco minus accommoda. XLIII. Sicut dicimus medicum, medicationis causam esse per se. Id nō exemplum est diuisionis ante datæ, nā ex medico non fit per se medicatio, neque per accidens ædificatio, sed declaratio est membrorū positæ diuisionis per aliud in quo inuenitur per se & per accidens, vt puta per genera causarum, in quibus sicut inuenitur causa per se, quæ ad affectum ordinatur, & causalitatis nomine pariter exprimitur, vt medicus medicationis, & causa per accidens, quæ aut ad effectum non ordinatur aut nomine causalitatis non designatur, vt medicus ædificationis, ita in ijs ex quibus aliquid fit inuenitur per se, & per accidens. Ex aliquo enim ente fit aliquid per se, vt ex materia quę manet in re facta. Ex aliquo etiam ente fit aliquid per accidens, vt ex toto composito quod corrumpitur, & non manet in re quæ gignitur. Alias redit opinio Anaxagoræ, scilicet omnia in omnibus esse comixta. Nam si ex igne per se fieret aer, per definitionem maneret ignis in aere facto. & si ex aere aqua, maneret aer simul cum igne in aqna. & si ex aqua fieret terra per se, maneret aqua simul cum igne & aere inexistentibus in terra, quare ignis, aer, aqua, terra, simul essent commixta, & deinde a terra ad cęteras res naturales progrediendo, tandem efficeretur res naturales omnes in omnibus esse confusas. quod prius improbatum est. XLIIII. Similiter non ens dicitur multipliciter. Non ens in actu, hic intelligitur materia, quæ cum non sit ens in actu, neque tota res naturalis, recte dicitur non ens in actu. Non ens in potentia, res naturalis. quæ cum non sit ens in potentia, neque materia, apte dicitur non ens in potentia. quare hæc duo non entis membra, duobus entis modis re ipsa coincidunt, tametsi ratione discrepent, nam ens in actu est nō ens in potentia, & ens in potentia est non ens in actu.

¶Noni capitis annotatiunculę.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Potentia,materia. ¶Diuersa,multa. ¶Substãtia,res naturalis. Appetere,ad absens inclinari, instingi,ordinari. ¶Desiderium, appetitus,inclinatio, instinctus. ¶Generari, vt terminus. ¶Corrumpi, vt terminus.

NOnum caput continet quinque conclusiones. ¶Prima cõclusio. Non recte defendunt aliqui aliquid fieri simpliciter, Parmenidem approbantes. ¶ Nam cum ipsi approbent illud Parmenidis, Quicquid est præter ens, nihil est: & completum intelligant (nam aliud ens non cognoscunt) & credant, quod non sit hoc modo ens, nihil omnino esse: ex quo quidem ente nihil credunt simpliciter fieri: restat sane vt dicant ex õnino non ente aliquid fieri, & 45
materiam ponant omnino non esse ens. Id autem recte defendi nõ potest. ¶Secunda. Non item recte existimant quod si potentia vna est numero, omnino nõ 46
sit diuersa. Nam diximus idem esse numero potentiam, & priuationem: illa tamen late inter se differre. nam potentia, rei naturalis principium est per se: priuatio vero per accidens. Est enim materia vt per se ens, & prope substantiã priuatio veronon. Nam rei naturali sua potentia semper adest, eius vero priuatio nunquam adest. ¶Tertia. Non est nostrę trinitati eadem Platonis principio- 47
rum trinitas. ¶Nam Plato magnum, paruum, & ideam, tria posuit rerum naturalium principia: & magnum & paruum, nomina materiæ ponebat & non priuationis. Quod si eandẽ materiam intelligebat, erat solum nominum trinitas, sin vero diuersas, trinitatem sine priuatione ponebat. Priuationem em̃ despexit: quæ despicienda non est. Nam tametsi res naturalis ex sua materia sicut omnium matre, suaque forma subsistat, priuatio tamen vt ad maleficium plerũ
que contemplantibus occurrit. Nam ab ea proficiscuntur rerum interitus, 48
¶Quarta. Materia rerum formas appetit. ¶Patet. Nam est bonum quoddã diuinum, optimum, summe appetibile, summa abstracta forma, a qua omnes rerũ formæ proficiscuntur: huic autem diuino bono, optimo, vnaquæque res quantũ potest, quam similima fieri natura appetit, & ei ad hoc summa illa prouidentia naturale indidit desiderium. At materia formas a bono optimo omnium absoluta forma manantes recipiendo, illi, quantum conceditur, bono optimo fit quã similima: Appetit igitur materia rerum fomas. Appetit enim materia rerum formas, vt fœmina marem, & turpe honestum: non quidem quia per se turpis sit, sed per accidens, & perfectionis carentiam. Et forma seipsam non appetit: quia nihil seipso eget. Neque formam contrariam appetit: quia nihil suijpsius appetit corruptionem: ea vero a suo contrario corrumpitur, neque materiam: quia prius quam sit in materia, non est. ¶Quinta. Materia per se neque generatur, ne- 49
que corrumpitur: generatur autem & corrumpitur per accidens. ¶Primum patet, quia quodcunque per se generatur aut corrumpitur, ei subijci aliquid oportet: quod autem ei subijcitur, materia est. Vocamus enim materiam, subiectum vnicuique primum, ex quo fit aliquid, cum insit nõ secundum accidẽs. quod si corrumpatur, in hoc abibit vltimum. Igitur si per se generaretur, esset antequã generaretur: & si corrumperetur, corrupta esset antequam corrumperetur. Est igitur per se ingenita atque incorruptibilis. ¶Secundum, quod per acidens, patet, quia dicitur generari aut corrumpi ad corruptionem eius quod in ipsa est: hoc autem est per alterum, & per accidens, igitur. ¶Vtrum vero formę multiplices sint, an vna sit a qua formæ prodeunt omnes, primi philosophi est, & in illud tempus id quærẽdum differatu. De formis autem physicis & incorruptibilibus in his libris intendimus, & primum quot naturæ, & quæ, & quot numero rerum causæ, determinandum est.

rerum interitus a priuatione procedit

nihil se ipsũ appetit neq; sui contrarium

materia p se nõ generatur neq; corrumpitur

NOni cap. scholia. XLVI. Est enim materia vt per se ens. Non dicitur materia per se ens, quia per se subsistat, nõ enim sine forma natura subsistere potest, sed quia rei naturalis principium est manens in re facta. & prope substantiam esse dicitur, quia consummata generatione remanens, substantię reique naturalis constituit essentiam. Priuatio aũt hoc modo non est ens per se, neque prope substantiam, quia secundum rationem non manet in re facta, licet reipsa maneat. Res enim naturali (quandiu saluatur) sua materia semper adest. Priuatio autem primo, rei naturali cuius est, nunquam adest, vt non est simul priuatio formæ ignis cum igne. Proinde asserendum est materiam vere esse ens & subsistẽs. est em̃ substantia & quidẽ incompleta, reiq; naturalis constituens substantiã, q̃uis ipsa sit non ens actu, quia non est totum compositũ neq; res naturalis. XLVII. Priuatio eã vt ad maleficium. Priuatio primo, dicitur occurrere contẽplãtibus vt ad malefium & corruptionẽ, quia ex ratione priuationis res naturales cognoscuntur corruptibiles, cum earũ materia sit priuatio, & nata habere in se formam quam non habet, quare nõ est nata perpetuo manere sub eadem forma. Et cum hęc materiæ inclinatio non sit ociosa neque frustra, ipsa cognoscitur non semper permansura sub eadem forma, sed eam quam habet deperditura, & alteram habitura. Hinc a priuatione dicuntur pendere rerum interitus. XLVIII. Nam est bonum quoddã diuinum. Hæc attributa non rerum naturalium formis sunt ascifcenda, vt nonnulli applicant, (nam forma physica non est optimum, neq; summe appetibile, & summe abstracta) sed ipsi primo enti & formæ metaphysicæ dunraxat ascribenda sunt, quę purissimus est & simplicissimus actus, summe bonum, & proinde summe appetibile, & ab omni potentia substantiali semotissimus. Cuius quidem simulacra & imagines sunt rerum naturalium formæ, quod vt ipsum primum ens est, summe potens, & maximam habens agendi vim, patiendi aut nullam, ita formæ rerum actiuæ quidem sunt, pati autem neque unt. Et rerum naturalium materia suscipiendo rerum formas, absolutissimæ illius formæ remotas quasdã effigies & imagines imitaturvtcunque põt illud sũme bonũ, neque aliud est in quo datum sit materię ipsam imitari. Proinde materia appetit rerum formas, naturaque ad eas suscipiendas inclinatur. Et hæc ratio metaphysicis innititur proloquijs, & magni est momenti. Appetit enim materia rerum formas. Hic materiæ appetitus non sensitiuus est, sequensve apprehensionem sensualem (qualis est animalium ea quæ sensu præcepta sunt tanquam conuenientia concupiscentium. nam is solius est rei sensum habentis) sed naturalis est, & quo vnumquodque natura ad id ordinatur, quod ad suam attinet perfectionem, suæque consentaneum est naturæ. Et consimili etiam appetitu fœmina quæ est vt quidam imperfectum, appetit esse virum, tanquam quippiam perfectius. est em̃ secundum Aristotelem vir vt intellectus, & mulier vt appetitus. Et turpe id est carens perfectione quam natum est habere, vt ignorans, & virtutis expers appetit honestum vt pote scientiam & virtutem, quia perficiatur. Et qui eorum quæ hic dicuntur, quippiam de appetitu sensitiuo intellexerit, longe abhorret & alienus est a sententia Aristotelica. XLIX. Vocamus enim materiam, subiectum vnicuique primum. Hic ipsius materiæ definitio innuitur, quęvocatur subiectum vnicuique transmutationi primum, quinimo actui omni tum substantiali, tum accidentali, quia nata est formas substantiales omnes & etiam accidentarias affectiones suscipere, & cum acquiruntur, & cum fuerit completa mutatio. Ex quo quidem subiecto fit aliquid. vt pote res naturalis, cum ipsum subiectum illi insit vt pars toti. Quod quidẽ aliquid & totum si corrumpatur, abibit in hoc subiectum vltimum. Nam cum naturalis corrumpitur, nihil manet substantię quæ prius fuerit in ipsa re naturali, nisi materia. quare res naturalis cum corrumpitur, vltimo in materiam resoluitur, quæ sicut pręexistit antequam res naturalis acquiritur, ita manet superstes postquam res naturalis fuerit deperdita, quia sicut impossibile est natura ex nihilo aliquid fieri, ita & aliquid in nihilum corrumpi. Dicitur autem materia generari aut corrũpi per accidens ratione formæ ei inexistentis, quæ cum acquiritur, materia dicitur generari subiectiue, q̃ eius incipiat esse subiectum. Et cum corrumpitur forma, eius materia dicitur corrumpi subiectiue q̃ designat eius esse subiectum. Non autem generatur materia terminatiue, quia natura nõ habet esse post non esse, neque corrumpitur terminatiue, quia naturaliter non habet non esse post esse. Et idipsum intendit hæc vltima conclusio, vt & notæ insinuant.

materia sicut p̃ ipsa ita res naturalis acquiritur post eius deperditionẽ supstes remanet & hoc est qa sicut impossibile ẽ ex nihilo aliqd fieri ita aliqd in nihilum corrupi

Paraphraseos in primum Physicorum, Finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶PRIMI CAPITIS PARAPHRASEOS IN SECVNdum Physicornm annotatiunculæ.

¶Ens habens naturam,ens naturale. ¶Secundũ se,quæ conuenire nata sunt. ¶Accidunt,accidentia sunt. ¶Propter,per. ¶Priuatio,priuatio secundo.

Secundus liber Physicorum continet nouem capita. Primum continet vnam diuisionem, vnam differentiam, tres definitiones, tres conclusiones, quatuor rationes ad tertiam. ¶Diuisio. Eorũ quæ sunt, quædam sunt a natura, quædã vero per alias causas. A natura sunt elementa, ignis, aer, aqua, terra, animalia, animalium partes, plantæ, & similia. Per alias causas, domus, lectus, indumentum per artẽ scilicet, thesauri inuentio per fortunam. ¶Differentia. Differunt ea quę sunt a natura, ab alijs, quia ea quę sunt a natura, habent a sua forma principium sui motus & quietis, augmentationis, & diminutionis, alterationis, & secundum locum mutationis. Ea vero quæ sunt per alias causas, vt per artem, domus lectus, indumẽtum, a forma artis non habent principium sui motus & quietis, sed secundum quod ipsa lapidea lignea, aut terrea sunt. ¶Prima definitio. Ex his naturæ definitio nota esse potest, quæ est. Natura est principium & causa motus & quietis eius in quo est: primum, per se, & non secundum accidens. Non secundum accidens dico, nam medicus æger in se habet suæ sanationis principium, medicinam scilicet: non tñ est natura. Nam non est in eo primum, & per se, sed secundum accidens: accidit enim ipsum esse medicũ, & sanari, quapropter & separantur aliquãdo abinuicem. similiter domus, lectus, & alia artefacta, artificiales formas in se habent: quę non sunt causę quæ primum & per se insunt, sed secundum accidẽs. quapropter hæc dici nequeunt naturæ. ¶Secunda. Ens habens naturam: est substantia ex naturis constans. Est em̃ naturarum vna semper subiectum: alteravero semper in subiecto. ¶Tertia. Secundum naturam sunt hæc: & quę secundũ se his accidunt, vt ignis motus sursum, neque natura est, neque naturam habẽs, sed secundum naturam est. ¶Secundum naturam, & a natura, idem. ¶Prima conclusio. Ridiculum est conari demonstrare naturã esse. ¶Patet, Quia ridiculum est conari manifesta per immanifesta nota facere, & non potentis iudicare quid propter se notum: & quid propter alterum notum esse debeat. Qui autem conabitur demonstrare naturam esse: hæc ei accident. Nã qui ea quę per se manifesta sunt, non intelligens, syllogismum quæret, accident ei quę cæco nato de coloribus syllogyzanti accidunt, merasvoces audire, & nihil de rebus ipsis intelligere. Non igitur demonstrandum est naturam esse, sed vt per se notum capiendum est. ¶Secunda conclusio. Prima vnicuique subiecta materia habentiũ in seipsis motus principium, natura est. ¶Patet. Nam antiqui solum id credebant esse naturam, quod facta transmutatione & facta corruptione semper manet, vt Antiphon, quia putrescente lecto, si vim germinandi accepisset, remanebat lignum, & non remanebat lectus, ideo lignum dicebat naturam lecti, & non eius formam: & qui crediderunt omnium materiam esse ignem qui factis inesset: & qui idem corruptis remaneret, solum ignem vocabant naturam: & qui aerem aerem, & qui aquam, aquam: & qui terram, terram. Et qui plures posuerunt materias, plures posuerunt naturas, & eam solam credebant perpetuam: & ortus & interitus imunem. Cętera autem vocabant qualitates, habitus, dispositiones: passiones: quas credebant infinities fieri, & infinities corrũpi. Sed quodve refacta transmutatiõe & facta corruptiõe sp̃ manet, est prima vnicuiq; subiecta materia habentiũ in seipsis motus principiũ. Igitur ipsa est natura. ¶Tertia. Forma rerum naturaliũ etiam natura est. ¶Primo. Quia sicut se habet forma

que sint a natura

et que p alias causas et p fortitũ que sit eorum differtia

diffinitio naturæ

quo dicat secundũ naturam

artis ad artificiale, ita & ipsa forma ad eńs a natura. Sicut em̃ lignum prius q̃ artis formam recipiat, nõ lectus actu est, sed sola potentia: habita vero forma: actu simul lectus est: & res artificialis: ita prius q̃ materia formã ossis aut carnis accipiat, nõ actu est os aut caro, sed solũ potentia, sed simul atq; forma ossis aut carnis est. ipsum os aut caro est. At a forma artis res denomiatur artificialis. igitur & a sua forma denominabitur ens a natura. est igitur ipsa forma natura. ¶Secũdo. Quod ex materia & forma existit: vt elementum, animal, planta non natura, sed a natura esse dicitur: sed magis forma q̃ a materia esse videtur. Nã simul cũ forma & est, & suũ nomen recipit, neque prius. Tũc em̃ sunt singula, & esse dicunt̃, cũ actu ipso sunt. Est igitur forma, illius cuius est natura, & verius quidẽ natura, q̃ materia ipsa. ¶Tertio. Antiphon dicebat lignũ esse naturã, ꝙ putrescens regerminaret lignũ: & non formã artis esse naturam, ꝙ non regerminaret lectũ. Sed lignũ potius a forma regermiaret lignũ, quã a materia, vt homo a forma generat hominem, & bos bouem. Igitur forma est natura, immo & magis ipsa materia. ¶Quarto. Formã artis non ponimus naturam, qa non sit principium motus & quietis. At eorum quæ sunt a natura, forma est principium motus & quietis, generationis, corruptionis, & reliquarum mutationum. Et vnaq̃ que res quę fit, nomẽ sumit ab eo quo pergit, & non ab eo vnde venit: vt a fabro dicitur fieri scamnum, nõ lignũ: & cum aqua vertitur in aerem, dicitur fieri aer: non aqua, & denominatur ens a natura, non sicut medicatio a medico, sed sicut sanatio quę est ad sanitatem. Est igitur forma eius, cuius est natura: & potius natura ipsa materia. Et quia forma dicitur quodãmodo & de forma pricipio per se & de eius priuatione (nam eius priuatio & cõtrarium quodammodo species est) ideo natura etiam quodãmodo dicitur de priuatiõe. Sed quomodo circa generationẽ erit forma, & eius contraria priuatio, postea determinandũ est.

ratio quar forma nõ sit natura

oẽ qd fit ab eo quo tendit 2 nõ ab eo cuius accipit denominationẽ

PRimi capitis secundi physicorum scholia. II. Ea vero quæ sunt per alias causas. Quod artificialia non habent a forma artis principium sui motus, perspicuum est ex eo ꝙ absente forma artis non minus artificialiter consimilia mouẽtur, quã ea pręsente: nõ est igitur forma artis effectiua motus & quietis rerum artificialium. vt lignum ex quo factus est lectus, si inseratur terræ, & repullulet, illa regerminatio non est a figura lecti (cum ea absente nihilo minus fieret) sed a forma substantiali ligni. Et̃ si statua ærea procumbit deorsum, figura arficialis motum illum non efficit (quanuis enim non inesset ęri huiusmodi figura, nihilo secius adhuc moueretur deorsum) sed forma substantialis lapidis. Nam a forma substantiali quæ in rebus artificialibus est rerum artificialium transmutatio & quies proficiscitur, & mouẽtur, quiescuntve, secundũ quod ipsa lapidea, lignea aut terrea sunt. Nihil enim incommodi est eandem rem esse naturalẽ & artificialem, vt annulus reipsa nihil aliud est q̃ aurum, & statua lapidea reipsa est lapis, ratione tamẽ sunt longe diuersæ. nam dicuntur naturales a forma substãtiali, artificiales vero a figura ab opificę per artem inducta, quæ quidem figura re ipsa est quantitas, solamque habet a magnitudine rationis discrepantiam. Nempe magnitudo dicitur, quod secundum eam aliquid est magnum, figura vero quod modo quodã sit terminata atq; definita. Et ꝓpter hoc rationum discrimen, ad quãtitatẽ ponit Philosophus per se esse motũ, ad figuram vero minime, cum figuræ ratio motui nõ cõpetat. Itaq; cum artificialia dicuntur differre a naturalibus, illic rationũ diuersitas & non rerũ attenditur, nam in disciplinis q̃ ratione abinuicẽ differunt, licet eadem sint reipsa, nihilominus differre dicuntur. Cętera cum quantitas aliud sit re ipsa q̃ substantia quanta (quẽadmodum pręcedẽte libro dictum est) & figura nihil aliud sit q̃ magnitudo certo quodãmodo terminata, res autẽ figurata dicatur substantia habẽs in se figuram, vt statua, & annulus, consequẽs est & figuram a re figurata nõ modo ratione, sed & re ipsa discrepare. III. Natura est principiũ & causa, Vtriq; naturæ, & materię & formę, hęc definitio cõmunis est. Est em̃ forma principium & causa efficiens mouendi & quiescendi eius entis naturalis in quo est vt in toto. Materia vero principium est subiectiuum, & causa materialis in qua, mouẽdi & quiescẽdi eius identidẽ entis naturalis in quo est vt pars substãtialis in toto. Vtrunq; itidem principiũ primum est, forma quidem primũ & pręcipuum efficiens transmutationũ & quietis. Nam transmurationes omnes rerum naturaliũ fiunt a forma, aut intrinseca, vt frigefactio aquę a forma aquæ, aut extrinseca, vt calefactio aquæ a forma ignis tanquam agente pręcipuo. Neq; est dare vllam operationẽ rei naturalis, siue naturę subiecti conueniens fuerit, siue violenta, quæ non reducatur ad aliquam formam substantialẽ vt pręcipuam & primam causam. Accidentariæ autem affectiones sunt earumdẽ operationum efficientes minus pręcipuę, & subantialium formarum adminicularia instrumenta, vt caliditas, frigidi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tas,grauitas,leuitas. Materia vero primum est vnicuique transmutationi formæque subiectũ. Demum vtrunque principiũ per se est,& remanens rei naturalis constituit essentiam, & ergo non secundum accidens,siue accidentale,sed substantiale principium est. V. Secundum naturam sunt hæc,scilicet entia,habentia naturam,modo difinita,aut accidentia entibus naturalibus conuenire nata,vt ignis est ens secundum naturam per primam diffinitionis particulam. quinimmo omne ens habens naturam,est ens secundum naturam sed non conuertitur. Nam caliditas ignis,& leuitas & raritas eiusdem,entia sunt secundum naturam, per posteriorem diffinitionis particulam, quæ tamen nullus concesserit esse entia habentia naturam, cum non sint substantię. VIII. Tunc enim sunt singula atque esse dicuntur. Tunc res naturales singulæ cõpletæ sunt,& denominãtur esse,cum forma substantiali omnino in materia acquisita subsistunt,quod forma det esse substantiale rei naturali,eamque conseruet in esse. Immo & magis ipsa materia. Magis,perfectius, dignius,præstantius. Nam officium formæ est agere, materiæ vero pati. Atqui agens præstantius est,& natura perfectius patiente,cum ipsi summo agenti propinquius euadat & similius. Et denominatur res a natura. Non denominatur res naturalis a natura tanquam ab eo vnde proficiscitur,& causa efficiente, quo modo medicatio dicitur a medico,sed tanquam ab eo quo pergit, & causa formali,& sicut sanatio a sanitate,ad quam tẽdit. Quodammodo species est,quodammodo,incomplete,imperfecte,& non remanens. nam priuatio hoc in loco,forma substantialis est quę deperditur,quæ quidem forma est,sed tum cum deperditur,imperfecta. Et ergo huiusmõi forma etiam quodammmodo natura est,scilicet natura incompleta,per accidens,& non remanens mutatione completa. forma vero quæ acquiritur,natura est simpliciter,per se,& post mutationem perfecta atque superstes.

officiũ formę et materię et quarũ forma sit præstantior q̃ materia

¶Secundi capitis annotatiunculæ.

¶Mathematicus,qui quadriuium cõsecutus est. ¶Quadriuium,Musica,Arithmetica,Geometria,Astronomia. ¶Longitudines,plana,solida,lineæ,superficies,corpora. ¶Magnitudines,figuras, & simila cogitatione & intellectu a re naturali,materia & motu,abstrahere,est ea,rem naturalem, materiam & motũ non considerando,considerare,curamque an rei sint naturalis, an sint in subiecta materia,an cum motu sint nec ne,relinquere. ¶Abstrahere,abiũgere, separare. ¶Architectonica,ars principalis.

SEcundũ caput continet duas conuenientias, tres differentias, vnam quæstionem,vnam conclusionem,& quinq; rationes ad illã. ¶Duæ conuenientiæ. ¶Primo conueniunt Physicus & Mathematicus,qa 9
vterq; puncta,longitudines, plana & solida considerant. ¶Secundo conueniunt Physicus & Mathematicus, vt Astrologus:qui propius ad physicã accedere videtur:quia Astrologus de ijs quę mouentur considerat,& de magnitudine & figura:vt quod terra,cælũ,sol,mundus, sphęrica sint: quæ cõsiderat & Physicus. ¶Tres differentię. Differunt primo,quia physicus & Mathematicꝰ 10
hæc eodem modo non considerant. Nam physicus magnitudines & figuras cõsiderat vt termini sunt rei naturalis, & coniuncta materię, & intentio eius est omnia ad motum referre. Mathematicus aũt ea a re naturali,materia & motu, cogitatione & intellectu abstrahit. Neq; idcirco arbitrandum est abstrahentiũ esse mendaciũ. Nam quanuis magnitudines & figurę & cętera accidentia a materia & subiecta substantia reipsa separari non possint, cogitatione tamen & intellectu possunt. Et hæc latuerunt Platonem ideas introducentem:quas nõ modo cogitatione & intellectu,sed reipsa a materia seiungebat. faciebat eũ Physica magis Mathematicis abstracta:cũ ea minus abstracta sint. ¶Secũdo, Quia Physicus & Mathematicus non eodem modo difiniunt. Nam physicus diffinit sumendo nomina materiam formam & motum importantia:vt os, quod materiam & formam ossis habeat,& caro,& homo:& vt diffinitur simitas cũ dicitur, est nasi cauitas. Nam nasi,eius materiam, cauitas vero, eius formam explicat. Sed Mathematicus cũ diffinit par,impar,lineam,figuram,curuum, rectum,& reliqua huiusmodi quę considerat,non sumit nomina materiam & motum im-

portantia. Abstrahit eũ ab ijs illa cogitatione & intellectu. ¶Tertio,quia physicus & Mathematicus,vt Musicus, Perspectiuus, & Astrologus, qui propius ad physicam accedere videntur,non eodem modo demonstrant,quia Musicus Perspectiuus & Astronomus, demonstrationes ab Arithmetica & Geometria accipiunt. Physicus vero non, sed a materia,motu,& ijs quæ rem naturalem cõsequuntur. Non tamen omnino eodem modo Musica,Perspectiua & Astronomia,vt Arithmetica & geometria demonstrant. Nam Geometria de linea vt Mathematica est demonstrat. Perspectiua vero de linea Mathematica non vt Mathematica(nam cogitatione atq; intellectu a motu eam non separat) sed vt Physica(mutuatur eũ a Physica motum)ex Geometria demonstrat. ¶Quæ-
11 stio. Quoniam consideratio Physica est vt de simo, & natura de duobus dicitur,vt de materia,& de forma:an vtriusq; sit physica consideratio? ¶Conclusio, Vtriusque naturæ,& materiæ & formæ, est physica consideratio. ¶Prima
12 ratio. Si ad antiquos respicias,vt Democritum & Empedoclẽ, inuenies eos de materia amplissimam fecisse determinationem, hic eũ de quatuor elementis, ille vero de atomis,& de forma in parte determinauit: vt Democritus de figuris,& Empedocles de lite & amicitia. ¶Secunda. Ars, naturæ imitatrix & æmula. Ars aũt materiã & formam ad aliquem vsque finem considerat:vt medicus cholerã,& phlegma,et cæteros humores, in quorum contemperamento, & suarum qualitatum proportione consistit sanitas. Et ædificator ligna et lateres (quę sunt materia domus)& domus formam cõsiderat. Igitur est physici vtranque naturam considerare. ¶Tertia. Eiusdem scientiæ est finem & media in finem ordinata considerare. Forma autem,quæ vt dictum est, est maxime natura,materiæ finis est. Nam cum cõtinue mota sit,formam (vt id gratia cuius mouebatur)assecuta quiescit. Igitur cuius est considerare formam, eiusdem est considerare materiam. Est eũ forma vltimum quoddam,& id gratia cuius est materia. Quapropter ridicule poeta mortem,quia vltimum sit, finem:& gratia cuius orti sumus,appellat. Solet eũ non omne vltimum esse finis, sed quod vltimum est et prestantissimum. ¶Quarta. Artiũ factiuarum quædam suam materiam simpliciter facit:vt ars laterum factiua. Alia disponit:vt quę dolando,aut partes distrahendo formam inducit. Alia rebus factis vtitur(nos eũ quodãmodo sumus omnium finis. sed finis, vt in morali philosophia dictum est, duplex est)quæ et architectonica quodãmodo est. nam est materiæ cognoscitiua,et alij præceptiua, Cognoscit enim gubernator qualis formæ temo esse debeat, et præcipit alij,vt architecto,q formã temonis habet inducere:vt qui quo ligno et quali temo formandus sit:cognoscit. Igitur physicus materiam et formã habet cõsiderare. Vt enim factiuæ ad operãdum se habẽt, ita speculatiuę ad cognoscendũ se habere videtur. ¶Quinta. Materia ad aliqd refertur, vt ad formã. Est eũ materia alicuius formæ materia, Igitur eiusdem est materiã et formã considerare. Qui eũ eorum quę adinuicẽ referuntur,vnum cõsiderat, considerabit et alterum. ¶Et si quæratur, Vsquequo physicus rerum formas considerat? Quousq; materiæ coniunctæ generant,corrũpunt,augmentant,minuũt. Ex materia eũ homo et sol hominem generant. Quæ vero separatæ, et a materia seiunctę formę sint,et quomodo nõ physici, sed Philosophiæ primę consideratio est.

SEcundi cap. scholia. X. Vt termini sunt rei naturalis,vt sunt formæ accidentariæ rei naturali inexistentes,eamq; definientes,claudentes atque determinãtes. Considerat enim physicus magnitudines vt coniunctas materiæ & motui,nõ modo re ipsa, sed & ratione,cum secundum dimensionem ostendat fieri motus naturales, augmẽtationem,diminutionem,arefactionem, condensationem. At cũ mathematicus dicitur abstrahere magnitudines a materia & motu,id de prędipua mathematicæ parte magnitudinem pertractante,intelligendum est,vt pote de geometria,cui cętere mathematicę partes,quę circa magnitudinem versantur,subiacent atque subijciuntur. Nam astronomia magnitudinem non vsquequaq; a materia & motu ratione substrahit,cũ consideret eam quatenus cęlo adest,motuiq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

circulari coniuncta. X. Nam physicus diffinit sumendo nomina. Non vult Aristoteles in vnaquaque diffinitione,physica poni debere nomina importantia materiam,formam & motum,sed in vna quidem vnum nomen, & in altera alterum, & natura principium & causa est mouendi & quiescendi.materia est natura transmutationum susceptiua,formavero effectiua. res autem naturalis est substantia ex naturis constans. Neque id contendit Aristoteles in omnibus diffinitionibus physicis fieri debere,sed in plerisque.Est enim nōnullas diffinitiones inuenire in quibus nullum talium nominum ponitur, sed in eis tamen quippiam comperitur quod ad motum quoquo modo referatur quales sunt diffinitiones continui, contigui, consequentium, vacui, & infiniti, quorum determinationem omnem ad motum refert.Sed mathematicus cum diffinit par,impar. In nonnullis mathematicis diffinitionibus videntur ponivocabula motum importantia,vt cum dicitur centrum esse in circuli medio costitutum punctum,a quo omnes lineæ ad circumferentiam eductæ sunt æquales,& cum dicuntur lineæ parallelæ atque equidistantes, quæ in eadem superficie constitutæ,& in vtranuis partem protractæ,nunquam concurrunt. Verum hæc nomina eductæ, protractæ,& cætera id genus,quæ passim in his diffinitionibus reperiuntur, non motū designant,sed descriptionem,delineationemque mathematicam,quę etsi aliquid habere videatur motui cognatum & affine,minime tamen motus est.Non possunt autem deformationes figurarum & protractiones linearum commodius explicari quam hisce nominibus, quorum tamē Mathematica ratio a motu est perquam aliena.Non tamen omnino eodem modo musica,perspectiua,& Astronomia.Tres disciplinæ,musica,perspectiua,& astronomia, dicuntur a plerisque mediæ inter physicam & mathematicam, non quidem per abnegationem aut participationem,& quia neque physicę sint,neque mathematicæ,aut quia partim Physicę sint,& partim mathematicæ.Sunt enim multipliciter mathematicę & mathematicis disciplinis subordinatæ. Musica quidē Arithmeticæ,perspectiua vero & astronomia Geometriæ.Sed mediæ dicuntur per abstractionē, quod minus abstrahant quam Geometria & Arithmetica, & magis quam Physica. Nempe non omnino a materia & motu abstrahunt,sed motus particulam a physica pręcario accipiunt.Musica quidem alterationem quæ secundum auditum est, perspectiua eam quæ secundum visum, & Astronomia lationem circularem cælestibus corporibus addictum. Minus igitur abstrahunt, quam eæ quibus subordinantur.Cęterum non ad quanuis motus speciem ea quę determinant, referunt,neque cuiuis materiæ addicta considerant, vt physicus & motum omnem & quarumlibet rerum uaturalium materiam contemplatur,sed earum vnaquæque vnicam motus speciem,& peculiari materiæ accommodatam speculatur.Itaque magis abstrahunt quam physica.Et cum non demonstrent ex principijs Physicę,necq; ea quæ considerant, ad rem naturalem referant,ipsę nullo pacto Physicæ dicendæ sunt,neque ad physicam reducendæ, quanuis aliquantam cum ea habeant conuenientiam. XII. Et ridicule poeta mortem,quia vltimum sit.Finis interdum terminus est durationis,& vltimum,quo modo mortem licet finem vocare.Nam,vt inquit Horatius, Mors vltima linea rerum est.Interdum vero id gratia cuius alia fiunt, vt finis medicationis,& exercitationis, sanitas. Quo modo minime licet mortem finem generationis humanæ appellare.Non enim orti sumus vt moriamur, sed vt naturæ functiones exequamur in corpore, & animę perfectionem assequamur.Et Homerus vocans mortem finem humanum,ironice locutus est, volens illius innuere oppositum, & quod non omne vltimum secundum successionem, finis censeri debet,sed id vltimum quod antecedentibus præstantius est,& quod sit etiam vltimum ordinationis. Atqui planum est interitum non esse præstantiorem ortu,aut vitæ functione. Nos ēm quodammodo sumus omnium finis. Nos homines omnium artificialium quodammodo sumus finis, quod omnia arte facta ad vsum ordinentur & accommodentur humanū.Nec artificialium modo,verum etiam omnium rerum naturalium & sensibilium sumus finis,neque ipsi vlterius finem habemns substantialem gratia cuius ordinemur in hoc mundo, vt primus qui physicam introductionem fronti præfixam declarat dialogus dilucide ostendit. Verum finis est duplex,vt in Ethicis ostensum est,scilicet pręcipuus & vltimatus,qui vlterius ad alterum nō ordinatur, et minus præcipuus,siue non vltimatus,qui subinde ad aliud ordinatur atque refertur. Qualis formæ temo esse debeat. Temo lignum est oblongū in anteriori carpenti parte prominens, cui iugum alligatur,vt Ouidius.Prono temone profundum respicit.

¶ Tertij capitis annotat.

¶ Modi causarū,genera causarum. ¶ Ratio,diffinitio. ¶ Vltima causa est, qua habita,nullavlterior relinquitur q̄renda. ¶ Vniuersales causę sunt,quasvniuersalibus nominibus exprimimus. ¶ Particulares:quas particularibus. ¶ Ita & vniuersales effectus,quos vniuersalibus nominibus exprimimus: & particulares,quos particularibus.

quar mihi libro de causis tractatur

TErtium caput continet quinq; conclusiones, quatuor modos causarū post primam, tres diuisiones post quintam,vnam differentiā, & duo documēta. ¶ Prima conclusio. Determinandum est de causis. ¶ Nā hæc disciplina,sciendi gratia instituta est. Scire autem maxime ar- 13

bitramurvnumquodq; cum causam primam propter quā res est,cognoscimus. Determinandę sunt igitur causæ rerum naturalium,gnrationis, corruptionis,
14 & cæterarum physicarum mutationum,vt eas cognoscamus. ¶ Quatuor modi causarum. Primo modo causa est, ex qua fit aliquid cum insit:& materia dicitur,vt æs materia est statuę,& argētum materia phialæ,& metallum,& horum genera. ¶ Secundo. Causa est forma aut ratio(vt ipsius diapason, qui ex dupla proportione,vt duorum ad vnum,nascitur concentus)& rationis partes.

quot sint genera causarum

¶ Tertio est a qua aliquid fit: & dicitur efficiens: vt principium a quo motus & quietis,& qui dat cōsilium,& pater filij,& faciens facti,& transmutans transmutati,causæ sunt efficientes. ¶ Quarto est gratia cuius aliquid fit, et dicitur finis:vt ambulationis finis est sanitas. Cū ei quęrimus,gratia cuius quis ābulat, rndemus,vt sanetur: arbitrantes ambulationis finem reddere. Est ei sanitas,finis non modo ambulationis,sed & maciei,purgationis et potionis,his indigentibus(quæ media ordinata in finem dicuntur)& oim instrumentorum quę in-
15 staurandę sanitatis gratia sunt. ¶ Secunda conclusio. Vnius eiusdemque plures causas par se esse contingit. ¶ Nam ęreę statuę ęs causa est per se pariter et statuę factor,non tamen eodem modo. Nam ęs per se causa est vt materia:sta-
16 tuę vero factor per se causa est vt efficiens. ¶ Tertia conclusio. Possunt et causę sibi inuicem esse causę. ¶ Nam ambulatio, causa est sanitatis, et sanitas causa ambulationis,non tamen eodem modo. Nam ambulatio sanitatis causa est vt efficiens,sanitas vero ambulationis vt finis. Efficit enim ambulatio sani-
17 tatem,et sanitatis gratia ipsa plerunque ambulatio est. ¶ Quarta. Interdum eadem cā,contrariorum est effectuum.Nam idem aliquando pręsens causa est vnius,absens vero alterius. Gubernator enim sua pręsentia causa est salutis na-
18 uis:qui idem absens causa est periclitationis. ¶ Quinta. Oms causę in dictos quatuor coincidunt modos. ¶ Hæc in singulis scientijs videre promptum est. literę enim dictionum,dictiones orationum, suppositiones argumētationum, materia factibilium,partes totius,elementa,ignis, aer, aqua, terra, mixtorum sub materia comprehenduntur. Compositio,definitio, forma, sub forma,genitale semen,Medicus,consilium dans,faciens & transmutans,sub efficiente.Bonum,aut quod videtur bonum(nihil enim hic differt esse bonum,& videri bonum)sub fine.Manifestum est igitur omnes causas in dictos quatuor coincide-
19 re modos. ¶ Prima diuisio. Causarum quædam est propinquior,& quædam remotior:vt sanitatis causa propinquior est medicus, remotior artifex. Et ipsius
20 diapason causa propinquior duplum,remotior numerus. ¶ Secūda. Causarum quædam est per se,& quædam per accidens.Statuę enim causa per se est statuę factor,per accidens vero Polycletus,homo,animal,album,musicum. Accidit enim Polycletum,& hominem,& animal,& album,& musicum, habitum habere quo efficiat statuam.Et harum causarum quędā est propinquior,& quędā
21 remotior. ¶ Tertia. Causarum quędā sunt actu,aliæ vero potētia,vt ædificans ædificationis causa est actu,ædificatorvero causa potētia. ¶ Et has causas qnq; cōplexe,quādoq; incomplexe exprimimus. Complexe,vt Polycletus statuæ factor, statuæ causa est. Incomplexe,vt Polyclet⁹ est causa statuæ. Prædicta quoque causarum membra de se inuicem hoc ordine formantur:vt an causa particularis, an vniuersalis, per se sit, an per accidens,actu,an potentia, complexe, an incomplexe expressa. De effectibus etiam eodem modo dicendum est.

causarū diuisio

22 ¶ Differentia. ¶ Differunt causæ actu, & potentia. Nam causæ actu simul sunt cum suis effectibus, & simul cum illis esse desinunt:vt hic medicans est simul cum eo cui medela adhibetur: & hic ædificans est simul cum eo quod ędificatur. Cum autem non amplius fuerit is cui medetur, neque hic medicans erit.& cum non fuerit quod ędificatur, neq; hic ędificans. Causæ vero potentia nō simul cum effectib⁹ sunt,neq; cum ipsis esse desinunt:vt ędificato-

nō sm rem sed rationem nōn consistit edificatio edificās perit

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem non ſimul cum domo eſſe oportet,neq; eundem deſinente domo deſinere.
¶Primum documentum. Querenda eſt in ſingulis cauſarum generib⁹ vltima
cauſa:vt,cur hic ędificat? quia ædificator eſt.cur ædificator? quia ædificādi ha
bitum habet.Hæc autē vltima cauſa eſt,vltra quam nulla vlterior ſupereſt quę
renda. ¶Secundum. Aſſignādæ ſunt vniuerſalium effectuum vniuerſales cau 23
ſę,& particularium particulares,& actualium actuales,& potentialium poten=
tiales:vt ſtatuę aſſignanda eſt cauſa ſtatuæ factor,& huius ſtatuæ hic ſtatuę fa=
ctor,& ſtatuæ factionis ſtatuam faciens,& ſtatuæ poteſtate,ſtatuæ factor. 24

TErtij cap.ſcholia. XIIII. Primo modo cauſa eſt,ex qua fit aliquid,ſcilicet totum aut na
turale aut artificiale,aut quiduis aliud,cum materia illi alicui inſit.Sunt em hę cauſarū
definitiones non modo phyſicis verum etiam & quarūlibet diſciplinarum & rerum cau
ſis communes atque accommodabiles.Et metallum,& eorum genera.Eorum,æris & argenti,ge
nera,vt minerale,res naturalis,ſubſtantia.ſunt etiam materiæ ipſius ſtatuæ & phialæ vniuerſa=
liores quidem,& rationibus communioribus deſignatę. Non enim generis nomē hic dicibilia,
ſed vniuerſaliorum cauſarum rationes notat. Commutans commutati cauſæ ſunt efficientes.
Commutans eſt vnum pro altero dans,& viciſſim accipiens, vt qui dat panem, & accipit pecu
niam,aut qui dat pecuniam,& accipit domum.Commutatum autem,quod in humanis commer
cijs ab vno in alterius poſſeſſionē transfertur,quodque pro altero aut datur aut recipitur,vt pa
nis,domus. XVI. Quædam eſt propinquior,& quædam remotior. Propinquior, quæ nomine
particulariori deſignatur. Remotior,quæ communiori,vt medicus rationē habet ſpecialiorem
quam artifex,& ergo ſanitatis hic cauſa remotior eſt.ille vero propinquior.Cæterarum diuiſio=
num partes in introductione phyſica definitæ ſunt,& dialogo illam declarante apertius explica
tæ. XXI. Et dicta cauſarum membra de ſe inuicem formantur.Quatuor diuiſionum hic poſita
rum octo ſunt membra,cauſa vniuerſalis,particularis,per ſe,per accidēs,actu,potentia,comple
xe expreſſa,incomplexe expreſſa,quæ de ſe inuicem formantur ea ratione, quod de aliquo præ=
cedentium membrorum quæruntur omnia ſubſequentia,vt diſcernantur quænam illi aſſignato
conueniunt,& quæ non,vt data cauſa aliqua vniuerſali(qualis eſt artifex ad domum) percontā=
mur de ea an cauſa ſit per ſe,an per accidens.an actu,an potentia,an complexe, an incomplexe
expreſſa. Deinde data cauſa particulari (qualis eſt ædificator ad domum) ſingula poſteriorum
membrorum de ipſa ſciſcitamur,vt an cauſa ſit per ſe,an per accidens,& ita deinceps. Poſtea aſ
ſignata cauſa per ſe,vt ſtatuario ad ſtatuam,interrogamus an ſit actu,an potentia,an complexe
an incomplexe expreſſa.Et ſimiliter de data cauſa per accidens.Demum vbi poſita fuerit cau=
ſa, aut actu,aut potentia,percontamur an complexe expreſſa fuerit,an incomplexe,& tum deni
que abſoluto membrorum omnium ordine,quieſcimus & abſiſtimus ab interrogatiōe. XXIIII.
Et ſimul cum illis eſſe deſinunt.Nō quidem ſecundum rem.nam ceſſante ędificatione,nō opor=
tet idipſum quod ędificans eſt,ſecundum ſubſtantiam interire,ſed ſecundum rationem,quę po=
tiſſimum hic attendenda eſt.Nempe cum deſinit ædificatio, amplius ipſe artifex non denomina
tur ædificans,neque ędificantis nomē ſortitur aut rationem.Et hoc pacto cauſæ actu etiam cum
ſuis effectibus ſimul incipiunt,ſecundum rationem ſcilicet,& nuncupationem. Quocirca hę cau
ſæ cum ſuis effectibus ſecundū ſubſiſtendi conſequentiā remeant atq; recurrunt,vt ſi ędificans
eſt,ędificatio eſt.& ſi ædificatio eſt, ędificans eſt.Et hæc reciprocatio non minus valet negatiue.
Cauſæ autem potentia non ſimul ſunt cum ſuis effectibus,vt ædificator non ſimul eſt cum do=
mo,aut ſi ſimul ſunt,id accidit,neq; ad rationē cauſę potentia attinet quicquam,vt ſi ędificator
ſimul ſit cum domo,aut ſimul cum ea eſſe deſinat,id accidentarium eſt rationi cauſæ.Nam vbi
non ſimul eſſet ędificator cum domo,aut non ſimul cū ea deſineret,nō minus ſane diceretur cau
ſa potentia, quam tunc qñ ſimul eſſet aut deſineret. Et eam ob rem in huiuſmodi cauſis abeſſe
cauſę ad eſſe effectus,aut e diuerſo argumentādo procedere nō poſſumus, ſed ſolū ad poſſe eſſe.

¶Quarti capitis annota.

¶Cauſa indeterminata,eſt cauſa quę in aliquem effectum non ordinatur.

QVartum caput continet vnam cōcluſionem,tres opiniones cum ſolu
tionibus duarum rōnum primæ,& improbatione ſecundę. ¶Con=
cluſio. Caſus & fortunę,phyſica determinatio eſt. ¶Nā caſus & for 25
tuna cauſę ſunt a quibus multa fieri dicūtur. Cauſarum aūt talium
phyſica determiatio eſt:igitur & caſ⁹ & fortunę. ¶Prima opinio eſt dicētiū ni
hil fieri a caſu & fortūa. ¶Primo,qa oim effectuū videm⁹ cauſam determinatā 26

quæsit cur profigor & q remotior

eſſe,vt ſi quis it ad forum,& inuenit debitorem,quem inuenire nō intendebat:
ipſius rei cauſa determinata eſt debitoris veniendi ad forum volūtas,pariter &
repertoris ad forum veniēdi voluntas.Nō igitur fit aliquid a caſu aut fortuna.
Nam caſus & fortuna,cauſę eſſent ideterminatę. ¶Secundo. Antiqui rerum
naturalium cauſas ꝓquirentes,& caſus & fortunę omnino nō meminerunt.ni=
hil igitur ſunt caſus & fortuna.vñ nihil a caſu & fortuna fieri cōtinget. ¶So=
lutio.Multa fiunt a caſu & fortuna: & licet illas cauſas in effect⁹ determinatos
referre poſſimus,vt voluntas eundi in forū, cauſa determinata eſt emendi,aut
negotiandi,non tñ cauſa eſt determinata inuentionis reperti.Quod autem an=
tiqui caſus & fortunæ nō meminerint,hoc quod arguit authoritatē,verum eo=
rum potius inſufficiētem determinationem,quod & falſum eſt. Nā etſi Empe
docles caſum & fortunam nō ponat eſſe litem,amicitiam,ignem,aerē, aquam,
terram,dicit tñ in mundi origine ignem,aerem,aquā,terram,in loca in quibus
ſunt,caſu incidiſſe,& aliter ſæpius excurriſſe,& multas animalium partes a ca
27 ſu & fortuna factas fuiſſe. ¶Secunda opinio eſt dicentium omnia a caſu & for
tuna fieri,& fortunam voluere cælum,& eo motu omnium rerum trahere ordi
nem.Sed hęc inconuenienter dicunt. ¶Primo,quia videm⁹ animalia & plan=
tas a determinata cauſa procedere:vt hoiem ex hoie, & ex ſemine oleę oleam,
&vnamquāq; reliquarum plantarū ex ſuo determinato ſemine, & nō eſſe a for
tuna.Minus igitur erit & cælum,& ei⁹ motus,& diuiniora illa ſuperiora corpo=
28 ra (quæ ſemper eodem tenore conſtantiſſime perſeuerant) a fortuna. ¶Secun=
do,quia in inferioribus pleraque a fortuna fieri comploramus:ī cælo vero nun=
quam quicquam aut caſu aut fortuna fieri conſpicimus,ſed certo tenore,immu
tabili ordine,conſtantiſſime omnia illic perſeuerare videntur.Male igitur for
tunæ ſedem cælum poſuerunt,cum plura deberent percipi in cælo fieri a fortu
na,quam fiant in his inferioribus: quare potius fortunam in inferioribus loca=
re debuiſſent. ¶Tertia opinio eſt dicentium fortunam eſſe quid diuinum &
fœliciſſimum,ſupra humanam mentem, & cuius humanus intellectus non ſit
capax:quam plurimi mortalium vt numen coluerunt. ¶Hāc opinionem hoc
in loco non reprobat Ariſtoteles.

QVarti cap.ſcholia. XXVI. Omnium effectuum videmus cauſam determinatam eſſe.
Id aſſertoribus primę opinionis tribuendum eſt,omnium effectuum cauſas determi
natas eſſe quidem in aliquos effectus,quorum ſcilicet ſunt cauſæ per ſe,& nō caſus aut fortuna,
vt foſſio agri determinata eſt in ſationem,aut arboris plantationem,& illius per ſe cauſa eſt.Ne
gandum tamen eſt omnium effectuum cauſas determinatas eſſe in quoſcunque effectus quorum
ſunt cauſę ſiue per ſe ſiue per accidens. Nō ſunt enim cauſæ determinatæ in eos effect⁹ quorum
ſunt cauſæ per accidens,vt agri foſſio minime determinata eſt in theſauri inopinatam inuentio
nem. Et hoc modo caſus & fortuna ſunt cauſæ ideterminatæ in eos effectus quorum ſunt caſus
& fortuna,ad quos ſolos referri debent,licet eędem numero cauſæ determinatæ ſint in alios ef=
fectus,ad quos neque caſus dicuntur neque fortuna. Verum qui caſum & fortunam ad effectus
per ſe confert,non minus indignam rem faciet,quam ſi patrem referat ad ſeruum, aut filium ad
dominum.In calce enim præcedentis cap.Ariſtotelis documentum eſt,cauſas omnes ad ſuos pe=
culiaresque effectus eſſe referendas,vt cauſam per ſe ad ſuum effectum per ſe,& cauſam per acci
dens ad ſuum effectum per accidens.Neque incommodum putandum eſt eandem numero cau=
ſam ad diuerſos effectus collatam,& determinatam eſſe, & indeterminatam, vt neque eundem
ad diuerſos patrem eſſe & dominum,aut filium & ſeruum. XXVII. Pleraque a fortuna fieri cō=
ploramus,id eſt, comploratum perſpectumque & cognitum habemus. XXVIII. Quamplurimi
mortalium vt numen coluerunt. Vt Romani,qui ædem Fortunæ extructam habuiſſe legun
tur,eique aras & ſacra inſtituiſſe.Ignari enim diuinæ prouidentiæ omnia ſapientiſſime moderan
tis,putabant eius deæ quam Fortunam vocabant numine aut proſperitatem mortalibus conce
di,aut aduerſitatem,rerumque alternationes & viciſſitudines ab ea pendere. Verum Iuuenalis
inopinatos nobis euentus & inſperata interdum mala potiſſimum contingere cauſatur ob no
ſtram improuidentiam,quod non recto conſilio vitam dirigamus,aut agamus opera,ſed præci=
piti, & inconſulto animo.Hinc ſi quod numen habet fortuna, id ſolum ab imprudentia noſtra,
& temeritate vendicari.inquit enim de ea.
Nullum numen habet,ſi ſit prudentia,ſed te
Nos facimus Fortuna deam,cæloque locamus.

hi uidęq indigni sit casu et fortuna ad effectu ꝓ se referri

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Quinti capitis annotat.

¶Secundum propositum, secundum electionem, consulto. ¶Ea quæ fiunt a casu, aut a fortuna: effectus casuales, aut fortuiti. ¶Offendit, inuenit. ¶Infinita, numero indeterminata. ¶Sicut boni consecutio, ita & mali fuga, bona dicitur, & sicut incommodi assecutio, mala: ita boni habiti perditio, aut quasi ad manum præsentis frustratio, mala.

QVintum caput continet quinq; diuisiones, duas definitiones, & tres cōclusiones post quartam, vnum corollarium ad secundam diffinitionem, vnum ad primā conclusionem, & vnum ad secundā. ¶Prima 29
diuisio. Eorum quę fiunt, quędam semper cōsimiliter fiunt, alia frequenter, alia vero raro, quę scilicet neq; ſp, neq; frequenter fiunt. In ijs quæ ſp cōsimiliter fiunt, nullus fortunā locat: neq; in ijs quę frequēter. Aiunt em̄ quæ a fortuna eueniūt, raro cōtingere esse oia: & hinc quę raro eueniant oia, dicere solent a fortuna. Et ipsi, vt & nos, fortunam esse aliquid a quo pleraque fieri cognoscimus, supponūt. ¶Secunda diuisio. Eorū quę fiunt, quędam fiūt propter 30
quippiam, aliavero non. Hęc em̄ sunt propter quippiam, quęcūque a natura, intellectu, aut voluntate facta, vt prosequantur, fugianturve, digna sunt. ¶Ter- 31
tia. Eorum quę fiūt, quędam fiunt ab agēte secundū ꝓpositum, quędā vero nō. ¶Quarta. Causarū quędā est per se, vt dom⁹ causa per se ars ædificatiua. Alia 32
vero per accidens, vt albū & musicum. Et cām ꝑ accidēs oportet esse fortunā. Nam causa ꝑ se, finita & determinata est: ꝑ accidēs vero, īcerta & indeterminata. Fortuna autē, causa est incerta & īdeterminata: et vni infinita accidere possunt. ¶Prima definitio. Hæc fiūt a casu aut fortuna, quę raro & ꝑ accidēs fiūt, 33
& quę propter aliquid sunt. Et qn̄ a casu, & qn̄ a fortuna, horum differētia postea determinabitur. vt, venit quis in villā, non quidem vt debitorem inueniat: debitorem offendit: debitam pecuniā reportat. reportatio huiusmodi pecuniæ, a casu aut fortuna fit. Nam taliter raro euenit, & ꝑ accidens. nō em̄ reportandi gratia in villam ierat, & hoc est eorū quę propter quippiā fiunt. Si em̄ frequenter fieri huiusmodi reportatio, aut reportādi intētione locū adijsset: hæc neq; a casu neq; a fortuna facta fuisset. ¶Secūda definitio. Fortuna est causa per acci 34
dens secūdum propositum, extra semper & frequēter, & eorū quę ꝓpter quippiam fiunt. ¶Corollariū. Quapropter circa īdē & ītellectus & fortuna sūt. Nam 35
ꝓpositum sine intellectu nō est. ¶Prima cōclusio. Infinitæ causę esse possunt a quibus quod fit a fortuna, fiat. Nā infinita sunt quę ad īdē accidere possunt. 36
pecuniæ em̄ reportatio accidere pōt, aut quia quis amici vidēdi gratia aliquem locum adeat, aut quia ꝓsequatur fugientē, aut fugiat ꝓsequētē, aut quia spectacula videre desideret: & sic de inumeris alijs. ¶Corollarium. Vn̄ merito fortu- 37
na īfiniti esse videtur, & hoī immanifesta. Nam īfinitis ex causis accidere pōt, quæ ad rei quæ a fortuna fit, nō ordinantur exitum. ¶Secūda cōclusio. Quodā 38
modo recte videtur nihil a fortuna fieri, & quodāmodo a fortuna aliquid fieri etiam recte videtur. Nā ꝑ se nihil fit a fortuna. Si em̄ solum essent causæ ꝑ se (vt domificator ꝑ se causa est domus) nihil fieret a fortuna. Atvero ꝑ accidens recte videtur aliqd a fortuna fieri. Causas aūt ꝑ accidēs dictum est numero esse infinitas. ¶Corollarium. Quapropter quodāmodo recte dici videtur fortu- 39
nam carere ratione. Nā ratio, solum eorum est quæ semper aut frequēter fiūt, fortuna autem nō horum est, sed eorum quæ raro. ¶Tertia conclusio. Fortuna 40
rum altera causa est per accidens propinquior, altera vero remotior. Nam sicut aliarum causarum efficiētium alia est propiquior, vt Polycletus statuæ, & alia remotior, vt homo: ita & fortunarum esse videtur. sunt enim efficientes causæ: vt cum ægroto sanitatis causæ sint, tonsio, ventus, & æstus, & nihil horum sanitatis gratia suscipit: propinquior causa, æstus, & deinde ventus, et remotior est tonsio. Quia tn̄ īfinitæ huiusmodi per accidens causæ esse possunt, si assignandæ sunt quæ propinquiores, et quæ remotiores: statuendæ aliquot et figendæ

mq̃ fortuna nō locat

quar ꝑ accidēs sit causa fortuna que dicat fieri a casu & fortuna

fortune d̄ diffinitio

sunt. alioqui quę sunt priores, & quę remotiores, assignare non possis. ¶Quin-
41 ta diuisio. Fortunarum quædam est bona, qua bonum aliquod contingit. Alia vero mala, qua aliquod contingit incommodum. Quæ quidem fortuna si circa bona excellentem magnitudinem habentia contigerit, prosperitas, & fors fortuna dicitur, si vero circa excellentia mala, infortunium. vnde fit, vt qui prope est vt magnum aliquod bonum, malumve accipiat, bene fortunatus sit, aut infortunatus. iam enim mens illud se tenere arbitratur. Nam id quod prope est, quasi nihil distare videtur. Est autem fors fortuna, & infortunium, incōstans, & incertum. nam omnis fortuna, inconstans & incerta est, vt quæ nunquam semper & frequenter, sed raro & inopinate contingat.

diuisio fortunę

QVinti cap. scholia. XXIX. Et hinc quæ raro eueniant omnia. Id non recte asserūt. Raro em̄ contingit cometes, aut draco ignitus, & nōnullæ tales impressiones ignicę. Raro etiā contingit in his occiduis regionib⁹ terrę successio ac tremor. Nullum tn̄ eorum cum euenit, accidit a fortuna, sed causam habet determinatā, & ad huiusmodi effectum natura ordinatam. Et sane fieri a fortuna, minus est. raro autē cōtingere, in plura se fundit, atq; cōmunius est. XXX. Hęc em̄ sunt propter hoc. Sane propter hoc fieri dicuntur, q̄ si pręcognoscerētur, digna quidē viderentur expeti aut refugi, vt quæ tanti sunt momenti, quod cognita quis libens amplecteretur, aut deprecaretur, qualis est ex fossione thesauri inopinata inuentio. Nam si quis præsciuisset ibidem abstrusum esse thesaurum, dignum vtique fuisset illud prosequi. sic subitaria repentinaque ex lapsu mors. Illavero non sunt propter hoc, quæ non sunt tanti ponderis & momēti, q̄ cognita digna sunt prosequi aut refugi, vt offensio inopinata pedis ad calculū, casus capili ex capite. XXXIII. Hæc fiunt a casu aut fortuna, quæ raro & per accidens fiunt. Quanuis hic vtrunque nomē & casus & fortunæ sub disiunctione ponatur, hæc tn̄ non est vtrorumq; effectuū & casualiū & fortuitorū diffinitio, sed solum casualiū. Quæcunq; em̄ raro & ꝑ accidens fiūt, & quæ sunt ꝓpter hoc, sunt a casu. & quæcūq; sunt a casu. & raro fiūt, & per accidēs, & sūt propter hoc. At nō sic remeat data diffinitio cū ijs quę sunt a fortuna. Nā effectis casualib⁹ quæ fiunt ab inanimatis, aut animalib⁹ rationis expertibus, conuenit data diffinitio, & tn̄ non fiunt a fortuna. Nempe quēadmodū fortuna debet esse agens secundū ꝓpositum, ita ea q̄ fiunt a fortuna, debent fieri ab agēte secundum ꝓpositum. Adiectum tn̄ diffinito est, aut a fortuna, q̄ sicut oīs fortuna est casus, & nō e diuerso, ita quęcunq; fiunt a fortuna, fiunt & a casu, nō aūt contra. quare quęcūq; fiunt a fortuna, fiunt raro & per accidēs, & propter hoc sunt, nō tn̄ remeat, ac cōuertitur. Itaq; diffiniuntur ea quę fiūt a casu, quęcūq; raro & per accidēs fiunt, & quę sunt propter hoc, siue fiāt ab agēte scd'm ꝓpositum, siue nō. Eavero quę fiunt a fortuna, diffiniūtur esse ea ipsa q̄ raro & per accidēs fiunt, ab agēte quidē scd'm ꝓpositū, & quę propter hoc sūt. XXXV. Circa īdē intellectus & fortuna sunt. Nō solum circa īdē specie sunt intellectus & fortuna, sed & circa īdē subiectum numero. nā quęcunq; causa fortuna est, habet intellectū. Nēpe cum ꝓpositū sit ipsa voluntas, aut ordinario voluntatis aliquid agēdum eligētis, quę per ītellectū actiuum cōsultatiuūq; fit (siquidē per ītellectum fit rōis inquisitio, & de re faciēda cōsultatio. deide a voluntate vnius partis quę potior ītellectui visa fuerit, electio, & postremū operis executio) cōstat propositum sine intellectu nō esse, neq; ītellectum sine ꝓposito. Fortuna aūt nō est sine proposito, cū sit causa per accidēs agētium secundum ꝓpositum. Igitur fortuna nō est sine ītellectu. Inuenitur igitur semper fortuna ītellectui cōiuncta, & circa idem subiectum versari atque cōsistere. XL. Vt cum ęgroto sanitatis causę sint. Si quis patiatur catarrhum vel pituitā, qui exos⁹ nimiā capillorum multitudinē, grauemq; cęsariem, illam abradat, non intēdēs sanitatē, deinde nudato capite exponat sevēto, & deinceps æstui, feruoriq; solis, non tn̄ intendens leuamē morbi, ventoque claudente poros, & æstu sistēte distilantem humorē, sanus fiat, illius sanitatis per accidens cōparatæ, æstus est causa propinquior, cum inter eā & effectum nullæ interiaceāt causæ, deinde secundoque locoventus cōcurrit ad eā curationem. nā calor cum vento vehementius deficcat. Postero vero tōsio (quæ causa est, æstu vētoque in hac serie remotior) cooperata est ad accidētariā illā sanationē. Tōsione em̄ capillorū effectū est vt ventus poros facilius clauserit. Oēs tn̄ illæ causæ sunt per accidens, cum nulla in huiusmodi effectum aut natura, aut arte, aut intensiōe ordinetur. XLI. Fortunarum quędā est bōa, qua bonum aliquod cōtingit. Cōtingere bonum pōt aut assecutione alicuius prosequendi, vt thesauri, aut persolutionis debiti. quo pacto bonam fortitus est fortunā Phæreus ille Iason, de quo memorat Valerius, q̄ cum hostis eius ex īsidijs eum adortus gladio percussisset, vomicā ei⁹ (quæ a nullo sanari poterat) ita rupit, vt ipsum graui illo morbo liberauerit. Siquidē grāde bonum illi percusso Iasoni euenit, gratia tamen illius nō fuit percussio, quin poti⁹ gratia occisionis. Potest & bonum cōtingere euitatione impendentis mali, & iā iam instātis, quo quidē pacto legitur Simonidi poetę bona fortuna obtigisse, cui (vt refert Valerius) apud Scopū oppidū in Thessalia cœnitanti nunciatū est duos iuuenes ꝑ foribus astare, rogantes magnopere vt ad eos continuo prodiret. Vix eo limen egresso, triclinium in quo

Pheræus
Iason
Valerius
Simōides
Scopum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

epulabatur decidit,& oppressi cõiuiuæ omnes eo solo exempto. Egressio illa non ad euadendam ruinam ordinabatur,sed ad collocutionẽ quærentium ipsum. Eodẽ mõ bifariã obtigere põt mala fortuna,aut mali insperati perpessione,aut boni imminẽtis frustratione,vt prõptum est exẽpla desumere. Malum sinistramq; fortunã perpessus est Carthaginensium dux Amilcar, qui(vt narrat Valerius)cum obsideret Syracusas,irer dormiẽdum exaudire vocẽ sibi visus est nunciantem futurum, vt proximo die in ea vrbe cœnaret. lætus igitur perinde ac diuinitus promissa victoria,exercitum ad pugnam parauit,vbi captus,in vrbem vinctus perducitur,infortunatus quidem,& q̃ fraudatus fuerit sua spe quã de expugnatiõe vrbis conceperat,& q̃ præter spem capti uus in hostium potestatem venit. Haud dissimiliter infortunatus vtroque mõ Adrastus, Atys filij Crœsi pædagogus,ac custos designatus,qui cum aprum venabulo trãsfigere parasset, & sua excidit spe,& Atym Crœsi filium suæ custodię in venatione creditum præter opinionem interfecit. Ita infortunati,qui adagijs equi Seiani,& auri Tholosani occasionem locumque dedere,& senex ille,qui sententiæ illi quę in omnium ore versatur, occasionem prębuisse creditur,multa cadunt inter calicem supręmaque labra. Nonnunquam vero & mala fortuna & bona in eodem succedunt,& subinde comperiuntur, vt in remige & nauta illo quem (vt author est Valerius) cum aquam e naui haurientem fluctus in mare abiecisset, latere altero repercussum contrarius fluctus in nauem retulit. Is sane infortunatus primum,& paulo post fortunatus fuit.

Amilcar Syracusę

Adrastus Atys. Crœsus.

¶Secundi capitis annot.

¶Actio,hominis secundum electionẽ operatio. ¶Actio,praxis. ¶Eupraxia, bona hominis secundum electionem operatio. ¶Tripes,trium pedum sedes. ¶Priora,principaliora,ad suos effectus perfectiora. ¶Frustra,incassum,in vanum,temere,μάτην. ¶Casus,per se vanum,temeritas, αὐτόματον.

Extum caput continet quinq; conclusiones, duas rationes, & vnum corollarium ad secundam:duas rationes ad tertiam,& vnum corollarium ad quintã. ¶Prima cõclusio. Casus & fortuna differunt. Nam casus de pluribus dicitur,fortuna vero de paucioribus. Quidquid em̃ fortuna fit,casu fit,non autem omne quod casu fit, fit & fortuna. ¶Secunda. Fortuna solum est eorum circa quę est actio. ¶Primo,Quia fortuna est eorum quæ voluntate & consilio reguntur:nam agentium secundum propositum:hęc autem sunt circa quæ versatur actio. ¶Secundo, Quia fortunatos dicere solemus felices: & fors fortuna prope felicitatem esse videtur. Felicitas autem solum est eorum circa quæ est actio,est enim bona secundum electionem operatio.signum est igitur, & fortunam solum circa ea versari, circa quæ est actio. ¶Corollarium. Vnde fit vt inanimata,beluæ,ac infantes nihil a fortuna faciant,neq; fortunata aut infortunata,nisi secundum similitudinẽ dicantur. Nam hæc oia nihil consilio & electione agunt. Similitudine autẽ dicuntur,& fortunata & infortunata,quẽadmodum Protarchus lapides eos fortunatos dicebat. qui aris extruendis aptantur, quia coluntur & venerãtur. Infortunatos autem, qui illis iunctissimi,humi strati pedibus cõculcantur. Possunt & hęc a fortuna multa pati. ¶Tertia. Casus & inanimatis, & animalibus rationis expertibus conuenire põt. Primo,quia si tripes qui cecidit,aptus ad sedendũ iaceat,id casu fit. Non em̃ vt apta sedes fieret cecidit,sed vt in loco quiesceret. Et si equus furto sublatus,bibendi desiderio fontem petat,& in manus domini incidat, a casu saluatus est. Casus igitur & inanimatis,& animalibus rationis expertibus conuenire põt. ¶Secundo. Fieri frustra,est tam inanimatorũ q̃ animatorũ, & rationis expertiũ. Fit enim aliquid frustra,cum ad finem ordinatur,quẽ non consequitur: vt si quis cibi in fundum stomachi descẽdendi gratia ambulet, & cibus non descendat:hæc ambulatio frustra fit, & vana est. Si enim quis diceret se frustra balneum intrasse,quia sol non defecit: ridendus esset. non enim ideo se,vt sol deficeret,lauabat. Igitur signũ est casum esse inaiatorum,& animatorum,& rationis expertiũ. Videtur em̃ frustra & casus solũ in hoc differre, quia quod frustra fit,ad quẽ ordinatur,nõ consequitur effectum, casus autem consequitur,sed nõ ad quẽ ordinatur:vt si ceciderit lapis, & cadendo lædat prętereuntem:id casu fit,non enim eius gratia ceciderat. ¶Quarta conclusio. Fortuna & casus in genus efficiẽtis causę reducuntur. Nam naturę & voluntati accommo

42 differẽtia casus & fortunę

43

44

45

ꝛica quę uersetur fortuna

ꝰ nq̃ aliqd frustra fiat

ꝛ quas causas reducãtur casus & fortuna

dantur:quę causę sunt efficientes:vt natura cecidit lapis,qui casu vulnerat prętereuntem:& voluntate fodiẽs Socrates,reperit thesaurum. Reducũtur igitur casus & fortuna in causas efficiẽtes:huiusmodi tamen causarum multitudo indeterminata est. ¶Quinta. Casus & fortuna causę posteriores sunt natura & voluntate. Nam natura & volũtas causę sunt per se:casus vero & fortuna, p̃ accidens. At vero semper priora ea sunt quę per se sunt,ijs quę per accidens dicuntur. Sunt igitur natura & voluntas causę priores:casus vero & fortuna posteriores. ¶Corollarium. Quare non cõuenienter fortunam causam cęli assignauerunt. Nam cum causa esset,esset per accidens. esset igitur causa cęli, natura & volũtate,& similibus posterior. quod statim per se absurdũ esse deprehẽditur.

47

48

quar fortuna infrior sit natura & voluntate & nõ causa cęli ꝛsi gnãda

Sext. cap. scholia. XLIII. Fortuna solum est eorum circa quæ est actio. Non quidem eorum effectorum circa quæ tanquam obiecta sit actio, sed eorum efficientium circa quæ vt effectiua sit actio. sensusque est, fortunam solum esse illorum efficientium,quib⁹ conuenit actio, atque secundum electionem operatio, vtpote hominum qui soli agunt secundum propositum. Fortunatos dicere solemus felices, non quidem felicitate vera & morali,quæ consistit in optima virtutis operatione. sed vulgari. quæ censetur esse,cum prosperum quippiam,ac lætum cuiquam obuenerit,aut rerum opulentia suppeditatur. At quia huiusmodi corporea felicitas nonnihil commercij habet cum felicitate morali, idem sibi nomen ascisciit. XLIIII. Protarchus,author græcus. Possunt & hæc a fortuna multa pati hæc scilicet inanimata,beluæ ac infantes possunt a fortuna multa pati, vt domus ab homine ignẽ vt se calefaciat struente,& incautius eum asseruante,sui exustionem equus a ducente ipsum ad fluuiũ aquatum, & incidente in voraginem,sui demersionem. infans qui fertur a nutrice,& in terram cadit,claudicationem, aut pedis detorsionem. XLV. Videntur em̃ casus & frustra solum in hoc differre. Differunt quidem casus & frustra ratione,quod pẽne oppositas & aduersas sortitę rationes videantur. Nempe casus consequitur effectum quem non intendit,frustra vero non consequitur effectum quem intendit. hinc non potest idem respectu eiusdem esse casus,& frustra. nam consequeretur effectum,& eundẽ non consequeretur,& eum intenderet,& non intenderet. Veruntamen nihil prohibet idẽ re ipsa esse casum & frustra,collatione facta ad diuersa,vt si quis proficiscens ad forum gratia emendorum piscium,non offendat pisces in foro venales,sed reperiat inopinato,& præter propositum debitorem,qui ei debitam pecuniam prõpte persoluat,is respectu emptionis piscium est frustra, ad inuentionem autem debitoris comparatus est casus. Similiter si quis vrbem petat, vt debitorem offendat,non inuenit autem debitorem, sed creditorem quem minime inuentum vellet,qui cogat eum sine cunctatione debitum persoluere,is ratione diuersorum & casus est,& frustra. XLVI. Nam naturæ & voluntati accommodantur. Casus,naturæ accommodatur,quod re ipsa sit forma substantialis effectiua operationis,natura non intentæ,vt cum lapis sua grauitate depressus corruit deorsum,& lædit prętereuntem,illius læsionis ꝓpria causa efficiens est forma substantialis lapidis,quæ quidem natura est,& ad illam lęsionem casus. Et voluntas accommodatur fortunæ. nam fortuna re ipsa,aliud non est quam voluntas determinans cuiuspiam rei operationem,aliud tamen præter determinationem efficiẽs,vt voluntas Socratis terram ad iacienda futurę domus fundamenta effodientis,collata ad inuentionem thesauri prętęr expectationem,est fortuna. XLVIIII. Nam cum causa esset,esset per accidens. Si fortuna(inquit)esset causa cęli,esset caussa per accidens,ipsorum confessione,ponentium fortunã esse causam paccidẽs. At natura & voluntas(quę sunt causæ effectorum inferiorum)sunt causæ per se. nam ordinantur in ea, quę aut natura,aut proposito efficiuntur. Et causæ per accidens posteriores sunt,minusque pręcipuæ,per se vero,priores atque principaliores. igitur causa cęli esset posterior natura & voluntate,causis istorum inferiorum. quod statim absurdum apparet. non est igitur astruenda fortuna causa cęli, vt secunda quarti capitis huius libri asseruit opinio.

¶Septimi capitis annotatiunculæ.

¶Mouens, agens. ¶Prima mouentia physica, mota sunt terminatiue, & per accidens. Primum autem mouens metaphysicum, omnino non.

Septimum caput cõtinet duas cõclusiones,& tres rationes ad primam partem secundæ. ¶Prima conclusio. Sufficienter videntur esse assignata quatuor causarum genera. Nam tot assignanda erant,quot,vt causas quæramus,inuenimus quęsitiua. Quatuor autem inueniuntur quæsitiua,ex quo,per quid, a quo,& cui⁹ gratia:vt si quæras,ex quo res sit naturalis,ex materia:cur corrũpitur, quia est ex materia,materiã rndes. Et si est mathematicis q̃ras,per quid est rectũ? per mediũ non discrepare ab extremis cur sit rectũ? quia mediũ non discrepat ab extremis:respõdes formã. Si vero, quæ

49

Universidad de Deusto
Biblioteca

ras,a quibus Thebanorum ſpoliatum eſt templum?a Phocenſibus, cur Theba
ni Phocenſibus bellũ intulerunt?quia eorũ templum ſpoliauerunt:cauſam effi
ciẽtem reſpondes.Si vltra queras,cuius gratia Perſarum rex Grecis bellum in
dixit?vt dominaretur,cur Grecos debellauit?vt dominaretur:reſpõdes finem.
Et ſimiliter de reliquis cauſis omnibus queras.Sufficiẽter igitur aſſignata fue
runt quatuor cauſarum genera. ¶Secunda.Phyſicus omne genus cauſæ habet
conſiderare,pariter & per quodlibet habet demõſtrare. ¶Quod vero omne ge
nus cauſæ habeat conſiderare,patet primo , quia tres cauſæ.forma , efficiens,&
finis , in idem coincidunt. homo enim ratione formæ hominem generat:quæ
quidem operationum efficiẽs eſt,& quæ ſunt eius gratia. At phyſicus formam
(quæ natura eſt)habet conſiderare.igitur & efficiẽtem & finem illi coinciden
tem. Et habet(vt prius dictum eſt)materiam conſiderare.Habet igitur phyſi
cus omne genus cauſæ,materiam, formam,efficientem , & finem conſiderare.
¶Secundo.Quedam ſunt mouentia non mota: que phyſice non ſunt conſide
rationis . Alia vero mouentia mota : & hæc phyſice ſunt conſiderationis.
philosophiæ partitio Vnde phyloſophiæ conſideratio tripartita eſt. Eſt em partium vna que immo
bilia conſiderat:vt metaphyſica,& partim mathematica. Alia mobilia,ſed in
corruptibilia : vt aſtronomia . Tertia mobilia & incorruptibilia : quæ phyſica
nominatur.Habet igitur phyſicus efficientes cauſas conſiderare , & materiam
& formam , quæ fini coincidit:vt dictum eſt.quare, & quatuor gña cauſarum.
¶Tertio. Phyſici eſt conſiderare generationes,& in quo fiunt:& hoc eſt mate
riam conſiderare.& quid ſint:& hoc eſt cõſiderare formam.& a quo ſint:& hoc
eſt conſiderare mouẽs.nõ dico mouẽs omnino immobile, & omnium primum
(nã hoc non eſt phyſicæ conſiderationis)ſed quod mouetur & mouet . Et quia
natura propter aliquid eſt,habet etiam finem conſiderare. Habet igitur phyſi
cus quatuor cauſarum genera conſiderare. ¶Quod vero per omne genus cau
ſe demonſtret.patet,quia cum omne genus cauſe conſideret, eas ad queſita ha
bet reſpondere, & per eas facere manifeſta, quia ſi queratur ex quo , materiam
reſpondere habet:quid,formam:a quo,efficientẽ : & gratia cuius,finem.Quod
ſi reſpondet cauſas quæ ſint frequenter,concludit quod eſt frequẽter . Dignius
enim eſt ſic, vt vnumquodque vt materia ipſa patitur, fiat . Igitur phyſici eſt
per omne genus cauſæ demonſtrare.

SEptimi cap.ſcholia. XLIX. Quatuor autem inueniũtur queſitiua.Id de ſpecialibus cau
ſarum queſitiuis intelligendum,quorum ſingulum,ſolumvnum cauſe genus interrogat,
vt ex quo,ſolam materiam.per quid,ſolam formã.a quo,efficiẽs.& propter quid,finem.
Nam plura his inueniuntur quæſitiua generalia,& ſine diſcrimine quodque genus cauſe inter
rogantia,qualia ſunt, cur,quare,vtrum,& ſimilia, nulli cauſarum generi peculiariter addita &
aſcita. Cur Thebani Phocenſibus. Thebe vrbs Boeotie clariſſima,a Cadmo Agenoris filio con
dita,cuius incole Thebani dicuntur.Phocis vero regio Boeotiæ inſignis oraculo Apollinis Del
phici,cuius indigene Phocenſes vocantur.De bello Thebanorum contra Phocenſes Iuſtinus a
bunde meminit,ex quo quod hic dicitur requirendum.Cuius gratia Perſarum rex.vtpote Da
rius filius Hidaſpis,& deinde Xerxes filius eius paterno regno poritus. hiſtoriã huius ex Hero
doto require & Iuſtino. L. Tres cauſæ,forma,efficiẽs,& finis.Idem re ipſa,ad diuerſa collatũ,
eſt cauſa formalis,efficiens & finalis,vt forma ſubſtantialis rerũ naturalium , eſt cã formalis ad
totum,cum per eam res naturalis habeat eſſe. Eadẽ eſt cã efficiens propriarum operationum,vt
anima viſionis,auditionis,ambulationis.Et ipſe operatiões naturales ſunt gratia formę ſubſtan
tialis,& vt ipſa conſeruetur,quemadmodum nutritio in animatis gratia animę cõſeruandę ĩ vi
uente,& frigefactio ĩ aqua gratia formę aque melius ſaluandę.eſt igitur forma ſubſtantialis cau
ſa finalis,& ipſarum quidem operationum quarum eſt effectrix . Neque incommodum putan
dum eſt idem ad idem cauſam eſſe efficientẽ & finalẽ ob diuerſas rationes. Quare cuiuſlibet rei
naturalis forma ſubſtãtifica eſt cauſa formalis,efficiens & finalis,& tres cauſe, forma,efficiẽs,&
finis,in idem numero coincidere facile in ipſa conſpiciuntur . Et in hac triformi cauſarũ rõe ip
ſa vna imitatur primum ſummumq; ens.quod prima eſt & abſolutiſſima forma , ptimũ omniũ
efficiens,& precipuus omnium rerũ optimusq; finis. Quædam ſunt mouentia non mota,qualia
ſunt entia ſupramũdana,ab omni motu & per ſe & per accidẽs,ſemotiſſima.Mouẽtia autẽ mo
ta ſunt,aut tota corpora naturalia,que mouent gratia formę , & mouentur gratia materię, aut
corporum naturalium formę,que primo quidem & per ſe mouẽt,mouẽtur autem,aut termina-

tiue,cum gignuntur & intereunt.aut per accidens,& gratia ſubiecti cui inſunt,vt cũ viuens auge
tur aut minuitur,& eius anima partium acceſſionem,detractionemve etiam ſuſtinet. Et cum res
loco mouetur,& eius forma itidẽ de loco in locũ tranſfertur. Atqui materia per ſe quidẽ & pri
mo mouetur,nullo tamen pacto eſt mouens.Et partim mathematica.Secundum aliquam partem
mathematica conſiderat immobilia,vt ſecũdum Arithmeticã conſiderantem numeros, qui ſane
immobiles ſunt,& ſecundum geometriã conſiderantem magnitudines ratione immobiles,q eas
vt ad motũ referantur,minime tractet.Secundum aliquã vero partem , vt muſicam,perſpectiuã,
& præſertim aſtronomiam:ipſa mathematica mobilia conſiderat.Dignius em eſt ſic. Rationi cõ
ſentaneum eſt vnumquodq; in diſciplinis eo pacto oſtendi,vt materia ſubiecta ſuſtinet ac efflagi
tat,ſcilicet vt ex ijs que ſunt ſemper,concludantur ea quæ ſemper , & ex ijs quæ frequenter , ea
quæ frequenter,vt hoc pacto ſimilis ſit vniuſcuiuſque concluſio principijs.

¶Octaui capitis annota.

¶Par,rationabile,conſentaneum idoneũ. ¶Area,campi planities. ¶Contun
dere:conterere. ¶Abſoluere,perficere. ¶Id natura intendere dicitur, q nõ im
pedita produceret.Itidẽ dicitur & illius gratia agere, q non ipedita conſequere
tur,& quo habito quieſceret. ¶Portenta,monſtra. ¶Monſtrum eſt naturæ pec
catum . ¶Id naturæ peccatum eſt, quod natura non impedita,aliter produxiſ
ſet. ¶Ἀνδροπρώρους , id eſt ἀνδροπρόσωπους , hoc eſt humana facie præditos . ¶Vi
tigenæ ἐλαιοπρῴραι plante quarũ priora ſunt oleæ,& poſterioravitis. ¶Priora,par
tes priores. ¶Deliberare,ratione inquirere.

51 OCtauum caput cõtinet duas concluſiones,tria Empedoclis dicta
ad primam, ſex rationes ad ſecundã, tres inſtantias cum earum
ſolutionibus. ¶Prima cõcluſio . Par eſt naturam alicuius gratia
agere oſtendere,& vnde in rebus naturalibus pendeat neceſſitas.
¶Nam naturam alicuius gratia agere,prius a nobis poſitum eſt,
quod pleriſq; antiquorum non videtur . Nam qui calidum & fri
gidum principia poſuerunt,dixerunt res non alicuius gratia fieri,ſed quia mate
riale principium tale ſit:vt ex eo rem fieri neceſſe ſit,& materiam & neceſſita
tem idem dicebant. ¶Empedocles vero(qui pręter materiam litem & amici
tiam efficientes cauſas poſuit)& Anaxagoras(qui præter materiales atomos,ef
ficientem intellectũ)primo dixerunt res non alicuius gratia fieri , ſed ſicut plu
it Iupiter,nõ vt increſcat triticũ huius in agro,& illius pdatur in area : ſed ſi au
gmentetur alterum,& alterum putreſcat & perdatur,hoc vtrunq; accidere. ¶Se
cundo. Dixerunt pluuiam de neceſſitate cadere,& vaporem ſurſum dictum de
neceſſitate congelari,& de neceſſitate redire in aquã , non alicuius gratia.ita &
animalibus anteriores dentes acutos eſse maxillares latos , non quidem ciborũ
diuidendorum & contundendorum gratia,ſed ex materiæ neceſsitate . Simili
ter q reliquæ aialium partes ita ſitæ ſint,vt ad ipſorum opera apte iaceant,& vt
ipſa animalia ſaluari poſsint,hoc a caſu euenire. ¶Tertio. Dixit Empedocles
ſi huiuſmodi partes ſitum non habeant ad opera facienda conuenientẽ, anima
lia illa interire,vt bouigenas dicebat,quorum priora viri,& poſteriora bouis e
52 rant. ¶Secunda concluſio. Nequaquam ea quæ a natura eueniunt,a caſu eue-
niunt,vt vult Empedocles,ſed alicuius gratia . ¶Primo , quia quæcunq; a na-
tura eueniunt,ſemper eodem modo,aut frequenter fiunt : quæcunq; vero a caſu
fiunt,non ſemper,eodem modo,aut frequẽter fiunt.vt in hyeme frequenter plu
it:& ideo id natura eſse dicitur.raro vero fit cauma,& ideo id a caſu euenire. cõ
tra ſub Cane frequenter fit cauma: ideo id natura eſt. raro vero pluit , ideo id a
caſu fieri putant.Nequaquam igitur ea quæ a natura eueniunt , a caſu eueniũt,
quæ cum a caſu nõ eueniant,propter aliquid igitur erunt. id eĩ ipſi concedunt,
aut a caſu,aut propter aliquid eſse. ¶Secundo. Quoruncunq; eſt finis, eo ſemp
habito quieſcunt:& que id antecedunt,eius gratia facta eſse videntur. At res na
turales ſemper mouentur,quouſque vt natæ ſunt fieri factę ſint : quo facto quie
ſcunt. Vnumquodq; enim ſicut agitur,ſic natum eſt eſse:& ſicut natum eſt eſſe,

raro quia omnino frat q eu
q a natura eueniunt non
a caſu euenium

Universidad de Deusto
Biblioteca

sic agitur, nisi superuenerit impedimentũ. Igitur quę id ancedunt, eiꝰ gratia fiũt. ¶ Tertio. Si natura extrueret domum, non aliter q̃ nunc ab arte extructa est, eã faceret: & si ars efficeret animal, nõ aliter ipsum faceret, q̃ nunc ipsum natura factum est. Ars em̃ antecedentia propter sequẽtia & finẽ faceret: igitur & natura. Eadem em̃ in arte & natura antecederent, & sequerentur. ¶ Quarto. Ars aliquãdo pficit quę natura nequit absoluere: vt medicina. & quędã imitatur naturã, vt ars quę imagines fingit, & quæ antecedunt, sequentiũ gratia facit. igitur & natura (quam ars adiuuat, aut imitatur) quę antecedunt ꝓpter sequentia & finem agit. ¶ Quinto. Quædam animalia quę neq; arte neq; consilio reguntur, alicuius gratia agere cognoscimus manifestissime: vt araneas texere telas, & formicas grana cõgregare, & hirundines nidos ponere. & plantas fructuũ protegendorum gratia folia ꝓducere, & radices deorsum alimenti attrahendi gatia porrigere. Agit igitur natura propter finẽ. ¶ Sexto. Duplex est natura, materia, atque forma. materiæ aũt finis est forma. Est igitur natura, alicuius gratia. ¶ Prima instantia. Si natura, ꝓpter finem ageret, nunq̃ deberet peccatum cõmittere, vt ꝓducere monstrum. At videmus eam plerunq; edere mõstra. non igitur gratia alicuius agit. ¶ Respondet. Quis natura aliqua peccata vt monstra committat, non tamen idcirco sequitur eam non ꝓpter finem agere. Nã & ars quæ alicuiꝰ gratiaꝫ agit, interdum peccata cõmittit, vt nonnunq̃ gramaticus non recte scribit. & medicus non recte potionẽ ministrat. Et sicut in artibus finis intenditur, & q̃ non attingitur, peccatum est in finem, ita in naturalibus finis intenditur: & cum monstrũ edatur, peccatum in finem committitur. Nam natura neq; monstrum producere intendit, neq; illius gratia agit. impedita tñ a suo fine mõstrũ edit. ¶ Secunda. Si natura alicuius gratia ageret, non videretur vnq̃ bouigenas (vt vult Empedocles) ꝓducere, quorũ priora sunt viri, & posteriora bouis. non em̃ ad aliquẽ finem videtur eos natura producere, non agit igitur natura alicuius gratia. ¶ Respondet primo. Si talia monstra ederentur, natura esset impedita. & aliquod principium eius, vt semen corruptum. Nam animalia non statim fiunt: sed oportet mollẽ illam massam quæ e semine orta est, primum disponi, q̃ si corrupta, deficiens: aut exuberans fuerit, plerunq; cõtingere solet monstrum. ¶ Secundo. Empedocles bouigenas Ἀνδροπρώρους cõfinxit. Debuisset aũt potius in plantis huiusmodi portenta confingere, vt vitigenas, λοτοπρώρας. Nam plantę minus propter finem quam animalia agere videntur, quę tamen ausus confingere non est, quæ si fierent, fierent (vt dictum est) quemadmodũ cętera monstra aut semine deficiente, aut exuberante, aut corrupto. ¶ Tertio, Empedocles reliquit nomen naturæ, dicendo aliquid a natura fieri. Fiunt em̃ a natura, quæcunq; ab intrinseco principio continue mota, in aliquẽ finem tendunt, q̃ semper eundem non impedita attingunt. & non mouentur indifferenter a quolibet, neque indifferenter in quodlibet tendunt: & tamen cum casu aut forma ait ea fieri, tollit ea a natura fieri. Fieri em̃ nequit vt casus & fortuna (quæ neque determinata sunt, sed infinitorum: neque ad determinata semper aut frequenter procedunt, sed ad infinita) simul cũ natura conueniãt, quę & determinati est, & ad determinatum semper (nisi impedita fuerit) procedit. ¶ Tertia instantia. Natura nõ deliberat: non igitur agit propter finem. ¶ Respondet, non oportere. si nõ deliberet, ipsam non agere propter finem. Nam & artifex semper alicuius gratia agit, non aũt semper deliberat, ad agendũ igitur alicuius gratia non requiritur deliberatio. Et sicut ars semper propter finem agit, ita & natura eius exemplar, & q̃ ars imitatur, semper propter finem agit. Inter artẽ tamen & naturam hoc interesse videtur, q̃ ars extra opus est, natura vero intra. Intellige igitur nauifactiuam in ligno, & nauẽ efficere. eodem modo ars hæc sicut natura operaretur, & huic q̃ simillima est natura. Similiter cũ medicus seipsum sanat, hęc ars naturę est q̃ simillima: & vt hæc, eodem modo natura operatur.

Ctaui capitis scholia. LI. Prius a nobis positum est, positum, propositione assertum, & suppositum tanquam per se manifestum, vtpote in fine præcedentis cap. Sicut pluit Iuppiter. Anaxagoras & Empedocles pluuiæ descensum & lapsum hoc modo exprimebant, more gentilium, qui Iouem putabãt summum deorum pluuiam, vt & cætera naturæ munera, mortalibus cõcedere. Nobis autem ea oratio nihil aliud hoc loco designat, nisi, sed sicut pluuia delabitur ac descẽdit in terrã. Porro hæc tria vtriusq; dicta refutãda sunt prorsus & inficianda. primum quidem, q̃ falsum sit pluuiam non alicuius grati fieri, cum naturæ, immo sapientissimi naturæ conditoris prouidentia ordinata sit ad terræ irrigationem, agrorum fertilitatem, & fructuum vbertatem. Secundum vero q̃ falsum sit de necessitate materiæ pluuiæ materiã præstiturũ vaporem sursum duci, & ibidem densari, rursumq; in aquam cõuerti, aut dentium hos quidem latiores, illos autem acutiores esse. omnia em̃ hæc non ex materię necessitate, sed propter finem contingunt, & disposita sunt. Tertium deniq; Empedoclis dictum negandum est, scilicet q̃ non cõtigat natura produci animalia carentia debito partium ad operationes exercendas situ. Nusquam quidem reperiuntur ea animalium gña, quæ bouigenas appellitabat, & si aliquando producantur, id & raro obuenire, & solũ natura impedita fieri censendum est. non tamen idcirco protinus consequitur nulla gigni animalia debito partium situ destituta. LII. Sub canevt frequenter. Canis, sidus est cęleste exoriens cum cancro, ad quod cũ puenerit sol, duplicatur æstus, & vehementior est solis feruor in subiectis mũdi partibus. inde dies caniculares dicti, quibus sol cani coniungitur. Cauma autem, feruorem, æstũ, caloremq; grauem designat. Quorũcunq; est finis duo physica proloquia hac ꝓpositione claudun tur. Primum. Quorũcũq; est finis, ipso habito illa quiescũt. Haud aliter q̃ assecuto ꝓfectionis termino quo tendebat viator, quiescit a progressione, vt medicatiõis finis est sanitas, & habita sanitate medicus cessat a medicatione, sic ædificationis finis est consummata domꝰ. ipsa itaq; domo perfecta desinit ędificatio. Secundum. Quę finem antecedunt, gratia finis facta sunt, & media in finem ordinata dicuntur, vt potio & incisio ęgroti pręcedunt sanitatẽ, & gratia sanitatis instaurandę fiunt. Sic lapidum & lignorũ apratio pręcedunt domus cõsummationẽ, & gratia domꝰ extruendę fiunt. Igitur & natura. Tertia & quarta ad secundam cõclusionem ratio, innitũtur loco a simili & minori. est em̃ arsvt solum imago & vestigium naturæ, natura autẽ exemplar & veritas artis, & minus ordinata conspiciuntur opera artis quã naturę. si igitur ars quę ꝓperfectior est, ꝓpter finem agit, multo valentiore iure & natura. Et Aristoteles tum hic tum in alijs plerisque locis, per ea quę inueniuntur in arte, declarat ea quæ sunt in natura, quod opera artis notiora sunt ad nos, & sensui domestica magis atq; manifestiora, & proinde admodum accommoda ad opera naturæ quæ latentiora sunt, dignoscenda. Vt araneas texere telas. Conspiciuntur araneæ in muscarum aucupium texere telas, ducẽdo fila in orbem & circulum secundũ certam proportionem magnitudinis & distantiæ, vt quæ cẽtro propinquiora sunt, minora sint, minusque distent, quęvero remotiora, maioris ambitus & distantiæ. Quæ quidem ne seiuncta dissultent & frangantur, rectis filamentis abvna circulari linea passim in proximam ductis fulciuntur, collimanturque & connectuntur, vt ne exercitatissimus quidem geometra circino concentros circulos exactius deformare posset. Formica etiam excauat sibi domum in terra, ĩ quam ęstate grana congerit, quibꝰ hyeme victitet, maiorisq; molis pondus quam ipsa sit defert, eo tamen ingenio, vt ingrediens egredienti viam non præpediat. Et sane in hoc tam exiguo animali (vt & melliferis apibus) magnum est diuinæ prouidentiæ vestigium. Hirundines itidem in locis inaccessis nidum componunt ex luto, quod durarum vix humana industria dissolui potest, quo rapacia animalia arcent a suorum pullorum discrepatione, & surripiẽdorum pullorum suorum auidos homines prohibent a nidi confractione. Nam neque natura monstrum producere intendit. Neoterici proprietatem vnam terminorum recentius ab eis inductam, quam appellationem nuncupãt, curiosius attendentes, discrimẽ constituunt inter has ꝓpositiones, natura monstrũ intẽdit, & natura intendit monstrum. & hanc quidem falsam astruunt, illam autem veram. Verum id fatitantes, monstra in naturali philosophia pariunt, quæ cum rectam in omnibus expetat intelligentiam, & circa illam potissimum operam intendat, faciunt eã circa vocabula ipsa contentiosam, ac si quiddam minutulum & exiguum, vtpote præpositionis nominũ aut postpositionis discrimen curaret, quod plane captiosum est sophisticum, & ab hac philosophia longe alienum. Itaq; sine discrimine vtraque datarum propositionum neganda est, siue accusatiuus verbum p̃cedat siue sequatur, cum eadem prorsus apud Aristotelem sit intelligentia. Natura em̃ non impedita nunquam aliquod naturæ peccatum cõmitteret. per diffinitionem igitur neq; monstrum intendit, neque intendit mõstrum. Quod si natura id monstrosum quod produxit enutriat, curetque ad illam exuberantem corporis particulam vt strumam dorsi alimentum mitti, nõ protinus efficitur ipsam intendere monstrum. Nam cum tale vitium ipsa corrigere non possit, facit de illo quod conducentius est melius. Melius autem est ipsum nutriri & vegetari, quam inanime relinqui, & corpori coniunctum. anima tamen destitutum, putrescere. Siquidem natura, possibilium semper optimum facit, & cum omnino naturę peccatum emendare non potest, facit pro vtribus vt minus exorbiter & noceat. Cũ aũt obiectãr, demõstrato monstro, id natura intendit, & id, est mõstrum cõficitur, igitur, mõstrum natura intẽdit. Plane negãdũ quod infertur, & quod primo

Sophistica philosophia repellenda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

loco assumitur.nam id ipsa non impedita minime produxisse,non igitur id intendit,sed rem naturalem circa defectum omnem naturæ intendit.Quod si corruptum, defficiens aut exuberans fuerit.Si defficiens fuerit semen,deest quippiam membrorum ad naturæ integritatem requisitũ vt manus aut digitus.si abundans superfluit quicquam in re producta,vi sextus in manu digitus,aut in tergo prætumida carnis moles.Si corruptum confusumque fuerit semen producuntur membra indigesta atque confusa, quę digeri distinguique debuissent, vt pes aut manus sine digitorum distictione in vnam massam conglobata.Non tamen quicquid a nostra forma,naturalique membrorum dispositione alienum & discrepans in humana specie producitur,mõstrum censendum est secundum hanc(quam solam philosophia intendit)monstri significantiam,sed solum quod aliter quam natura non impedita ederet, producitur , & a suo producente perfecto, aut exuperatiõe aut defectu aliquo dissidet.Pigmei etenim exiguę molis,& gigantes procerę staturę mõstra appellanda non sunt,quod taliter producantur,qualiter nati sunt natura producí. Ita & Cynocephali,& Cyclopes,quorum hi vnum tantum habet oculum,illi vero corpori humano supereminens(vt perhibent)caput caninum. Troglodytæ etiam,& qui sine capite oculos habent,& os in pectore,& cætera variarum formarum in humana specie genera,quę & a Plinio & a Gellio referuntur,minime hic censenda sunt monstra,cum non aliter quam eorum fert natura producantur,tametsi vulgus illa monstra vocet,quod a nostri corporis effigiatione diuersa,admirationem nobis inducant,videanturque a natura impedita sic producta.Hæc vero cum sint & indeterminatorum.hæc,casus & fortuna.Non autem semper deliberat. Nam interdum artifex consummatum assecutus habitum, operationem suæ artis agit sine deliberatione,quod ea non indigeat,perinde atque grammaticus ex tempore & sine præmeditatiõe latine loquitur, & citharœdus sine attensione fides pulsat.Et plane ad agendum gratia prosequendi aut fugiendi cum proposito,deliberatio plerunque requiritur . Ad agendum autem quicquam ex naturali instinctu & ordinatione,non requiritur consultatio. Alioquin solus homo propter finem ageret , cum ei soli competit consultatio . Quod ars extra opus est. Opus est quod ex operatione relinquitur,vt domus, statua. extra quod liquido constat artem esse , quia non in opere per artem facto vt in subiecto,sed in artifice . Natura vero est intra id quod per naturam fit, vt forma oliuæ in oliua quæ augetur aut alteratur. Ad intelligendum autem quonam pacto natura operetur,Aristoteles duplici analogia vtitur. Prima est si quis intelligat artem construendę nauis esse in ligno ex quo extruitur nauis, (quod etsi impossibile sit,manuducit, tamen intellectum ad id quod in natura necessarium est,intelligendum)& nauem componere,illa pars operaretur vt principium intrinsecum suarum operationum. Eodem modo natura principium est & intrinsecum suarum operationum.hoc autem dumtaxat applicandum est ad operationes naturę intrinsecas,& quæ fiunt a forma in propria materia. In operationibus enim extrinsecis naturæ,id non oportet,vt forma ignis est extra aquam quam calefacit.Secũda analogia est.si medicus æger seipsum sanet,ars medicandi est principium sanationis intrinsecum,& intra id quod recipit sanationem,scilicet in medico . haud dissimiliter natura operatur in propria materia.

¶Noni capitis annotat.

¶Necessitatem simpliciter ab aliquo esse intelligimus, quando eo existente, alia vt sint necesse est. Necessitas autem ex suppositione ab aliquo est,quando id esse altero existente necesse est. ¶Fastigium,summitas. ¶Intritum,cementum. ¶Præmissis existentibus,præmissis veris . ¶Conclusio sit,conclusio sit vera. Ratiocinationis, cogitationis .

NOnum caput continet tres conclusiones,& duo corollaria. ¶Prima 53
conclusio. Videndum est vnde in rebus naturalibus pendeat necessitas,& an ea simpliciter,an ex suppositione sit. Nam aliqui existimauerunt totam in rebus naturalibus necessitatem ex materia & motibus materiæ prouenire,quemadmodum si existimares parietum lapides necessario deorsum esse,quia grauiores:& lateres supra necessario , quia leuiores,& ligna necessario tenere fastigium , quia leuissima . Videndum igitur est an sit ita an aliunde pendeat. ¶Secunda. In rebus naturalib⁹ necessitas simpliciter, 54
non ex materia prouenit,sed ex suppositione. ¶Nam non propterea quod materia est,rem naturalem statim esse necesse est,sed cũ quæuis res sit naturalis, materia vt sit necesse est. Si em̃ quærat aliquis propter quod oporteat aliquam rem naturalem,vt ignem esse:non sane respondeas, quia materia est . At vero si quærat , propter quid vt sit materia necesse est:probe respondeas , quia ignis est. Et hæc necessitas consimiliter in artificialibus sese habet : vt si sint intritum,ligna & lapides , non propterea statim est domus. At si domus est , saluat,& protegit:vt sit intritum,ligna& lapides,necesse est. Et si sit ferrum, aut

quod vsum ferri obtineat,non propterea necesse est esse ferram. At ferrum aut quod ferri vsum obtineat:propterea q̃ ferra sit: protinus esse necesse est. Si em̃ quæratur abs te,propter quid esse ferram necesse est: nõ bene ꝓpterea q̃ ferrũ sit,aut quod ferri vsum obtineat, rñdeas : contra tñ optie dixeris.vt sit ferrum, aut quod eius vsum obtineat, ꝓpterea q̃ ferra sit,necesse esse. ¶Tertia.Necessitas simpliciter,in rebus naturalibus a forma & fine est. Nã forma & fine existente(est em̃ forma in rebus naturalib⁹ finis)materia,& motus materię vt sint aut fuerint,necesse est.materia autem existente,& eius motib⁹,nõ ꝓtinusvt sit res nauralis necesse est. Et hæc necessitas similitudinẽ quandã habet ad necessarium in disciplinis:quia sicut si forma sit , eius quoq; dispositiones esse necesse est . at cõtra illis existẽtib⁹ non oportet vt ea forma sit:ita in disciplinis,præmissis existentibus(vt q̃ demonstrat triangulũ tres duob⁹ rectis ęquales habere(vt sit cõclusio necesse est & premissis necessarijs , vt cõclusio necessaria sit oportet . sed cõclusione existente nõ ꝓpterea præmissas esse necesse est: nec conclusione necessaria,præmissas esse necessarias oportet. ¶Hoc tñ in rebus & disciplinis primo intereſt,q̃ hæ necessitates e diuerso sumuntur. Nã in reb⁹ posterioribus existentibus,præcedẽtia vt sint necesse est,nõ autẽ cõtra.In disciplinisvero,priorib⁹ existentibus,posteriora esse necesse est.nam præmissis existentib⁹,est cõclusio,non autem contra oportet. ¶Secundo , Quia in rebus hæ necessitates priora & posteriora sunt actiõis,in disciplinisvero ratiocinatiõis. Et sicut necessitas in rebus naturalib⁹ a forma est,ita & in artificialibus est a fine:vt si sit domus,protinus vt sint intritum, ligna,& lapides , necesse est.at nõ contra oportet.& si sit a pluuijs niuibus &ventis defensio:& domus,ligna & lapides sunt.quæ si sint,nõ idcirco talẽ defensionẽ esse oportet. Et si sit serra,aut ligni sectio:& ferrũ,aut quod eius vsum obtineat, ꝓtinus est.at cõtra non oportet.Quare manifestum est & in naturalibus & in artificialibus necessitatẽ simpliciter,a fine esse quærẽdam. ¶Primum corollarium. Quare cũ vtraq; natura 56
a physico sit cõsideranda,magis tñ forma & finis. ¶Nam ab ea in rebus naturalibus pẽdet ois necessitas. Et similiter ĩ artificialibus forma & finis maxime spectanda sunt.sic tñ,vt materia(quę vt talis forma & finis cõsequantur,necessaria est) nõ negligatur. ¶Secundũ corollarium.Quapropter & physicus & artifex a forma & fine potissimũ suas diffinitiones ducũt. Ducunt em̃ ab ijs quæ suæ cõsiderationis præcipua sunt. Et si artifex finem diffiniat, & materiã non exprimat,eam facile intelligimus,vt quid opus domus:defensio a pluuijs, niuibus,&vẽtis:statim intelligas ligna & lapides in ędificiũ erecta: quę,si sit huiusmodi defẽsio, vt sint necesse est.Quid medicinę opus:sanitatis itroductio.protinus itelligas medicamẽta:quę,si sit itroducta sanitas,vt sint , aut pręcesserit, necesse est . Quid opus serręʔ ligni sectio .statim intelligas ferrũ & dẽtes:quę, si sit ligni sectio,vt sint necesse est.Idcirco si opus serræ ita diffinias, est ligni sectio quę ferro dentato,aut quod eius obtineat officium,completur, cõpletam operis serræ exprimis diffinitionem,& finem & materiam aperte ponis.

¶Paraphrasis in secundum Physicorum,finis.

NOni capitis scholia. LIIII. Nam non propterea q̃ materia est. Quemadmodum in artificialibus existente materia non oportet rem cuius esse possit materia,esse,vt existente auro non oportet esse annulum aut calicem aureum,q̃ in ijs quę arte fiunt,materia pręexistere possit,ita neque in ijs quæ natura fiunt, si materia sit,oportet rem naturalem aliquã cuius esse possit materia,existere,vt si sit materia quæ possit ignem constituere , non protinus oportet ignem esse,aut si materia existat quæ subnici possit formæ oliuæ,non opus est continuo oliuã esse .nam præexistit materia rei cuius est compositura substantiam,& est antequã quippiam formæ illius sit acquisitum. Ad hæc cum forma rei naturalis per gñationem acquiritur ĩ subiecto, ipsa materia est,nõ minus sane quam consummato motu , & tamen res naturalis quę gignitur, necdum est.Planum igitur est,existente materia, non oportere rem cuius est materia , existerẽ. LV. Nam forma & fine existente. A forma rerum naturalium ad materiam collata , pendet necessitas simpliciter,quia forma existente,materiam existere est necesse,cum non possit forma na

inde in naturalib⁹ prouenit necessitas nil declaratur

nõ eodẽ modo in naturalib⁹ & disciplinis sumit necessitas

qua re magis cõsideranda est forma & finis a physico q̃ materia

Universidad de Deusto Biblioteca

turaliter sine materia existere. Non autem ex ea dependet necessitas ex suppositione, quia non oportet materia existente determinatam formam, vt equi aut oliuæ, cuius esse possit subiectum, esse, etsi aliquam indeterminate indefiniteq; esse necesse sit, ꝙ non possit materia sine forma aut completa aut incompleta subsistere. Præterea cum formę sit acquisitio, est materia, & tamen non necesse est formam esse, formam inquam completam & perfectam, quam solam nomine formæ hic intelligimus. A forma autem comparata ad rem naturalem, pendet necessitas ex suppositione, & simpliciter. Ex suppositione quidem, ꝙ re naturali existente, formam existere est necesse, non minus quam materiam. Non enim totum sine partibus subsistere potest. Simpliciter vero, nam forma existente, rem naturalem esse est necesse, id de forma completa perfectaque intelligendo, quæ sine re naturali subsistere nequit, quamuis imperfecta & inconsummata existat, cum sit motus antequam res naturalis existat. Verum hic & formam & rem naturalem completam intelligimus. Nam in rebus posterioribus existentibus. Posteriora in rebus sunt, quæ alia tempore sequuntur, priora autem, quæ præcedunt, vt materia eiusque dispositiones pręcedunt formam substantialem. quare hęc posterior, illa vero priora, & forma existente, necesse est materiam eiusq; dispositiones esse, non autem e diuerso, quare posterioribus existentibus priora in rebus esse oportet. In disciplinis autem priora sunt, ex quibus alia colliguntur & ostenduntur. Posteriora vero, quæ per alia suæ cognitionis lucem, & illationis vim habent. At ex principijs, & ijs quæ assumuntur, ostenduntur conclusiones. sunt igitur præmissæ priora ordine doctrinæ, & conclusiones posteriora. At præmissis veris, necesse est conclusionem veram esse, & necessarijs necessariam, non autem conclusione existente vera aut necessaria, opus est præmissas veras esse aut necessarias, cum ex falsis verum, & ex non necessarijs sequi possit necessarium. Perspicuum igitur est, in disciplinis prioribus existentibus posteriora existere, & non e diuerso.

ex p̄missis veris & necessariis conclusio vera z necessaria sequit

Primi capitis paraphraseos in III. Phisycorum annotatiunculæ.

¶Hæc sunt actu, quæ præsentialiter existunt. Hæc vero potentia, quę nōdum præsentialiter sunt. ¶Hæc sunt ad aliquid, quæ incomparatione ad aliud considerantur, vt actus & potentia, motiuum & mobile. sunt enim ad hoc sua indita noīa. ¶Secundū excessum, vt maius. ¶Secundū defectū, vt minus. ¶Cōmune, commune vniuocum. ¶Priuatio, priuatio secundo.

que dicatur ad aliqd

TErtius liber physicorum continet octo cap. Primum conti-
net duas conclusiones, duas rationes ad secundam, & quinq; 1
diuisiones, vnum corollarium ad vltimam. ¶Prima conclu
sio. Oportit Physicum motum non ignorare. ¶Nam phy-
sica, de natura scientia est. at naturam vt diffinita est, ignora
to motu ignorare necesse est. diffinita est enim esse principi
um motus & quietis eius in quo est, per se, & non secundum
accidens, oportet igitur Physicum motum non ignorare. ¶Secunda conclu- 2
sio. Eodem modo de consequentibus motum, vt infinito, loco, vacuo, & tempo-
re, ad Physicum spectat determinatio. ¶Primo. Nam motus primo occurrit
esse continuus: continuum autem infinito diffinimus. Dicimus enim id esse
continuū, quod in infinitū diuisibile est, deīde nullū cōtigit sine loco, & (vt exi
stimauerunt) vacuo & tempore esse motum. Ad physicum igitur, infiniti, lo-
ci, vacui, & temporis spectat determinatio. ¶Secundo. Dictum est quæ omni-
bus erunt communia, prius determinanda esse, deīde propria. Est enim de pro-
prijs speculatio, ea quæ de communibus est, determinãda posterior. At motus,
infinitum locus, & (vt putant) vacuum & tempus, omnibus rebus naturalibus
communia sunt. ea igitur in libris physicis determinanda sunt. ¶Prima diui- 3
sio. Quædam sunt actu, quædam vero sunt potentia. ¶Secunda. Eorum quæ 4
sunt actu, quoddam est substantia, quoddam quantum, quoddam ad aliquid, 5
quoddam quale, & ita de cæteris prædicamentis. ¶Tertia. Eorum quæ sunt
ad aliquid, quędam dicuntur secundum excessum et defectum, quędam secun-
dum actiuum et passiuum, hoc est secundum motiuum et mobile. Est enim

quia oporteat physicum nō ignorare motū

infiniti, loci, vacui & temporis ad eundem ptinet determinatio

cur ista prius sit determinanda

motiuum, mobilis motiuū, et mobile, a motiuo mobile. ¶Quarta. Eorum quę
mutantur, quędam mutantur secundum substantiam, quędam secundum quan
titatem, quædam secundum qualitatem, & quædam secūdum locum. ¶Vnde
fit vt totidem sint motus, quot sunt res secundum quas fit motus: quibus non
est res commune nomen, sicut neq; decem prædicamentis. Non enim erit mo
tus prēter res ad quas fit motus, & ea quæ dicta sunt, extra q̄ nihil est. ¶Quin-
ta. In vnoquoq; horum quidam est motus perfectior, alius vero imperfectior.
7 In substantia, forma & priuatio. In quantitate, quantitas perfecta, & imperfe-
cta. In qualitate, albedo & nigredo. In loci mutatione, sursū et deorsum. ¶Co
rollarium. Quare motus tot sunt species, quot et entis. diuisio enim, secundum
vnumquodque genus.

motus sp̄s

PRimi cap. tertij physicorum scholia. I. At naturam vt diffinita est. in primo capite præcedentis libri. nam illic diffinitur natura per motum. At si quippiā in diffinitione positum ignotum sit, necesse est totam diffinitionē ignotā esse, quare & id quod diffinitur. II. Motus primo occurrit esse continuus. Rōnem em̄ motus apte continuo explicamus, dicentes tum motum esse, cum aliquid in aliquo continue acquiritur aut deperditur. Omnibus rebus naturalibus communia sunt. Motus, infinitum, loc⁹, & tempus, omnibus rebus naturalibus conueniunt secundum veritatem. Nam omnis res naturalis est mobilis, omnis item infinita; quinto, & in loco, & tempore. Vacuum autem ipsis commune est secundum opinionem antiquorum, qui putabant res naturales in vacuo subsistere, sicut & vacuum consequitur motum, secundum opinionem ꝙ antiqui posuerunt nulla moueri posse nisi in vacuo. Cætera autem tria, scilicet infinitum, locus & tempus, motum vere consequūtur. V. Quędam dicuntur secundum excessum. Ea secundum excessum dicuntur, quæ acquirūtur & referuntur etiam ad mouens actu, vt quod generatur, ad generans. Ea vero secundum defectum, quæ deperduntur, & referuntur etiam ad mouens actu, vt quod corrumpitur, ad corrumpens. Illa dicuntur secundum motiuum, quæ sunt ipsius motus causæ effectus potentia, vt generatiuum, corruptiuum. Secundum mobile vero, quæ sunt ipsius motus efficientes potentia, vt quemadmodum actus actui, ita potentiæ potentia respondeat, vt generans ad id quod generatur, & generatiuum ad generabile. VI. Quædam mutantur secundum substantiam. Quia in secunda diuisione ponuntur decem membra eorum quæ diuersas habent rationes prædicamentales, & in quarta diuisione dicuntur duntaxat quatuor esse genera rerum, operæpretium est cognoscere quonam pacto illa decem & ratione distincta ad quatuor rerum genera reducantur. Substantia quidem primum genus a cęteris & re & ratione differt. Quantitas itidem tam continua quam discreta a cæteris omnino diffidet, & similiter quantitas continua a discreta, vt ex logicis & potissimum Categorijs Aristotelis dilucidum euadit. Ad aliquid ab alijs ratione sola differt, & non re. Nam quoddam ad aliquid est substantia, vt res naturalis sibi ipsi eadem, & ab alia diuersa. Quoddam est quantitas, vt linea pedalis comparata ad lineam pedalē, cui est æqualis. Quoddam qualitas, vt albedo ad albedinem collata, cui est similis. Denique quoddam eorum quæ sunt ad aliquid, est latio & motus secundum locum, vt motus sursum comparatus ad motum deorsum ei cōtrarium. Quo fit, vt ad aliquid ambiat omnia entiū genera. Qualitatis (quod tertium est genus rerum) prima species complectitur res ab alijs re ipsa distinctas, vtpote habitus & dispositiones. Secundę autem speciei qualitatis res significatę, si sint naturales potentiæ substantiales, vt intellectus, voluntas, memoria, non distinguntur re ipsa a substantia. Si vero sint accidentales, vt naturalis potentia ad scientiam & virtutem, aut naturalis pronitas atque procliuitas ad vitium aut ignorantiam sunt vera animi accidentia, perinde atque bona aut mala oculi dispositio in oculo. Tertiæ speciei qualitates re ipsa ab alijs discrepant. quæ vero, re ipsa quātitates sunt, vt figuræ, quantitates continuæ, & magnitudines, sola ratione ab illis distantes. Formæ vero, & numerorum proprietates, sunt quantitates discretę, solamque habent qualitatis rationē. Actio ratione quidem a cæteris differt, re autem conuenit. Nam aliqua actio substantia est, vt forma substantialis quæ producitur a generante. Aliqua quantitas, vt maior quantitas quæ producitur ab augente. Aliqua qualitas, vt caliditas cum producitur a calefaciente. Denique aliqua est latio, vt motus sursum qui fit a mouente. Sic & passio ambit quatuor entium genera. Nempe aliqua est substantia, vt forma substantialis quę producitur ī materia. Aliqua quantitas, vt maior extensio quæ acquiritur in eo quod augetur. Aliqua qualitas, vt caliditas quę acquiritur in aqua. Denique aliqua passio, motus est secundum locum, vt motus sursum qui fit in subiecto. Cæterum ipsum quando, reducitur ad tempus, quod re ipsa est motus secundum locum, vtpote motus circularis primi mobilis, licet ipsum tempus habeat rationem quantitatis continuæ. Vbi autem, siue motus secundum locum (quam lationem siue successionem dicunt) est quartum genus entium a cæteris distinctū. Situs vero re ipsa est quātitas continua, ratione cui⁹ est ordo, propinquitas, distantia, & habituto collationis partium ad totum & ad locum. Vnde manente eadem quantitate continua, diuersa partium ad totum & ad locum ordinatio variat situm, vt cū idem homo stat & sedet. per quod dignoscitur ratione a quantitate discepare. Demum habitus re ipsa

nota qd comentator dicit

vacuū natura nō suffic sed hic loquitur aristoteles s̄m aliquorum opinionem

que dicat s̄m excessū et defectum

Universidad de Deusto
Biblioteca

est substantia, vtpote res artificialis adiacens circa corpus, vt tunica, calceus, ratione tamen a substantia differt. Constat itaque inductione omnia genera entium sub aliquo prædictorum quatuor contineri, & decem rationum genera ad quatuor genera rerum reduci. Vnde fit vt totidem sint motus. Sunt enim quatuor res, & genera rerum ad quas fit motus, substantia inquam, quantitas, qualitas, & vbi. Et quatuor itidem sunt motus species ab illis generalibus nominibus denominatę, scilicet motus secundum substantiam, complectens generationem & corruptionem. motus secundum quantitatem, qui continet augmentationem & diminutionem. motus secundum qualitatem, qui est alteratio. & motus secundum vbi, qui est secundum locum mutatio. Sūt igitur totidem motus, quot sunt res secundum quas fit motus. nā vtraquē quatuor. Et his quidem rebus nomen res non est commune vniuocum, sicut neque decem prædicamentis. Nam quanuis nomen rei commune sit ipsis, ratio tamen est longe diuersa, quia res alia ratione dicitur de substantia, & alia de quantitate, & ita de alijs, sicut & ens. Et non erit motus, inquit litera, prēter res ad quas fit motus, & præter ea quæ dicta sunt, scilicet substantiam, quantitatem, qualitatem, & vbi. Nempe motus re ipsa non est aliud quam res ipsa, & forma aut substantialis aut accidentaria ad quam fit motus, & quæ acquiritur aut deperditur, vt generatio nihil est aliud quam forma substantialis quæ acquiritur. corruptio, forma quæ deperditur. augmētatio, magnitudo quę viuenti adijcitur. Alia tamen est ratio motus, & alia substantię aut quantitatis. nā vt quicquam motus dicatur, oportet eius aliquid acquisitum esse aut deperditum, & aliquid continue acquirendum aut deperdendum, quod ad formæ substantificę aut accidentarię rationem nō exigitur, nam siue incompleta sit, siue completa, semper formæ rationem sortitur. Proinde perfecto motu, actus ipse omnino acquisitus adhuc forma dicitur, & tamen amplius non dicitur motus. Et extra ea quatuor rerum genera quæ dicta sunt, nihil est. nā omne quod est, aut re ipsa est substantiæ, aut quātitatis, aut qualitatis, aut vbi. & quod nō est aliquod illorum quatuor, nihil est. VII. In vnoquoq; horum quidam est motus. Horum, quatuor generū entis. Perfectior quidem motus est acquisitiuus ad deperditiuum, aut inter acquisitiuos qui est ad formam perfectiorem. Imperfectior vero est deperditiuus ad acquisitiuū (ꝙ hic ad esse proficiscatur, ille autem ad non esse. esse autem perfectius est q̄ non esse) aut inter acquisitiuos qui est ad formam imperfectiorem, vt in substantia, generatio quæ est ad formam acquirendam, perfectior est. corruptio vero quæ est ad formam deperdendam, & priuationem secundo, imperfectior. In quātitate, augmentatio, quę est ad quantitatem perfectam, est perfectior. Diminutio vero, quę ad imperfectam, imperfectior. In qualitate, albefactio, quæ est ad albedinem alteratio est perfectior, nigrefactio vero imperfectior, ꝙ albedo nigredine sit præstantior, haud aliter q̄ lumen tenebris. Deniq; in motus secundum locum, motus sursum natura perfectior est, motus autem deorsum imperfectior, ꝙ locus sursum dignior sit loco deorsum. Et in vnoquoq; gnē philosophus hos mot' innuit per terminos ad quos proficiscuntur exempli loco in arte expressos. Nempe in singulis motus generibus duo exempli gratia nuncupat, quorum prius motum perfectiorem insinuat, posterius vero imperfectiorem, quemadmodum in substātia perfectior est motus qui est ad formam, q̄ qui ad priuationem. In quantitate perfectior habetur mot' qui est ad quantitatē perfectā, q̄ qui tendit ad imperfectam, deniq; in qualitate dignior est motus qui proficiscitur ad albedinē, q̄ is qui ad nigredinem. Deniq; in loci mutatione præstantior est motus qui sursum tendit, q̄ qui procumbit deorsum. VIII. Diuisio enim secundum vnumquodq; genus. Diuisio motus est secundum vnumquodq; genus entis, scilicet substantiam, quantitatem, qualitatem, & vbi, cum secundum quanq; entis speciem ostensum sit vnam sumi speciem motus. Itaq; consequens est tot esse motus species, quot & entis, nam vtriusq; quatuor.

¶ Secundi capitis annota.

¶ Vt generabile, vt corruptibile: vt in potentia cōtinuæ generationis aut corruptionis. ¶ Secundum ꝙ huiusmodi, secūdū ꝙ in potētia. ¶ Vt, inquantum, secundum quod. ¶ Idem subiecto, idē essentia. ¶ Visibile, potens videri.

¶ Coordinationes Pythagoræ sunt hæ.

¶ Coordinatio positiuorum.		Coordinatio priuatiuorum.	
Impar	Rectum	Par	Curuum
Finitum	Quadratum	Infinitum	Altera parte longius
Dextrum	Intellectus	Sinistrum	Opinio
Masculum	Vnum	Fœmininum	Multa
Quietum	Lumen	Motum	Tenebræ.

¶ Mouens, mouens completum. ¶ Quiescere, est non moueri quando & vbi quid moueri natum est. ¶ Quies, priuatio motus in subiecto quando & vbi moueri natum est. ¶ In subiecto quando & vbi moueri natū est, in subiecto nato.

9 SEcundum caput continet vnā diffinitionē, vnā instantiam, & respōsionē ad illam, quatuor cōclusiones, vnū corollarium ad primā, vnum ad tertiā duas rationes, & vnum corollariū ad quartā. ¶ Diffinitio. Motus est actus entis in potentia secundū ꝙ huiusmodi. Vt generatio actus est generabilis ī quantum generabile, & corruptio actus corruptibilis inquantū corruptibile, & augmentatio actus augmentabilis inquantū augmentabile, & diminutio diminuibilis inquantum diminuibile. & augmentationi & diminutioni nō est nomē commune impositum. & alteratio actus est alterabilis inquantum alterabile, & loci mutatio actus loco mutabilis vt est loco mutabile. Et dixi huiusmodi actū entis in potentia vt in potentia est, esse motum. Nam cum ędificabile mouetur, actu ædificatur, & aliquid ædificationis potentia relinquitur, & hic motus ædificatio dicitur. & ita cum alia mouentur, in singulis est percipere actū incompletum, aliquid semper potestatis habentē: sicut cum est doctrinatio, medicatio, volutatio, saltatio, adolescentia, & vt ita dicam, senescentia, aliqd eorum actu est, & aliquid potentia remanet. ¶ Instantia. Si motus esset actus entis in potentia vt dictum est, idem simul esset actu, & in potentia. quod videtur inconueniens. ¶ Respondet idē non esse simul actu & potentia secundū idem: licet bene secūdum diuersa: nec hoc est incōueniens: vt idē non simul est actu calidū & potentia calidū: sed simul bene est actu calidū, & potentia frigidū: sicut multæ res naturales adinuicem agunt & patiuntur, sed nō simul, aut non secundū idem. Nec inconueniens est oē mouens physicum simul mouere, & moueri, agere & pati secundū diuersa. Et crediderunt aliqui oē mouens moueri, ꝙ verū non est: est em quoddā mouentium īmobile: licet hoc concedi possit de ijs mouentibus quæ potentiam & formā in se habent. Sed de his alias quid verum sit, fiet manifestum.

diffinitio motus quę pro hic cōuenit entibus habentibus iso principiū mouēdi

primū mouēs nō mouetur

10 ¶ Prima conclusio. Secundum ꝙ huiusmodi, referri debet non ad id quod habetur: sed ad id quod nondum habetur, verū adhuc habendum est. ¶ Nam statuę factio non dicitur actus ęris secundū ꝙ æs (iam enim æs actu habetur) sed actus ęris secundū ꝙ est in potentia ad statuam, quę quidem nondum habetur, sed adhuc remanent habenda. ¶ Corollarium. Quapropter q̄ís æs, & æs in potentia statua, vnū numero sint: ratione tn̄ sunt diuersa. ¶ Nam si eadē ratione essent, actus ęris inquantum æs esset motus ęris: quemadmodum actus æris vt in potētia statua est, est motus æris. quod iam dictum est esse falsum: neque idcirco qa æs, & ęs in potentia statua, idem sint, credendum est ea non esse diuersa: nam potens sanari, & potens ægrotare, subiecto idem sunt: quæ tamen late ratione differunt. Nam si diuersas non haberent rationes, idem & sanū & ægrum simul esse posset: quæ contraria sunt. quorum em̄ potentiæ nulla ratione differunt, neq; eorum actus different. Similiter idem est & color & visibile: color tamen & visibile ratione differunt, atq; diuersas habent rationes. ita & similiter ęs, & potētia statua. ¶ Secunda conclusio. Cū res solum in potentia est, aut solū in actu, non mouetur. ¶ Nam res tunc mouetur, cum in ea est actus entis in potentia, vt dictum est: & neq; prius neque posterius. At cum res sit solum in potentia, in ea nondum est huiusmodi actus, nec similiter cum solum sit in actu. Solet enim vnumquodque mobile interdum moueri, & interdum non moueri: vt domificabile, cū nondum ligna, lapides, & cętera talia ab artifice mota sint, non mouetur. Cum vero actu operatur, & eius operationis aliquid in potentia relinquitur, domificabile mouetur, & talis motus domificatio nuncupatur. Cum vero est completus actus, & est domus: ipsum vt huiusmodi non amplius mouetur. & ita in singulis. Cum igitur res solum in potentia, aut solum in actu, non mouetur. ¶ Tertia

ad id referri debet sm̄ huiusmodi

qn̄ res nō mouetur

13 Non recte diffinierunt motum Pythagorici, dicentes motum esse alteritatem, inæqualitatem, & non ens. ¶ Nam si sit alteritas aut inæqualitas, non magis ex his oportet esse motum, quam ex suis oppositis. Similiter si quid non est ens, nō protinus sequitur esse motum. Non possunt igitur per hæc recte mo

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum diffinire:& certe aliter quam dictũ est difficile est motum diffinire. Ponebant aũt motum esse non ens,quia videbatur eis motum esse aliquid indeterminatũ : & ponebant ipsum in coordinatione priuatiuorum:quorum nullũ est(vt docebãt) vt hoc aliquid,vt quantum ,aut aliquod aliorũ prędicamentorũ . Nos vero dicimus motũ esse quid indeterminatũ , non quia sit pura priuatio(nã non omne dicimus actu determinatum & cõpletum,aut puram potentiam & priuationem(sed est aliquid quod est partim actu, & partim potentia: quomodo dicimus motũ esse quid indeterminatum,videtur emẽ omnis motus esse actus imperfectus. ¶ Corollarium. Quapropter nihil mirũ,siquid sit motus:difficile fuerit 14
inuenire. ¶ Nam neq; simpliciter est actus,neq; simpliciter potentia:sed vt dictum est,eorum quæ partim sunt actu, & parti potentia.qui quanuis sit vt diffinitus est,difficile est tm̃ ipsum videre. ¶ Quarta. Omne ens naturale mouẽs,mobile est:& eius imobilitas,quies est. ¶ Primo,Quia quicquid potestatẽ habet vt 15
moueatur,mobile est,& eius imobilitas quies est. Quibuscunque emẽ iest motus quoties non mouentur,quiescere dicũtur. Omne aũt ens naturale,mouens potestatem habet vt moueatur. Est emẽ ex actu & potentia. Ex actu emẽ aget,potentia aũt patietur. Igitur omne ens naturale mouens,mobile est,& eius imobilitas q̃es est. ¶ Secundo. Res naturales tactu agunt, agendo igitur simul & patiuntur. Erit igitur omis res naturalis mouens,mobilis:& eius imobilitas, quies. ¶ Corol 16
larium. Vnde fit vt iterum recte diffiniatur motus, vt sit actus mobilis inq̃tum mobile est. vt cum res naturales actu agant,est intelligenda vna species,vt substantia, quantitas,aut qualitas,actus continue effectiua in eo quod mouetur: sicut actu homo,ex potentia facit hominem:qui quidem actus quãdiu cõtinue acquiritur, actus est mobilis inquantum mobile,& motus.

naturale ens oẽ est mobile

quomodo agat naturalia

alia motus diffinitio

Secundi capi.scholia. IX. Motus est actus entis. Diffinitionis motus hic habeatur intellectus,motus est actus,formaq; aut substantialis aut accidentalis.nam hæc motus ratio omnem physicam transmutationem complectitur,siue ea ad substantiam fuerit,siue ad accidens. Entis in potentia, ipsius scilicet mobilis, præsertim incõpleti, q̃ materia est omni transmutationi subijci nata,existentis in potentia ad aliquid suscipiendum,q̃ continue suscipit,aut deperdendum, quod continue deperdit. Secundum quod huiusmodi,id est pro quanto aliquid est acquirendum aut deperdendum , quod continue acquiritur, aut deperditur. Et hæc diffinitio rationẽ motus aperte declarat, quod scilicet motus forma est incompleta,cuius aliquid est,& aliquid non est,quod continue acquiritur aut deperditur. quia enim motus dicitur actus,debet eius aliquid esse. si enim nihil illius esset , non diceretur actus,& quia dicitur in potentia,debet eius aliquid non esse, quod superst acquirendum. Non est nomen cõmune incompositum.nomen simplex,& incomplexum, quod vtrunq; motũ ad quantitatẽ in sua ratione includat,q̃admodum motui ad qualitatẽ positum est cõmune nomen alteratio,& mutationi secundum locũ latio. Idcirco nomẽ cõmune augmentationi & diminutioni circumloquimur per nomen generis & prædicamenti ad quod fit,hoc pacto,motus ad quantitatẽ. Nam cum ædificabile mouetur.cũ materia ad ædificium aptanda,pro domo cõstruenda disponitur. Et plerique eorum quæ hic adducuntur,proprie motus non sunt,habent tamen aliquantã cũ motu similitudinem,eo quod in sua ratione includunt aliquid esse acquisitũ,& aliquid acquirendum.quare ad naturam motus aperiendã sunt admodum conducentia. Licet bene secundum diuersa. Siquidem motus est in actu,attendendo partem eius priorẽ,acquisitam & existentem,in potentia vero attendendo partem posteriorem,acquirendam,& nodum existentem. Ita quod mouetur,secundũ hanc partem dicitur esse in potentia,secundũ illam vero in actu.sed neutrum est in actu & potentia secundum eãdem partem,vt acquisitam,aut acquirendam. Aut non secundum idem. Ignis interdum agit in aquam,& non ediuerso.alio vero tempore aqua valentior agit in ignem , & non ediuerso.& tunc res naturales adinuicem agunt & patiuntur,sed non simul eodemque tempore. Aqua autem calida infusa aquæ consimiliter frigidæ,agit secundum caliditatem , & patitur secundum frigiditatem,frigida autem econuerso.& tum res naturales adinuicem simul agunt& patiuntur , at non secundum idem. Nec inconueniens est omne mouens physicum . Id vt & notæ admonent de mouente physico cõpleto,totaq; re naturali intelligendum , quæ mouet secundum formam,& mouetur secundum materiam. Siquidem mouens physicum incõpletũ, immobile est, vt pote forma substantialis,quæ nullius motus est susceptiua . XI. Nam si eadẽ ratione essent. Si æs,& æs in potentia statua,essent eadem ratione,sicut sunt eadẽ re ipsa. tũc actus æris quatenus est æs completum,esset motus æris,sicut actus æris quatenus est in potentia ad figuram statuę.est motus ęris . Nempe quæcunque eadem ratione dicuntur,si vnum alicui conuenit,& alterum eidem conuenire necesse est. At falsum est quod actus æris inquantum est æs, est motus æris , quia iam æs actu habetur neque ad ipsum est motus , igitur & falsum est illa duo esse eadem ratione. Nõ minus emẽ habent rationis discrimẽ,quam aqua,& aqua calefactibilis,aut quam ignis,& ignis mobilis. Quorum enim potentię nulla. Potentię ,res nominibus potentiarum explicatæ , vt potens ambulare, potens sedere. Actus, res ominibus actuum designatæ , vt ambulans , sedens.

quar motus aliqd esse debeat

XII. At cum res solum est potentia. Tunc res solum est potentia,cum nihil eius adhuc acquisitũ est,vt cum ne nimia quidem(vt ita dixerim) caliditatis particula in aqua acquisita est. & planum est rem tunc non moueri,quia non est in ea actus. Tunc vero res solum est in actu , cum tota forma acquisita est,& nihil eius restat habendum , vt cum perfecta consummataque caliditas parta est in aqua,& perspicuum est nec tunc quidem rem moueri,cum non sit amplius in potentia. At vero tunc partim est in actu, & partim in potentia , cum aliquid formæ per motum acquirendæ acquisitum est,& aliquid restat producendum . Vt sit a b caliditas decem graduum producenda a c b
in aqua,cuius quinque gradus priores a c acquisitæ sint in aqua , &, quinque posteriores c b in eadem acquirendæ,quæ continue acquirantur. tunc aquam moueri; & in ea motum esse,per diffinitionem liquet . Atqui motus ille non est caliditas a c , quia iam tota est per hypothesim , neque caliditas c b,quia nihil adhuc ipsius est. sed caliditas tota a b,motus est,cuius vna pars est,& altera non est. Neque ex eo quod pars eius c b non est , consequitur motum non esse . Nam existente toto,omnes eius partes existere debere , intelligendum est de toto quod sit ens simpliciter, & omnino ens,motus autem non est huiusmodi,sed partim ens,& partim non ens & in sua ratione includens aliquid partium eius debere non esse . Quod si concedatur motus ille vt calefactio fieri,non protinus efficitur motum non esse. Nam quod fit,tum cum fit,non esse,intelligendum est de ijs quæ nota sunt completa consummataque subsistere,vt de domo , statua,oliua , equo, & non de ijs solum quæ habent esse incompletum,qualis est motus,qui solum tum esse dicitur, cum fit,& cum non fit,iam perdit motus nomen & rationem,neque amplius dicitur motus. Neque ex eo quod motus conceditur partim esse ens,& partim non ens,contradictoria eidem insunt : nam partim ens,& partim non ens,non sunt affirmatio & negatio contrapugnans , sed partim ens , & nõ partim ens,quorum hoc de motu negatur,illud vero affirmatur. Contradicunt itidem,partim non ens,& non partim non ens,quorum prius motui attribitur,posterius vero ab eo remouetur. Quinimmo si ens & non ens sumantur vt contradictoria , comperietur semper eorum vnum de motu vere affirmari,& alterum negari. Nempe ens pro completo & omnino ente sumitur,ens negatur de motu,& non ens suum oppositum de eodem affirmatur. Et si ens solum pro ente incompleto,& partim ente accipiatur,ens affirmatur de motu,& non ens suum oppositum de eodẽ negatur. Denique si ens generatim sumi intelligatur pro omni eo quod aliquo modo est ens, siue omnino , siue partim , & non ens suum oppositum pro eo quod nullo modo est ens , neque secundum totum ,neque secundum partem,tunc ens affirmatur de motu, & non ens de eodem negatur. quare ex eo quod motus conceditur partim esse ens, & partim non ens,non consequitur affirmationem & negationem dici de eodem. Et cum motus dicitur esse ens , capitur ens aut secundo aut tertio modo nunc positis,vt pote aut pro ente incompleto,aut generaliter pro quouis ente. Cum vero dicitur motus esse non ens , sumitur non ens primo modo , vt pote pro eo quod est quidem,sed non est ens completum. Atqui manifestum est huiusmodi ens,& non ens, non esse opposita. Nam non ens,solum opponitur enti eiusdem modi , vt non ens primo ,enti primo , & non ens secundo,enti secundo, & ita in cæteris. XIII. Nam si sit alteritas. Quanuis fortasse motus omnis concedi posset esse alteritas,inæqualitas,& non ens,,ad bonam intelligentiam ,non tamen remeat ac reuertitur. non enim oportet omnem alteritatem esse motum . Nempe inter substantias hominem & lapidem est alteritas, & vnius rei ab alia diuersitas , inter quas tamen non est motus, neque ex eo quod sit alteritas,magis sequitur motum esse,quam si sit identitas eius oppositũ. Ita si sit inæqualitas , non magis sequitur esse motum , quam si sit æqualitas eius oppositum. Nam inter lineam pedalem & bipedalem est inæqualitas, & tamen idcirco inter eas non est motus. Similiter non oportet siquid est non ens , idcirco illud esse motum . Nam quod solum est in potentia,est non ens,& tamen non mouetur. XV. Et eius immobilitas, quies est. Immobile hic dicitur,quod non mouetur quando & vbi moueri natum est, quare immobile & quiescens hic idẽ sunt,& imobilitas itidem & quies pro eodem sumuntur. Est enim ex actu & potentia, actu forma,secundum quam res naturalis agit, potentia,materia,secũdum quam patitur. XVI. Vt cum res naturales actu. Cum(inquit)res naturalis per formam substantialem vt præcipuum efficiens agit & mouet. In singulis transmutationibus est intelligenda forma siue substantialis siue accidentalis producens illum actum qui acquiritur in mobili , quemadmodum cum homo generat hominem , intelligitur forma substantialis hominis continue effectiua illius actus qui producitur. Et huiusmodi actus qui acquiritur,siue substantialis sit siue accidentalis , est motus & actus mobilis inquantum mobile.

¶ Tertij capitis annotatiunculæ.

¶ A. Athenæ . ¶ T. Thebæ . ¶ Linea,spatium interceptum inter Thebas & Athenas.

Universidad de Deusto Biblioteca

TErtium caput continet tres quæstiones, tres conclusiones, tres rationes ad primam, tres instantias ad tertiam, & earum solutiones. ❡ Prima 17
q̃stio. In quo est motus subiectiue? ❡ Pria cōclusio. Motus subiectiue est 18
in mobili. ❡ Primo. Quia est actus mobilis, vt dictum est. ❡ Secundo. In eo est actus qui motus est, cuius prius erat potentia: est enim motus, actus entis in potentia. At vero ipsius mobilis prius erat potentia. est igitur motus subiectiue in mobili. ❡ Secunda quæstio. An motiui & mobilis idem sit actus? ❡ Secunda 19
conclusio. Motiui & mobilis idē est actus. ❡ Nā illorum est idē actus, quorum 20
vnū actum producit, & alterum eundē recipit. Motiuum aūt, actum producit, & mobile eundem recipit. Est em̄ motiuum, mobilis motiuū: & mobile, a motiuo mobile, igitur motiui & mobilis idē est actus. Et licet act⁹ ille re ipsa sit vn⁹, est tamen ratione & consideratione duo: sicut idem est spatium ascensus & descensus, ratione tamen duo. Nam actus ille vt est a motiuo, dicitur actio: vt vero in mobili, dicitur passio. ❡ Tertia quæstio. An actio & passio diuersi sint actus. quorum vnus in agente sit, & alter in patiente? ❡ Tertia cōclusio. Actio & passio non sunt diuersi actus. ❡ Nam aut vterq; in agente, aut vterq; in patiēte aut actio in agente, & passio in patiente: aut contra actio in patiente, & passio in agente locaretur. Non vterq; in agente locabitur. Nam omne mouens moueretur, aut habens motū non moueretur: & ipsum patiens & mobile nunq̃ moueretur. sine motu enim non moueretur, quę sunt impossibilia. Nec vterque in mobili: quia omne mobile moueret: vt si quis disciplinaretur: quia haberet vtrunque actum, actionem doctionem, & passionem disciplinationem, simul doceretur & doceret, quod statim ridiculum apparet. Et idem duobus motibus ad eundem terminum moueretur: quod fieri nequit. Neque erit actio in agente, & passio in patiente: quia sicut omne patiens moueretur, ita & omne agens moueretur haberet enim vtrunque actum in potentia secundum quod in potentia. Et minus locabitur actio in patiente, & passio in agente, alioqui omne patiens ageret, & omne agens pateretur, cum contra sit: aut nominibus abuteremur. Actio igitur & passio non sunt diuersi actus, sed vnus, vt dictum est: ratione tamen diuersi. ❡ Prima instantia. Actionis & passionis diuersa sunt opera & effectus. est em̄ actionis effectus, actum: & effectus passionis, passum. sunt igitur diuersi actus & nō vnus. ❡ Solutio. Vt actio & passio vnus sunt actus numero, & ratiōe duo, ita actum & passum, vnū sunt numero, ratione duo. ❡ Secunda instātia. Inconueniens est duarū specie differentiū, agentis & patientis, esse vnum & eundē actum. igitur actio & passio minime sunt vnus idemq; actus. ❡ Solutio. Non est inconueniens, duorum specie differentiū, vnius: vt, ab hoc, & alterius: vt, in hoc, esse vnum & eundem actum. Est enim actus ille agentis: vt, ab hoc, & est patientis: vt, in hoc. Non tamen eius ratio vtique est vna, sicut tunicæ & vestis. sed sicut viæ de Thebis ad Athenas, & de Athenis ad Thebas: vt prius dictum est. ❡ Tertia instantia, Si actio & passio essent idem actus, doctio & disciplina essent idem. hoc autem esse nequit. ❡ Primo, quia omne discens doceret & omne patiens ageret. Nam discens omne in se haberet doctionem, & omne patiens actionem. ❡ Secundo, quia si doctio esset disciplina, & actio esset passio, docere esset discere, & agere esset pati. quæ statim absurda videntur. Non erunt igitur idem actio, actus & passio. ❡ Solutio. Licet doctio & disciplina, & actio & passio idem sint, non tamen idcirco omne discens docet, & omne patiens agit. Nam non dicitur quis docere, quia doctionem habeat, sed quia ab hoc est doctio. Ita neque quid agere dicitur, quia in hoc sit actio: sed quia ab hoc est actio. Non tamen proprie actionem eandem passioni dicimus, sed potius quod actio & passio vnus sint actus: qui q̃dē quia est huius in hoc, & huius ab hoc, ratiōe diuersus est. Neque oportet, si doctio disciplina sit, & actio sit passio, idē esse docere & discere, agere & pati, sicut neq; si idē spatium eadēq; distātia sit de Thebis

Ab hoc — In hoc

m quo motus subiectiue sit ... motu ... spacium ... mobili non est
q motiui et mobilis sit idē actus
actio et passio diuersi nō existunt actus

ad Athenas, & de Athenis ad Thebas: idē esse distare de Athenis ad Thebas, & distare de Thebis ad Athenas. Ille enim qui distat de Thebis ad Athenas, non distat de Athenis ad Thebas. Et ita sufficienter dictum videtur quid sit motus: ex cuius generali diffinitione facile est suarum specierum diffinitiones trahere. vt q generatio sit actus generabilis vt generabile est. & ita de corruptione, augmentatione, diminutione, alteratione, secundum locum mutatione, domificatione, medicatione, & singulis aliis.

TErtii cap. scholia. XVIII. In eo est actus qui motus est. In eo inquit subiecto est actus qui motus est, cuius subiecti ipse act⁹ prius erat potētia. Hoc est, in eo subiecto est motus cum actu est, in quo prius fuit in potētia, & in quo antequā erat, natus erat esse, vt in eo est calefactio, in quo antequā esset, nata erat esse. At ipsius mobilis ipse motus prius erat potentia. Nam antequam aliquid ipsius motus est, non est motus in mobili. sed potest esse in eo, est igitur motus in mobili. Et cum nihil sit in seipso tanquam in subiecto, cōstat ex hoc loco omnē motū & substantialem & accidentalem re ipsa distingui a mobili cum completo, cū incompleto, quod facili inductione per singula perspicuum efficitur. Generatio enim & corruptio re ipsa nihil aliud sunt quam forma substantialis quę acquiritur aut deperditur. At illa omnium confessione neque materia est neq; totū compositum. Augmentatio & diminutio (sub quibus rarefactio & condensatio comprehenduntur) sunt ipsa magnitudo quæ acquiritur in re naturali, aut deperditur. At illa moles & dimensio ex primo physicæ auditionis libro reipsa a materia & toto corpore naturali cognita est discrepare. Alteratio re ipsa qualitas est, quæ acquiritur in re naturali aut deperditur. vt caliditas, frigiditas. Atqui huiusmodi qualitas omnium assensu & a materia & a tota substātia alia est. Demum motus secundum locum affectio est accidentaria & successiua, cuius pars prior non manet cum posteriore. Cum enim sit latio super secundam partem spatii, amplius non est ea quæ facta est super primam, sed euanuit, & quæuis lationis pars tum solum est cum fit. immo vero & tota latio tunc solum est cum fit. nam cum tota est completa, ipsius amplius nihil est, vt neque cōpletæ atque perfectæ sonationis (ad q̃ latio responsum habet & analogiam) quicquam superest. At huiusmodi successiua affectio, re ipsa & a mobili incōpleto, quod est materia, & a mobili completo, vt toto corpore, alia est. Nempe vtriusque mobilis partes simul manent, lationis autem partes non manent. Et id postremum, motum inquam secundum locum, re ipsa distingui a suo mobili, non tam rationibus, vt verum esse ostendatur, fulciēdum est, quam sine aliqua ratione recipiendū. Nam apud Aristotelem physica suppositio est, q̃ qui negauerit, & admittere abnuerit, fere in tota philosophia ab Aristotelis sententia aberret & exorbitet necesse est. Consequens itidem est & ipsum concedere debere, sonū non distingui ab aere in quo recipitur. Nam consimilis est vtriusque natura, & par idemque de vtroque iudiciū. Verum id ex priore dialogo physico amplius cognoscas. XXII. Nam oē mouens moueretur, Siquidem omne agens per hypothesim haberet intra se actionem, & passionem, quæ sunt motus, omne igitur agens moueretur. & omne agens est mouens. omne igitur mouens moueretur. aut agens habens ex suppositione actionem & passionem (quare & motum) non moueretur. quod perinde est, atque habens albedinem non esse album. Præterea patiens neque actionē intra se haberet, neque passionem, quare neque motum, igitur patiēs (quod & mobile) nunquā moueretur aut aliquid sine motu moueretur, quod non minus est inconueniens, quā quicquam sine albedine esse albū. Et hoc pacto cætera huius rationis mēbra deducenda sunt. Quia omne mobile moueret. Cum omne patiens haberet intra se actionem per hypotesim, omne patiens ageret, & omne mobile moueret. habent enim ita dicentes ponere patiens denominatione intrinseca denominari agere ab actione, sicut denominatur patiens a passione, & si quid habet actionē, ab illa ipsum debere dici agere, sicut habens passionē dicitur ab ea pati. Aristoteles aūt ponens illos duos actus esse vnū & eundē numero, & esse in patiente, in id inconueniens non incidit. Nā non ponit ab actione patiēs intrinsece denoīari, vt ii qui ponūt eos esse actus re ipsa diuersos, sed ab ea agēs denominatione intrinseca dici. Dicitur em̄ agens, quia ab eo est actio, vt ostendit litera. Ita actū & passum vnum sunt numero. Vnū & idem numero est effectus actionis qui dicitur actū, & passionis, qui passum, vt eadē caliditas quę producitur ab igne, & suscipitur in aqua. & idem numero lumen quod producitur a sole, & recipitur in aere. Est tamen ratione diuersum. Nam id quod per motum acquisitū est, si comparetur ad agens a quo est dicitur actū, si vero conferatur ad subiectū in quo est dicitur passum. Præterea nō recte colligit hæc obiectio. Nā incōueniens nō est vnius & eiusdem causæ diuersos esse effectus, vt ab igne calefactionem & rarefactionem. Omitto quod actum non proprie effectus est actionis, sed agentis & passum non passionis effectus est, sed patientis. Vtrunque autem, actum inquam, & passum, actionis & passionis potius denominatiuum est. Est em̄ actus ille agentis. Et si eadem numero sit frigefactio quæ producitur a forma substantiali aquæ, & suscipitur in eius materia, eius tamen ratio longe est diuersa. Nam effectus ille (frigefactio inq̃) est agentis & formæ substantialis vt ab hoc, et tanquā a causa efficiente, ad quā cōparatus dicitur actio, et idem effectus est patientis, et materiæ suscipientis vt in hoc, et tanquam in

Universidad de Deusto
Biblioteca

causa materiali atq; subiecto, ad quod collatus dicitur passio. Neque vsquequaq; & omnino verum est diuersorum specie differentium non posse esse vnum & eundem effectum numero. Nam solis & ignis specie discrepantium nihil prohibet eandem numero esse calefactionem, & a forma substantiali terrę & eius grauitate fieri eundem numero motum, tametsi inter illas causas quippiam semper diuersitatis comperiatur. Doctio est disciplina. Disciplina hic nõ habitus, sed actus nomen est, tantundẽ valens atq; disciplinatio. Et sane idem numero est doctio & hoc modo disciplina. Nempe cognitio alicuius prius ignoti, vt traditur a docente, dicitur doctio, & vt recipitur a discente, disciplina. est em̃ doctio actio, & disciplina passio. Neque ex hoc sequitur omne discẽs docere. Nam doctio non denominat id in quo reipsa est, scilicet discentem, denominatione intrinseca (nõ enim si in aliquo est doctio, protinus consequitur ipsum docere) sed denominat id a quo est, scilicet docentem, denominatione extrinseca. dicitur em̃ quis docens, quia ab ipso fit doctio. Quare admittendum est idipsum quod est doctio, esse in discente, & omnem actionem in patiente, cum idem re ipsa sit actio quod passio, quę in patiente est vt subiecto. reiicienda tamen & refutanda est hæc propositio, doctio est in discente, & actio in patiente, non quia falsa, sed q̃ impropria sit, & minus accommoda. Nam actio rationẽ non habet qua subiectum respicit, sed efficiẽs. Proinde recte & apte concesserim actionem esse ab agente, & passionẽ in patient. Deinceps ex eo q̃ doctio sit disciplinatio, non recte quis intulerit docere esse discere. Nam cum principale principali inest, & denominatiuũ denominatiuo inesse debere, per locum a coniugatis, in substantialibus solum prædicationibus locum habet. Datę autem prædicationes accidentariæ sunt. & idcirco hanc rationem apte refellit Aristoteles.

¶Quarti capitis annotat

¶Numerus quadratus est, quid descriptus, quatuor latera habet æqualia. Et idem est qui ex ductu alicuius numeri i seipsum resultat. ¶Arithmeticus gnomo, est numerus qui numero quadrato circumpositus, quadratum relinquit.

¶Quadrati magni, siue totales.



¶● nota paruorum quadratorum. ¶ ● nota circumpositorum gnomiorum .1.4.9.16 parui quadrati. ¶3.5.7.9. circumpositi gnomones, qui paruis quadratis additi: magnos cõstituũt quadratos. ¶Sensibile, res naturalis. ¶Magnitudo sensibilis, rei naturalis magnitudo.

OVartum caput continet vnam conclusionẽ, duas rationes ad eam quinque infinitum ponentium antiquorum opiniones, sex quas ipsi assignabant infiniti proprietates, sex rationes infinitum esse probantes, & quinque modos infiniti. ¶Conclusio. De infinito Physica determinatio est. ¶Primo, Quia de magnitudine, motu & tempore physica determinatio est, quæ aut finita aut infinita necesse est esse. non tamen omne quod est, finitum aut infinitum est: vt punctum, & qualitates, quę neque finita neque infinita sunt. igitur de infinito Physica determinatio est. ¶Secundo. Quia qui de naturalibus scientiam tradere curauerunt, Pythagoras, Plato, Anaximander, Democritus, Anaxagoras, & plurimi alij, omnes de infinito mentionem fecerunt. signum est igitur de infinito physicam determinationem esse. ¶Quinque antiquorum opiniones. ¶Prima est pytagoræ infinitum principium per se ponentis vt subiectum, scilicet solum parem numerum. ¶Primo quod in ęqualia semper sectionem recipit, non autem impar. sed cum primum fit impar, clauditur & terminatur, vt huiusmodi sectionem recipere non possit. ¶Secundo. Quia par numerus numero vt quadrato additus, aliquãdo mutat numeri speciem: quadratisvero suis cõsequenter adiuncti impares, nunq̃ mutant speciem: sed semper quadratos relinquũt. Hac de causa ipares, eorũ gnomonas vocãt: quod solum i rebus sensibilib⁹ intra cęlum et terrã ponebãt. ¶Secunda est Platonis infinitũ principium p̃ se vt subiectũ ponentis, & numerũ parem & imparẽ, magnum, & paruum, et sensibiliũ et intelligibiliũ: sed nihil extra cœlum ponebat, neq; corpus, neq; ideã. Ideas ei nusquã ponebat. Et differt a Pythagora. Primo, q̃ ponit infinitum etiã imparẽ numerum. Secũdo, q̃ in reb⁹ itelligibilib⁹. Tertio, q̃ nihil sit extra cælum. quorũ opposita dicebat Pythagoras. ¶Tertia est Anaximandri, & aliquorum aliorũ infinitum vt accidẽs ponentiũ. aliqui em̃ posuerũt in igne, vt ĩ subiecto, aliqui in aere. Anaximãder vero in corpore dẽsiori igne, subtiliori vero aere, posuit. ¶Quarta est Democriti infinitas atomos ponetis: ex quib⁹ adinuicẽ iunctis infinitũ magnitudine cõflatur: ex quo oia fierent, neque posuit quodlibet fieri ex quolibet. Nã primas atomos, & prima rerũ pricipia ex se inuicẽ fieri nõ posse dixit. ¶Quinta est Anaxagoræ infinitas similares atomos ponẽtis, & oia esse in oibus, & omnia fieri ex oibus, diuino itellectu oia ab oibus segregãte. ¶Qui vero principia rerũ naturaliũ & nũero & magnitudie finita posuerũt, nullũ locũ infinito in reb⁹ sensibilib⁹ reliq̃runt. Nõ.n. in pricipijs reliq̃runt. nã ea & nũero & magnitudine finita faciunt. Neq; in ijs q̃ ex pricipijs sunt. nã q̃cquid ex ijs q̃ nũero & magnitudine finita sunt, cõsistit: finitũ esse necesse est. ¶Sex infiniti (quas antiqui ipsi attribuebãt) ꝓprietates. Qz esset principiũ, ingenitũ, incorruptibile, oia cõtinens, oia gubernãs, & diuinũ ipsum (vt dicebat Anaximãder) et numẽ imortale. Quę rõnabiliter statuto infinito diceretur. Nã quicquid est, aut principiũ, aut ex principio est. infiniti autem nõ est principiũ: cũ ipsum ponendũ esset infinitum. & cũ non haberet a quo gñari posset, neq; corrũpi (nã alioqui haberet pricipiũ) ipsum esset incorruptibile, atq; ĩgenitum. extra qd̃ cũ nihil esse posset, cõtineret oia. quod cũ esset principium, ingenitũ, icorruptibile, oia continẽs, iure videret gubernare debere genita, corruptibilia, & ex eo pricipiata. esset igitur diuinũ quiddã, & vt numen (vt dicebat Anaximãder) habendũ. ¶Sex ratiões q̃ infinitũ sit. ¶Prima. Tẽpus est: igitur & infinitum. Nam tempus imensum est, & quod percurri nequit. ¶Secunda. Magnitudo est: igitur & infinitum. Nam magnitudo infinitã partitionem (vt ponit Arithmeticus) recipit. ¶Tertia. Perpetuę sunt generationes: & hoc esse nequit, nisi infinita sit quædam materia ex qua quælibet generatio partem suam accipiat, alioqui tandem casuræ essent rerum generationes. est igitur infinitum. ¶Quarta. Omne corpus finitum semper ad aliud corpus terminatum est. necesse est igitur esse infinitum. Nam corpora claudendo, non erit pertingere ad finem & terminum. ¶Quinta. Intellect⁹ numerum intelligit infinitum, & magnitudinem infinitam. Intelligit enim extra cælum esse spatium infinitum, quod infinitum corpus & infinitos mũdos recipere potest. quod si potest, iam recepit. Nam cum sit supra tempus, esset æternum. in æternis autem simul sunt esse, & posse esse. Et cur etiam potius illic, quam hic esset vacuum? est igitur infinitum. Nam intellectus intelligendo non deficit. ¶Sexta. Eos qui nõ ponũt infinitũ, multa incõmoda sequũtur. Nã disciplinæ mathematicæ tolluntur, infinita numerorum progressio, & infinita magnitudinum & temporum diminutio. Ponẽdum est igitur infinitum. His argumentis statuere volunt infinitum. Et q̃uis concedẽtes infinitum, grauissime sequantur quęstiones, an videlicet vspiã sit infinitum, an substãtia sit, an accidẽs. Physica tn̄ quæstio est, an sit magnitudo sensibilis infinita. ad quod rite cognoscendum ponẽdi sunt modi ifiniti. ¶Quinq; modi infiniti. ¶Infinitum primo est quod non potest pertransiri: quemadmodum vox dicitur inuisibilis, quia nõ sit nata videri. ¶Secundo. Infinitum est quantum, transitum habẽs, sed incõsumabilem. ¶Tertio. Transitum hñs, nondum totum pertransitum. ¶Quarto.

quari a physico determinandum sit de infinito

infiniti pro prietates

rationes infiniti esse probates

quot modis dicat infinitũ

Tranſitum habēs,ſed tranſitu difficilem. ¶Quinto. Eſt cui ſemper additio.
ſubtractiove, aut vtrunque fieri poteſt.

QVarti cap. ſcholia. XXIII. Non tamen omne quod eſt,finitum aut infinitum eſt. ſe
cundo vel quīto.quod hi duo modi philoſophię naturali ſint accōmodi,reliqui au
tem perparū aut nihil.Neutro autem horum modorum pūctum aut finitum aut in
finitum eſt,cum ipſum non ſit quantum,tāetſi ſit infinitum primo,de quo hic non
agitur ſermo.Qualitates aūt etſi per accidens ſint finitę ſecundo, & infinitæ quinto
modo,ſicut & per accidens quantę,ratione ſcilicet extenſionis ſubiectorum quibus inſunt, non
tamen ſimpliciter finitę ſecundo,aut infinitæ eſſe ſunt admittēdæ.Nā hoc finitum aut infinitum
dicimus,quod per ſe eſt quantum,aut vt ſubiectum,aut vt ipſa quantitas. XXIIII.Par numerus
numerovt quadrato additus.Parem numerū alteri parivt quadrato additum, non ſemper qua-
dratum conſtituere,etſi id aliquando contingat,vt xij.ad iiij.quadratum conſtituunt xvi.qua-
dratum,ſed interdum alteram numeri ſpeciem efficere,per inductionem facile eſt ſumere. Siqui
dem binarius additus quaternario quadrato,conſtituit ſenarium altera parte longiorē. Et ſena-
rius additus quarernario,conſtituit denarium, qui numerus eſt triangularis . Quadratis autem
ſuis conſequenter,id eſt eiuſdem ordinis adiuncti impares numeri,non mutāt numeri ſpeciem,
ſed ſemper quadratos proxime ſequentes conſtituūt,vt ſi vnitati primo quadrato addatur ter
narius primus impar,fit quaternarius ſecundus quadratus.Cui quidem ſecūdo quadrato ſi ſub
inde addatur quinarius ſecundus impar,conflatur nouenarius tertius tetragonus. Illi ſi ſurſum
adijcias ſeptenarium tertium imparem,fient xvi.quartus tetragonus.Et ita deinceps.Et quā ob
rem id ipſum fiat,facile dilucet exvigeſimoſexto theoremate ſeptimi elementorum Arithmeti
corum Iordani,quod eſt.Si ab vnitate impares cōaceruentur,qui prouenięt,erit quadratus. Nē
pe per hanc propoſitionem vnuſquiſq; quadratus æquatur imparibus ab vnitate (ipſa quidem
connumerata)coaceruatis .Et ſi illis ſequens adiungatur impar,per eandem propoſitionem pro
ueniet & conſtituetur quadratus,ergo & quadrato ex imparibus coaceruato additus ſequēs im
par,eundem conſtituit quadratum.Si enim ęqualibus idem commune addatur,tota erunt ęqua
lia.Et hanc ob cauſam Pythagoras numeros impares vocat gnomones quadratorum,quia qua
drati, minoribus circumpoſiti,quadratos totales,vt declarant notæ,conſtituunt,more gnomo-
nis geometrici,qui ex duobus ſupplementis & vno parallelogrammorum circa diametrum con
ſtantium conſtitutus,quadrato per diametrum in duo æqua diuiſo circumpoſitus,totalem qua
dratum conſtituit,vt in Categorijs affert Ariſtoteles. XXIX. Cum ipſum ponendum eſſet infini
tum.Ipſum,principium infiniti(ſi quis poneret infinitum eſſe ex principio)ponēdum eſſet infi-
nitum,cum finitum nequaquam eſſe poſſit infiniti principium,& infinitum aut efficere,aut con
ſtituere.At inconueniens eſt concedere infiniti principium eſſe infinitum quia tunc plura eſſent
infinita actu & ſecundo.quod eſſe nequit.Relinquitur igitur infinitum eſſe principium.Et cum
non haberet a quo generari poſſit aut corrumpi(nam ſi id aſſignaretur,haberet principiū,quod
modo oſtenſum eſt eſſe non poſſe)ipſum eſſet ingenitum & incorruptibile.Et ita cęterę proprie
tates deducātur. XXX. Tēpus eſt igitur,& infinitum. Hę rationes in vltimo cap. huius exactius
diluentur.Hic autem in tranſcurſu,vt quid verū,aut ſecus ſe habens aſſumant aut colligāt,co-
gnoſcatur,diſſoluentur. Prima quidem & ſecunda,admittendo tempus & magnitudinē eſſe , &
proinde infinitum quinto.nam hæc talia ſunt,non autem infinitum ſecūdo. Tertia ſoluitur,con
ceſſo primo aſſumpto,negando ſecundum,quia non vnaquęque generatio nouam accipit mate-
rię partem,& quę ab alia prius accepta non fuerit,ſed eandem numero quam prior generatio ce
pit.quare non eſt ponenda materiæ infinitudo.In quarta refutādū eſt quod primum aſſumitur.
nam ſupremum cælum non ad aliud corpus,ſed propria ſuperficie cōuexa terminatur. In quīta
concedendum quidem eſt,intellectum & numerum infinitum & magnitudinem infinitam vt im
menſum extra cęlum ſpatium concipere,atq; animo complecti,ſed falſe prorſus,& non vere,ex
quo infirmum eſt & inualidum quicquid deinde infertur. Nam neque extra cęlum eſt ſpatiū in-
finitorum corporum capax,neq; vacuum,cum ibi non ſit natum eſſe corpus, vt primus de cæ-
lo liber oſtendet.Demum ſexta ratio diluitur,admittendo illa incommoda eos ſequi qui nō po-
nunt infinitum quinto. nulla tamen accidunt inconuenientia eis qui non ponunt īfinitū ſecun-
do,immo deſtruuntur Mathematica principia,ponēdo magnitudinem actu īfinitam,aut nume
rum actu infinitum.Et cur etiam potius illic.Non eſt maior & valētior ratio quare illic,ſcilicet
extra cælum,eſſet vacuum,quam hic in mundo ſenſibili. Atqui in mundo ſenſibili nō eſt ponen
dum vacuum,igitur neq; extra cælum.quare ſunt illic infinita corpora ſpatium illud opplentia.
Id enim colligere volunt hanc rationem agitantes.Cęterum huius rationis omnes particulæ ad-
mittendæ ſunt pręter vltimam,quia neq; extra cælum tale eſt quale ponunt ſpatium,neq; corpo
ra quæ in eo recipiantur. XXXI.Quod non poteſt pertranſiri,quod non pōt ſecundum quanti
tatem abſolui,quia quantitatem non habet,vt vnitas,& punctum. Aut vtrūq; fieri poteſt. Vtrū
que,additio,ſcilicet,& ſubtractio,vt ſuppoſita mundi perpetua duratione ſecundū Ariſtotelis
ſentētiam,tempus. Poteſt enim ei fieri ſemper additio ſimilium partium,vt dierum, horarum,
& ſubtractio diuiſioq; in partes ſemper diuiſioni obnoxias,more aliorum continuorum.

¶Quinti capitis annotat.

¶Actu īfinitū,īfinitū ſecūdo. ¶Corpora ſenſibilia ſimplicia, elemēta,ignis.

aer,aqua,terra. Cōpoſita,aīalia,vegetabilia,mineralia, mixta īperfecta. ¶Mo-
tus,motus localis. ¶Fulciat, ſuſtineat. ¶Nitatur,ſuſtineatur. ¶Idē, ſimilis.

QVintum caput continet duas concluſiones,tres rationes ad primā, &
ſex ad ſecundam. ¶Prima concluſio . Non eſt ponendum actu infi-
32 nitum a ſenſibilibus ſeparatum. ¶Primo,Quia aut eſſet ſubſtantia,
& tunc impartibile erit. Omne enim impartibile , aut magnitudo,
aut multitudo eſt. Si aūt eſt impartibile,non erit infinitū,niſi queādmodum pū
ctus dicitur infinitus,& vox inuiſibilis,de quo infiniti modo non agitur hic :ne
que de eo ipſi intendunt. Agimus eñ & (idē ipſe intendunt) de infinito,tranſitū
ſed inconſummabilē habente. Aut accidens eſſet,& tunc non eſſet principium
ſed potius id cui ineſſet. ¶Secūdo. Infinitum paſſio eſt magnitudinis,& nume-
ri magnitudinis. ſeparata vero a ſenſibilibus.neq; magnitudinem, neq; numerū
qui ex magnitudinis ſectione conſurgat,habent. neq; igitur ex eis conuenit in-
finitum. quibus enim ſubiectum non conuenit,neq; eius paſſio conueniet vnq̄.
¶Tertio. Quia ſi tale infinitū ſubſtantia eſſet,cum eſſet principium,ipſum eſ-
ſet ſimplex. aut ergo partibile eſſet,& tunc quęlibet pars eius eſſet infinita,ſicut
quælibet aeris eſt aer. hoc autem impoſſibile. Nam idem plura infinita eſſe im-
poſſibile eſt. Aut erit impartibile , & tunc relinquitur ſolum infinitum vt pun-
ctus. Ponendum igitur eſſet accidens,quod(vt dictum eſt)eſſe nequit. Nam nō
eſſet(vt ipſi volunt)principium. Patet igitur Pythagoricos male ipſum ponere
ſubſtantiam partibilem. Hæc tamen quæſtio:an ſit huiuſmodi infinitum ſepa
ratū aut in Mathematicis,aut in intelligibilibus,& omnino magnitudinū & di
menſionum expertibus . Phyſica non eſt:ſed ea qua quæritur, an ſit corpus ſen
ſibile actu in finitū. ¶Secunda concluſio. Non eſt corpus ſenſibile, neq; nume- *ī sensibili corporī numero*
33 rus actu infinitus. ¶Prima ratio,quia omne corpus ſuperficie clauſum eſt, nul- *actu īfinitum nō dari*
lum aūt infinitum claudi poteſt . igitur nullum corpus ſenſibile infinitum eſt,
imo neq; intelligibile,vt mathematicū. Sed quod neq; numerus infinitus ſit,pa
tet,quia omnis numerus,numerabilis eſt. quod aūt numerabile eſt , percurri &
tranſiri poteſt. Nullus igitur numerus infinitus eſt. nam infinitum neq; percur
ri neq; tranſiri poteſt.& hæ rationes cōmunes ſunt : quæ aūt ſequūtur: phyſicę.
¶Secunda ratio. Si eſſet aliquod corpus ſenſibile actu infinitum,aut ſimplex eſ
ſet,aut compoſitum. Non cōpoſitum, quia cum ſit ex multitudine finitis, ſi illa
ſint & magnitudine finita,totū erit finitū. quēm ex multitudine & magnitudine
finitis conſtat: vt finitū ſit neceſſe eſt. Aut ergo eorū alterum ex quibus eſt, in
finitum eſſet,& alia finita. hoc autem eſſe nequit: quia ea proportionata eſſe o-
portet,nunc aūt cum eorum quodlibet vim habeat,infiniti vis eſſet infinita , &
finitorum finita. quod ideo ſtatim deſtrueret finita,vt ſi ignis ſit finitus,aer ve-
ro infinitus: quantumcunque etiam ęqualis ignis ęqualem aerem potentia ſupe
raret, & vim ſuam duplaret nihilo ſecius aer infinitus ignem finitum extingue
ret. non igitur erit ſenſibile compoſitum infinitum , ex altero infinito & cæte-
ris finitis conſtans. Neq; erit ex omnibus infinitis, Nam vnum īfinitum omnia
occuparet. Nullus igitur alijs relinqueretur locus,aut oīa ſimul eundem occupa
rent. hæc aūt impoſſibilia. Neque corpus ſenſibile infinitum,ſimplex erit . Nā
ſenſibilia ſimplicia corpora adinuicem cōtraria ſunt. Eſt eñ ignis calidus & ſic
cus,aer humidus & calidus,aqua frigida & humida,terra ſicca & frigida. Si igi- *nec corpus sīplex īfinitū*
tur vnum eſſet infinitum, alia ſtatim conſumeret & corrūperet . ¶Neq; eſt(vt *est ponendum*
Anaximander credidit)corpus ſimplex mediū infinitum, ex quo omnia fiant.
¶Primo,quia eædem quæ de alijs ſenſibilibus, prohibent rationes , nam ſi vim
agēdi habeat,alia conſumet omnia,& nullus cęteris quem occupare poſſint, re-
linquetur locus. ¶Secundo. Quia vnumquodque reſolui videmus in ea ex qui
bus componitur:vt ignea in ignem,aerea in aerem,aquea in aquam, & terrea in
terram. Nihil aūt in illud corpus reſolui compertum eſt:ſed omnia in ignem,ae

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem,aquã aut terram resoluí videntur. Non igitur tale ponendum est, ex quo omnia fierent. ¶ Tertio. Quia si dicant tale corpus simplex vim nullã habere quacætera absumat, igitur neq; ex eo fient omnia, neq; in ipsum corrumpentur. Fiunt emẽ sensibilia ex contrarijs, & in sua corrumpuntur contraria. Quapropter cũ finita sint elementa, & concordi proportione ligata, non sane Heraclitus audientes territurus cõminabatur aliquado futurũ vt oĩa ignis fierent, vt oĩa ad suam recurrant originẽ. Faciebat emẽ Heraclitus ignẽ oĩm principium: vt Anaximander igni aeriq; corpus medium. ¶ Tertia ratio. Quia oẽ corpus sensibile alicubi esse natũ est: & cuilibet assignãdus ẽ ꝓprius locus, & totius rei sensibilis & eius partis idẽ est naturalis locus: vt totius ignis, & scintillæ ignis, & totius terrę & glebę terrę. Si vero illud infinitum ponatur similium partiũ, quomodo erit ĩ loco naturali? cum oẽm occupet locũ, & eius vna partiũ in vno loco sit, & altera ĩ altero? Mouebitur igitur ꝓ. Nam res naturalis omnis extra locum, non ꝓhibita. ad suum locum mouetur. At cum infinitum sit, & extra se locum nõ habeat, non mouebitur. stabit igitur, & semper. hæc autem impossibilia. Si aũt sit dissimilium partium, iam non est vnum sensibile corpus, sed plura vt se tangentia. Aut ergo erit finitis partibus & numero & magnitudine. hoc autem non. Nam ex talibus non nisi finitum oriri potest. aut vna infinita est, & cęteræ finitæ. Neque hoc quidẽ, esset emẽ infinitum similium partium: quod pauloante esse non posse monstratum est. quod cum esset simplex, alijs sensibilibus simplicibus cõtrariaretur corporibus, & ea statim corrumperet. Et tanto minus plures aut omnes infinitę, esse possunt. Aut erũt omnes magnitudine finitæ: multitudine vero infinitę. Sic autem infiniti erunt loci. quodlibet emẽ corpus simplex diuersum locum habet. essent autem illa infinita infinitum constituentia, simplicia: cum oporteat infinitũ, si sit, ipsum esse principium. Hoc autẽ impossibile est. Qd̃ si finiti sunt loci, & locata finita erunt. Oportet emẽ corpus & locum simul esse, vt neque corpus maius sit loco, alioqui esset corpus sine loco, neque locus corpore maior: sin minus, vacuũ aliquid relinquetur. Neque recte sentit Anaxagoras illud infinitum immobile esse. quod seipsum fulciat, & seipso nitatur: quia non habeat a quo contineri possit. ¶ Primo. Nam quod immobile esset tale sensibile corpus, hoc non natura sua esset, sed vi quadam, & quia infinitum esset, vt terra mobilis est et si esset infinita, non idcirco natura immobilis esset. nam natura mobilis est. liceret tamen dicere eã seipsam fulcire, & seipsa niti. Reddenda igitur esset ab Anaxagora causa cur huiusmodi sensibile corpus esset immobile. ¶ Secundo. Quia quærendũ est ab Anaxagora an infiniti partes finitæ fulciant se, & ĩmobiles sint? Non emẽ poterunt ea ratione, qua dicebat, se fulcire, & immobiles esse, quia non habeant a quo contineri possint. sunt emẽ finitæ. Quod si mobiles sint, & totum mobile erit. Sensibilium emẽ simplicium corporum vt partes mobiles sunt, & totum. & partis & totius idem est locus: vt si ignis scintilla mobilis est: & totus ignis, & vnius scintillæ ignis & totius idem est locus. Et si gleba terræ mobilis est, & tota terra mobilis est, & idẽ vnius glebę terræ & totiꝰ terræ locus est. ¶ Quarta ratio. Omne corpus sensibile leue est, aut graue. & oẽ leue fertur sursum, & omne graue deorsum. At si esset infinitum, neque esset leue, neque graue. non emẽ esset totum leue & graue, nam opposita sunt. Neque totum leue: nam totum sursum ferretur, neque totum graue, nam totum ferretur deorsum. Neque medium leue: & medium graue. quo pacto enim infinitum dimidiabitur: quod principio, medio & fine careat? Non igitur si esset infinitum, corpus esset sensibile. ¶ Quinta ratio. Omne corpus sensibile in loco est. Atqui infinitum corpus est sensibile, infinitum igitur in loco est. At omnis locus, sursum, deorsum, ante, post, dextrorsum, aut sinistrorsum est. Sunt enim hæ, sursum, deorsum, ante, post, dextrum, & sinistrum, differentiæ positionum, non solum a nobis: sed a natura determinatæ. Erunt igitur eædẽ differẽtię positionum

quarta ratio infinitũ nõ dari probans

in infinito, hoc aũt esse nequit: quia in solis finitis natura sursum, deorsum, ãte, post, dextrũ & sinistrum licet intueri. non erit igitur tale infinitũ, corpus sensibile. ¶ Sexta. Omne corpus sensibile est in loco. quicquid aũt est in loco, terminatum est. est emẽ locus, terminus. igitur quicquid est in loco, finitum est. Nã in finitum termino contineri nequit. non est igitur infinitum sensibile corpus, non enim erit in aliquo loco, aut sursum, aut deorsum, aut aliquo alio. Si aũt non est in aliquo loco, in nullo loco est, sicut si infinitum nõ est aliqua quantitas, vt bicubitũ, tricubitum, aut aliqua aliarum. ipsum nulla est quantitas

hic est ratio satis probans ipsi infinitum nõ cõcedi

QVinti capi. scholia. XXXII. Omne emẽ partibile, aut magnitudo. Omne partibile primo, & gratia sui, secũdum partes extensionis aut discretionis aut magnitudo est, aut multitudo. Nam quod substantia in partes extensionis dissecetur, id a se nõ habet, sed a magnitudine cui cõiungitur. Substantia itidem per se & primo diuidua est in partes substantificas, essentialisque constitutionis, materiam, & formam. At illa neque in partes extensionis neque discretionis partitio est. Ipsum esset simplex. Cum infinitum esset principium, ex prima proprietate quã antiqui ei attribuebant, consequens esset ipsum esse simplex, & non constitutum ex partibus diuersarum rationum aut contemperamentorum. Si enim esset compositum, ipsum non esset principium, sed ex principio constans. Quod si concedatur esse simplex & partibile, oportet vnamquãque eius partem esse infinitam. Nam corpora simplicia partes habent eiusdem cum toto denominationis, vt quælibet pars aeris est aer, & quęlibet pars aquæ est aqua. quare idem infinitum esset plura actu infinita, scilicet suæ partes. quod est impossibile. Quod vt dictum est, esse nequit. Substantia potius habet principijs rationem ad accidens, quam accidens ad substantiam, cum substantia sit accidentis substerniculum quoddam. vt principium eius quod ex eo est. Si igitur id infinitum actu (quod posuerunt aliqui antiquorum a rebus naturalibus semotum, & extra eas existens) esset accidens, ipsum non esset principium, sed potius subiectum cui adesset huiusmodi accidens, esset principium. Atqui infinitum non esse principium, repugnat proprietatibus ipsi infinito prius assignatis. Aut in mathematicis aut intelligibilibus. In mathematicis, in ijs quæ re ipsa materiæ cõiuncta sunt, & sola ratione ab ea separata, quales sunt magnitudines vt a geometra cõsiderantur, aut in intelligibilibus substantijsque supramũdanis (quæ solo intellectu adeũdæ sunt) tam re ipsa quam ratione a materia & motu seiunctis, & nullo modo dimensionem habentibus. XXXIII. Immo neq; intelligibile est vt mathematicũ. subintelligendum, infinitum, vt hic habeatur sensus. Non modo nullum corpus sensibile est infinitum, sed neque intelligibile corpus vt mathematicum, & sola ratione a materia seiunctum, est infinitum. Omnis numerus numerabilis est. Numerabilis, vnam discretionis multitudinisque partem post aliam sumendo, pertransibilis atque consummabilis, vt si in centenario binarium quinquagies sumpseris, eum totum absolueris. Et ita de alio quantuncunque magno numero. Et hæ rationes communes sunt. Hæ duę rationes ad probationem secundæ conclusionis adductæ dicuntur communes, quia non modo physicę sed & geometræ & arithmeticæ principia assumunt. Quinque autem sequentes ad eandem cõclusionem astruendam rationes propriæ sunt, quod ex solis procedunt naturalis philosophiæ principijs. Non compositum. Non ex diuersis elementorum qualitatibus contemperatum, quia cũ huiusmodi infinitum ex hypothesi compositum esset ex multitudine finitis, scilicet quatuor elementis (supponit emẽ physicus omnem mixtorum contemperationem ex quatuor elemẽtis fieri) si illa multitudine finita ex quibus conflatur infinitum, etiam sint finita magnitudine, totum cõpositum erit finitum. Ex finitis enim compositum, finitum esse necesse est. Id autem est contra hypothesim. Quod si vnũ eorum ex quibus in finitum secundum contemperamentum coalescit, infinitum ponatur, & alia tria finita, tunc non poterit infinitum consistere. Nam vt corpora naturalia composita subsistant, oportet ea ex quibus componuntur, esse contemperata, & ad mediocritatem temperiemque reducta, vt vnum non insigniter excedat alterum, neque corrumpat. At cum infiniti vis esset infinita, & finiti finita (nam in simplicibus virtutes, qualitates, & cęteræ accidentariæ affectiones, vt grauitas, leuitas, caliditas, frigiditas, quæ ad magnitudinis diffundunturextensionem, ipsius molis sequuntur conditionẽ. vt sicut in finitis sunt finita, ita in infinitis esse deberent infinita) non essent ea q̃ infinitum componerent, adinuicẽ proportionata, nam quod infinitæ esset virtutis sicut & molis, alia quæ finita essent & virtute & mole, statim corrumperet, quia sunt adinuicem contraria, non posset igitur subsistere infinitum. Non sane Heraclitus. Cum omnia resoluantur in ea ex quibus componũtur, & secundum Heraclitum omnia cõponantur ex igne tãq̃ primo principio, secundum eundẽ necesse est omnia tandem in ignem resolutum iri, & omnia ignem fieri. quod in sua metamorphosi ex Heraclito annotasse videtur Ouidius.

Ipse quoque in fatis reminiscitur affore tempus
Quo mare, quo tellus, correpta regiaq; cœli
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

Idem est naturalis locus. Non quidem numero, eiusdemve capacitatis. nã cum totum sua parte secundum dimensionem sumpta sit maius, & locus totius maior est loco partis. Oportet enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

locum,& id quod loco continetur,adinuicē æqua esse , sed idem specie & similis naturæ,vt sicut tota terra cōcauo aquæ totali continetur,ita & gleba terræ concauo aquæ partiali nata est conti neri.Et eius vna partiū sit invno loco,vt sursum,& altera in altero loco specie diuerso a primo, vt deorsum,nam cū partes sunt in locis inter se diuersis,si vna est loco naturali,altera erit in loco violento,non igitur totum erit in loco naturalivtpote cuius non quælibet pars loco naturali contineatur,vt si intelligatur alicuius animalis caput in igne esse,& pectus in aere,pedes vero in aqua,id animal,vt homo,nequaq̄ erit in loco naturali.Consimile de infinito intellige locum oēm occupante,cuius vna partium esse deberet sursum,& altera deorsum.Si autem sit dissimiliū partium.Si infinitū cōponitur ex partibus diuersarum specierū secundum dimensionē sumptis, tūc non esset vnum corpus naturale,quia non haberet vnam formam substantialē , sed essent plura specie diuersa,& sibi inuicem ꝓxima,quēadmodum aggregatū ex igne,aere, aqua,& terra.Esset em̄ infinitum,similium partium.Si vna pars infiniti esset infinita,& cæterę finitæ,oporteret finitum cōponi ex partibus specie similibus cum parte infinita. Alioqui pars infinita partes finitas sibi specie dissimiles corrumperet . Superius aūt & in huius tertiæ rationis principio ostensum est ipsum infinitum non posse esse similium partium.Hoc non natura sua esset.Nam omne ens naturale suapte natura est mobile.Cum itaq; id infinitū per hypothesim esset ens sensibile & naturale esset suapte natura mobile.Qd̄ si foret immobile,id non suapte natura,sed violente cōtingeret,& quia infinitum . Non em̄ poterunt ea ratione .Partes finitæ ipsius infiniti aliquid habent a quo cōtinentur,scilicet totū.igitur non seipsas fulciunt & sustinent. igitur sunt mobiles ex opposito rationis assignatæ ab Anaxagora.Dixit em̄ Anaxagoras,infinitum,quia seipsum sustinet,esse immobile.Nam opposita sunt.Quia leue & graue sunt opposita,non possunt simul eidem adesse,nō erit igitur infinitum totum leue , & simul totum graue . Non totum leue,quia tunc per definitionem sursum ferretur,quod ostensum est esse nō posse.Similiter non erit totū graue,quia oporteret ipsum ferri deorsum,ꝓ itidē esse non potest.nā non esset extra ipsum locus ad quē ferri posset.Neq; erit vna eius medietas leuis,& altera grauis . Nā in infinito non potest assignari medietas,neq; tertia pars,neq; quarta aut alia quęuis explicata nomine proportionem certā ad totū designante,tametsi in eo assignari possent ꝑtes determinatæ quantitatis,vt pedalia,& cubitalia.

¶Sexti capitis annotatiunculę.

¶Infinitum potentia,infinitum quinto.¶Agon,certamen,ludus.¶Olympia certamina erant quæ in honorē Iouis Olympij apud Pisas & Elidē Græcię oppida celebrabātur.¶Partes ꝓportionales sunt quę ad suum totū semper similē retinent ꝓportionem,vt duplā,triplam,quadruplam, & ita de cæteris. ¶Partes ꝓportionales,partes eiusdē rationis,partes eiusdem proportionis.

quot modis dicatur infinitū

quæ incōmoda sequātur ex ōmoda infiniti ne g̃ ueno

SExtum caput continet tres diuisiones,& duas cōuenientias post secūdam.¶Prima diuisio. Infinitum esse dupliciter intelligi potest : vno modo esse infinitum actu:quo modo dictum est infinitum non esse. Alio modo esse infinitum potentia:quo modo bene est infinitum.Nā omnino non esse infinitum,multa incommoda sequuntur . ¶Primo. Tempus principium & finem habere,& esse ex impartibilibus constitutum. ¶Secundo 34
Magnitudines non esse diuisibiles in magnitudines. ¶Tertio.Numerum non esse in infinitum augmentabilem , quæ quidem incommoda posito infinito in potentia,cessant.Nam cum ponitur magnitudo non esse infinita actu , sed infinita potentia,vt diuisione,facile est cognoscere magnitudines diuisibiles esse in magnitudines:& interimere impartibiles lineas. Et cum ponitur multitudo infinita non actu,sed potentia,vt appositione, statim saluatur numerum in infinitum augeri posse.¶Secunda diuisio.Dupliciter aliquid potest esse in potentia. 35
Primo modo sic in potentia,vt completum illius cōsequi possit actum:quo modo ęs nondum formatum,est in potentia statua.Secundo modo sic in potentia,vt nunquam completum consequi possit actum,sed semper fit in ipso fieri : ita vt cum aliquid eius fit actu,eiusdem aliquid relinquatur in potentia:vt dies,&agō & Olympia.Hęc enim in ipso fieri semper consistunt,quæ cum aliquid habeāt actu,alterius sunt in potentia: quomodo dicimus infinitum potentia diuisionis, & infinitum potentia appositionis:quia semper fieri possit diuisio,& semper potentia relinquatur facienda,& semper fieri possit additio,& semper relinquātur addenda . Non autem infinitum potentia diuisionis primo, ita vt infinita actu diuisio facta esse possit. Nam cum magnitudo diuisibilis non sit in non magni-

quot modis aliquid dicat esse in potentia

tudines: infinita actu diuisa infinitā actu constituissent magnitudinē.ꝓ esse ne
36 quit.¶Prima conuenientia. Conueniunt infinitum potentia in successiuis , vt tempore & hominibus,& infinitum potentia in permanentibus:quia vtrunq; est in continue accipiendo vnū post alterū:sic vt acceptū finitum sit, & nunq̄ accipiendo alterū,deficere possimus.& sunt semper in ipso fieri,vt dies & agon,ge-
37 neratio & corruptio.¶Differunt tn̄:quia in successiuis,vt tēpore,prius acceptū non manet cum posteriore.In permanentibus aūt,vt magnitudine , prius acce-
38 ptum bene manet cum posteriore.¶Secunda. Conueniunt infinitū diuisione, & infinitū appositione. Nā ex magnitudinis diuisione accrescit multitudo , & infinitū appositione,quantum em̄ magnitudini detrahimus, tn̄ numerosæ multitudini adijcimus.Ediuerso tn̄ sibi mutuo respondent.Nam illud detrahendo,
39 hoc aūt semper apponendo fit.¶Tertia diuisio. Vno modo itelligitur infinitū diuisione sumendo semper partes alicuius determinatę quantitatis,quomō non est infinitum diuisione.Nā omnis magnitudo finita est.oē aūt finitum , per determinatę quantitatis ablationē tandem absumitur . Alio mopo sumendo ꝑtes non quidem alicuius præfixæ & determinatæ quantitatis, sed bene eiusdem rationis , quas partes ꝓportionales vocant:& hoc modo est infinitum diuisione.nā tales partes sumendo,nunq̄ a diuisione deficimus.Et ita de infinito appositione dicendum est.nam vt sumendo partes non alicuius determinatæ magnitudinis sed proportionales, nunquā diuisioni materia deest, ita quoq; neq; appositioni. Hoc tn̄ interest q̄a diuidendo, quantalibet magnitudine minorem facere possumus apponendo aūt,quantalibet maiorem facere non possumus.Nam vt Physici aiunt,non est corpus cœlo maius,neq; esse potest. Etsi quantalibet magnitudine esset apposita maior,ifinitum actu esse oportet,quod esse nequit,sed est infinitum appositione(vt dictum est)e diuerso infinito diuisione respondens.quāta em̄vni quantitati diuidendo detrahis,hæc & tanta crescenti ex diuisione multitudini apponis.Propter hęc Plato duo infinita fecit,magnum,& paruum.Magnum quidem,quia apponendo videtur in infinitum excrescere. Paruum vero, ꝓ diuidendo videtur in infinitum minui.Quæ licet dicat rerum principia , non tamen illis vtitur.Nam vtitur principijs numeris, in quibus nullum locat infinitū.Non em̄ in numeris posuit infinitū diuisione , quia omnes in vnitatem resoluuntur,qua nihil minus est.Neq; in ipsis posuit infinitum secundum augmētum.cum ad denariū vsq; numeros solum augeri putet.

hic iudō est quo pacto cōuenant infinitum potētia in successiuis et permanentibus et cur quod differant

SExti capi.scholia. XXXIIII. Primo. Tempus principiū & finem habere. Si non admittatur esse infinitū additione,non semper diei succedet dies,neq; hora horæ.quare tempus pricipium & finē habebit, quod supposita mundi perpetuitate incommodū est,vt octauus liber ostendet,etsi simpliciter non sit inconueniens , neque secundum veritatē.Etsi non admittatur esse infinitum subtractione , non poterit partium temporis semper fieri diuisio,quare tandem dissecaretur in impartibilia, & ex illis itidē componeretur.ꝓ simpliciter inconueniens est.Et ita de magnitudiue sentiendum,videlicet quod si oīno tollatur infinitum non esset magnitudo infinita diuisione , & quia omnis magnitudo est diuisibilis oporteret ipsam tādem diuidi in impartibilia,quæ non essent magnitudines,& ex illis componi. quod physicæ suppositioni, mathematicæque repugnat.Demū & de numero,si interimatur prorsus infinitū,concedendū eser quod nō posset in īmensum & sine statu crescere,cum nō eset infinitum additione.Id aūt Arithmeticæ petitioni repugnat & aduersatur. XXXV. Non aūt infinitum potentia diuisionis primo. Si infinita actu,magnitudinis aut cuiusuis continui diuisio facta esse ponatur,consequens est infinita actu esse omnino diuisa.Et cum magnitudo non sit diuisibilis in non magnitudines , illa infinita actu diuisa sunt magna,& magnitudinē quæ diuisa est non cōstituerunt.Ergo cum simul erāt iuncta, cōstituerunt magnitudinē actu infinitā . Nam in quot diuidi secarique continnū potest,ex totidē ipsum est compositum.Et quot ex infinitis actu constat,est infinitū actu.Id aūt impossibile.Præterea si quis dicat magnitudinē esse infinitam potentia diuisionis primo,& quia cōpleta actu partiū oīm diuisio facta esse posit,ponatur gratia disciplinæ tota magnitudo esse oīno diuisavel ea in q̄ facta est diuisio,sunt partibilia , vel impartibilia.Si ipartibilia,ergo magnitudo in impartibilia diuisa est ,& ex impartibilibus cōposita.quod sextus huius ostēdet esse nō posse.Si vero partibilia,poterūt illavlterius in alia minora diuidi &

Universidad de Deusto
Biblioteca

per consequens nõ fuerat omnino facta diuisio.quod repugnat hypothesi. XXXVIII. Quantũ em magnitudini detrahimus.Bifariam fieri potest magnitudinis in partes eiusdem rationis proportionalesq; diuisio.Primo partẽ in quã prius facta est diuisio, in minores partes eiusdẽ cum superiorum diuisionũ partibus denominationis distribuendo, vt si linea diuidatur in duas medietates,& iterũ prima medietas in duas dissecetur medietates,qtarũ prima rursum in duas diducatur,& ita cõsequenter vnã partem diuisionis factæ semper secundum eandem ꝓportionẽ diuidendo.Et in huiusmodi diuisione non idẽ est in omnibus totum quod diuiditur,cuiusq; aũt diuisionis partes ad suum quod diuidunt totũ,eandem seruant proportionẽ,quam partes primę diuisionis ad suum,vt pote subduplam. Alio vero modo eandem totam magnitudinem in partes ꝓportionum denominationem diuerso modo sortitas disperiendo, sic quod eiusdẽ diuisionis partes eandem habent vnaquæque ad suum totum proportionẽ,diuersarum aũt diuisionum diuersas,& secundũ naturale numeri crementum semper a maiore numero subinde denominatas, vtsi tota linea diuidatur in duas medietates, deinde eadẽ in tres tertias, rursum eadẽ in quatuor quartas,quinque quintas,& ita sine statu,in omnibus his diuisionibus idem est totũ quod diuiditur& eiusdẽ diuisionis ꝑtes eandẽ ad totum denominationem habent proportionis, diuersarum aũt diuisionũ diuersas.Nam vnius diuisionis partes secundæ dicuntur,alterius tertiæ,& alterius quartæ.Et secundum vtranque harum diuisionum in infinitum fit continui partitio, quantunque diminuitur magnitudo,tantum crescit multitudo.In primo em diuidendi genere,posteriorum diuisionum partes minores sunt partibus priorum,& quanto maior fit in diuisione progressio, tanto maior est partium,in quas facta est diuisio,numerus. In secunda aũt diuidendi ratione id multo apertius & clarius elucet.nam in eo posterio rum diuisionum partes minutiores sunt,vt quæ a maiore numero denominentur,& plures.Minor em est tertia pars lineæ q̃ secunda eiusdem,& plures sunt tertiæ quam secundę.sic quarta minor tertia,& plures quartæ q̃ tertiæ.& quemadmodũ numeri crementum sine termino progreditur,ita & partium magnitudinis distractio,cum a quãtolibet numero denominari possint eius partes. Idcirco quod hic Aristoteles affert,potius de secunda quam prima diuidendi ratione accipiendũ est.XXXIX. Ediuerso,infinito diuisione respõdens.Quod est maius in numeris,id est minus in magnitudine, & quod maximum in magnitudine,id minimum in numeris.Sicut em datur minima magnitudo actu, & qua nulla alia nũc minor est(alioqui oporteret magnitudinẽ in infinitum actu diuisam esse,& cuius paruitas assignari non posset)non tamen est dabilis minima magnitudo potentia, quod data quacunque possit dari minor,ita datur numerus maximus actu,& quo nullus alius inꝑęsentiarũ est maior, alias oporteret numerum in immensum actu creuisse,& cuius numerositas determinari non posset.at non datur maximus potentia,quod quocunque dato possit dari maior.Et sicut datur maxima magnitudo tum actu,tum potentia,vt cœli,ita datur minimus & actu,& potentia,vt pote binarius,infra quam vnitas simpla & indiuidua numeri principium proxime collocatur.

¶Septimi capitis annotat.

¶Quantitatem,determinatam quantitatem. ¶Semper esset extra accipere,si extra quascunq; quantitates acceptas semper aliæ ab ipsis relinquerẽtur accipiendę.

Eptimum caput cõtinet tres conclusiones,duo corollaria ad primam,& vnum ad secundam. ¶Prima conclusio.Non recte definierunt infinitum,ipsum esse dicentes,extra quod accipere nihil est. At potius dicendum esset cuius est semper aliquid extra accipere. ¶Prima pars patet, quia hæc definitio conuenit toti & perfecto,quæ finita sunt. Nam id totum & perfectum dicimus, cui nihil deest, neque est eius aliquid extra accipere:vt totum & perfectum hominem: totum & perfectam arcam.totum enim & perfectum aut omnino eadẽ sunt,aut parum inter se differunt. Nõ enim extra vniuersum est accipere aliiquid,etsi finitum sit.Non igitur recte definitum est infinitum,ꝙ sit extra quod nihil est accipere.Secundum patet.nam annulos pala carentes vniformesq; cõsueuerunt dicere infinitos, quod voluẽdo extra partem captam semper sit aliam accipere.Signum est igitur infinitum potius dici debere extra quod semper est aliquid extra accipere. Hoc tamen inter infinitũ & huiusmodi annulos interest,ꝙ infiniti semper est aliud accipere,nũquam prius acceptum repetendo,non aũt annulorum. Nã prẽacceptæ partes iteratis repetuntur vicibus. ¶Primum corollarium.Quapropter recte poterit definiri infinitũ,vt dicatur eẽ cuius quantitatẽ accipientibus semper sit extra aliqd accipere. ¶Secundũ. Vnde fit vt Parmenides totum vniuersum vnũ esse & fi-

qd infinitum

nitum rectius opinatus sit Melisso ipsum vnũ & infinitum esse dicente. ¶Nã quomodo,cum sit cuius semper est aliquid extra accipere,vnum erit? Et quomõ infinitum toti continuabitur? cum non oẽ linum quidem omni lino continue-
43 tur. ¶Secunda conclusio.Non recte dicunt infinitum omnia continere,& in se omnia habere,propter similitudinem quam ad totum habet & perfectũ. ¶Nã potius rationem habet partis vt materiæ & imperfecti.Nam vt materia potẽtia est, & non actus: ita infinitum solum potentia est,& diuisione,& appositione, & non infinitum actu.& si totum est infinitum,hoc non est secundum se,sed secũdum alterum,vt diuisione,aut appositione, quæ quidẽ non continet: sed potius a toto continetur.& vt materia quot species extra habitas accipiat ignota est,ita infinitum vt infinitum ignotum est.Habet igitur infinitum potius rationẽ partis & imperfecti. quapropter non recte dixisse videntur ꝓpter totius similitudi
44 nem & perfecti,ipso omnia contineri. ¶Corollarium. Vnde fit etiam vt Plato qui magnum & paruum infinita ponebat,& vt materias,inconueniẽter dixisset ea omnia continere.Nã inconueniens esset ipsa intelligibilia,quę perfectissima & determinatissima sunt,continere.Ignotum em & indeterminatum continere
5 & determinare nequit. ¶Tertia conclusio. Nõ sine ratione euenit magnitudinem secundum paruitatẽ in infinitum abire, secundum aũt excessum,appositione in infinitum abire nõ posse:& contra in numeris ad minimũ deueniri,ad maximum vero deueniri nõ posse. ¶Nam materia sub magnitudine clausa, se cũ ea semper præstat diuisibilẽ. Atvero secundum excessum nõ abit in infinitum. Nam quantacũq; magnitudo sensibilis esse potest, tanta est actu. nõ em maior cælum esse potest. Itaq; magnitudinẽ secãdo nõ occurrit minimum: adijciendo tamẽ peruenitur ad maximum.Quod vero in numeris contra eueniat, hoc ideo est,quia numerus est vnitates multæ. Nam binarius a duabus denominatur vnitatibus:& ternarius a tribus,& ita de reliquis. At vero vnitas quęcunq; sit,impartibilis est secundum numerũ,vt vnus homo,vnus est homo:& nõ multi homines:& numerus in vnitates secatur. Ad minimum igitur in numeris secãdo deuenitur, apponẽdo tamen semper relinquitur potẽtia maior.nam ex partium magnitudinis decisione semper crescit:nõ quidem quia sit huiusmodi ifinitas actu,sed potentia,& semper in ipso fieri,sicut tempus,& numerus temporis. Et q̃uis infinitum potentia,& motui,& magnitudini,& tempori conueniat, nõ tamen intelligi debet vt quædam natura illis inexistens, sed magnitudo suapte natura hoc modo infinita esse videtur, & per eam motus: generatio, corruptio, alteratio, quia illi coniuncti sunt,& tempus per motum. Hęc tamen posterius euadẽt manifestiora.

conclusio nota tenenda ad refutandu ifinitũ in magnitudine non dat minimũ sed bnẽ maximũ At in numeris poscimus datur nisi ad minimũ non aut ad maximum

Eptimi capi.scholia. XL. Hæc definitio cõuenit toti & perfecto. Non improbat Aristoteles hanc antiquorum definitionem,quod falsa sit(nam per hypothesim statuto infinito extra ipsum nihil esset accipere, cum oia occuparet) sed qd non recurrat conuertaturque cum definito,quin potius transcendat ipsum,& transgrediatur,quod minime in recta definitiõe fieri potest.non em omne id extra quod nihil est accipere,est infinitum.Extra totum enim & perfectum nihil est accipere quod ad suam attineat integritatem & perfectionem, cum ei nihil desit ad suam constitutionem necessarium,& tamen totum & perfectum, vt homo, equus,planta,minime infinitum est. At si causentur extra totum & perfectum quieq̃ accipi posse quod non sit de eius constitutione,vt extra hominem,aerem aut aquam, extra infinitum vero nihil accipi posse etiam quod ab ipso separatum sit & seiunctum, refellit Aristoteles eorum definitionem in vniuerso,quod quidem finitum est, & tamen extra ipsum non est accipere corpus aliquod,etiam ab vniuerso diremptum & semotum ipsumque non constituens. Quod infiniti semper est aliud accipere. Aliud,aliam partem determinatæ quantitatis. nam in magnitudine potest semper accipi alia pars proportionalis,prius acceptã non repetendo, quam tñ nullus dixerit actu infinitã. Id tñ discriminis est inter partes ꝓportionales magnitudinis, & partes infiniti subinde acceptas,quod partes magnitudinis posterius sumptæ etsi aliæ sint a partibus prius sumptis, non tñ sumuntur extra eas,sed prius sumptarũ sunt partes,& in eis continentur. In infinito aũt partes determinatæ quãtitatis posterius acceptæ sunt extra partes prius acceptas neque earum quoquo pacto sunt partes,aut intra ipsas continẽtur. XLII. Nã quõ cum sit cuius semper est. Cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

vniuersum sit infinitũ secundũ Melissum, eius sp est aliquid extra accipere per definitionẽ. quare nõ erit vnũ quod est contra eundẽ. Præterea non oẽ linum oĩ lino continuatur, quę sunt eiusdem naturæ, similiaq; specie. Vnius em̃ agri linum, alterius lino, imo eiusdem vnum, alteri coniunctũ minime est. Valentiore igitur iure neque omnia vniuersi ambitu contenta, & naturę diuersitate discrepantia, adinuicem continua sunt, quare totum vniuersum non est continuum. igitur neque infinitum actu. Necesse est em̃ infiniti magnitudine partes adinuicẽ continuas esse. XLIII. Nã potius habet rationẽ partis infinitum eo modo quo esse potest. scilicet infinitum quinto (de quo intelligitur hæc approbatio & conclusio) potius habet rationem partis in quam fit diuisio. aut secundum quam fit appositio, quam totius. Non em̃ quicquam ratione sui totius vt totum est, infinitum dicitur, sed ratione partium quæ subtrahuntur aut apponũtur. Etiam infinitum potius habet rationem imperfecti, cũ in ipso semper imperfecta fit diuisio aut appositio, quam perfecti. Demũ infinitum potius assimilatur materię quam formæ, ꝙ sicut materia quotcunque formas acceperit, nata est successiue alias accipere, ita quacunque diuisione facta aut appositione, potest infinitum aliam diuisionẽ aut appositionem habere. Atq pars, imperfectum, & materia, potius cõtinentur a toto, perfecto & forma, quam ea contineant. igitur infinitum eis analogum potius cõtineri dicendũ est quam continere. XLIIII. Nã inconueniens esset ipsa, scilicet magnum & paruũ, continere intelligibilia, vt ipsa, verbũ p̃cedat, & intelligibilia sequatur. XLV. Quia numerus est vnitates multæ. Totum em̃ nihil aliud est quam suæ partes simul sumptę vnitates aũt, numeri sunt partes. siquidẽ numerus multitudo est ex vnitatibus aggregata. Et ꝙ hic dicitur, de vnitate & numero numerante solum intelligendũ est. vnitas em̃ numerata, vt vna aqua, vnus aer, diuidua est rõne dimensionis. Vnitas autẽ numerans (de qua sola loquuntur Arithmetici) est indiuidua. Et ꝙ de vnitatis numerantis impartibilitate dicit Aristoteles, declarat in vnitate numerata & re vna, vt vno homine, ꝙ sicut is denominatur vnus, & non plures, ita vnitas absoluta, pluralitatis diuisionem non admittit. Vt quædam natura illis inexistens. vt forma quædã accidentaria inexistens magnitudini, motui & tempori, non em̃ est infinitum accidentaria affectio, diuersa magnitudine tanquam accidens a suo subiecto, sed magnitudo, & infinitum potẽtia, idem sunt re ipsa, & sola ratione differunt. sic motus & infinitum, itidem & tempus & infinitum sunt idem.

no ration totius sed partium ĩfiniti dicitur

¶ Octaui capitis annota.

¶ Intrinsecus terminus corporis, superficies conuexa.

Octauum caput continet sex rationum quarti capi. solutiones. ¶ Primę rationis solutio. Tempus & motus infinita sunt potentia, & semper in ipso fieri, posteriore cum priori non manente. & quãuis partes cogitatione capiamus, simul tamen nõ permanẽt. ¶ Secundę solutio. Magnitudo nec actu diuisione infinita: neq; intelligentia in infinitum aucta est. sed vt dictum est, potentia infinita. ¶ Tertiæ solutio. Non vt generationes & corruptiones aliquando casuræ nõ deficient, ponenda est materia actu infinita. Nam q̃ portiunculam materiæ vnum in corruptione deponit alterum eandem in generatione assumit. ¶ Quartæ. Falsum est oẽ corpus finitum ad aliud corpus esse terminatum. Est em̃ aliquod suo intrinseco termino & finitum & terminatum. Vnde aliud est aliquid finiri. & ab alio tãgi. qui em̃ dicunt oẽ corpus finitum ad aliquid finiri, volũt intelligere ad aliquid quod ipsum tangat, quod nõ oportet. Nam vt finiatur, satis est (vt dictum est) ipsum sua superficie terminari. ¶ Quintæ. Credere infinitum esse, quia intellectione effingi possit, incõueniens est. Nonem̃ idcirco si cogitatione atque intellectu rei excessum aut defectum apprehẽdo protinus est rei excessus aut deffectus: vt si te extra vrbem cogitatione & intellectu effingo, & te ad cœlum vsque magnitudine excrescere, non protinus extra vrbẽ existis. & capitis vertice cælũ contingis, sed solũ tantus eris, quantus prius extiteras. Nã ista a nostra cogitatiõe & intellectu nõ pendẽt. Ita neq; huiusmodi spatium, quod extra cęlum cogitatu effingunt. Cum em̃ quis aliquid cogitat, si ita sit vt cogitat, accidit. ¶ Sextæ. Non ponere infinitum actu, nulla incommoda sequuntur, nec matheseos aufert considerationem. Nam mathematici nec infinito actu in suis demonstrationibus egent, nec vtuntur, sed quantacunq; volunt quantitate finita. Neq; curant an talis alicubi & alicui insit, sed eam quantamcunq; volunt suis demonstrationibus aptam cogitatione effingũt. ¶ Ex his perspicuę esse possunt rationũ superius positarũ & similium solutiones, & quõ

ꝙ nõ sit ponẽdũ infinitũ qa intellectu ipsũ effingim

rerũ existẽtia nõ pendet a nra cogitatione

infinitum in materiam & causam materialem potius reducendum sit, quam in aliarum causarum vllam. Quapropter satis inconuenienter semper ab ipsis dictum apparet, infinitum continere, & terminare: cum formæ potius sit continere & terminare.

Octaui capitis scholia. XLVI. Vnde aliud est aliquid finiri. Aliquid finiri, est ipsum intrinsecis aut extrinsecis terminis claudi atq; contineri, vt omne corpus suo finitur conuexo, superficies extremis lineis, & linea finalibus punctis. omne etiam contentum suo finitur corpore cõtinente. Aliquid vero ab altero tangi, est ipsum ab extrinseco & circumambiente corpore circundari atq; concludi, vt terra tangitur ab aqua, & aqua ab aere. Itaq; quicquid ab altero tangitur, finitur & suo conuexo, & circundantis concauo. at nõ quicquid finitur, ab altero tangitur. nam suprema cælestis sphęra finitur suo conuexo, & tã ab altero non tangitur, quod non habeat supra se aliud corpus circundans. cętera vero vniuersi corpora infra supremam sphęram & finiuntur, & ab altero exteriore scilicet corpore locante tãguntur. Nam esse res a nostra cogitatione. Quemadmodum rerum existentia a sensus iudicio non pendet, non enim oportet si sensus iudicet solum pedaneum, protinus eum esse tantum, ꝙ sensus recte iudicet, & non recte, ita neq; res ipsas esse, dependet a nostro intellectu, neq; oportet si quomodo intellectus intelligat rem esse, protinus eã hoc pacto existere, ꝙ intellectus & vere intelligere possit, & non vere, & cũ false intelligit, huiusmodi intelligentiæ res ipsa nõ respõdet. Neq; curant an talis alicubi, & alicui insit. Nõ curant mathematici an magnitudo finita pro suo arbitratu magnitudine aut paruitate determinata, sit in aliquo loco, aut in aliquo subiecto. nam cogitatione & intellectu a loco & materia abstrahunt. sed quantãcunq; volunt siue magnam siue paruam, semper tã finitam, suis demonstrationibus accommodant, neq; geometra vsquam magnitudine infinita in suis vtitur considerationibus, ꝙ supponat omnem magnitudinem terminis contineri.

ꝙ nõ oẽ qd finit ab altero tã tat

¶ Paraphraseos in tertium Physicorum, finis.

Primi capitis paraphraseos in IIII. Physicorum annotatiunculæ.

¶ Quomodo an per se, an in alio subsistens? ¶ Naturam loci, quę res sit locus. ¶ Hermolaus, scandulæ, imbricamentaq; ædium. & sunt scandulæ vt asserculi, quibus domus integuntur: imbricamenta vero, stillicidia. ¶ Chaos, hiatus. ¶ Alia natura, alterius naturæ & rationis res. ¶ Elementum, id simplex quod rei constituit essentiam.

1 Vartus liber Physicorum continet decem et quatuor capita. Primum caput duas conclusiones, duas rationes ad primam, duas ad secundam, quatuor rationes locum esse probantes, et sex ipsum non esse contendentes. ¶ Prima conclusio. De loco, si est, quomodo, et quid est, Physica consideratio est. ¶ Primo, Quia omnes physici res naturales existimauerunt esse in loco. Nam quia viderunt ea quæ non sunt. vt Hircoceruus, et Sphinx, nusquam esse credi-
2 derunt omnia quę sunt, oportere in loco esse. ¶ Secundo, Quia de motu Physica determinatio est. At motus rebus naturalibus cõmunissimus & primus, motus est qui secundum locum dicitur, qui sine loci cognitione deprehẽdi non potest. Est igitur de loco Physica consideratio. ¶ Secunda. Consideratio de loco, ardua atq; difficilis est. ¶ Primo, Quia ex proprietatibus loco conuenientibus non facile est naturam eius (vt paulo post ostendetur) apprehendere. ¶ Secundo, Quia ab antiquis nihil nobis certum quod iquęsitæ rei cognitionem ducat, relictum est. Determinauerunt quidem & de loco, sed oia dubitata atq; perplexa relinquentes, nihil exquisite perquisierunt. ¶ Quatuor rationes locum esse
3 probantes. ¶ Prima. Corpora sibi inuicem succedunt: vt vbi prius erat aer, mõ sit aqua. At in quo ita sibi succedunt, locꝰ est, vtriusq; successiue receptaculum: sicut dolium successiue diuersos liquores recipiẽs. Est igitur locus: & non modo est, sed & est a quolibet eorum q̃ alternatim suscipit, alterũ. ¶ Secũda. Vnum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertia ratio locū et probans locus mouet mobile ut finis

quodq; physicorum corporum non prohibitum in suum locum fertur: vt ignis sursum, terra & grauia deorsum: in quo lata cōseruātur. Est igitur locus. & non modo est, verum etiam vim quandam locatorum conseruatricem retinet. Cuius differentiæ sunt, sursum, deorsum, ante, post, dextrum, & sinistrum. Quæ aliquando ad nos relatione facta sumuntur: vt quod mihi sursum est, si scandulas conscendero, fit deorsum. & quod deorsum: si cliuum descendero, fit sursum. & quod ante: me ad oppositum verso fit post. & quod mihi est dextrum: si me vertero, fiet sinistrum. Sed hæc in natura nō sic sunt: sed determinata est differentia: vt sursum natura, ad quod leuia (vt ignis) ferri nata sunt. & deorsum ad grauia (vt terra) natura feruntur. Quod vero hæc in natura & nobis non similiter sint, ostendunt mathematica: quæ cum omnium confessione in loco non sint, ea tamen ad nos & dextra & sinistra cogitatiōe effingimus. ¶ Tertia. Antiqui vacuum posuerunt, in quod corpora reciperētur, & quod locum nuncupabant: quem locum tunc dicebant vacuum, cum corpore priuaretur. Signum effigitur locum esse. ¶ Quarta. Etiam authoritate vetustissimi poetæ locum esse confirmatum est. Inquit enim Hesiodus peruetustus poeta primum fuisse chaos, rerum omnium receptaculum & locum. qui videtur opinionem secutus (quam & aliorum multi) omnia alicubi & in loco esse. Quod si ita sit, vt Hesiodo visum est, mirabilis loci potentia: quæ omnium prima est: & qua non existente, vt nulla alia sint necesse est: ipso vero existente, non idcirco sint alia. Posuit enim chaos prius quam res cæteræ essent, primum. ¶ Sex rationes locum esse tollentes. ¶ Prima. Quod locus nō sit, videtur primo, quia aut locus esset corpus, aut alia a corpore natura. Non corpus: quia cum locus & locatum simul sint, & locatum in loco recipiatur, duo corpora simul essent. quod est impossibile. Neq; alia a corpore natura. nam tres dimensiones habere soli corpori proprium est. At vero locus tres dimensiones habet. est enim longitudinis, latitudinis, & profundi tatis particeps. Non est igitur alia a corpore natura. ¶ Secūdo. Si ponas locum corporis receptaculum, eadem ratione & superficiei & lineę & puncti ponas locum. Par enim eademq; ratio est. Sicut enim vbi prius erat aqua, postea ponesse aerem: sic & vbi prius aquę superficies, lineę & puncta, postea illic aeris superficies, lineę & pūcta. sed puncti nō est asignandus locus. nullā. n. dimensionem habet. igitur neq; corporis, neq; alicuius aliorum. ¶ Tertio. Quicquid est: aut est elementum, aut ex elemētis. quod verum est, & de corporeis, & de incorporeis. Nam corporeorum corporea sunt elementa, & incorporeorum incorporea. At locus, neq; elementum, neq; ex elementis est. Non enim in incorporeorum, quia ex incorporeis & intellectualibus elemētis nulla prodit magnitudo. Nec corpus: nam esset corpora in se recipiēs: quod fieri nequit. ¶ Quarto. Qui locum ponunt, causam locato faciunt. Sed neq; materia. neq; species, neq; efficiens, neq; eius finis esse videtur. dicant quam velint. Non est igitur ponendus locus. ¶ Quinto. Efficax est, & vigorem suum retinet zenonis ratio. Si enim posueris locum esse aliquid, sic dictū refellet zeno. Quicquid aliquid est, in loco est. locum autem ais esse aliquid: igitur locus in loco est. q alter locus eadē ratione in loco est: & hoc i infinitum abiret: quod est impossibile. nihil igitur est locus. ¶ Sexto. Qui ponunt locum, omne corpus ponunt in loco esse. pariter & in omni loco corpus. De rebus igitur quę augentur & crescunt, quantum additur corporis, tantūdem addere & loci oporteret, & pariter cum corpore locū crescere. Nam neq; maior neq; minor corpore locus debet esse. quod facile non est videre: quin potius videtur impossibile. Sane igitur non videtur locum esse.

inconuenientia q loci negation

rationes satis probabiles ad negādū locū

ratio zenonis locū nō ē probatis sed ipsa ppositio uera q̄ ga loc est i loco ut scilicet

hircocerus quid & sphinx

DRimi cap. quarti Physicorū scholia. I. Ea quę nō sunt, quę natura subsistere nequeunt, qualia sunt hircoceruus, & sphinx. Siquidem hircoceruus monstrum est (vt ferunt) partim hirci, & partim cerui figuram obtinens, & grece tragœlaphus dicitur. Sphinx, itidē monstrū est, quod fingunt faciem habere virginis, pēnas auium, & pedes leonis. cui⁹ ęnigma, ppositum quo pacto Oedip⁹ dissoluerit, vulgatissimum est,

Nempe ferunt eo tempore quo exorta inter Phocenses seditione, ira accensus Oedipus Laium parentem inscius occidit, Sphingem beluam biformem Thebas venisse, proposuisseq; ænigma; quod qui non solueret, periret. Inde plerique ob rem ambiguā ac perobscuram interempti sunt. Soluenti, Thebarum regnum propositum prēmium erat. Prēter Oedipum ęnigma soluere potuit nemo. Id autem erat huiusmodi, quodnam animal bipes, idem tripes, ac quadrupes foret. Cæteris ambigentibus, Oedipus hominem esse asseruit, quod infans quatuor pedibus obrepat, manibus ad gradiendi officium, etiam vtens perinde atq; pedibus, annis autem confirmatus, duobus pedibus incedat, senior tribus, quoniam Scipione quasi tertio pedevtatur. Sphinx suo iudicio victa, ex editiore loco sese prēcipitem dedit. Oedipus Thebarum imperium adeptus est. Verum hęc figmenta sunt animi (sicut Gorgones & Centauri) nusquam subsistere nata. Non tamen ex eo quod non existentia non sunt in loco, recte colligunt, quę existunt, omnia in loco esse. nam ex interempto antecedente interimunt consequens, perinde atque hoc pacto argumentarentur. Siquid nō est animal, ipsum non est rationale, igitur siquid est animal, est rationale. vbi quod assumitur, verum est, & quod infertur, falsum. quod & in antiquorum ratione accidit. Suprema enim sphæra (vt sequentia ostendent) in loco non est. At motus rebus naturalibus. Motus secundum locum rebus naturalibus communissimus dicitur, quod omnibus conueniat. Primus vero quod præcipuus sit, & natura præstantissimus, vt octauus huius physicæ auscultationis liber ostendet. III. Si scandulas conscendero. Scandulę gradus sunt, quod his altiorem locum conscendamus. Et id latinū esse nomen, & a probatis authoribus vsitatū, probant, notę per id quod Hermolaus Barbarus nostra tempestate ingenio & doctrina clarissimus, & qui (si fata vitam ei diuturniorem concessissent) literas philosophicas (ad quas illustrandas ingenium conuerterat) plurimum adiuuisset, physicam paraphrasim Themistij in latinam linguam ex græca elegantissime traducens, circa hunc locum his vtitur verbis, scandulæ, imbricamentaque ædium. Sunt autem imbricamenta, impluuia siue stillicidia, quod in eis imbres recipiantur, quæ & imbrices dicuntur. Antiqui vacuum posuerunt. Prima & secunda ratio probans locum esse, efficaciam & robur habet. Tertia vero & quarta infirmæ sunt, & inualidæ, quod ea assumunt quæ inficianda refutandaque sunt, & concludunt id quod vltro & non propter assumpta est tribuendum. Siquidem negandum est vacuum esse, quod cum corpore plenum sit, vocetur locus. Negandum itidem est chaos illud Hesiodi, quod rerum omnium sit receptaculum. IIII. Quod locus non sit, videtur primo. Hę rationes contendentes locum non esse, quinto capite huius ab Aristotele diluentur. Verum non irrationabile videbitur easdem hic vel in trāscursu dissoluere, vt in eis quid recte aut perperam dictum sit, impręsentiarum cognoscatur. Itaque prima diluitur admittēdo locum esse aliud a corpore, negando tamen ipsum tres habere dimēsiones. Nam cum sit superficies, solam habet longitudinem & latitudinem. Secunda vero ratio dissoluitur admittendo corporis, id est, substantiæ corporeæ locum esse receptaculum. negando tamen corporis, id est, quantitatis corporeæ, atque profunditatis locum esse per se receptaculum. nam dimensiones sunt instrumenta existendi in loco, quibus sublatis amplius res non sunt in loco, neque dimensiones ipsæ in loco sunt, nisi per accidens, & ratione rerum naturalium quibus insunt, more cæterorum accidentium. Quare negandum est, superficiei, lineæ, & puncti ponendum esse locum. Licet enim vbi prius erant aquæ superficies, lineæ, & puncta, postea sint aeris superficies, lineæ & puncta tanquam extrema, & termini magnitudinum in ijs quorum sunt termini, non tā vt locata in suis locis. nam solæ substantiæ per se sunt in loco. Tertia dissoluitur, admittendo quod primo loco assumptum est de substantijs, & non de accidentibus. locus autem accidens est. quare id ad locum non recte applicatur. neque enim elementum, principiumque locus est, neque ex elementis & principijs aut corporeis aut incorporeis constans. Quarta ratio diluitur concedēdo locum esse causam efficientem locati, aut conseruantem, si sit locus naturalis, aut corrumpentem, si violentus. Quinta vero dissoluitur, negando id quod primum assumitur. nam vltima sphæra non est in loco, neque etiam accidens, saltem per se. quare etiam negandum est quod concluditur. At primum assumptum de corpore naturali existente actu, verum est, locus autem non res est naturalis, sed eius accidens. Demum sexta diluenda est admittendo omne corpus naturale esse in loco (nam de cœlesti id non oportet vniuersaliter) & in omni etiam loco esse corpus, alioqui esset vacuum. Cum vero res naturalis augetur, admittitur locus effici maior, non quidem per augmentationem (nam augmentatio soli conuenit corpori per se, corporeæque magnitudini) sed corporis locantis (quod locato cedit, vt mollius solidiori) diuisionem. Ex hoc autem nullum paritur incommodum, neque sequitur inconueniens.

dimēsiones nō in loco esse nisi ꝑ accidens

¶ Secundi capitis annotatiunculæ.

¶ Timæus, dialogus Platonis, quem ipse a Timæo Locrensi sic inscripsit. ¶ Res, res naturalis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SEcundum caput continet vnam diuisionem, duas de loco opiniones, vnam conclusionem, & sex ad eam rationes. ¶Diuisio. Quidam est locus communis, qui plura cōtinet corpora: vt aliquid est in cælo, quia in igne. illic vero, quia in aere. in aere, quia in terra. Alius est proprius, in quo locatum primo ineſt: vt locus nihil præter te immediate continens. ¶Duæ de loco opiniones. Prima est dicentium locum esse formam: quia forma est quæ terminat: imo primus rei terminus, & locus est primus locati terminus. erit igitur locus forma. Secunda est dicentium locum esse materiam: quia locus videtur esse distantia magnitudinis: quæ quidem materia est, quæ a magnitudine altera est, contenta terminis & speciebus, & quæ de se finita non est: a cuius sphæra si remoueantur species & termini, nihil præter materiam informem, interminam, & magnitudinis spatium relinquitur. ¶Et huius opinionis fuit Plato, solus, quid esset locus, dicere aggressus. Dicit enim in Timæo, materiam, receptaculum, & locum esse idem: & in dogmatibus quæ agrapha nuncupantur, receptiuum, & locum, idem. Et hæc & similia de loco dicta difficilem faciunt eius determinationem. ¶Conclusio. Neque locus species est, neq; materia. ¶Primo, quia materia & forma a re non separantur: locus autem separatur: vt vbi prius fuit aer, nunc est aqua, & sæpe contra: quemadmodum prius dictum est. Igitur locus neque species neque materia est. Quapropter etiam neq; locus sui locati pars, neque habitus, neque passio erit. est enim separabilis ab ipso toto. ¶Secundo. Locus persimilis est vasi, vt cado continenti. vas autem, eorum quæ continet, nihil est: igitur neque locus locati. Non est igitur locus, aut eius species, aut materia. ¶Et si a proposito licet digredi, mirabile est quomodo Plato numeros (quos dicebat rerum species) non diceret esse in loco: cum diceret eos materia vt magno & paruo participatiuos: & materiam in Timæo dicat esse locum. ¶Tertio, quia res in sua loca feruntur. In suam autem speciem aut materiam nulla res fertur. habent enim eam intra se. igitur locus neq; species neq; materia est. ¶Quarto. Sursum & deorsum differentiæ sunt locorum, non autem speciei aut materiæ. igitur locus neque species neque materia est. ¶Quinto. Si dicas locum speciem aut materiam esse, mouebuntur loci, & locus in loco erit. Transmutantur enim simul cum re & species & materia: & vbi res ipsæ sunt, ibi pariter assunt. Hæc autem absurda. ¶Sexto. Si locus esset species, cum ex aere fit aqua, perditus esset locus pariter & corruptus. nam corrupta est species. Hoc autem non oportet, quia potest aqua in eodem loco in quo prius aer fuerat (vt ipsi concedunt) esse. Non est igitur locus species.

SEcundi capitis scholia. V. Qui plura continet corpora. Actu existentia, & quorum vnumquodque totum est, & non alterius pars, & quibus non est immediatus. nam locus proprius continens totum, & etiam eius partes, plura quidem continet corpora, sed potentia. Proprius autem locus est, in quo locatum primo, immediate, proximeque inest, vt concauum dolij, locus vini in eo contenti. VI. Quia forma est quę terminat. Forma, terminus est intrinsecus, & pars substantialis. locus autem, terminus extrinsecus, & non pars eius cuius est locus. Præterea qui ita ratiocinantur, ex ambabus affirmatiuis secūdę figurę conficiūt syllogismum, qui inualidus est. Verum hęc amplius ex quarto capite huius cognoscentur. Quę quidem materia est. quę distantia magnitudinis, est materia. quę quidem materia a magnitudine altera est, non modo ratione, sed & re. Et ipsa materia contenta est terminis & speciebus, formisq; tum essentialibus, tum accidentalibus, neq; de se quidem finita, determinataq; est. A cuius materiæ sphæra, scilicet concauo orbis lunæ materiam suo ambitu complectente, si remoueātur formæ & accidentia, nihil prēter materiam nudam formis, atq; non terminatā, & magnitudinis spatium (vt dicunt) relinquitur. Sed in hac ratione, quod primo & secundo assumitur loco, interimēdum est. nam distantia magnitudinis nihil aliud est quam magnitudo a magnitudine distās. illa autem neque materia est, neq; locus. Verum ex quarto capite huius planior erit ratiōis locū materiam esse probantis solutio. Quæ agrapha nuncupantur. Agrapha, non scripta, quod ea dogmata ipso Platone docente ab auditoribus excepta, inter opera eius nō numerātur, neq; in lucē sunt edita. VII. A re nō separātur. Ipsa quidē re naturali manente. non enim potest forma ignis aut materia separari ab igne, ipso igne vt prius manēte. locus autem separatur a locato, ipso locato manente, quia cuius prius erat locus, postea amplius non est eius locus, re tamen locata adhuc existente, sed in alio loco. Similiter non potest pars integralis a suo toto manente integro separari, neque accidens a subiecto, aut ab vno in alterum demigrare. locus autem a toto locato separabilis est nulla subtractione a locato facta, & idem diuersorum successiue est locus. Non est igitur locus pars substantialis aut integralis aut accidentaria affectio locati. Eorum quæ continet, nihil est. Nihil inquam intrinsecum, etsi aliquid eorum sit intrinsecum, scilicet continens & conseruans. Ita locus nihil intrinsecum est locati, neque pars eius, neque accidens, etsi aliquid sit eius extrinsecum, scilicet terminus & continens. Habent enim eam intra se. Res naturales omnes habent intra se & suam materiam & formam, nihil autem fertur ad ea quæ habet. igitur res naturales vbi completæ fuerint (alias non adhuc dicuntur res naturales) nō feruntur in formā suā substantialem aut materiam. Non autem speciei aut materiæ. subaudiendum, sursum & deorsum sunt differentiæ. vna enim forma non dicitur sursum, & altera deorsum, nisi forte per accidens, ex quo recte conficitur locum neque speciem esse neq; materiam. Eorūdem enim eędem sunt differentiæ. Mouebuntur loci, & locus in loco erit. Si locus esset materia, cum materia moueatur per se & subiectiue, & locus per se moueretur. quod est inconueniens. definitur enim postea locus esse immobile primum. Et cum materia in eodem loco sit, in quo res tota naturalis, locus esset in loco. quod est impossibile. Itidem si locus esset forma, cum forma moueatur terminatiue aut per accidens, consequens esset, & locum eodem pacto moueri? Et cum forma in eodem sit loco per accidens in quo res sua naturalis, locus esset in loco, quod rursum est impossibile.

¶Tertij cap. annotat.

¶In secundo, ex. ¶Primo, secundum se, idem. ¶Idem esset in seipso primo per accidens: cum aliquid primum in ipso esset, in quo etiam primum ineſſet. ¶Maxima. Datis duobus quorum primo, secundum primo ineſt: quicquid secundo primum inerit aut per se, aut per accidens, inerit & primo.

TErtium caput cōtinet octo modos quibus aliquid est in altero, vnam quæstionē, solutionem, vnam conclusionem, tres rationes ad eam, & obiectionis zenonis solutionem. ¶Octo modi esse in altero. ¶Primo aliquid dicitur esse in altero vt pars in toto, quemadmodum digitus in manu. ¶Secundo, vt totum in partibus. non enim præter partes totum esse potest. ¶Tertio, vt species in genere, vt homo in animali. ¶Quarto, sicut genus in specie, & superius in inferiori, vt animal in homine. ¶Quinto, sicut accidens in subiecto, & forma in materia, vt sanitas in calidis, frigidis, humidis, & siccis. ¶Sexto, sicut in efficiente: vt Grecorum gubernatio in Grecorum rege. ¶Septimo, vt in fine: quemadmodum dicimus omnia in optimo vt in felicitate esse collocanda. ¶Octauo, sicut in loco: secundum cuius similitudinem aliquid est in vase. Et hic motus hoc in loco maxime est proprius. ¶Quæstio. Vtrum aliquid sit in seipso? ¶Solutio. Aliquid esse in seipso, bifariam intelligi potest. Primo modo, vt sit i seipso primo, cum ipsum & quodlibet sui in ipso est: quo modo nihil in seipso est. ¶Secūdo, vt sit in seipso per alterum, vt quia partes in ipso sunt: quo modo aliquid bene est in seipso secundum locutionem quam synecdochen vocant, quia eius pars sit in ipso: quemadmodum aliquid dicitur album, vt corpus, quia pars eius est alba. Id enim album est, cuius superficiei coniuncta est albedo. & aliquis dicitur sciens, quod anima eius sit sciens, a parte sumpta denominatione.

¶Conclusio. Nihil est in seipso primo. ¶Primo, quia nihil est in seipso (vt vinum in se ipso, & amphora in seipsa) vt pars in toto, neque vt totum in partibus, neque secundum aliorum modorum vllum. Quod autem amphora vini dicatur in amphora esse, hoc est denominatione facta a parte: quemadmodum dicimus albedinem esse in corpore, quia in superficie sit: & scientiam in homine, quia sit in anima, & non quia idem sit in seipso primo. ¶Secundo. Quicquid recipitur, in re altera recipitur. Sunt enim rationes diuersę eius quod in aliquo est, & eius in quo aliquid est. at vero vinum est vinum, & amphora est amphora. Non igitur vinum recipitur in vino vt huiusmodi, ne-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quorum rationes inter se diuersæ ea inter se diuersa sunt

que amphora in amphora.hæc enim adeo discrepant,vt vinũ esse amphoram, & amphoram esse vinum:quorum rationes inter se discrepant, & sunt diuersę. Et hę rationes probãt aliquid nõ esse in seipso primo & per se. ¶Tertio.Quod idem non sit in seipso per accidens primo, vt amphora in seipsa primo per accidens,vt per vinum,patet: quia duo corpora simul essent, vt vinum & amphora:quod esse nequit.non igitur erit idem in seipso primo,& secundũ accidens. ¶Obiectionis zenonis solutio. ¶Ex dictis,zenonis obiectionem soluere difficile non est. Cum enim ita insurgit,quicquid aliquid est,in loco est:falsum est. Quod si contendit locum in aliquo esse, concedimus: sed ex hoc non conficitur locum esse in loco,neq; hoc oportere abire in infinitum, quia concesserim quod locus sit in aliquo,vt accidens & passio, & sicut sanitas in calidis & frigidis.Dictum est etiam satis locum esse, neq; materiam, neq; formam.

Tertij cap.scholia. VIII. Vt species in genere.In hoc tertio & quarto modo,nomine specici quoduis inferius intelligitur,siue subalterna sit species,siue specialissima,siue indiuiduũ & nomine generis,quodcunque superius. Sicut accidens in subiecto . Duo huius quinti innuuntur in litera particulares modi.primus,quo accidens in subiecto,vt sanitas in corpore,& scientia in anima.Secundus,quo forma substantialis in materia,& consubstantiale in consubstantiali,vt anima in corpore. IX. Quam synecdochen dicunt.Synecdoche figura est grammaticalis,qua quod parti conuenit,attribuitur & toti,vt quia caput hominis est in homine, dicitur homo esse in homine.Cuius superficiei coniuncta est albedo.non quidem vt accidens suo subiecto, cum accidens non sit subiectum accidentis,sed vt accidens suo coaccidenti. nempe albedo & superficies sunt in materia vt suo subiecto. X. Quod autem amphora vini. Amphora vini dicitur amphora cum vino sumpta.quæ si dicatur esse in amphora, id est,œnophoro & reconditorio vini, hoc est denominatione sumpta a parte,& quia vna pars,scilicet vinum,est in altera,scilicet in amphora,quemadmodum animal in seipso esse diceretur,quia vna pars animalis est in altera parte reposita.Quemadmodum albedinem dicimus esse in corpore.Si corpus pro substãtia corporea tota & composita capiatur,aut pro materia parte eius substantiali,in eo est albedo tã quam in subiecto.Si vero sumatur vt nomen est quantitatis,& pro magnitudine corporea,ĩ eo est albedo,non vt in subiecto,sed quia ei est coniuncta in eodem subiecto,quemadmodum albedo dicitur esse in superficie,quia cõiuncta est superficiei in eodem tertio,vtriusq; subiecto. Hæc enim adeo discrepant.hæc,vinum recipi in vino,& amphorã recipi in amphora. non magis fieri natura possunt,quam amphoram esse vinum,& vinum esse amphoram, quod recipientis & recepti rationes adeo diuersæ sunt,& non magis eidem ad idem cõuenire possunt,quam amphora &vinum eidem attribui.at nõ possunt vinum & amphora inter se idem esse. igitur neq; vinum a seipso recipi potest,neque amphora a seipsa.Duo corpora simul essent.Nam cum vinum esset primo in amphora,esset secundum se,& quodliber sui in amphora,& eodem modo amphora in vino.quare duo corpora se penetrarent. Exemplum autem vbi idem esset in seipso primo per accidens,vt præsentis capi,diffiniunt notæ,sumantur huiusmodi, vt si vinum esset ĩ seipso dolio primum,in quo quidem vino ipsum dolium etiam inesset,tunc dolium esset in seipso primo per accidens. Patet illud per maximam in notis subiunctam.Nam datis duobus, scilicet dolio & vino,quorum primo,scilicet dolio,secundum vputa vinum,primo inest,quicquid secundo,vtpote ipsi vino,primum inerit,aut per se aut per accidẽs,inerit & primo, scilicet dolio.Sed dolium inest secundo,scilicet vino,per accidens,vt positũ est. igitur dolium inest etiam ipsi primo,scilicet dolio,per accidens,& per consequens idem est in seipso.quod est propositum . Quia concesserim locum esse in aliquo,scilicet locante, tanquam accidens in suo subiecto. Verum ex hoc nõ recte colligitur locũ esse in seipso.nam posito particulariter superiore,progreditur ea ratio ad ponendum inferius.quod minime oportet. Adde quod in antecedẽte,esse in,capitur quinto modo,in consequente vero, octauo.

¶Quarti capitis annotat.

¶Locus,locus proprius.¶Primum,immediatum.¶Primum,neq; maius neque minus. ¶Latio,secundum locum mutatio.¶Spatium,dimensio corporibus recipiendo non cedens.¶Quæcunq; , res naturales omnes.

loci proprietas

Vartum cap.cõtinet septem loci positiones,duas cõclusiões,tres diuisiones post primam,duas rationes ad secũdam, diffinitionẽ loci,& eius declarationẽ. Septem positiones. ¶Prima.Locũ , eã rem cuius est locus,continere. ¶Secũda.Rei q̃ continet,nihil esse. ¶Tertia. Priorem esse locato,& neque maiorem neque minorem. ¶Quarta.A corpore

locato esse separabilem. ¶Quinta.Non esse locatum sine loco,neq; locum cui desit locatum. ¶Sexta.Quæcunque sunt in loco,aut sursum aut deorsum esse. ¶Septima. Vnumquodq; Physicalium corporum in proprium locum natura ferri, & in eo quiescere natũ esse. ¶His itaq; suppositionibus positis (quæ omnibus qui intelligentia vigeant,recipiendæ sunt) talem loci definitionem quęremus,qua oppolita diluantur argumenta,& qua,quæ loco insint, quæve nõ insint,cognoscamus. ¶Prima conclusio. Motus localis in inquisitionem loci hominis permouit. ¶Nam si nullus motus localis fuisset, nullus locum perquisisset. Arbitrati sunt enim omnes cælum in loco esse oportere, quod velocissimo motu feratur.Signum est igitur motum nos ĩ loci perquisitionem mouisse. Et tria,augmentatio,diminutio,& latio,ad huiusmodi inquisitionẽ mouerunt. Nam res aucta,maiorem locum quem prius occupat,& diminuta minorem,& quod fertur, continue alterum . ¶Prima diuisio. Eorum quæ loco mouentur, quædam per se mouentur:& hæc ad loci cognitionem perduxerunt. Aliavero per accidens:quæ minime ad perquisitionem loci necessaria sunt . ¶Secunda diuisio. Eorum quæ mouentur,quædam vnum actu sunt,& quędam potentia. ¶Tertia. Eorum q̃ per accidens mouentur, quędam separata nata sunt per se moueri,vt totius partes,& clauus in naui. Alia vero non,vt scientia, albedo,& alia accidentia. Et hęc q̃ actu sunt,& per se mouẽtur,in cognitionem locivtilia fuerunt,non autem alia. ¶Secunda conclusio . Extremum continentis ipsum locatũ ambiens,locus est,nõ autem totũ continens . ¶Primo, quia eius solius extremi gratia aliquid esse in loco dicitur:vt cur es in cęlo? quia in aere. cur in aere? quia in eius extremo te circunquaq; ambiente. Cõtinet enim te tale extremum, neq; tui aliquid est,& tibi primũ est,neq; maius,neq; minus, & quod abs te separari potest .Si enim tibi continuũ esset,non esses in eo vt in loco . Nam cum aliquid est in continuo,est potiusvt in toto,vt oculus in capite,& manꝰ in brachio:ad cuius quidem motionem pars ipsa mouetur:vt vinum in scypho,& vinum in cado. At vero cęlum & aer & tota continẽtia non sũt prima neq; maiora,neq; minora locatis.nõ igitur sunt loca. ¶Secundo . Locum esse oportere horum quatuor aliquod,materiam,formam,spatium, aut corporis continentis extremũ,omnes concedunt. At ipsum esse non posse materiã aut formam,iam ostensum est. Et ꝙ spatium nõ sit.videtur primo: quia cuislibet rei,vt aeris aut aquæ,infiniti essent loci per se. Nam cum aqua fuerit in vase, qua ratione concedas totum esse in loco.& vas,& aquam vasis,& quanlibet aquæ partem in loco per se esse concedas oportet,& in cuiuslibet rei locis per se,abiri in infinitũ: quod omnes cum zenone negare certum est . Non igitur locus erit huiusmodi spatium. ¶Secundo .Si concedas huiusmodi spatiũ cum contento (vt cum vase) simul transmutari,cum recipiatur in spatio,& nouo loco , erit locus in loco. ꝙ si non concedas simul transmutari, accidit idem omnem locum esse in loco, et semper minorem locũ esse maioris loci partẽ.quę absurdissima reputãt omnes.Fieri igitur nequitvt locus huiusmodi spatiũ existat.Manifestũ igitur est, ꝙ locus,cum neq; materia,neq; forma,neq; spatiũ esse possit,terminus et extremum corporis continentis relictus sit,Quodvero cõtendunt locum esse materiam,quiavt materiæ est diuersas formas in se recipere.vt albedinem,nigredinem,& similia quæ in ea quiescũt, sic & locũ videmus diuersa in se recipere,& quę in eo sunt quiescere,hoc locũ non arguit esse materiam.Nãvtraq;,et locus, et quod recipit,seiũcta manẽt.Nõ autẽ vtraq;,et materia,et quod recipit,seiuncta atq; separata (vt diximus) manent et cõseruantur. ¶Quod arguunt esse formam,quiavt locus terminus est et cõtinẽs:ita et forma terminus est et cõtinẽs: hoc statim diluitur:quia locus cõtenti terminus est extrisecus,et cõtinẽs extrisecum, formavero eius terminus est extrisecus,et cõtinens intrinsecũ. ¶Quod etiam nituntur ꝓbare esse spatiũ,quia cum exvase funditur liquor,et aliud sub

locatũ sine loco nõ datur

q̃ unumqq naturale in locũ suũ feratur illic cõseruatur

q̃d moueritur homines in inquisitionẽ loci

loci cognitionem locũ cõtenta

q̃ perduxerunt ad cõgnitionem loci

extremũ continẽtis ipsum nõ totũ continens locum

q̃d sit esse i continuo

Universidad de Deusto
Biblioteca

intrat corpus, ſemper inter vaſis latera manet idem ſpatium præter ſubeuntia corpora, quod quidem nullo ſubeunte corpore maneret. Id nos ſpatium & vacuum natura eſſe poſſe negamus. immo vero ne ſit, ſemper nos videmus ſimul atque vnum corpus aliquem locum exit, eundem aliud ſubire. Sumunt autem iij qui ita arguunt, id quod probare habeant. Huiuſmodi tamen de loco apparentiæ, eius cognitionem reddiderunt difficilem. ¶ Diffinitio, Locus eſt corporis continentis terminus, & extremum immobile primum. ¶ Eſt enim locus perſimilis vaſi. Hoc tamen intereſſe videtur, quod vas per ſe defertur & mouetur, non autem locus: at de ſe & natura ſua immobilis permanet. Cũ enim aliquid in altero eſt quod defertur, vt nauis in flumine ipſam deferẽte, veriſimilius eſt eam intus vt in vaſe eſſe dicas, quam in loco. ¶ Quapropter locus vt vas immobile eſt, & vas vt locus mobilis. Exiſtimauerunt enim vltimum cæli cõuexum, locum ſurſum, quo verſus leuia omnia feruntur: & terram locũ deorſum, quam verſus omnia feruntur grauia: quia immobilia ſunt. Ex quo quidem locum eſſe planum quoddam & ſuperficiem apparet, & vt vas continentem. Sed non recte putant. nã conuexa ſuperficies locus non eſt: ſed quæ circundans ſimul cum continenti extremo ſit, & quæ eidem contigua ipſum tangat.

QV Arti capitis ſcholia. XII. Primum eſſe locato, & neq; maiorem neq; minorem. Ex hac tertia poſitiõe habetur hęc loci cõditio, quod debet eſſe æqualis locato, nõ quidem denominatione ſumpta a tota locati magnitudine (quia illa corpus eſt, locus autem ſuperficies. non poteſt autem ſuperficies corpori ſecundum æqualitatem aut inæqualitatem conferri) ſed a corporis contenti extremo, atq; conuexo, ſecundum quod tangitur a locante corpore. Id enim conuexum æquatur concauo corporis locantis atq; loco, qui proinde dicitur æqualis eſſe locato. Et idipſum eſt quod alijs verbis alij exprimunt, dicentes locum non eſſe æquum locato ſecundum trinam dimenſionem, cum locus profunditatis ſit expers, ſed ſecundum continentiam, quia locus proprius continet locatum, & nihil minus neque amplius. hinc locus (vt habet hæc poſitio) neque maior eſt locato, neque minor. Non quidem maior, quia non eſt loci, quin ei reſpondeat aliquid locati. alioqui eſſet vacuum. Neq; minor, quia nihil eſt locati, quin loco contineatur. alioqui eſſet locatũ ſine loco, quod vetat quinta poſitio. A corpore locato eſſe ſeparabilem. Non dicitur locus ſeparabilis a corpore locato, quia poſſit natura eſſe nullum prorſus locatum continens, (id enim eſſet vacuum, quod natura abhorret) ſed quia idem locꝰ prius continens aliquod locatũ, poteſt poſtea idem non continere, ſed eo remoto aliud, vt concauum dolij prius continens vinum, eo exhauſto aut aerem aut aquam cõtinet. Hinc exploratum eſt vno corpore contento locũ aliquẽ egrediente, protinus aliud eundem locum ſubire, ne maneat locus ſine locato. Sic & locatum eſt ſeparabile a loco, quia poteſt nũc vno loco cõtineri, nũc illo dimiſſo concludi altero. nunquam tamen locatum vnum locum dimittit, quin eveſtigio ſubeat alterum, ne maneat ſine loco, quod ſequens poſitio prohibet. XIII. Et quod fertur, cõtinue alterũ. Quod fertur ſecundum rectũ, vt deorſum, ſurſum, aut ad aliam quãlibet differẽtiam poſitionũ, liquido cognoſcitur continue alterũ poſterius quam prius locum occupare. Quod vero ſecundũ circulum fertur, re ipſa eodẽ ſemper loco. cælique ſuperioris concauo continetur, cõtinue tamen altero ſecundũ rationẽ, ſi quis partes cæli cõtenti partibus loci prius & poſterius coaptauerit. Verum de hoc ſextus huius abundantius diſſerit. XIIII. Eorum quæ loco mouẽtur. Per ſe ſecundum locũ mouẽtur tota, quę motu ĩ eis exiſtente ferũtur, vt lapis, lignũ, & hęc per ſe ſunt ĩ loco. Per accidens autẽ mouentur, quę non tota ſunt mobilia, ſed partes ad motum totius ſolum agitatę, aut formę in ſe motum non habẽtes, ſed ad ſui ſubiecti lationem moueri dictę, vt medietas lapidis, & albedo lapidis. Et hęc per accidens atque alterum in loco eſſe dicuntur. XV. Quędam vnum actu ſunt. Ea dicũtur vnũ actu, quę tota ſunt, & non alterius partes, vt vnus homo, vnus equus. Et hęc dicũtur per ſe & proprie eſſe in loco. Ea vero ſunt potẽtia, quę alterius ſunt partes, vt caput & pes animalis, & hęc ſolum in loco ſunt per alterum, & ſecundum totum. XVI. Quędam ſeparata nata ſunt. Talia ſunt, quę cũ ſint potẽtia, & alterius partes, poſſunt per diuulſionẽ & diſtractionem a toto, fieri actu, & tota per ſe ſubſiſtẽtia, vt partes ĩtegrales rerum naturalium aut artificialium. Quę vero non ſunt nata per ſe moueri ſeparata, ea ſunt quę nõ ſunt nata ab ijs quibus inſunt ſeparari, & ſeparatim exiſtere, vt albedo, nigredo, ſciẽtia, & ſimilia accidẽtia. non em̃ a ſubiectis ſeparari poſſunt & ſeiũgi. XVII. Infiniti eſſent loci per ſe. Sicut tota res naturalis cõmẽſuratur ſpatio dimẽſo in quo recipitur, ſecundũ eos qui ponũt locum eſſe ſpatiũ, & idcirco eſt in loco, ita quęlibet pars totius reſpondet parti ſpatij ſibi coniunctę, & intra quam recipitur. quare etiam eſt per ſe in loco, eadem prorſus & conſimili ratione. Atqui partes ipſę ſunt infinitę potentiæ deuiſionis, & earum vnaquæque (vt oſtenſum eſt) eſt in loco per ſe. ergo in cuiuſlibet rei locis per ſe, proceditur in infinitum. quod eſt impoſſibile. Cum recipiatur in ſpatio,

Si ſpatium illud ſimul loco mouetur cum corpore cõtento, & contentum recipiatur in ſpatio & nouo loco, conſequens eſt huiuſmodi ſpatium cõiunctum ſimiliter recipi in ſpatio & nouo loco. At huiuſmodi ſpatiũ tum recipiẽs tum receptum, eſt locus, vt dictũ eſt, ergo locus eſt in loco vt continente, quod impoſſibile eſt. Si aũt ſpatium non moueatur cum corpore contento, ſimile accidit inconueniens, ſcilicet locũ eſſe in loco vt partem in toto. Nam q̃admodum totum corpus habet ſpatium ſibi reſpondens, ita & pars corporis partẽ ſpatij ſibi ęquatam, q̃ quidẽ minus ſpatium eſt in maiore, ſicut pars in ſuo toto. & ſicut pars locati in toto locato. Eſſet em̃ minus ſpatium, pars maioris ſpatij. quare ſemper minor locus eſſet pars maioris loci. Hæc autem impoſſibilia. Nam vtraq;, & locus, & quod recipit, ſeiuncta manent. ſeiuncta, ſeparata, & extra ſe inuicẽ. Et ſi enim ,pxima ſint & attigua, tamen locus eſt locato extrinſecus, & ediuerſo. Materia vero, & forma quæ ab ea recipitur, non eo modo ſeparata ſunt. ſed vnum alteri vt ſubiecto ineſt. XVIII Locus eſt corporis continentis terminus. Dicitur locus eſſe terminus corporis continentis, ipſi quidẽ continenti intrinſecus, nam eſt in eo vt ſuo ſubiecto, extrinſecus tã corpori contento qd vndiq; circundat. Dicitur præterea locus extremũ, id eſt ſuperficies extrema, conceaua, ad ſecludẽdam ſuperficiem conuexam & contenti & continentis, quarum neutra eſt locus. Non contenti, quia non extrinſeca contento, neq; continentis quia non eſt contento immediata. Extremum inquã immobile, per ſe, & ſuapte natura, licet per accidens moueri poſſit ad motum ſui ſubiecti, vt caliditas, & cætera accidentia. Demũ locus eſt extremum primum, id eſt ĩmediatum locato, & neq; maius eo, neque minus. nam hic ſolum definitur locus ,pprius. Quapropter locus vt vas immobile eſt. Verba in analogia, q̃ cõmuta dici poſſit. Nam vas eſt per ſe mobile, & locus eſt per ſe immobilis. tranſmutatis ſubiectorum prædicatis, locus eſt vt vas immobile, & vas vt locus mobilis. Licet em̃ impoſſibile ſit eſſe vas immobile, ſi tamen huiuſmodi eſſe intelligatur, ei perſimilis eſſet locus, & ſi quis eſſet locus ſuapte natura per ſe mobilis, ei perſimile eſſet vas continens.

¶ Quinti capitis annotatiunculæ.

¶ Corpus cœleſte, totũ quod mundo ſenſibili ſupereminet. ¶ Aether, ignis.

19 CVintum caput continet tres concluſiones, & ſex rationum locum nõ eſſe contendentium ſolutiones. ¶ Prima concluſio. Terra, aqua, aer, ignis. in loco ſunt: corpus autem cœleſte non amplius in loco eſt. ¶ Nam omne corpus extra quod alterum corpus eſt, ipſum continens in loco eſt: extra quod vero nihil eſt, in loco non eſt. At extra terram, aquam, aerem, & ignem, alterum corpus eſt: eorum quodlibet continens, extra vero corpꝰ cœleſte, nihil eſt. Eſt igitur terra, aqua, aer, ignis, in loco: corpus vero cœleſte non amplius in loco eſt: & quanuis in loco non ſit, mouetur tamen aliquo modo. Nam globi ſphęręq; cœleſtes quæ citra globum vltimum circulo torquentur, & ſemper ſecundum ſe totas in eodem loco permanent, ſecundum ſuas partes locum egrediuntur, & mutant: quemadmodum ſi partem aquę in tota aqua rotari intelligas. Ea vero quæ non circulo aguntur, ſed deferuntur, ſecundum ſe & ſuas partes totum mutant locum. vt leuia & rara ſi deorſum ſunt: ſurſum feruntur, non prohibita, & grauia & denſa, deorſum. ¶ Secunda concluſio. Vniuerſum ſe
20 cundum ſe totum in loco non eſt, ſed ſecundum varias ipſius partes in loco variæ exiſtit. ¶ Nam quod ſic in loco eſt, ſemper extra illud aliquid eſt, extra autem vniuerſum nihil eſt. extra em̃ omne & totum quid eſſe poſſit? Vniuerſum autem, omne & totum eſt. vniuerſum igitur ſecundum ſe totum in loco non eſt. ¶ Quod vero varie, ſecundum ipſius varias partes in loco exiſtat: hoc ideo eſt, quia quædam eius partes actu in loco ſunt, vt quę ſeiuncta & ſeparata a circundantibus tanguntur. quędam potentia, vt quę toti continua, a continente circunquaque tangi nequeunt, ſeparata vero poſſunt. quædã per ſe, vt quę latione mobilia ſunt aut auctione, diminutioneve. quędam vero per accidens, vt accidentia, anima, cœleſte corpus, quod ab ipſius parte, & inferioribus globis (qui circulo torquentur) in loco eſſe denominatur. Varie igitur vniuerſum ſecundum varias ipſius partes, actu, potentia, per ſe, per accidens, in loco exiſtit. ¶ Tertia cõ
21 cluſio. Cœleſte corpus quanuis extra alia corpora ſit, ea continens, non tamen ſecundum ſe totum eorum locus eſſe poteſt. nam locus, corporis continentis extremum eſt immobile. erit igitur non totum cœleſte corpus, ſed extremum eiꝰ, corpus contentum circunquaque tangens, locus. ¶ Eſt em̃ terra in extremo cir-

Universidad de Deusto Biblioteca

cūdātis aquæ vt in loco ſita,aqua i extremo aeris,aer in extremo ętheris,æther vero in extremo tangente & contiguo cœleſtis corporis:corpus aũt cœleſte nõ 22
amplius in loco eſt. ¶Sex rationum locum non eſſe cõtendentium ſolutiones. ¶Primę ſolutio. Locus non eſt corpus,neq; ei tres competunt dimenſiones. Eſt eñ(vt dictum eſt)terminus,planum,& ſuperficies quædam. Vnde fit vt non cõficiatur,idcirco quia locus eſt,duo corpora ſimul eſſe:neq; vt ſpatium & dimenſionem longitudinis,latitudinis,& profunditatis capacem concedere cogamur. ¶Secundæ. Puncti,lineę,ſuperficiei per ſe non eſt locus,vt dictum eſt,ſicut neque aliorum accidentium. Neque eadem in ipſis quæ in corporibus a loco circũquaq; contentis,militat ratio. ¶Tertię. Locus eſt elementorum, & corporeorũ non quidem quia ex ipſis eſſentia conſtet,aut corpus ſit,ſed quia elementorum & corporeorum extremum quoddam & terminus ſit. Vnde rationabiliter corpora naturalia in ſe inuicem natura ſita ſunt, vt terra in aqua, aqua in aere: & aer in æthere:quæ adinuicem cognata ſunt corpora, vt in ſe inuicem conſeruentur, & ſe tangant mediante loco:& ſuis extremis, vt adinuicem agant & patiantur. Eſt eñ aqua vt potentia,aer vt forma & actus,& aqua potẽtia aer eſt.ſed hoc alias diligentius exequemur. ¶Quartæ. Locus, locati efficiens eſt vt conſeruans, & vt finis. Illius eñ gratia mouetur cum extra fuerit:atq; locus locatũ cõſeruat. ¶Quintę. Locus non eſt in aliquo, vt in loco,ſed vt numerus in finito, & terminus in eo cuius eſt terminus. Non eñ omne quod eſt,i loco eſt,ſed corpus ſenſibile. ¶Sextæ. Non omne corpus dicimus in loco eſſe. Nã cœleſte corpus aut eius vltimum globũ in loco eſſe negamus, quanuis omne ſenſibile corpus in loco eſſe concedamus. Neq; aucto corpore locũ augeri oportet. eſt enim terminus, cui per ſe augeri nõ conuenit. Cõtinens tamẽ corpus,aucto aut diminuto corpore contento aliquando denſatur,aut rareſcit. ¶Hæc itaq; de loco, an ſit,& quid ſit,abundanter dicta ſufficiant.

QVinti capi.ſcholia. XIX. Corpus vero cœleſte non amplius in loco eſt. Corpus cœleſte non pro vno quouis particulari cœlo ſumitur,vt lunæ aut mercurij,neq; pvltima ſphæra,ſed pro aggregato ex omnibus cælis ſupereminente huic mundo ſenſibili, atq; elementari regioni. huiuſmodi autem aggregatum nõ habet aliquod corpus ſupra ſe, circundans ipſum quare planum eſt ipſum nõ eſſe in loco. Quanuis eñ ipſius partes oẽs circa ſupremam ſphæram, in loco ſunt,ſcilicet ſphærę planetarũ,& ſtellifer orbis, ratione quarum partiũ dicitur corpus cæleſte per accidens eſſe in loco,ſuprema tñ eius pars & extrema(a qua totum deberet denominari eſſe in loco)minime in loco eſt,quod ſupra vltimam ſphęrã non ſit aliud corpus, ipſum ambiẽs. Et ratione illius. totum cęleſte corpus, imo vero & vniuerſum(quod omnium tum naturalium tum cæleſtium corporum eſt aggregatum)dicitur non eſſe in loco. Ex eo aũt quod vltima ſphęra conceditur eſſe alicubi,non conficitur eam eſſe in loco. Nam non eſt alicubi, ſiue in aliquo, tanquam contentum in continẽte,& locatum in loco,ſed tangẽ pars aggregati in toto aggregato,ſcilicet vniuerſo. Et quia vltima ſphæra(quæ hic ſupponitur eſſe primum mobile)properantiore & celeriore motu fertur,quã ſphærarũ inferiorum aliqua, conficit quidem in æquali tempore maiorem circulum intrinſecũ, qui intelligitur deſcribi in ſuo conuexo,& non maiorem extrinſecum vt ſphęrę inferiores. nam hæ mouẽtur oẽs per ſpatium extrinſecum,ſupma aũt per ſolum intrinſecum. Neque ex eo quod vltima ſphęra loco mouetur,recte conficitur eam eſſe in loco. non eñ oportet oẽ quod ſecundum locum fertur,in loco eſſe,potiſſimum ſi gyro torqueatur,& agitetur ſecundum circulum,ſed ſatis eſt ipſum circa locum moueri,vel ꝓprium, vel aliorum. Mouetur aũt ſuprema & extima ſphæra circa loca corporum inferiorum,& ab ea contentorum. Eſt autem ſupma ſphæra non minus finita quã reliqua corpora, & terminata,non quidẽ extrinſeco, ſed intrinſeco termino,vt pote ſuo conuexo,quod eius locus minime dici poteſt, quia non eſt ei extrinſecum,neque ab eo ſeparabile naturaliter remanente corpore, quare non conueniunt ei ꝓpriętates loci. Secundum ſe & ſuas partes totum mutat locum. Id intellige, cum ea q̃ recto motu ferun tur,non moueãtur cũ corpore locante,vt vinũ cum vaſe. Vbi eñ contentũ fertur cum continẽte,ipſum contentum nequaquã locum demutat. XX. Nam extra vniuerſum nihil eſt. nihil, nullum corpus nullaque ſubſtantia corporea, etſi extra ipſum dicantur eſſe entia ſupramundana. Extra oẽ eñ & totum. hoc eſt perfectum, & quod oĩa complectatur corpora, quodnã corpus eſſe poteſt. Vniuerſum aũt,& omne & totum eſt,quod & perfectum ſit,& omnia corpora ſuo cõprehẽdat ambitu,vt primus de cælo oſtendet. XXI. Erit igitur non totum cæleſte corpus. Eadẽ quoque ratione oſtenditur nullum corpus continens eſſe locum,ſed ſolũ corporis continentis concauum,quod locus eſſe debeat extremum corporis continentis immobile. At nullum continens, extremum eſt corporis continentis immobile,quin potius totum continens. Quocirca non conſentiunt philoſophiæ Ariſtotelis, qui ponentes magnitudines(vt lineas,ſuperficies,& corpora) non diſtingui a ſubſtantiis,locum nihil aliud re ipſa eſſe aſſeruunt,quam locans corpus & continens,& ſolo rationis interuallo illa abinuicem diſtare,quod corpus locans,inquiunt,non ſecundum quauis partem,ſed extremam & concauam,locus dicatur. Nam hæc aſſertio plane repugnat iis quæ ab Ariſtotele afferuntur, diſcrimen ponente inter locum & vas, quod hoc mobile ſit per ſe, locus autem immobilis. Verum non mirum cuiquam videri debet ex magnitudinum interemptione hanc ſequi abſurditatem, quandoquidem vno inconueniente dato multa contingunt. Eſt eñ terra in extremo aquæ. Id intelligitur, ſi ponantur elementa ſecundum naturalem ſitum eſſe diſpoſita, ſecundum quem terra eſſet tota aquis adoperta,& aqueo concauo vndique concluſa. At quia, vt ſaluti viuentium conſuleretur, aliquanta terræ pars eſt diſcooperta, quæ non proxime tãgit ut ab aqua,ſed aere,tota terra non eſt in loco ſimpliciter vno, ſed loco ex duobus ſpecie diuerſis locis, vtpote concauo aeris & aquæ,aggregato. nam ſecundum vnam partem eſt in aqua, & ſecundũ alteram in aere, perinde atque ſi globum intelligas natantẽ in aqua, cuius ſuperior pars aere circundetur, is in loco vno per aggrationem eſſe diceretur. Sic & plantæ partim in aere, partim in terra,& interdum partim in aqua exiſtunt. Rem autem naturalem debere eſſe in vno vniuſque naturæ loco, intelligitur de ea quæ ab vno duntaxat continente corpore tota circundatur, non a diuerſis ſecundũ diuerſas partes. Neq; ex hoc conſequitur idem eſſe in diuerſis locis totalibus,& ſecundum ſe totum,etſi ſecundum diuerſas partes ſit in diuerſis partialibus locis. XXII. Vnde rationabiliter corpora naturalia. Sane vnum quodque elementum cum proximo inuenitur magis conuenire quam cum cæteris,& in pluribus cum eo conuenire quam diſconuenire, quare ꝓxima elementa intra ſe potius conſeruantur quam corrumpuntur, vt maior eſt terrę ad aquã affinitas, quã ad aerem aut ignem, maior etiam eſt terræ cum aqua conuenientia quam diſconuenientia. Nã conueniunt adinuicẽ in frigiditate, grauitate,& denſitate, diſcrepant autem ſola humiditate & ſiccitate. Et ita in cæteris in inductione compertum habebitur. Cęterum elementa cõtenta ſunt imperfectiora,& ſe habent vt materia, continentia aũt perfectiora ſunt, & vt forma. Quod eñ continet, in corporibus naturalibus ſecundum ſubſidentiam & ſupereminẽtiam in mũdo ſenſibili diſpoſitis perfectius eſt, contentum vero imperfectius. hinc aqua ad aerem vt potentia eſt atque materia, aer aũt ad aquam vt forma, ſecundum perfectionis comparationem. Et aqua deinde potentia aer dicitur, quia poteſt facile aqua in aerem trãſmutari. Sed vt numerus in finito vt menſura finiens, extremumque claudens, infinito & terminato, ſcilicet corpore locante, quod a loco finitur atque clauditur, & ſicut terminus magnitudinis in eo cuius eſt terminus, vt pore corpore continente, in quo locus eſt tanquam accidens in ſuo ſubiecto.

¶Sexti capitis annotatiunculæ.

¶Vtres. vaſa quædam ex pellibus animalium conſuta, vt caprarum,& quæcunque in animali continentur, vt ſtomachus, & veſica.

23 Extum caput continet duas concluſiones, & quatuor rationes vacuum eſſe contendentes. ¶Prima concluſio. Conſequens de vacuo, vt de loco, Phyſica determinatio eſt. ¶Nã locus & vacuum apud antiquos eandem habuerunt fidem, atq; incredulitatem. Putauerunt eñ idem ſubiecto, ſpatium locum,& vacuũ eſſe, ratione vero differre:& plura eſſe. Nã ſpatium cum eſt corpore plenum, vocant locum:cũ vero corporevacat, appellant vacuum. Idcirco Phyſica conſideratio(vt de loco)erit videre, an ſit, quomodo,& quid ſit vacuum. ¶Secunda concluſio. Peccabat Anaxagoras volens vacuum non eſſe oſtendere. Argumentabatur enim ſic, vtres inflati fortiter reſiſtunt, quos vulgus putat inanes & vacuos. Eſt igitur aer aliquid quæ vacua videntur replens. non eſt igitur vacuum. ¶Item clepſidræ obturato ſuperiore ore, per inferiora foramina aquam non admittũt:& hoc eſt quia aer aliquid eſt intus reſiſtens: qui niſi egreſſum habeat, aqua ſubire nequit. igitur vacuum nihil eſt. ¶His enim rationibus bene contendit aerem eſſe aliquid, ſed ad datum problema non arguit. Nam oſtendere habet non eſſe ſpatium actu a corporibus ſeparatum, aut nõ eſſe omnibus(vt vult Democritus & Leucippus) inſertum, aut ſupra cælum, ipſum & terram ambiens, vt vult Citienſis zeno.

25 ¶Quatuor rationes vacuũ eſſe contendentes. ¶Prima. Motus localis eſt: ẽ igitur vacuum. Nam ſi res per vacuum nõ moueatur, per plenum moueatur neceſſe eſt. Corpus igitur locatum, per corpus mouebitur, & duo corpora ſimul erunt:

Universidad de Deusto
Biblioteca

q magna inconuenientia inuehit qui bonoda uacui notione

quod est impossibile. Nam si duo, & plura duobus simul erunt, & in paruo corpore simul erit & maximum (nam plura parua vnum magnum constituunt) & in eodem simul plura æqualia & inæqualia. ¶Hac ratione victus Melissus, quod nihil nisi in vacuo moueri queat, nolens concedere vacuum, nihil posse moueri dixit. Et consimilem formant de augmentatione rationem, quia oportet alimentum recipi aut in pleno, aut in vacuo. ¶Secunda. Dolia tantum vini recipiunt vino cum vtribus recepto, quantum sine vtribus reciperent. Est igitur in vino vacuum, vbi se huiusmodi vtres recipiant. ¶Tertia. Vas cineribus plenum, tantundem aquæ recipit, quantum idem vacuum. Est igitur vacuum, in quo aqua excipiatur. Quarta. Sine vacuo corpora a se inuicem dissecta & discontinuata esse non possunt. Aiunt enim Pythagorici, discretionis omnium rerum causam esse vacuum, & a cælo in omnia inspirari, & primum numeros, & numerorum vnitates disiungere & discrimi nari. Est igitur vacuum.) Hæ sunt rationes vacuum esse contendentes. Postea quid nomine vacui intelligendum est, perquirendum.

Extí capi. scholia. XXIII. Eandem habuerunt fidem atque incredulitatem Nam ex antiquis qui concesserunt locum esse, posuerunt itidem esse vacuum, & qui negauerunt locum, negauerunt & vacuum. ipsorum vero dictũ, scilicet spatium, locum, & vacuum reipsa idem esse, & ratione sola discrepare, perinde atque aer, luminosum, & tenebrosum, minime approbãdum est. Nam & locus & spatium natura sunt, vacuum autem (vt sequentia ostendent) neutiquam esse potest, neque vnquam dandum est spatium quod corpore vacet, quandoquidem vno egrediente corpore, alterum simul eundẽ subit locum. XXIIII. Item clepsydræ obturato superiore ore. Clepsydra vas est fictile, superiori parte strictũ, & vnico foramine apertũ, inferiori aũt parte amplũ, & multis foraminibus minutioribus passim distinctum, quod vbi aqua oppletur, irrigandis hortis est accommodatissimum, idque nomen apud græcos, quod aquas furetur, sortitur. Per clepsydram autem philosophi experimentum sumpserunt neque vacuum esse posse, neque dimensionum penetrationem, huius quidem, quod obstructo superiori foramine, clepsydra aere plena, per inferiora foramina aquam non admittat (vt recte dixit Anaxagoras) quod non possunt aquæ dimensiones, aeris intus conclusi & non habentis exitum dimensiones penetrare, atque subire. Illius vero quod obturata itidem superiore parte clepsydræ aqua omnino repletæ, non defluant guttæ per inferiora foramina, tametsi graues sint & natæ deorsum tendere, apertaque sit eis descendẽdi via, quod non potest per superiores partes ingredi aliud corpus, vt aer, qui locum a defluentibus guttis dimissum oppleat, neque esse possit vacuum. XXV. Motus localis est, igitur vacuum est. Hę rationes vacuum astruere contendentes, sequenti capite diluentur. Veruntamen & hic secundum litterę seriem eas dissoluere vel in transcursu, non importunum videatur, quo quid in eis recipiendum, quidve refutandum dicitur, intelligatur. Itaque prima ratio solui potest negata prima consequentia, concedendo rem non moueri per vacuum, sed per plenum, si modo recto motu feratur. Nam quod circulariter mouetur, non per aliud corpus, sed in alio corpore fertur, in eodem loco secundum se totum manens. Et cum infertur, corpus locatum moueri debere per corpus, si intelligatur ipsum moueri debere per corpus cedens, vt lapis per aerem, & per aquam piscis, id verum est. si vero per corpus non cedens, sed cuius dimensiones recipiantur intra dimensiones eius quod mouetur, id refutandum est. nam tunc sequeretur inconueniens illatum, scilicet duo corpora simul esse. De augmentatione autem consimilem rationem antiqui formabant. hoc modo. Oportet alimentum recipi aut in pleno, aut in vacuo. Non autem recipitur in pleno, quia tunc duo corpora, scilicet alimentum quod recipitur, & plenum in quo recipitur, se penetrarent, quod est impossibile, igitur ipsum recipitur in vacuo, quare vacuum aliquid est. Verum hæc ratio similiter vt altera soluitur. admittendo alimentum quidem recipi in pleno, sed cedente corpore molliori aduenienti nutrimento. aereum enim corpus poris contentum egreditur subeunte cibo, vt sequens caput ostendet. Secunda ratio de vtribus & vino soluitur negando id quod assumitur. nam eo concesso, necesse esset admittere penetrationem demensionum. Tertia itidem de aqua & cineribus diluitur interimendo assumptum. nam qui illud admitteret, & dimensionum penetrationem ipsum fateri necesse foret, vt sequenti capite monstrabitur. Demum quarta diluitur, negando corpora sine vacuo disiungi non posse. Nam corpora molem habentia abinuicem seiuncta sunt per suam magnitudinem, & plenitudinem oppositam vacuo. Neque Pythagoricorum dicta veritati consentanea sunt. Non enim numeri per vacuum, sed per suas vnitates, & vnitates seipsis discernũtur. Est eñ vnitas (vt definit Iordanus) rei p se dicretio

c Clepsydra quid

¶Septimi capitis annotat.

¶Priuatum corpore, non repletum corpore: natum repleri. ¶Circuli, orbes, sphæræ globi.

Septimum caput continet tres conclusiones. duas rationes ad secundã & quatuor rationum vacuum esse contendentium solutiones. ¶Prima conclusio. Non recte definierunt vacuum, dicentes ipsum esse id
26 in quo nihil est. ¶Nam punctum est in quo nihil est: non autem est vacuum. Credebant eñ hi omne quod est, esse corpus, & omne corpus alicubi es-
27 se: & hinc fieri, vbi non esset corpus, nihil esse, & vacuum esse. ¶Secunda. Neque recte definitur, quod sit in quo nullum graue est aut leue. ¶Hanc definitionem syllogismo perquirunt, hoc pacto. Omne corpus est tangibile, & omne tangibile est graue aut leue: est igitur omne corpus aut leue aut graue. Sed hoc incõuenienter. ¶Primo, quia punctum esse vacuum consequitur. nullum eñ in eo graue est aut leue. ¶Secundo, quia si quid corpore colorato aut sonoro grauitatis & leuitatis experte sit repletum, id vacuũ non dicant, haud secus quam si quid corpore cœlesti (quod neque graue esse neque leue postea ostendemus) repletum sit. cui tamen assignata definitio competeret. Non recte igitur ea defini-
28 tione vacuum definitum est. ¶Tertia. Item neq; hoc pacto. Vacuum est in quo non est hoc aliquid, neque substantia corporea vlla, ipsum recte definiũt. ¶Nã ipsis concedentibus, hæc definitio materię competit, & vacuum dicunt esse materiam. Atqui materia a corporibus separari non potest: vacuum autem petunt a corporibus esse separabile. Fieri igitur nequit vt ex hac definitione non incurrant contradictionem. Rectius ergo definiuissent vacuum, dicentes vacuũ esse locum priuatum corpore. Locum enim & vacuũ sola ratione seiunxerunt, putãtes idem cũ corpus exciperet: locum dici debere: cum vero corpore deficeretur, idem esse vacuũ. Sed quod non sit huiusmodi dimensum spatium rerum locus iam ostensum est. Et de hoc, & quod neq; alijs modis ponendum sit vacuum, latius futura est disputatio. ¶Nunc vero rationes vacuũ esse contendentes dilua-
29 mus. ¶Primę solutio. Vt sit motus, vacuo non est opus. nam corpora alterari videmus, quę vt alterentur, loco non egent. Et ideo iusta obiurgatione arguitur Melissus, qui quod non esset vacuũ nihil posse moueri dicebat. Sed neq; vt sit motus localis, vacuo opus est. Possunt enim corpora sibi mutuo succedere, possunt & circuli locum non mutando in seipsis moueri & partes aquę in aqua rotari, & alia humida in suis locis ipsa non egredientia vertigine torqueri. Non igitur quod sit vacuũ, quia sit motus localis, efficere possũt. ¶Quod vero de augmẽtatione insultant, si augmentationem accipiant pro quolibet magnitudinis incremento, & diminutionem pro quolibet diminumento, rarefactionem & densationem sub se continent. Quorũ rarefactio nullo subeunte corpore fieri potest sed alteratione: vt cũ ex aqua fit aer: & densatio per subtilium corporũ egressum vt cum quippiam comprimitur, a quo aer aut aqua exprimitur. Vnde fit vt vacuo non sit opus tali augmentationi aut diminutioni, ne corpora se penetrent, atque plura simul sedeant. Si vero augmentationem viuentiũ (quę fit alimento suscepto) intelligant: neq; id quidem oportet. Si enim corpora se penetrarent, & alimenti dimensiones & residui corporis simul essent, nequaq̃ maius redderetur corpus neq; si in vacuo reciperentur. sed de hoc alius determinandi locus. ¶Secundæ & tertię. Quod arguũt de dolijs & cineribus, hę rationes se impediũt, & se falsas prodentes, in authores retorquentur. Si eñ dolia contentis vtribus, & vas plenum cineribus minus vacui habeant quam si vtres & cineres non continent (hoc enim per se manifestũ est) & tantũdem aut vini aut aquę recipiant, ac si vtres non haberent aut cineres, recta ratione effectũ est vt vinum & vtres, aqua & cineres se penetrent, & plura corpora simul existant: quod tantopere moliuntur defendere esse non posse. ¶Quartę. Negamus copora interstite vacuo esse dirempta. Neq; Pythagoricorum testimonium recipimus.

uacui q d

ut ita diffiniat uacuũ aliã rõ diffinitio

aliã rõ ab eodẽ reicitã

uacui diffinitio

motio, contra p dicta uacui probantia

ad motũ locale loco nõ opus esse

Universidad de Deusto Biblioteca

SEptimi capi.scholia. XXVI.Nam punctum est,in quo nihil est.Hæc definitio & cæteræ duæ consequentes non reprobantur ab Aristotele ex eo ꝙ predicatum subiecto vniuersaliter non conueniat,nam in vacuo(si esset ex hypothesi)nihil esset.neque in eo esset corpus graue aut leue, neque esset in eo aliquid,aut substantia corporea vlla, sed quia definitio transcendit transgrediturque definitum, & alijs a definito (vt in litera de vnaquaque ostenditur)competit,quod rectam definitionem minime decet. Non recte itidem antiqui crediderunt,omne quod est,esse corpus,cum materia, forma & accidentia, corpora,substantiæque corporeæ non sint. Neque recte dixerunt,omne corpus alicubi esse,cum supremum cælum non sit in loco.Denique perperam putauerunt,vbi non esset corpus,esse vacuum.Nam supra supremum cælum corpus non est, illic tamen non est vacuum,cum non sit ibidem natum esse corpus.Neque id vltimum,vbi non esset corpus,vacuum esse,recte intulerunt ex præcedente dicto,omne corpus alicubi esse. nam ex antecedentis interēptione interimunt consequens,& captionem consequentis incidunt. XXVII. Hāc definitionem syllogismo perquirunt. Antiqui hoc syllogismo contendunt colligere, omne corpus graue aut leue esse debere.Proinde cum fuerit definitum vacuum id esse in quo nullum graue est aut leue,illam definitionem tantundem valere, ac si diceretur id vacuum esse,in quo nullum est corpus.Verum vt hic syllogismus falsum colligens diluatur, annotare operæprecium est bifariam corpus dici tangibile.Primo per tangibile proprium, qualitatemq; solo tactu perceptibilem,vt caliditatem aut frigiditatē.de quo si dati syllogismi ꝓpositio(quam maiorem dicunt)intelligatur,ipsa est falsa.nam cælum corpus est,& tñ hoc modo non est tangibile. assumptio vero (quam vulgo minorem vocant)eo in sensu est vera. Secundo dicitur corpus tangibile per commune sensibile,vt magnitudinem,& hoc modo,ꝓpositio vera est,& assumptio falsa. nam cælum hoc pacto tangibile est,& tamen neq; graue neq; leue. Quocirca conclusio falsa semper ex altera præmissarum falsa sequitur,aut committitur æquiuocatio. XXIX.Quod vero de augmentatione insultant. Augmentatio communiter dicta, est magnitudinis quarumuis rerum siue viuentium siue inanimatarum incrementū complectiturq; in sua ratione rarefactionem,cum impropriā, tum propriam,quarum vtraque vacuum prorsus secludit. Nempe,rarefactio improprie dicta fit aliquo corpore poros eius quod dilatatur subeunte, vt aere ingrediente concauas spongiæ particulas.Propria vero rarefactio(quæ est deperdita priori mole, maioris quantitatis in eadem prorsus materia acquisitio)fit nullo ingrediente corpore,sed maioris quantitatis,abiecta mole præcedente in eodem subiecto acquisitione,vt cum ex aqua fit aer. Diminutio autem communiter dicta, est molis quarunlibet rerum siue anima participantium siue vitę expertium decrementum, comprehenditque suo ambitu condensationem & impropriam & propriam, ad quarum etiam neutram opus est vacuo.Nam cōdensatio impropria fit per egressum corporis subtilioris,& complicationem partium moliorum intra poros,vt cum spongia comprimitur, exprimitur aer. Propria autem condensatio fit per minoris quantitatis,abiecta ea quæ prius inexistebat,in eadem materia acquisitionem,vt cum ex aere fit aqua.Quod si augmētatio capiatur proprie, & vt solis adsciscitur viuentibus,ad eam non requiritur vacuum, quia alimenti receptacula sunt plena corpore aereo, cedente ipsi alimento aduenienti,& cum per diminutionem proprie speciatimque sumptam detrahitur molis particula,succedit in eius locum corpus subtilius,locum deperditę partis occupans,vt nulla ex parte hiet & intersiet vacuū.Quod arguunt de dolijs & cineribus.Quod videatur vas cineribus plenum tantundem aquę recipere quantum sine cineribus,id in causa esse potest,quod cineres porulenta sunt corpora,multum subtilium corporum vt aeris continētia, quæ infusa aqua egrediuntur & cedunt,cuius facile periculum fiet, si candela accensa super vas illud cui infunditur aqua,teneatur.nam eius flamma tanquam flabello quodam agitata, ab egrediente aere motabitur.Quod si comprimantur cineres, non tantundem recipient aquæ quantum non cōpressi,quia post compressionē minus in eis continetur subtilium corporum,per factam cōpressionem egressorum.Consimilem de nummis solent rationem formare ad probandū vacuum quod per eorum intra vitrum aqua plenum impositionem,aqua non extumescat, neque altius se attollat,proinde in aqua vacuum esse debere, in quod huiusmodi nummi sese recipiant. Nam quia nummi figurę sunt sphęricę,quę ipsi aquę est accommodatissima,facile adaptat se aqua nummis recipiendis,sine perceptibili sui extumescentia, tamen singulo quoque nummo aquæ imposito, aqua ipsa aliquantum extuberat,& cedens erigit se altius, quanuis id vix bene percipiatur. nam impositis sex aut septem nummis,aqua efluet vitro, quod minime fieret, si per illorum impositionem non cogeretur in altum cedere. Argumentantur itidem & de vase omnino repleto niue, & vndique obstructo, vt non pateat ingressus aeri.quod vbi admouetur igni, resoluitur nix in aquam longe minus occupantem spatij quam nix occupauerat. Proinde contendunt inter vasis illius latera relinqui vacuum.Respondendum enim est corpora aerea & subtilia contineri poris niuis,alioqui comprimi non posset, neque manibus constringi. & illa per resolutionem niuis in aquam egressa,itidem & vapores ab igneo calore ab illa aqua sublatos illam vasis partem replere, quam aqua non occupat. Quod si non fuerit vas sufficientis capacitatis ad illos vapores continēdos,etsi ferreum aut adamantinum esset,dirumpetur,ne fiat dimensionum penetratio.Et de quibuscunque alijs experimentis adducantur obiectiones contendentes vacuum esse debere ferme respondendū est semper subtilia corpora quæ nostros fugiūt obtutus, id ꝙ vacuum vide-

Natura fieri nō posse vacuū neque penetrationē dimensionum.

tur,opplere,q̄ sane natura ad id ordinata vidētur,vt facili ipsorū ingressu vacuū,egressu vero extra poros penetratio euitetur dimensionum.Nempe cum ouum recens admouetur igni,per exterioris testę poros educuntur vaporosi spiritus ouo inclusi, & vi caloris educti, in aquā conuertuntur,apparetq; sudor aquæ passim in oui superficie.Concauitas aūt interior aereo corpore natura insito repletur,& ne illic quidē admittendum est vacuū. Tantus aūt naturæ conatus est ad secludēdum vacuū,vt & grauia contra propriam naturæ inclinationem ascendāt,cū quis stramine cōcauo cuius vna extremitas liquori vt aquæ aut vino immersa est,attrahens aerē,eo aspiratu attrahit & liquorē,ne post aspirationē inter latera straminis aut alterius rei oblongæ teretis & introrsum concauæ relinquatur vacuū.Grauia itidē eandem ob causam descendere nequeunt,tametsi pateat per quā descendant via,vt facta apertura in imo lateris dolij per quam defluat vinū in vas quo excipiatur,nisi suprema eius parte admittatur aer per tenue foramē,nō defluet vinum ī vas. Neq; minor naturę conatus est ad fugiendā dimensionum penetrationem.ob quod solida & ferrea magno impetu dirumpuntur,vt tormenta,machinæq; bellicę,vasa igni admota,& obstructa vt ne vapor quidē exitū habeat ex humore contento genitus, cōfringuntur & diffinduntur. Castaneæ etiā nō fisso exteriore cortice igni iniectæ,ꝓpter solutionē halituū ab igne factā intra corticē contentorū,cū ingenti crepitu resultant ab igni.fisso aūt extremo tegmine, sonitū non edunt.

Octaui capitis annotat.

¶ Pondus,grauitas. ¶ Aequæ uelocia,& æque tarda sunt, quæ eodem tempore idem aut æqualia percurrunt spatia. ¶ Id vero velocius,quod eodem tēpore (modo cætera paria sint)maius percurrit spatium. ¶ Id tardius,quod æquali tempore pertransit minus.

30 OCtauum caput cōtinet vnam conclusionem,& octo rationes ad eam. Conclusio.Non est vacuum priuatum quoddam corpore. ¶ Primo. Quia qui tale vacuum introduxerunt, id fecerunt vt causa motuū esset,& potissimum motus localis.Hoc autem non oportet. Nam omnes res naturales determinatas suorum motuum causas spectatas habent: vt corpora simplicia,suorum motuum sursum & deorsum causas habent suas formas. Non igitur introducendum est huiusmodi vacuum priuatum,vt motuum assignemus causas. ¶ Secūdo. Si in huiusmodi vacuo sit corpus, causa esse non potest vt sursum feratur,neque vt deorsum: differētiam em̄ nullam habet,aut naturæ diuersitatem,quare quantum est ex vacuo,aut vbiq; feretur,aut nusquā. vbique autem,impossibile est. Non igitur assignandum est tale vacuum,vt motuū causa existat:at potius oppositum eius quod efficere volunt,asseremus. Si vacuū est,vt volunt,motus localis non est. potius em̄ vt motum localē interimerent,adducere debuerunt:quam vt ratione monstratum est,vt ipsum efficerent. ¶ Tertio.Si esset tale vacuum, in locis actu in infinitum abiretur. Nam sicut in vacuo erit totum,ita & totius partes:quemadmodum & de spatio prius dictum est. ¶ Quarto. Omnis motus aut naturalis est,aut violentus. At in vacuo nihil secundum naturam moueri natum est. Primo,Quia non est differentia qua potius huc quam illuc feratur. Secundo,quia motus secundum naturam,aut sursum ē. aut deorsum. Vacuum aūt est vt infinitum,in quo neq; sursum neq; deorsum assignari queant. Tertio, Quia vt nihili differentias assignare non possis:ita neque vacui:est enim vacuum vt non ens:& priuatio quædam. Sunt aūt loci mutationes natura distinctæ.quare & ea ad quæ ferūtur,erūt natura disticta. Igitur neq; preter naturam, & violenter. Est em̄ motus secundum naturam, prior: violentus vero posterior. Cuicunq; em̄ motus prior natus conuenire non est,neq; eidem posterior conuenire natus est. Qui igitur tale statuunt vacuū,omnem interimunt motum,non mō naturalem,sed & violentū. ¶ Quinto. Videmus ꝓiecta moueri ꝓijciente non tangente:& hoc (vt aliqui volunt) quia diuisum retro circūfluit:& velocissime reciprocat, & pellendo succedit:aut quia corpus pariter pulsum,vt aer qui ad motū aptior est,ipsum continue pellit. At uacuo existente neutra pōt esse harū causarum ut ꝓiecta moueantur. quare si uolumus saluare motus,necesse est interimere uacuum. ¶ Sexto. In vacuo nullus assignare possit causam cur quod mouetur,hic potius quiescat,quam alibi vbicunque. Quare vnūquodq; ꝙ moueatur,aut vbiq; natum est quiescere,& vbiq; ferri, aut tollen-

Universidad de Deusto Biblioteca

q̄b causis mobilia tardius & velocius moueantur

dum est vacuum. Res autē vbiq; natas quiescere, & vbiq; natas ferri, manifestū est imposibile esse. Confectum est igitur vacuum, quo de agimus, nō esse, & de natura tolli debere. ¶ Septimo. Duas causas cognoscimus quibus mobilia velocius & tardius mouentur. Prima est mediorum per quę mobilia mouentur, in raritudine & densitate inęqualitas. Medio em̄ rariore mobile velocius (modo cætera paria sint) q̄ densiore mouetur, vt aere quā aqua, & aqua quā cœno aut terra. Et causa in promptu est, quia rarius medium & subtilius minus resistit & impedit quod fertur, densius vero & grossius magis. ¶ Secunda causa est ponderum aut leuitatum inęqualitas. corpus enim leuius aut grauius corpore minus aut leui aut graui (modo cętera paria sint) velocius fertur. Quę vt liquidius appareant, sit a mobile, b densius medium (vt aqua) per quod feratur a, c tempus in quo feratur, d ęquale medium subtilius, vt aer. e tempus quo mobile a per medium subtilius d fertur. a mobile tardius feretur per b quam d secundum exigentiam densitatis & resistentię. vt si b duplo sit densius. & duplo magis resistens, d vero duplo rarius, & minus resistens, a per b duplo tardius mouebitur, & tempus c erit duplum ad e. Et semper quanto fuerit densius & magis resistens medium, tanto tardius mouebitur: contra vero quanto subtilius & minus resistens, tanto velocius. His itaque positis, sic deducimus rationē. Quanto corpus medium magis resistet, tanto tardius: & quanto minus resistens fuerit, tanto mobile mouebitur velocius. Et quæ proportio excedentis medij ad excessum, talis erit temporis ad tempus: & qualis temporis ad tēpus, talis & spatij ad spatiū. Vt enim spatium ad spatium, ita tempus ad tempus, & motus ad motum. Quod si nulla proportio excedentis & excessi inueniri queat, neque profecto temporis ad tempus inuenietur vlla. At vero pleni ad vacuum nulla est proportio, vt neque nihili ad numerum, & lineæ ad punctum. Diuiditur enim excellens omne in excessum, & id quod excedit. Si quid igitur moueretur, nunc in pleno, nunc in vacuo, temporis ad tempus nulla esset proportio. At vero omnis temporis ad omne tempus est proportio. Mouebitur igitur in vacuo in non tempore. hoc autem impossibile. ¶ Octauo. Sit a mobile, b alterum, & omnino æquale c vacuū, d tantum plenum. Et moueantur mobilia a b, si possibile est, a in vacuo, & b ī pleno. Si dicas a mobile moueri in c in tempore, hoc statim ostendo impossibile. Primo, quia omnis temporis ad tempus proportio est: & quæ temporis ad tempus proportio, eadem spatij ad spatium: vt si dupla, dupla: si tripla, tripla, aut quęuis alia. Erit igitur proportio vacui ad plenum: quod esse nequit. Secundo, si proportio vlla sit, vt exempli causa tripla (quancunque aliam posueris, idem valuerit) effingo e spatium plenum æquale spatio d, triplo subtilius, atque triplo minus resistens, per quod moueatur b. ipsum b triplo mouebitur velocius per e, quā d, quare & tempus in quo mouebitur per d, erit triplum tempori in quo mouebitur per e, & in tempore æquali ęqualia mobilia per ęqualia spatia alterum vacuum & alterum plenum mouebuntur. Et nō modo hoc incommodi sequatur, sed & vacui & pleni c & e ad d plenum eadem erit proportio: quæ manifeste impossibilia sunt. Igitur mouebitur in non tempore. quod cum iterum sit impossibile, relinquitur ipsum in c moueri non posse. Confectum est igitur, propter quod ponebant vacuum, (ponebant enim propter motum localem) propter id neque poni debere, neque esse posse.

a mobile. b. spa. duplo dēsi⁹. c tp̄s motꝰ a in b. d spa. duplo rari⁹. e tp̄s motꝰ, a in d.



a mobile in c. b mobile in d & e. c vacuū d spa. triplo dēsi⁹. e spa. 3. rarius. f tp̄s motus b in d g tp̄s motus a in c & b in c.

Octaui cap. scholia. XXX. Causas habēt suas formas, causas, primas & præcipuas. accidentarias aūt & instrumentales, grauitatem aut leuitatem. Quemadmodum & de spatio prius dictum est quarto cap. huius numero. XVII. Quia sicut totum corpus secundū ponentes vacuum est in vacuo., & ergo in loco actu, ita vnaquæq; totius corporis pars erit in vacuo, & eadem ratione in loco actu. At in partibus secundū diuisionem in infinitum proceditur, ergo & in locis actu. quod est impossibile. Et hoc (vt aliqui vo-

sunt) quia diuisum velocissime reciprocat. Aristoteles hic duas assignat causas motꝰ ꝓiectorum secundū antiquos. Primā, quia diuisum spatium velocissime rursum se continuando reciprocat, & assidua huiusmodi reciprocatione corpus proiectum pellit, quemadmodum aqua nauem. Secundam, quia spatium per quod mouetur proiectū, simul mouetur cū eo, & cōtinue pellit proiectum. At istę non sunt verę causę motionis proiectorū, queadmodū ostensurus est Philosophus in fine octaui huius, & illic verā cām quare ꝓiecta moueātur proijciēte ipsa nō tangente, dicturus. Verū hoc ī loco sufficit ipos antiquos ex suis causis reuicere, & posito vacuo, motū violētū (vt ponūt) esse nō posse ostēdere. Medio em̄ rariore mobile veloci⁹ mouetur. Rarius mediū magis est diuisibilitati obnoxiū, faciliusq; a mobili diuiditur. Dēsius aūt mediū diuisioni sui ipsius magis obluctatur & obsistit. hinc ꝑ hoc tardior, ꝑ illud vero motus fit velocior, dummō cętera sint paria, id est mobilia eiusdē speciei & naturę, grauitate aut leuitate ęqualia, atq; cū iter mobilia nullū discrimen, sed dūtaxat inter spatia secundum raritudinē & dēsitatem cōperitur, vt si lapis pedalis moueatur in duobus minutis per stadium aquę, idem in eodem tempore mouebitur per maius spatiū aeris, quemadmodū si aer sit duplo rarior, in duobus minutis feretur per duo stadia aeris. Secundę aūt causę velocioris aut tardioris motus positę in litera, ratio in promptu est, ꝙ mobile leuius per idē spatiū secundū resistentiam velocius mouetur, quam alterum minus leue. vt si ignis cētupedaneꝰ vno minuto transeat decē stadia aeris, ignis decupedaneus decuplo minus leuis, eodē tempore transibit vnū solū stadium aeris, & quanto mobilis est maior leuitas, tanto cęteris paribus ipsius erit maior velocitas. Ita mobile grauius per idē mediū velocius mouetur, q̄ minus graue, vt si vncia plūbi minuto horę transit stadium aeris, eius medietas eodem tempore transibit medium stadium. Et sicut in prima causa manente eadem virtute mouēte, variatur spatiū, ita in secūda, manēte eodē spatio variatur virtus mouēs. Ex his duabus tertia colligi pōt causa exvtrisq; composita, scilicet spatij secundū raritatē aut dēsitatē diuersitas, & mobilis penes grauitatē leuitatēve inęqualitas. Nā medio rariore mobile leuius velocius fertur, densiore autem mobile grauius tardiuscule. Verū authorum mos est ex simplicibꝰ cōposita intelligere. Et quæ proportio excedentis medij ad excessum. Medium excedens, quod maiorem altero habet resistēdi virtutem, excessum vero, quod minorem, vt aqua, excedens est mediū, aer vero, excessum. Quæ ergo proportio medij magis resistentis ad minus resistens, ea tēporis motus in illo facti ad tēpus motus in hoc medio peracti, vt si mediū vnū est duplo magis resistens altero, & tempus motus in illo est duplū ad tēpus motus alterius, & motus eius duplo tardior quam alterius. Illa enim tria, spatiū, tempus, & motus, cōsimilē inter se seruant ꝓportionū habitudinem. Quare ex opposito si nulla spatij ad spatium secundum resistentiam inuenitur proportio, neque temporis ad tempus. Diuiditur enim excellens omne in excessum. Proloquiū est cōmune, omne excedens & maius diuidi in excessum minus, & id quod excedit. vt linea tripedalis maior bipedali, diuiditur in excessum lineā bipedalē, & id quod excedit, scilicet pedalē, & denariꝰ maior senario diuiditur in id qđ exceditur, scilicet senariū, & id quod excedit, vtpote quaternariū. Itaq; si vacui ad plenū esset ꝓportio, & plenū ponatur excedens, diuideretur plenū in ęquale vacuo, vt excessum, & id quo vacuū excederetur. igitur in pleno esset vacuum, quo nihil absurdius. Quod si vacuum excedens ponatur, diuidetur ipsum per dictum prīcipium in ęquale pleno, & id quod excedit, erit igitur plenum in vacuo. quod non minus quam alterum absurdum. Fatendū igitur est vacui ad plenum nullam esse proportionem, quare neq; temporis quo quicquam mouetur in vacuo, ad tempus quo fertur in pleno, erit proportio. Et quia omnis temporis ad omne tēpus est proportio, vt linea ad lineam, & numeri ad numerum. perducit hęc rō ad id īcōmodum, scilicet quicquam in vacuo moueri debere in non tempore, & in temporis impartibili, quod cū rursum impossibile sit, & huic physicę positioni repugnans, omnem motum fieri in tempore, id ex quo tale sequitur incōueniens, etiam impossibile est, scilicet quippiam posse natura moueri in vacuo. Neq; hoc in loco Aristoteles (vt plerique arbitrantur) astruere contendit, si quippiam ponatur in vacuo, ipsum in eo motum iri in instanti. Nam sententia Aristotelis est, illud nullo modo in vacuo moueri posse. non enim in tempore, vt aperte probat, neque in instanti, quia illud trāsmutationi naturali repugnat. neq; etiam huiusmodi mobile ī vacuo quiescere dici debere, quia non est in eo natum moueri. Sed hoc in loco Aristoteles adducit ponētem aliquid in vacuo moueri, ad id incōmodi concedendum. ꝙ ipsum deberet moueri in instanti, ex cuius interemptione interimit, & quippiā posse moueri natura in vacuo, queadmodum in syllogismo ducēte ad impossibile, ex interemptiōe cōclusionis falsę interimitur pręmissa falsa. Triplo mouebitur velocius per e quam d. Nam q̄ proportio spatij ad spatium, eadem est motus ad motum, & tp̄is ad tempus. Per hypothesim autem spatiū e est triplo rarius & minus resistens quam spatium d, ergo b mobile ꝑ e triplo velociꝰ mouebitur q̄ per spatiū d. & tempus motus ipsius b ꝑ spatium e, scilicet g, est triplo minus quam f tempus motus b per d. Tūc sic vlterius proceditur. Motus ipsius c in a vacuo est triplo velocior quam motus b in d, vt probatum est. Et motus b in e pleno etiam est triplo velocior quam motus b in d, vt etiam ostensum est. Igitur motus ipsius a in c vacuo, & ipsius b in e pleno, sunt ęquales inter se, & ęqueveloces. Quęcunq; enim ad idem eandem seruant proportionem, illa inter se sunt æqualia. quare ęqualia mobilia a & b mouentur æqualiter & ęque velociter in eodem tempore g per ęqualia spatia, a per c vacuum, & b per e plenum. quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

est impossibile. Deinceps quę proportio motus ad motum, eadē & spatij ad spatium. At motus a in c, ad motum b in d, tripla est porportio, ergo & c vacui ad d plenum tripla est proportio. Similiter ipsius motus b in e ad motum b in d, tripla est proportio, igitur e pleni ad d plenū tripla est proportio. quare c vacui ad d plenum, & e pleni ad d plenum eadem est proportio, scilicet vtrinq; tripla. Ad quęcunq; ad idem eadem seruāt ꝓportionem, inter se sunt ęqualia. Igitur c vacuum & e plenum inter se ęquantur secundum resistentiam, quod perinde est atq; si dixeris punctum lineę ęquari, & manifestum impossibile. quare & id ex quo sequitur, scilicet vacui ad plenum esse proportionem, & aliquid moueri in vacuo in tempore, similiter est impossibile.

¶ Noni capitis annotatiunculę.

¶ Dimensiones se penetrarent, si eundem situm in se inuicem habentes quicquid occupat vna, occuparet & reliqua. ¶ Cubus est corpus æquam longitudini latitudinem & profunditatem retinens, qualia sunt quę tesserarum figuram habent. ¶ Dimensus, dimensio. ¶ Cyathus, vasculum potorium.

NOnum caput continet duas conclusiones, tres rationes ad primam, tres ad secundam, & Xuthi rationis solutionē. ¶ Prima conclusio. Vacuum vt separatum spatium & dimensio minime est. ¶ Prius enim non esse huiusmodi separatum spatium diximus, & idcirco recte dictum vacuum, ꝓ rei pro qua capi possit, nomen vacuum sit & inane. Id tñ adhuc his nitimur ostendere rationibus. ¶ Prima. Dimensiones se penetrare nequeunt. vt corpus, corpus alterū: vt si ponas cubū in aqua, tm̃dem aquæ cedere cubo liquido perspicimus, & ita si ipsum in aere locas: quāuis hoc vsqueadeo sensui manifestum non sit. E hoc est, ne dimensiones & corpora se penetrent. Igitur & eidem cubo in separato vacuo sito, tm̃dem dimensionis vacui cedere oportet: alioqui dimensiones & corpora se penetrant. Quod si duę dimensiones & duo corpora se penetrant, cur se non penetrent tria, quatuor, imo & oia? par, eademq; militat ratio, quæ sunt impossibilia. ¶ Si forte dicas corpus penetrare posse vacuum, quia nihil sit tale vacuum: hoc nos ipsi volumus, & nomen vacuū & natura, & re subiecta vacuum, & inane bene reputamus. Quod si dixeris corpora posse penetrare vacuum, quia neq; graue neq; leue vacuū est, subterfugium est. Nā quanuis intelligas ligneum cubū caliditate, frigiditate, grauitate, leuitate, & cæteris accidentibus remanente dimensione spoliatum, tm̃dem aquæ occupabit, atq; cum cæteris accidentibus, & tm̃dem aquæ ei cessurū est. Occupat em̃ locū, non quidem quia calidus, frigidus, grauis, aut leuis, sed quia tanti (qui relictus ponitur) dimensus. Sed quo differet tum cubus, & cubi dimensio, a tanto spatij quod confingunt? ¶ Secunda. Si esset huiusmodi spatium, & in se recepta conseruaret, non opus esset altero exterius circundante, quod tamen omnibus naturæ entibus exploratum est esse. Quod si non saluet, quid eo naturę opus est? non enim vt locus sit. nam alium natura rebus prouidit locum, neq; vt saluet, neq; ob aliud quidquam esse videtur. Non est igitur tale vacuum, vt separatum spatium in rebus locandum. ¶ Tertia. Tactu corpora in mundo discernuntur, vt aer, vt aqua. sed vacuum nusquam apparet, neq; in aere, neq; in aqua: etiam si pisces ferrei essent, ne sentirent quidem. Exulat igitur huiusmodi vacuū a natura explosum, & quod nusquam comparere audeat. ¶ Secunda conclusio. Item neq; vacuum corporibus immersum ponendum est. Existimauerūt enim aliqui propter rarum & densum (quę ex corporis compressione. & compressi iterata ampliatione percipiuntur) oportere esse quædam minutula vacua, q̃ & vacuū corporibus immersū dicebant. quod nisi esset, vt Xuthus dicebat, oporteret totum mūdum turbari & fluctuare aliquo rarefacto, aut semper ex ęquali, vt aeris cyatho, æquale, vt tantundem aquæ, generari: aut nunquam quicquam aut rarefieri aut condensari. Sed ꝓ non oporteat huiusmodi vacuū esse, his paucis ostendimus. Nam ipsum primo spatium esse separatum, rationes eædem quæ superius factę sunt vetant. Neq; erit vacuū nō separatū. ¶ Primo, quia huiusmodi vacuū ponunt vt causa motus sit: causa aūt motus esse nō posset, nisi ei⁹ qui sursum. Est em̃ (vt aiūt) raritatis & leuitatis causa, q̃ solū sursum ferūt: vt ignem

31

32

acidentia non occupat locum

neq; ī corporib; ponendu ē vacuum

ocyssime ferri sursum, quod rarissimus & leuissimus sit, credunt. At vero vt saluent huiusmodi motum, non oportet ponere ipsum. Nam dicant: cur graue mouetur deorsum? si dicant natura, & id de leuibus dici poterit, non ponendo vacuum. ¶ Secundo, Quia tale vacuū moueret corpora quibus esset immersum: vt vtres corpus sibi annexum e fundo aquæ sursum euehunt. moueretur igitur vacuum, & in vacuo altero reciperetur. Sed quo ferri posset? & quomō in loco recipi? ¶ Tertio. Si ponunt ipsum per se moueri, oporteret eius motum esse velocissimum, imo nulli motui velocitate comparabilem, quod esse nequit. Sed esto, dicas ipsum non per se moueri: de corporibus quæ ab ipso moueri dicunt, idem accidere contingit. Nam aut ipsorum plenum (cum moueantur) in pleno recipitur. hoc autem esse nequit, vt & ipsi concedunt. nam corpora se penetrarent. Recipitur igitur semper in vacuo, quod nullam ei præbet mouendi resistentiam. Et nihil refert an eorum vacuum in pleno, vacuove recipiatur: quia nihil ei resistere potest. Perinde igitur erit, ac si corpora ponas in vacuo moueri. At vero ostensum est corpus in vacuo non posse moueri, aut moueri in non tempore. Non est igitur huiusmodi vacuum vllum corporibus immersum in natura ponendum. ¶ Xuthi rationis solutio. Soluenda est igitur eorum ratio, qua vincuntur astruere vacuum corporibus immersum, & qua quidem volunt, si non sit vacuum, neque esse raritatem aut densitatem, aut oportere cælum turbari & fluctuare vno corpore rarefacto aut condensato, aut semper ex æquali æquale generari, vt ex æquali aqua, æqualem aerem, & ex æquali aere, semper aquam æqualem: quorum oppositа manifesta conspiciuntur: vt ex aqua plus aeris fieri. ¶ Dicimus non esse tale vacuum, & tamen raritatem & densitatem esse, & neque idcirco cælum turbari & fluctuare oportere, neque semper ex tanto & æquali tantum æquale generari. Nam contrariorum calidi & frigidi & aliorum eadem est materia: quæ quidem quod prius est potētia, postea fit actu. Neque alia est frigidi & calidi materia re ipsa, sed vna numero, ratione vero duo. Similiter eadem est materia rari & dēsi, magni & parui: vt cū ex aere fit aqua, nec aliud quicquam essentia ipsa accipit materia, sed fit actu quod erat potentia, ex magna dimensione paruam accipiens: aliquando contra ex parua in amplitudinem surgens: vt cum ex aqua fiat aer, aut cum maioris molis aer in minorem recidit, aut ex minori in ampliorem iterum exurgit. Est enim materia ad vtrunq; in potentia. nam sicut ex calida fit frigida, & ex frigida fit calida, ita & aliquando ex magis calida minus calida, & ex minus calida, iterū magis calida: nulla tamen eius pars calidior fit, quæ non esset prius calida, cum minus calida erat: sicuti si intelligas circuli circunferentiam quæ continue in orbem arctior fiat, centrum versus decumbens, nullę partes illius deuexiores curuioresq; fiunt, quę non deuexę & incuruę fuissent prius. Item sicut scintillę non est accipere magnitudinem sine caliditate & candore, sic neque est accipere materiæ partem quæ non extendatur rarefacto corpore, & quæ non densetur, & coartetur corpore densato: quia sicut alijs affectionibus eadem materia est, sic & rarefactioni & condensationi, & vtrisq;, quēadmodum ęcteris est potentia. ¶ Ex his ad id quod obijciunt, prompta patet responsio, neq; statuendum esse vacuum, vt sit leue. Nam leue & molle, rarum consequuntur, quod statuimus sine vacuo: & graue & durum consequuntur densum. Non tamē semper oportet vt quicquid grauius fuerit, durius sit. Hoc enim in ferro & plumbo cognoscimus discrepare. Et leuitas sursum est motiua, & grauitas deorsum: mollities vero & durities passiones sunt potius alterationis effectiuę, & non secundū locum mutationis. Nos ergo motum sursum & deorsum & eorum causas saluamus ita dicentes. Introducentes vero vacuum, solum motus sursum, & eius causam (sed apparenter quidē) saluabant. Et hęc de vacuo abūdantius dicta sufficiant.

33

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oni capitis ſcholia. XXXI. Sed quia tãti qui relictus ponitur dimenſus.ſed quia tante dimenſionis, quæ ſemota grauitate & leuitate a cubo,ponitur in cubo relicta.Sed quo differet tum cubus.Sicut ſpatium ſeparatum ponunt antiqui non eſſe graue neque leue,& tamen dimenſum,ita ſeruata hypotheſi paulo ante poſita,ligneus cubus neque grauis erit,neque leuis,& tamen magnus.quare omnino ſimile eſt iudicium de huiuſmodi ligneo cubo,& de ſpatio ſeparato.Atqui ligneo cubo grauitate & leuitate carenti cedunt corpora,& ipſe corporibus cedit.ergo & ſpatio huiuſmodi ſeparato(quanuis ipſum neque graue neque leue intelligunt) corpora cedunt , & ipſum corporibus cedit . Alioqui eſſet penetratio dimẽſionum. qua ſane admiſſa,nulla rerum corporearum inter ſe eſſet diſcriminatio,ſed ipſarũ intra ſe inuicẽ confuſa commixtio.ad quam euitandã,natura quanque rem ſua mole ab altera diſcreuit. XXXII. Quod niſi eſſet,vt Xuthus dicebat,Xuthus tria adduxit inconuenientia,in quorum aliquod cogebantur(vt ait)incidere, qui negarent vacuum rerio,& corporibus immerſum.Primum,quod oporteat totum cælum turbari aliquo corpore rarefacto aut condenſato.Nam rarefacto corpore,maior acquiritur moles , quæniſi recipiatur in vacuis immerſis,pellit proximum corpus ſuo loco,cum non poſſit fieri dimenſionum penetratio,& eadem ratione corpus pulſum pellet alterum , vt locum quo contineatur obtineat . & ita tandem ignis pellet cælum,cogetque ipſum retrocedere . Similiter aliquo corpore condenſato, minor eſt corporis moles,locusque dimittitur , qui niſi occupetur a proximi corporis partibus ſe extra vacuum immerſum ampliantibus,oportebit proximum corpus accedere,vt tangat corpus condenſatum. Alioqui inter prima duo corpora interceptum relinqueretur vacuum,quod natura eſt impoſſibile. Eadem ratione alia corpora oportebit accedere propius ad inferiora , vt ignem ad aerem,& cælum ad ignem,ad prohibendum vacui interhiationem . quod rebus ipſis interſeri & interſtare Xuthus arbitrabatur inconueniens , immerſum tamen eſſe rebus & inſitum,non cenſuit incommodum.Secundum inconueniens eſt,quod oporteret ex æquali , vt vitro aquę,generari æquale,vt vitrum aeris, quo eundem locum occupet genitum corpus , quem corruptum.Tertium,quod vel oporteret nihilvnquam rarefieri aut condenſari,ſed omnia ſemper ſub eadem mole permanere. Cæterum nullum horum trium inconuenientium ſequi negantem vacuum immerſum,& tamen rarefactionem condenſationemque fieri poſſe,oſtendit ſecundus phyſicæ auſcultationis dialogus, per hoc , quod quando vnum corpus vno in loco rarefit, alterum in alio loco condenſatur.& e diuerſo cum vnum denſatur,alterũ aliubi rareſcit.quo fit vt quantum loci vnum dimittit,alterum tantundem occupet. & econuerſo quem locum de nouo occupat vnum.ab altero dimittatur . Vt vtres corpore clauſi.Sicut vtres , & veſicæ plenæ aere,& clauſæ in aliquo corpore,vt vaſe,ipſum corpus fundo aquę immerſum,ſurſum mouent (quemadmodum & alligatæ lateri natantis,ipſum ne demergatur ſuſtinent) ita & vacuum ſurſum moueret corpora quibus eſſet immerſum. Quare ſicut vtres ſurſum mouerentur cũ corpore cui includerentur,ita & vacuum ſurſum moueretur cum corporibus , quibus eſt immerſum. & in altero vacuo reciperetur.At vacuum ad nullum locum poteſt moueri , neque in loco recipi.Non eſt igitur ponendum tale vacuum.Oporteret eius motum eſſe velociſſimum.Motus ille quo vacuum per ſe moueretur,eſſet ſine reſiſtentia ſpatii,& proinde infinite velox , nullique alteri motui velocitate comparabilis, cum alter quicunque motus ſit cum reſiſtentia , & finitæ velocitatis.infinitæ autem velocitatis ad finitam nulla eſt proportio, ſicut neque lineæ infinitæ ad finitam.Impoſſibile eſt autem natura motum eſſe infinitæ velocitatis, ſicut & lineam infinitę extenſionis,aut infinitæ intenſionis qualitatem.& omnis motus omni motui ſecundum velocitatem comparabilis eſt,ſicut & linea lineæ ſecundum extenſionem , & qualitas qualitati ſecundum intenſionem. XXXIII. Nam contrariorum calidi & frigidi,& aliorum , eadem eſt materia.Ariſtoteles hoc loco per analogiam calidi & frigidi aperit totam naturam conditionemque rarefactionis & condenſationis . quæ quidem analogia magni ponderis & momenti exiſtimanda eſt,quod calefactio &frigefactio hiſce duobus motibus ſint propemodum ſimiles.Sicut enim cum quippiam calefit , tota frigiditas deperditur , & acquiritur caliditas in eodem ſubiecto , & cum frigeſcit quicquam,depulſa caliditate acquiritur in eodem frigiditas , ita cum corpus rarefit,deperdita quantitate denſa præexiſtente acquiritur in eodem quantitas raro , & in condenſatione,deperdita quantitate rara,acquiritur denſa.Et quemadmodum eadem numero materia manet ſub calido & frigido , ita & eadem re ipſa ſine cuiuſpiam ſubtractione & adiectione ſub raro & denſo , ſolum habens rationum diſcrimen , quod nunc ſub parua, nunc ſub magna eſt mole . Porro huiuſmodi analogia in ſecundo dialogo qui difficilium eſt phyſicalium , libro de longitudine & breuitate vitæ ſubiuncto, diffuſius elucidabitur, vbi & altera explicabitur analogia de albo & nigro,medijsque coloribus,ad intelligendam raritatis & denſitatis contrarietatem conducens.Similiter ſi intelligas circuli circunferentiam. Si intelligatur circunferentia circuli amplior,quæ continue ſecundum circuitum decreſcat , & in minorem redigatur ambitum, propinquius ad centrum accedendo , aut eadem prorſus ſuperficie atque quantitate cum materia manente intra circunferentiã,poſterius quidem contractiore,& prius diffuſiore, licet id impoſſibile ſit,aut non eadem manente quantitate,ſed eadem omnino manẽte materia per condenſationem ſub amplo,& ſub arcto , tunc primo mõ eędem ſunt partes & quantitatis , & materiæ contentæ intra minorem ambitum,quæ intra maiorem . Secundo vero modo eędem ſunt partes materiæ contentæ,poſterius arctiore circuli circunferentia,& prius ampliore. Ita eadem omnino eſt materia ſub raro & denſo. Hoc enim in ferro & plumbo cognoſcimus diſcrepare . hoc, quicquid grauius eſt,ſemper eſſe durius.nam plumbum grauius eſt ferro , ferrum tamen plumbo durius eſt.

¶ Decimi capitis annotatiunculæ.

¶ Id alterum metitur,quod aliquoties ſumptũ,aut excedit,aut ęquat. ¶ Nũc, primo. ¶ Totius cæli conuerſio intelligitur, cum motus ipſius ab eodem puncto in eundem punctum fuerit regrediens.

34 Decimum caput continet tres rationes tempus nõ eſſe contendentes,quatuor de tempore antiquorum opiniones,ſecundæ,tertiæ,& quartæ reprobationes . ¶ Tres rationes ꝙ tempus non ſit. ¶ Prima . Quod cõſtat ex iijs quę non ſunt,non eſt. Tempus autem conſtat ex præterito & futuro,quæ non ſunt.Nam pręteritum,iam factum abijt:futurum vero,nondum eſt.Igitur tempus nõ eſt. ¶ Secunda, Omni compoſito exiſtente, vt oẽs aut aliquæ eius partes exiſtãt,neceſſe eſt. Nulla autẽ partiõ tẽporis(vt dictũ eſt)exiſtit.Igitur neque tempus exiſtit.eſſet emẽ tempus cõpoſitum . Et eſto nunc ſit , nunc tñ temporis non eſt pars.Nam pars eſt,q̃ totum metitur.nunc autẽ , tempus metiri nequit, vt neq; punctus lineã.non ergo temporis erit pars.Non emẽ tempus ex nũc cõpoſitum eſſe videtur. ¶ Tertia. Si tempus eſt,cũ nunc temporis nõ ſit pars , eſt temporis terminus.Videtur emẽ pręteritum & futurũ determinate.hoc autem videtur eſſe non poſſe:quia aut continue eſſet alterum,& alterũ nunc,aut ſemper vnum idemq; manens.Non cõtinue alterum & alterũ:quia aut prius maneret cũ poſteriori.hoc aũt non.nam plura inſtantia ſimul eſſe non poſſunt , imo neq; plures temporis partes,niſi forte alteramvt plus,alteramvt minus cõtinentem intelligas,aut corrũperetur nũc prius. hoc aũt non minus impoſſibile eſt, quia non corrũperetur in ſeipſo.eſſet emẽ ſimul,& non eſſet.Neq; in tempore ſequente. nam partes haberet.Neq; in altero nũc,quia vnum nunc non ſimul eſt cum altero,vt neq; punctus cũ puncto:ſed inter quælibet duo eſt tẽpus interiacens,in quo quidem ſunt alia nunc innumera:cũ quibus oporteret ſimul ipſum nunc prius manere.Neq; ſemper eſt nunc vnum idemque manens. ¶ Primo, quia nullius diuiſibilis finiti (cuiuſmodi aliquod eſſet aſſignabile tempus) tñ vnus terminus eſt:nunc aũt eſt termin⁹. ¶ Secũdo,quia nullum continuũ vno termino contentum eſſe põt:tempus autem eſt continuum. ¶ Tertio.Quia ea quæ facta ſunt añ annum decies milleſimũ, ſimul eſſent cũ his q̃ facta ſunt hodie.nam invno eodemq; nunc quę ſtatim impoſſibilia videntur. Non igitur eſt
35 tempus. ¶ Quatuor de tempore opiniões. ¶ Prima eſt dicentiũ tempus eſſe cæli motum. ¶ Secunda eſt dicentium tempus eſſe circulũ ſphæramq; cæleſtem, qui hac ratione moti dicuntur,ꝙ tempus contineat oia.circulus autẽ ſphæraq; cæleſtis omnia continet. nõ intelligentes res aliter tempore, & aliter circulo & ſphæra contineri . poterãt emẽ in oppoſitum illius facilius duci videntes quanlibet partem temporis,vt pręteritum & futurũ eſſe tempus,non autẽ circulum & ſphæram:neq; quanlibet partem circuli ſphęręq; circulum eſſe & ſphęram: & ſi plures circuli ſint & ſphæræ, plura ſimul eſſe tẽpora.Sed hoc certe ſtultius eſt,quam vt conſiderationem requirat,vt quæ ex ipſo ſequuntur : impoſſibilia recenſeantur,refellanturq; . ¶ Tertia eſt dicentiũ tempus eſſe totius cæli conuerſionem. Sed quõ? cũ die exiſtente,& nocte exiſtente,tẽpus nõ eſſet.non emẽ aut die aut nocte exiſtente , eſt totius cæli conuerſio . ¶ Quarta eſt dicentium tempus eſſe motui idem, qui ꝙ non recte dicant,facile eſt perpendere . ¶ Primo,quia motus ſunt diuerſi,tempus vero omnium vnum:& motus ſolum in iijs ſunt quorum ſunt motus,tempus vero vbique & rebus omnibus adeſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Secundo, quia simul motum motu velociorem, & motum motu tardiorem assignas: non autē tempus tempore velocius aut tardius assignare potes. ¶Tertio. Motus velox & tardus tempore diffinitur. Est em motus velox, quo mobile in pauco tempore multum pertransit. Tardus vero, quo quidem mobile in multo tempore pertransit parum. Tempus autem (adiunge, si lubet, aut velox aut tardum) tempore non diffinias. Non est igitur tempus aut motui aut mutationi idem. Nihil enim hic inter motum & mutationem interesse ponimus.

DEcimi cap. scholia. XXXIIII. Tres rationes ꝙ tempus non sit. Hę rationes ab Aristotele sequenti capite diluentur, impręsentiarum tamen eas vel in transcursu diluere, nō superuacaneum videbitur, vt in eis quidverū, quidve falsum sumptū sit, secundū literę seriem (quemadmodū in pręcedentibus factiratū est) cōspiciatur. Itaq; primæ rationis maior si intelligatur de eo quod componitur ex ijs quæ nullo modo sunt actu, admittitur. Si vero de eo quod constat ex ijs q̄ partim sunt actu, & partim potentia, negatur. Insuper negandum est tempus constare ex ijs quę non sunt. nam tametsi pręteritum potentia, & futurū potentia, non sint, tamen pręteritum actu, & futurum actu (quę temporis sunt partes) sunt. Secunda rō diluitur concedendo cōposito existente omnes eius partes esse, si totum sit permanētis naturę, aut aliquas eius partes esse, si sit euanidū & fluxum, cuiusmodi est sonus & latio. Deinde negandū est nullas temporis partes existere. nam vt tempus successiuum est, ita eius partes, vna prius, & altera posterius existunt. Cōceditur insuper, nunc & impartibile tēporis non esse partem temporis, vt neq; punctum partē lineę. nam omnis pars mensurat totum. nunc autē non mensurat tempus, cum aliquoties sumptū minime tēpus absoluat. siquidem temp⁹ minime ex instantibus est compositum, sicut nec linea componitur ex punctis. ergo nunc & impartibile nō est pars temporis. Tertia ratio diluitur admittēdo ipsum nunc esse terminū & vltimū temporis. & sicut cōtinue est alia temporis pars, ita alterum & alterum cōtinue est nunc, illas partes terminans. Admittendum est insuper nunc prius non manere cum posteriori, quia plura instantia simul esse nō possunt sibi proxima & immediata secundum durationem, nō quidem quod nunc habeat durationē, sed quod nō possint vnius & eiusdem duratiōis eadem ex parte esse terminus, sicut impossibile est plura esse puncta secundum extensionē quę sint vnius & eiusdē extēsionis terminus, & secundum eandem partem. Imo neq; plures temporis partes simul esse possunt, nisi vna pars vt maior, altera vero vt minor intelligatur. Totius em temporis a b, partes a c & a d simul sunt. Nam pars a c est maior & cōtinens, pars autē a d est minor & contenta. Deinceps di-
a d c b cendum est nunc prius nō deperdi mutatione temporanea, sed momentanea atq; instantanea, ad deperditionem tēporis cuius est terminus. Et sicut tēporis vna pars nō deperditur in altera, sed seipsa (nam sibi ipsi est deperditiōis mēsura) ita instās seipso aboletur, vt cum prius fuerit, postea non sit, vnoq; abeunte alterum succedit, vt secundus physicę declarationis dialogus planiꝰ monstrabit. Cęterum negādum est, quod si in seipso corrūperetur, ipsum nunc simul esset & nō esset. nam eius deperditio successiua nō est, sed cum corrūpitur, amplius non est. Deide concedēdum est quod ipsum nunc nō corrumpitur in tēpore, tanquam mensurante suam deperditionem. habere enim hoc posito partes, temporis partibus respondentes. Conceditur præterea quod vnum nunc ī altero nō corrumpitur, vt neq; vna temporis pars in altera, quia vnum nunc nō est simul & proxime cum altero, sicut punctum nō est puncto continue proximum, sed inter quęlibet duo instantia mediat tēpus, in quo & alia sunt instātia. Modo si vnum nunc maneret cum altero nunc extremo & signato, etiam maneret cum oībus nunc intermedijs. quod impossibile est. Nam licet plura nunc bñ simul sint in eodē tempore tanquam terminus in terminato, non tamen simul secundum successionē, sicut neq; plures tēporis partes secundum successionē simul sunt. Demum cōcedendum est nō semper esse idem nunc, sicut in tota linea non est vnum numero idemq; punctum, vt probāt rationes literę. XXXV. Quatuor de tēpore opiniones. Istarū opinionum prima si per motū cæli intelligat motū primi mobilis, recte sentit. nam tempus re ipsa nihil aliud est q̄ prima latio, supremiq; cæli gyratio, ab ea tamen ratiōe differt. nam dicitur latio, eo quod p eam cælum circulariter fertur. tempus vero, quod partes successiōis eius secundum priꝰ & posterius sumptę, secundum aliquem numerum ab anima eis applicatum apprehendantur. Sic idē numero est nunc temporis, & momentum primi motus. sed hoc motus, illud vero temporis dicitur extremū ac vltimum. Secunda opinio philosophię naturali penitus est dissona, & inualidæ rationi innixa. nam ex solis affirmatiuis in secunda figura syllogismum cōstituens, multiplicate quoq; fallitur. Nempe cælum oīa continet, tanquam corpus locans ipsa locata. tempus autem cōtinet omnia, sicut mensura durationis ea quę sunt in temporali duratione. Sed quēadmodum philosophus hāc positionem, ꝓpter suam absurditatem non existimat dignāq; refellatur, ita neque assertio eorum recentiorum ob manifestam falsitatē est digna refutari, qui tempus nihil aliud esse dicunt quam primum mobile, quod motum localē non ponāt distinctum a mobili, vt quę sit huic secundę opinioni omnino cōformis. Tertia opinio deficit a veritate, eo quod tempus solum dicat esse completā cæli circulationē, cum non modo tota cæli cōuersio, sed & quęuis illius conuersionis pars sit tempus, quandoquidem quęlibet pars temporis est tempus, sicut & quęlibet pars

motus est motus. Demum quarta non omnino Aristotelicæ philosophiæ est consona, quod ponat tempus & re & ratione idem esse motui, secundum locum, cum a motu, rationis interuallo dissentiat, & aliqua attribuuntur motui, vt velox & tardum, quæ tempori recte accommodari non possunt. Contra vero nonnulla tempori ascribuntur, vt longum & breue, quæ nequaquam motui apte congruunt, vt sequentia declarabunt apertius.

¶Vndecimi cap. annotatiunculæ.

¶Motus, motus localis, latio. ¶Nunc primo, mobile: vt id quod est ad tempus relatum. ¶Secundo, temporis: impartibilis terminus. ¶Numerus primo, numerus quo numeramus, numerus numerans: vt ratio 2, 3, 4, 5, 6. ¶Secundo, numerus numeratus, res numeratæ.

36 VNdecimum caput continet duas conclusiones, duas rationes ad primam, definitionem temporis, declarationem, & triū rationum tempus non esse contendentium solutiones. ¶Prima conclusio. Tempus aut aliquid motus est, aut sine motu nō est. ¶Primo. Nam cum intelligentia motum non capimus, neq; tēpus capimus: quemadmodum accidit nobis dormientibus. Cum em expergiscimur, nunc primū, posteriori nunc iungimus, ac si nullum intercessisset medium: quia motum interiacentē non percipimus. quod ijs quoq; accidit, qui (vt fabulæ tradūt) in Sardo apud Heroas dormiunt. Signum est igitur, aut tempus aliquid motus esse, aut sine motu non esse. ea enim aut simul percipimus, aut nos simul latent: & temporis sensus cum motus sensu semper coniunctus est. ¶Secundo. Si secundum corpus omnino quiescamus, & obortis tenebris omni officio sensus vacemus, solum animo motum aliquem contemplantes, protinus occurrit & tempus: imo cum nobis cogitātibus occurrat tempus, protinus sese animo offert & motus. Quare non modo tempus sine motu non est, sed & motus, aut aliquid motus esse videtur, vt quod a motu seiungi separariq; non possit. ¶Secunda conclusio. Motus est continu-
37 us, simul & tempus continuū. Nam quod loco mouetur, ex quodā mouetur in aliquid, spatio quodam & interuallo medio: & simul cū magnitudine continua attenditur. Est igitur motus (vt spatiū, & medium iteruallū) continuꝰ: qui cum sit continuus, & tempus, aliquid ipsius motus, continuum erit. Videtur em tempus, prius & posteriꝰ esse in motu. Vnde sicut in magnitudine & spatio aliquid est prius, & aliquid posterius, ita & in motu aliquid priꝰ est, & aliquid posterius. Id enim motus prius est, quod magnitudinis respōdet priori: & posterius, quod posteriori. At hoc interest, quia magnitudinis prius & posterius fixa ꝑmanēt, motus vero prius aboletur posteriore succedente. Et prius & posterius in motu,
38 & motus, idem sunt, rationes aūt diuersæ. ¶Ex his definitionem temporis elicimus, ꝙ tempus sit numerus motus secundū prius & posterius. Tūc enim tempus intelligimus, cum in motu duo extrema animo constituamus, hoc prius, illud posterius, inter q̄ medium apprehendimus, cuius pars prior atq; pars posterior mente concipitur: & illud est tempus. Est enim nunc, temporis terminus. Et hoc quidem suppositio est. Potest & nunc vnum, in apprehensionem temporis ducere, cum ipsum vt finis & exitus vnius sit capimus, & initiū alterius. Ex hoc enim prioris & posterioris sensus elicitur. Nam prius id erit, cuius nūc exitus fuerit. Id posterius, cuius nūc ponetur initium. At vero ꝙ tempus recte dicatur numerus, signum, quia ratione temporis plus & minus motui attribuimus. Hęc autem soli numero competūt. Est igitur recte dictum, tempꝰ esse nu
39 merum. ¶Bifariam tamen dicitur numerus. ¶Primo, quia qcquam numera-
40 tur ratio. ¶Secundo, quod numeratur, & res ipsæ numeratæ. ¶Tempus autem numerus est qui numeratur, & res ipsę numeratę. ¶Triū rationū tempus non esse contendentiū solutiones. ¶Primę & secundę. Tempus & tēporis partes sunt, quomodo motus, & motus partes: & sicut motus continue alius & alius est, ita et tēpus. ¶Tertię. Ipsum nūc quod defertur, ipsū mobile est. quod ideo nūc appello, ꝙ ipsum motui comparatum sese habeat vt punctus ad lineā, nihil

Universidad de Deusto Biblioteca

ſua entitate ſuaq; eſſentia ſucceſſionis retinens,& hoc quidem prius & poſterius metitur tempus. Et eſt continue vt idem: quia vnumquodque eſt idipſum quod eſt,& eſt vt non:quemadmodum punctum quod differtur(vt lapis,aut aliquid quicquam)ſemper idipſum quod eſt,idem eſt,ratione vero alterum, ſicut nituntur ſophiſtæ oſtendere Coriſcum alterũ eſſe in domo,& alterum in theatro. Et in ipſo quidem nunc vt fertur,cognoſcimus prius & poſterius,& ex eius numero conflatur. Quod eñ mutabile eſt ſecundum prius & poſterius, ipſum nunc eſt. Et motus propter id quod mouetur,eſt:& loci mutatio,ꝓpter id quod fertur. Et ſi non ſit tempus,neq; nunc eſt:& ſi non eſt nunc, neq; tempus. ſunt enim hæc ſimul,vt ſi non ſit loci mutatio,neq; quod fertur. Et ipſum nũc quod fertur,vt numeri vnitas eſt: quæ continue cogitatione & intellectu alia numerum conſtituit, temporis numero correſpondens. Nunc vero capimus & alio modo,vt quod ſit temporis extremum & terminus. Vnde dictum eſt,vt magnitudo continua eſt:ita & ſecundum locum mutatio:a qua & tempus habet vt ſit continuum. Et ſicut magnitudinis punctum terminat & cõtinuat, vt vnius finis,et alterius principium:ita et nunc quodammodo terminat tempus, et nunc vno vt duobus vtimur:numerus hic tamen tempus non eſt. nam mobile ſtaret & quieſceret. ſed numerus prioris & poſterioris motus inter duo nunc cõſtitutus,ille eſt tempus. ¶ Vnde fit vt nulla temporis pars euadat ipſum nunc:vt neque lineæ pars euadit punctum. Neq; tempus in nunc et momenta, vt neq; linea in puncta,ſed tempus in tempora, vt linea in lineas(quæ eius ſunt partes) dirimitur,et ipſum tempus cum numero quo numeramus.maximam gerit ſimilitudinem:quanuis ſit numerus qui numeratur. Nam ſicut idem numerus, plurium,vt hominum,equorum,et canum,quo ea numeramus,eſſe poteſt: ita et tempus idem plurium motuum numerus. Sed quod tempus ſit numerus prioris et poſterioris motus,quodq; continuum : plus ęquo dictum videtur.





VNdecimi cap.ſcholia. XXXVI. Cũ eñ expergiſcimur,nũc primũ. Nũc primũ,vocatur impartibile tẽporis inceptiõis ſomni. Nuncvero poſterius,dicitur inſtans inceptionis euigilationis,quia hoc ratione temporis quod terminat, ſequitur, illud vero pręcedit. Et quod Ariſtoteles hic memorat accidiſſe viris illuſtribus,qui per multa tempora in Sardo vrbe Lydię dormierunt,& experrecti arbitrati ſunt ſe paruo admodum tempore dormiuiſſe, tradunt hyſtoriæ accidiſſe Epimenidi Cretenſi, quem referunt ſeptem & quadraginta annis dormiuiſſe in ſpelunca,& poſt experrectionem domum reuerſum neminem agnouiſſe. Quin & ſanctitate inſignes viri,qui ab eccleſia Chriſtiana ſeptem dormientium nomine honorantur, apud Epheſum amplius quam trecentos annos dormiuiſſe tradũtur in monte Cęlio vrbi illi propinquo,ad quem confugerant Decium graſſantem in Chriſtianos metuentes, & ſub Theodoſio imperatore Chriſtiano experrecti ſunt,vt ſanctorũ referũt annales. XXXVII. Id eñ motus prius eſt. Moueatur e mobile per ſpatiũ a d,diuiſum in tres partes a b,b c, c d. latio a b eſt prior pars, quia fit ſup primam partẽ totius ſpatij. & latio b c,ſecũda pars motus,quia fit ſup ſecundã partem ſpatij. latio autẽ c d,poſtrema lationis eſt pars,quia reſpondet poſtremę parti ſpatij. Et ita qualis ordo & diuiſio partium ſpatij ſecundũ extenſionem,talis eſt partitio partium lationis ſecundum ſucceſſionem, ſpatij partibus reſpõdentiũ. XXXVIII. Tunc eñ temp⁹ intelligimus. Si in motu primi mobilis (exempli gratia vnius horę,vt a b)duo extrema impartibiliaq; cõſtituam⁹,a momentũ ĩcipiens, & b momentũ finiens,a quidẽ prius,& b poſterius,inter quę mediũ apprehendim⁹ totũ motum a b,cuius pars prior a c,& poſterior c b mẽte concipitur,tunc id totũ interceptũ eſt tempus,cuius a eſt inſtans incipiẽs,& b inſtans finiens,& a c pars tp̃is prior, c b vero pars poſterior. Sicut enim tempus re ipſa eſt motus,ita inſtans temporis eſt momentũ motus,ſecundum tamen diuerſas rationes. Et quemadmodum ſupponit geometricus punctũ eſſe terminum lineę,ita naturalis philoſophus pro principio ſuppoſitioneq; habet,nunc eſſe terminũ tẽporis. Ex vno etiam inſtanti cõtinuãte,vt c,poſſumus quid tẽpus ſit intelligere,quod eſt finis vni⁹ partis tp̃is,vt a c, & principium alteri⁹,ſcilicet c b,ex quo,quę tẽporis prior eſt pars,& q̃ poſterior,cognoſcitur. Nã temporis pars prior eſt,cui⁹ datũ nũc finis fuerit,vt a c. & pars poſterior, cui⁹ datũ inſtãs eſt principiũ,vt c b. XL. Ipſum nũc qđ defertur. Hęc tertiæ rõis ſolutio in litera ſuboſcura eſt, poteritq; hoc pacto ſeruata literę ſerie fieri dilucidior. Primũ mobile vocat̃ hoc loco ipſum nũc quod defertur,quia ſicut nũc & impartibile tẽporis omnino ſucceſſionis eſt expers,ita primũ mobile ſua ſubſtãtia & eſſentia nihil habet ſucceſſiõis,ſicut neq; pũctus quicquã extẽſionis lineę. hinc ipſum nũc quod defertur,ad tẽpus eſt vt punctũ ad lineã. Rurſum quẽadmodũ materia ſua eſsẽtia nihil

habet albedinis,ſed albedo ei acidens eſt & aduentitia, ſic primũ mobile de ſua eſſentia ſucceſſionem non habet ſed accidẽtariam & aduentitiã. Et ſucceſſio ipſa, quæ tẽpus eſt, ſecundũ prius & poſterius menſurat primum mobile,& hoc nunc quod defertur ſicut menſura ĩtrinſeca id in quo eſt,& quẽadmodum longitudo vlnę ipſam vlnæ ſubſtantiam dimetitur. Alia autẽ entia infra primum mobile menſurat tempus,vt menſura extrinſeca,& tanquã vlna pannũ. Et ipſum nunc qđ defertur & continue idẽ ſecundum ſubſtantiam,& reipſa,quia nihil ſubſtantiæ fixę eius ſubtrahitur aut adijcitur. Siquidem metaphyſicum principium eſt. Vnumquodq; eſſe id ipſum quod eſt, vt homo ſua ſubſtantia eſt homo,& equus quandiu eſt, ſua ſubſtantia equus eſt,& quodlibet ſibi ipſi idem,quo ſummam rerum idẽtitatem quam perfectiſſime poteſt imitetur. Et ipſum primum mobile etiã eſt non idẽ ſecundum rationẽ,quia gratia ſucceſſionis in ea exiſtentis diuerſas ſortitur rationes & denominationes,quẽadmodũ lapis f aut quolibet aliud loco mobile (quod Ariſtoteles vocat in analogia punctum ꝙ defertur,quia ſuapte natura nihil habet ſucceſſionis, lationiſue,vt neq; punctum quicquã extenſionis) idem eſſentia eſt per totum ſpatium a e,neque ei quicquam additur aut ſubtrahitur,continue tamen eſt vt alterum ſecundum rationẽ. Cum eñ mouetur ꝑ ſpatium a b habet ſucceſſionẽ a b,ſecundum q̃ denominatur moueri,& quãdo fertur in ſpatio b c,aliam habet ſucceſſionẽ, a qua nomen ſumit rationem,& ita quando ſuper ſpatium c d & d e mouetur,aliam & aliã ſubit denominationem ob rationum diuerſitatem, quẽadmodum idẽ eſt re ipſa Coriſcus in domo & in theatro, alter tamen ratione, ex qua rationum differentia non recte(tametſi id ſophiſtæ annitantur)concludimus illa eſſe duo re ipſa. Et in ipſo qdẽ nunc vt fertur,cognoſcimus prius & poſterius. Neque ab re adiecta putetur hæc particula,vt fertur. nam in ipſo mobili ſecundũ eſſentiã ſuã non attẽditur prius & poſterius,ſed in ſucceſſione ſua,quę eſt in ipſo ſicut extenſio in materia. Vnde ſublata ſucceſſione,& manente ſola cęli ſubſtantia, amplius in eo non eſſet prius & poſterius,ex cuius quidẽ prioris & poſterioris numero conflatur tempus. Quod eñ mutabile eſt ſecundum prius & poſterius ſucceſſionis,eſt ipſum nũc quod defertur. Et loci mutatio propter ipſum loco mobile eſt,vt ipſum ſit quo modo natum eſt eſſe, ſicut ambulatio dati eſt homini vt per eam conſequatur cõueniens,& fugiat diſconueniens. Et ſi non ſit tẽpus,neque ipſum nunc ꝙ defertur,quia ocioſum eſſet,ſicut materia ſine forma. Et econtra ſi nõ eſt nunc quod defertur,neque eſt tẽpus,alioqui eſſet accidens ſine ſubiecto. Vt igitur vnitas numeri vna & eadem re ipſa,ratione tamen diuerſa,diuerſos conſtituit numeros, (vnitas eñ binarij cõſtituit binariũ, & vnitas ternarij ipſum ternariũ) ſed vnitas binarij & ternarij rõne ſunt diuerſa,ſic vnitas ipſius primi mobilis re ipſa eadẽ,tamen continue altera & altera ſecundũ diuerſas rationes,numerum rationũ conſtituit qui quidẽ numerus rationum reſpondet numero ſucceſſionũ,vt ſi quatuor ſint ipſius mobilis diuerſæ rationes,& quatuor ſint partes ſucceſſionis ſiue tẽporis. Recte ergo vnitas mobilis,cogitatione & intellectu alia,numero tẽporis correſpondẽs dicitur. Capitur præterea nunc in altera acceptione pro tẽporis termino & extremo, analogo ad punctum in linea,& nũc vno ſecundum rem(vt c continuante) tanquam duob⁹ ſecundum rationẽ vtimur:principio ſcilicet vnius partis,& fine alterius hic tamen numerus ſumptus ex nunc extremo,minime tempus eſt,nam ſi numerus ille eſſet tempus,primum mobile ſtaret,cum nõ ſit natum moueri niſi per motum. illud autẽ nunc,non eſt motus. quia eſt indiuiſibile ſecundum ſucceſſionẽ. quare per ipſum nunc,mobile non moueretur. igitur mobile ſtaret & quieſceret,quod natura eſt impoſſibile, ſed prius & poſterius in motu inter duo nunc clauſum, tempus eſt. Vnde ſicut nulla lineæ pars euadit punctum,quia vnaquęque punctis clauditur,ita nulla temporis pars euadit ipſum nunc,quia quælibet eius pars ipſis impartibilibus terminata continetur. Et quanuis tẽpus ſit numerus numeratus, tamen magnam habet cum numero numerante cognationẽ atque affinitatem. Nempe ſicut idẽ numerus numerans eſt plurium rerum numeratarum (vt idem denarius etiam numero, decem hominum decẽ equorum,& decem canum) ita idẽ numero tẽpus eſt plurium motuum, vt generationis ignis calefactionis aquæ,& ambulationis hominis)mõ ſimul,eadẽque duratione fiant)menſura,vt ex ſequentibus planius euadet. Nẽpe in ſecunda concluſione ſequẽtis capitis oſtenſurus eſt Philoſophus, ꝙ omniũ ſimul exiſtentium & vbique eſt idẽ tempus.

¶ Duodecimi capitis annotat.

¶ Id dicimus eſſe in motu: quod partes partibus motus habet reſpondentes, vt actũ, actui:atque potentiæ potentiam.

DVodecimum caput cõtinet ſeptẽ concluſiones,tres rationes ad quartã. vnũ corollarium ad ſextã, quatuor ad ſeptimam. ¶ Prima concluſio, Temporis quodãmodo eſt minimũ,quodammodo vero non eſt. ¶ Nam numerorum minimus eſt dualitas:& numeri minimum,ipſa vnitas. Tẽpus aũt deſcriptum eſt eſſe numerus. Igitur tẽporis vt numerus eſt,minimũ,aut duo aut vnum eſt. Eſt igitur tẽporis quodãmodo minimum. Atvero cũ(vt dictum eſt) tempus ſit continuũ,& continuorum,vt lineæ,non ſit minimum ſemper eñ di

quo ad numerũ in tempor dat minimũ at q̃tũ ad cõtinuum minime

Universidad de Deusto
Biblioteca

uisibilis linea est.temporis vt continuum est,non est tempus minimũ. ¶Vnde
ratione non caret,cur tẽpus multum & paucũ,longum & breue, & non velox p
prie dicatur,atq; tardum. Nam vtriusq; quantitatis & discretę & continuæ con
ditionem retinet. Vt igitur numerum esse consideramus, ipsum & multum &
paucum dicimus:vt vero continuum est,longum & breue. Et cum nullus nume
rus ꝓprie velox dicatur atque tardus, ipsum tempus neq; velox proprie dicim⁹
neq; tardũ. ¶Secunda conclusio.Oim simul existentium & vbiq;, est idẽ tem- 42
pus:prius tamen temporis & posterius,non idem. ¶Nam omnia simul existen
tia &vbique,metitur:vt numerus idem centum homines,& centum equos ,quo
rum alter est numerus centum hominũ, & alter centum equorum . Et tempus
est numerus non numerans,sed qui numeratur secundũ prius & posterius ,cu-
ius vna pars prius iam facta est,altera vero futura est , vnde oportet semper pri⁹
alterum esse a posteriori. ¶Tertia conclusio.Sicut eundem & consimilem mo- 43
tum redire contingit,ita & idem tẽpus. ¶Redeunt eñ consimilia secundum vi
ces suas,ver,æstas,autũnus, & hyems,q̃admodum consimiles mot⁹. Est eñ tem
pus,numerus ex priori & posteriori motus sumptus. ¶Quarta conclusio . Non 44
solum motum tẽpore metimur,sed & contra motu metimur & tempus . ¶Pri-
mo. Nam tempus metitur motum:est eñ numerus motus . & dicimus tempus
multum aut paucũ,in quo multus motus aut paucus factus est , tempus hoc pa-
cto metientes . ¶Secũdo.Quia idem in numerabilibus accidit . Nam denario
numero decem equos apprehendo,& ex denario equorum denarium numerum
mente concipio,denario decem equos metiens,& decem equis e diuerso denari
um.Non mirũ est igitur & id videri est accidere tempori & motui. ¶Tertio .
Motus comitatur magnitudinem,& motum tempus . Merito igitur sic sese ha-
bet tempus ad motũ , vt ad magnitudinem motus . At magnitudo metitur mo-
tum,& motus magnitudinẽ. Nam profectionem dicimus multam , quia via est
multa:& e diuerso viam multam,quia profectio multa est . Debita igitur ratiõe
ꝓuenit vt & tempus motum metiatur,& e diuerso a motu remetiatur. ¶Quin- 45
ta. Res esse in tempore est eas mensurari tempore. ¶Nam tempus est mensura
motus,& eius quod mouetur:quemadmodũ cubitus alicuius magnitudinis ma-
gnitudinem metitur. Cęteras igitur res quæ sunt in tempore,metitur tempus:&
eas esse in tempore, est eas mensurari tempore. ¶Bifariam enim potest aliquid
esse in tempore. ¶Primo, quia tunc sit,cum tempus ipsum est . Sed putare hoc 46
mõ quodcunq; esse in tẽpore,nihil aliud est q̃ si putes cælum esse in milio , quia
tunc sit cęlũ cum milium est,& oẽs res in omnibus , & aliquid esse in motu & lo
co,quia tunc sit cũ motus & locus est ¶Secundo,quia sit in temporevt in nume
ro. Et hoc diducitur,quia hoc est aut vt pars ,aut passio, vt vnitas,par,impar , in
numero. Aut vt in continente & metiente,q̃admodum res dicimus esse , conti-
neri,& mensurari a loco. Cæteræ igitur res cũ non dicantur esse in tempore , q̃a
tunc sint cũ sit tempus (nam nihil ꝓprie hoc modo in tempore esse dicas) neq;
sint in eo vt partes aut passiones:reliquitur igitur eas esse in tempore,vt in nume
ro continente & metiente. Res igitur esse in tẽpore, est eas mẽsurari tempore.
Consequitur tamen,cum aliquid sit in tempore,tunc ipsum esse cum tempus est
& cũ aliquid est in loco, tunc ipsum esse cũ locus est . sed propterea ipsum esse
aut in tempore,aut in loco,accidit. ¶Sexta conclusio. Res quę sunt in tempore,
per se patiuntur in tempore:& tempus videtur posse causa corruptionis. ¶Nam
consueuerunt(vt videm⁹) res in tempore tabescere,putrescere,consenescere om 47
nes:obliuiõe multa deleri:quorũ nihil prẽter tempus causam afferre possumus .
Est enim numerus motus,motus aũt disturbat ,& alterũ esse facit id quod prius
erat. At nihil nouũ oriri videmus cuius nullam causam prẽter tẽpus afferre pos
simus. Res igitur quæ sunt in tempore,patiũtur in tempore,& tempus,corrupti
onis causa esse videtur. ¶Corollariũ . Vnde fit vt immortalia atq; perpetua in

tempore non esse dicantur. ¶Neq;eñ continentur,neq;mensurantur a tempore ꝓpetua & ĩcorruptibilia
neq; quicq̃ patiuntur in tẽpore,vt q̃ neq; tabescunt,neq; senescunt,quod iterum in tempor nõ esse
signũ est ea non esse in tempore. ¶Septima conclusio . Tempus mensura est q
49 etis. ¶Nam tempus metitur motum.quies aũt priuatio motus est. Metitur igi-
tur tempus & quietem. Eadem eñ habitus & priuationis mensura est . ¶Vnde
sicut motum dicere solemus esse in tẽpore,& quantus sit assignare, ita & quietẽ
esse in tempore,& quanta sit assignare,motum tamen per se,& quietem per acci
dens. Tantam eñ quietem dixeris,quantus esset motus si tum mobile continue
motum fuisset,atq; quantus qui alibi exercetur motus. Neque idcirco tamen ꝓ
prie dixeris quietem,quia sit in tempore,eam esse in motu.nam non idem est.
50 ¶Primum corollarium. Vnde fit vt tempus id quod mouetur,& quod quiescit,
vt talia sunt,metiatur. ¶Est eñ(vt dictum est) mensura motus & quietis , qua alia tpis differunt
quanta ipsa sint cognoscimus. Non tamen omnino immobile quiescit,sed priua
51 tum motu,aptum natum moueri. ¶Secundum corollarium. Vnde etiam quod
mouetur,essentia ipsa non metitur tempus. Nam quantitatem non habet,sed e-
ius motus quanti sint metitur. ¶Tertium corollarium . Quapropter iterum ea
52 quæ neque mouentur, neq ue quiescunt,in tẽpore non sunt. Nam tempus solum q nõ sunt in tpe
motus quietisque mensura habetur . ¶Quartum . Fit etiam vt ea quæ nunquã
53 aliter se habere possunt , non sint in tempore . ¶Vnde quędam sunt quæ nunq̃
aliter se habere possunt: vt diametrum esse incõmensurabilem costæ. Quędam
vero nunq̃ esse possunt,vt diametrum esse cõmensurabilem . Et hæc in tempo-
re non sunt,vt quæ a tẽpore, vt æterna claudi non possint . Alia vero aliquando
sunt,& eadem aliquando non sunt:vt Homerus in prẽterito fuit,qui modo non
est:& aliquid futurũ est quod nunc non est, & talia , & quęcunq; aliquando cum que in tpre ee dicuntur
non sint oriuntur,& orta intereũt,esse dicimus, in tempore:vt quod eorũ esse ex
cedat, & superet,& quorum sint generationes & corruptiones.

Duodecimi capi. scholia. XLI. Igitur temporis vt numerus est . Quatenus tempus vt numerus numeratus consideratur,eius est minimũ multitudinis,quia minimus ei numerus aut numeri principium applicatur. quatenus vero tempus vt continuum intelligitur,eius non est minimum successionis. Nempe numerorum numerantiũ minimus est dualitas cum nullus numerus pauciores duabus habeat vnitatesvnitas eñ numerus non est,sed numeri principium,& quidem minimum, quia indiuisibile in partes discretionis. Tempus autem est numerus numeratus!igitur eius vt numerus est,aut duo sunt, cum scilicet ei applicatur binarius,quo minor numerus ei applicari non potest.aut vnum,cum ei applicatur vnitas numerans,igitur eius,ratione applicati numeri,quodammodo minimum est.Cum autẽ omne continuum in minores partes sit diuisibile , nullius continui est minimũ aut minima pars. Tempus autem est continuum,vt præcedens caput monstrauit.igitur temporis non est minimũ, quatenus ipsum continuum est,quemadmodum lineæ bipedalis aut pedalis secundum numerum est minimum,non aũt secundum extensionem,sicut enim linea bipedalis,& continuę quantitatis & discretæ rationẽ habentia tẽpus in sua ratione vtriusq; quantitatis conditionẽ retinet. XLII. Nam oia simul existentia ,vbiq; mensurat.Si eadem numero vlna mensuremus pannum, purpuram & linteum,quanuis res mensuratæ sint diuersæ, tamen eadẽ illorũ est mensura. Et si centenario numero animi numerante numeremus centum homines , & centum equos , idem est prorsus numerus numerans,licet alter sit numerus numeratus centum hominum,& alter centũ equorum,ita omnium simul in tempore existentium est idem numero tempus mensurans,etsi res duratione mensuratę sint diuersæ.Et quemadmodum vlnæ pars priorsecundum extensionem alia est ab eiusdem parte posteriori,ita & prior pars temporis iam præterita alia est a parte posteriori & futura. XLIIII. Debita igitur ratione prouenit. Ferme in omnibus mensuris id vsu venire cõpertũ est,quod a priori res mensuratas metiantur,& reciproca reflexaq; mensuratione a posteriori mensurata remetiantur mensuras,vt vlna pannum metitur,& pannus mensuratus vlnam . Ita & in tempore accidere liquido perspicitur,& ijs quæ tempore fiunt. Primum eñ scriptionem aliquam,vt paginæ,hora metimur cognoscimusque nos hora vna absoluere scripturam paginæ. Deinde ediuerso perscriptionem paginæ metimur horam, perpendimusque cũ paginam scribendo absoluerimus,nos hora vna scripticasse. Sic qui primum inuenerunt industriam deprehendendæ durationis horariæ per casum arenularum a parte superiore vitri in partem inferiorem,horam mensi sunt casum arenarum consideraueruntque quantum arenarum horæ vnius spatio delabi potuerit,nunc autem earũ motu deprehendimus horarũ interualla, dignoscimusque cum arenę omnes sensim deciderint,horę spatium esse transactum. XLVI, Consequitur tamen cum aliqd

ut in linea ita in tpe ratio habetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad aliquid esse in tempore, & mensurari tempore, sequitur ipsum esse cum tempus est. Nam valida est ratiocinatio, id est in tempore, atque ipsum tempore metimur, igitur ipsum est cum tempus est. si enim non esset tempus, neque quicquam tempore mensuraretur, sicut ad aliquid contineri a loco, sequitur ipsum esse quando locus est, cum si non esset locus, neque quicquam loco cõtineretur. Non tamen contra quicquid est, quando tempus est, est in tempore, sicut neque quicquid est quando locus est, debet dici esse in loco. Alioqui supramundana a tempore & loco abstractissima, deberent dici in tempore & loco esse. quandoquidem sunt quando tempus & locus est. quare propter idipsum quod quippiam existat quando tempus est, non debet quicquam dici esse in tempore, nisi forte per accidens. XLIX. Eadem enim habitus & priuationis est mensura. Vt visus mensura est luminis & tenebrarum, auditus, soni & silentij, olfactus, odoris & odore priuati. Motus autem & quies, sunt habitus & priuatio. Eorum igitur eadem est mensura. Ac qui tempus mensura est motus, est igitur mensura & quietis. huius quidem per accidens, illius autem per se. Tanta emquies esse dicitur, quantus fuisset motus si toto tempore quietis mobile continue motum fuisset. aut quantus est motus qui eodem tempore alibi fit, vt si quieuero vna hora ab ambulatione, illa quies est vnius horæ, quia tanta fuisset mea ambulatio si illa quietis hora ambulassem, aut quia tanta est ambulatio quam quis alibi exercet. Et quanuis quies sit in tempore, & tempus re ipsa sit motus, non tamen recte quis dixerit quietem esse in motu. Nam non oportet si vnum eorum quæ re ipsa eadem sunt, & ratione discrepantia, accommodate alicui attribuitur, eidem & alterum apte attribui, cum possit alterius ratio illi eidem prorsus disconuenire, sicut recte dicimus motum esse in tempore, inepte autem motum esse in motu, quemadmodum etiam motum vnum dicimus velocem aut tardum tempus autem proprie nullus velox aut tardũ dixerit. L. Vt talia sunt mensuret.. Vt talia sunt, quatenus mouentur, autquiescentia sunt. Qua quanta ipsa sint, cognoscimus, qua mensura, quanti sint secundum durationem motus, quantæque quietis, cognoscimus. LI. Essentia ipsa non mensurat tempus. Corollarij sensus est, tempus non mensurare mobile secundum ipsius mobilis substantiam, & secundum idq; est. si enim nõ esset in ipso motus aut quies, tẽpus nullo modo ipsum metiretur, cum mobile essentia sua quantitatem & successionem non habeat, sed quanti sint ipsius mobilis motus, mensurat tempus, quemadmodum vlna non mensurat pannum essentia sua, sed quia extensus est. Etoculus non metitur albũ aut nigrum secundum ipsius subiecti substantiam, sed quia albedinem aut nigredinem habet, qua sublata, oculus ipsam substantiam amplius non percipit.

Decimitertij capitis annotat.

¶ Terminus, impartibile. ¶ Dirimens, diuidens. ¶ Dirutum, destructum. ¶ Illium. Troianum ppugnaculum, Regia priami. ¶ Atomum, impartibile. ¶ Nuper, modo. ¶ Caries, putredo. ¶ Situs, vetustas.

nũc qd

DEcimumtertium caput continet duos modos nunc, quid olim, quid iam, nuper, quondam, repente, duo de tempore dicta, & vnam conclusionem. ¶ Nunc duobus modis dicimus. ¶ Primo. Nunc terminus est, vt prius dictum est, pręteritum futuro continuans, & omni no temporis terminus, vt huius finis, istius vero vt principium: vt puncta in linea. ¶ Sed hoc interest, nam punctus manet, nunc autem non. & vt punctus lineam mathematicam dirimens, vt dirimens vnus subiecto est, ratione & cogitatione duo, & vt coniungens, vnus vtroque modo: ita & nunc in tempore.

¶ Secundo. Nunc est tempus non longe a prædicto nunc vtrinque iacens, vt, quando venit? quia hodie venit, nunc dicere solemus. Et quando veniet? quia hodie veniet, nunc veniet dicimus. At vero si quæritur, quando dirutum est Illium? quando factum est diluuium? non nunc respondebimus, quia ea ab Atomo nobis adiacente plurimum remota sunt. ¶ Olim, tempus importat ad certum impartibile in præterito aut futuro relatum, ut olim Troia diruta est, cum Troes admiserunt equum ligneum. Olim fiet diluuium, cum fuerit coniunctio ponderosorum. ¶ Et si quæras cum omne tempus sit finitum, an aliquando deficiet, vt nevllum quidem postea sit futurum? ¶ Responsio in promptu est, Si semper est futurus motus, & tempus & si alius & alius motus, & aliud atque aliud tempus. & si idem motus, & idem tempus. Si vero aliquando cadet motus, & tempus casurum est (At vero ipsum nunc videtur ostẽdere tempus nunquam casurum, quod sese habere videtur vt punctus in circulo, vt semper sit principium & finis. Non autem principium potest esse & finis. nisi priori tempori succedat alterum. Nam eiusdem esse principium pariter &

cũ motus tpis est
duratio
tpis nũq casurũ

finis, pugnantia sunt. Videtur igitur potius tempus nunquam casurum, qui sem
56 per reliquũ futurumve sit vllum. ¶ Iam tempus propinquum ante aut post pre- significatio ea
senti atomo quod nobis adiacet: significat: vt quando profectus es? quia in prete
rito nostro præsenti propinquo profectus es, respondes iam. Quando proficisce-
ris? quia in futuro propinquo pręsenti ibis, respondes iam. Non autem sic dicimus Illium iam dirutum, quia eius destructio longe a nostro præsenti absit.
57 ¶ Nuper temporis præteriti pars est, cum a præsenti nunc parum distet: vt quã- nup
do venisti? Nuper dicimus, cum id pręteritum parum a nunc adiacente atomo
58 semotum sit. ¶ Quondam, tempus importat quod multum distet: atq; a nostra quõdã de magno
59 memoria sit remotum. ¶ Repente, quod subito fit, & ob paruitatem pene insen tpis dsmhi dicit
60 sibile est tempus importat. ¶ Duo dicta antiquorum de tempore. ¶ Primũ est
Simonidis, dicebat em̃ Simonides tempus esse sapientissimum, quia temporis simonidis paronij pi
beneficio omnia discuntur & inueniuntur scibilia. ¶ Secundum est Paronis Py thagorij iudicium
thagorici, dicebat enim Pythagoricus Paro tẽpus indocibile esse, & stultissimũ tempor
61 q; omnia obliuione deleantur in tempore. ¶ Conclusio. Rectius Pythagoricus
Paro Simonide dixisse videtur. Nam tempus potiꝰ causa per se corruptionis q̃
rerũ ortus esse videtur, mutatio enim omnis, a natura remotiua est. tempus autem numerus motus est. Videmus em̃ cariẽ: situ, obliuione sq; fieri: q̃rum causam nescimus nisi tempꝰ afferre. contra aũt nihil oritur, cuius non sit alteram causam afferre, actũ, artem, naturam, authorem, aut quiduis aliud. Est igitur potius (vt Paro sentiebat) tempꝰ causam esse obliuionis, & scientiæ interitus, quam cõtra sentiendum. Sed quid sit tempus, nunc, olim, iam, nuper, quondam: repente, abunde dictum est.

DEcimitertij capi. scholia. LIIII. Primo nunc terminus est. Nũc primo, duobus modis in hac diffinitione sumi innuitur. Vno proprie, & tunc est impartibile tẽporis nobis adiacẽs, & præteritum futuro continuans, tangiturq; per primã acceptionis huius partem. Secundo cõmuniter, & est tẽporis impartibile vnam eius partem alteri continuans, siue in præterito, siue pręsenti, siue futuro. Et hic modus per secundam diffinitionis partem tangitur quæ dicit, & omnino temporis terminus. Et harũ acceptionum vtraque frequens est in tota philosophia. Vt aũt recte concipiatur quid sit nunc in tempore philosophus subiungit analogiam eius ad punctum in linea, cui non minus apte respondet q̃ tẽpus lineę. Sicut em̃ punctum continuans in linea mathematica, & a subiecto cogitatione abstracta vt eam diuidens, est vnum numero, & ratione duo, scilicet vnius finis, & alterius principium, vt aũt punctum est coniungens partes lineę est vnum vtroque modo, scilicet & re, & ratione, sic nunc in tempore, præteriti finis est, & futuri principiũ, imo generatim prioris partis finis est, & posterioris principium. LV. Tunc factum est diluuiũ. Id literæ exemplum non ex sententia Aristotelis est, sed astrologorum, & eorum quæ hic contingant causas ad astra referentium, qui dicunt tunc factum fuisse diluuiũ, cum fuit coniunctio planetarum ponderosorum, scilicet Iouis & Saturni. quę vocant astra ponderosa. q; longo tempore quasi pondere aliquo tardata, suũ motum perficiant. Ad quæstionem vero quã deinde subiungit, quid respondendum sit, ex octauo Physicorum euadet manifestius, scilicet secundum philosophi sententiam ponendum esse, tẽpus neque principium neque finem habere. At secundum veritatem (quę Aristotelẽ de mundi exortu & obitu latuit) dicendũ est tempꝰ principium habuisse, & instans incipiens, ipsumq; finẽ habiturũ instansq; finiens. Neq; nunc in tempore cõferendum est ad punctum in circulo, sicut hic cõparat, sed ad punctum in linea recta, & tempus ad lineam rectam, quę comparatio vbi primum facta fuerit, protinus deprehendetur tẽpus cum mundo exordium habuisse, & cum eo pariter desiturum. LVI. Non aũt sic dicimus, Illium iam dirutum est. Quonampacto Troia post decemnalem obsidionem, innumerasq; strages & cædes tum Græcorum, tum Troianorũ, miserabili excidio fuerit exterminata a Græcis, qui insidias meditati, equum ligneum imensæ molis cõstruxerunt, & armato milite repletum intra mœnia Troię ducendum curarunt, vulgatissimum est, & præsertim ex secundo Virgilianę Aeneidos apprime cognitum. LX. Primũ est Simonidis. Simonides poeta dicebat tempꝰ esset sapientissimum, ab effectu, q; homines sapientes & doctos efficiat. Sic Paro Pythagoricus cõtra astruebat tempus oim̃ stultissimum, itidem ab effectu, q; homines efficiat prius scitorum imemores, indoctos & imperitos. Et sententię Aristotelicæ (qua dictum Paronis approbat potius q̃ Simonidis) astipulatur Ouidius ex Pythagoræ sententia id annotans

Tempus edax rerum, tuque inuidiosa vetustas
Omnia destruitis, vitiataque dentibus æui.
Paulatim lenta consumitis omnia morte.

diluuiũ qn

Bibliotheca
Facult. Philosophiae
Provinciae Loyolensis S.I.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Decimiquarti capitis annotat.

¶Regularis motus est, qui cōtinue equali tēpore equalia acquirit spatia. ¶Spatium, forma, quantitas, qualitas, localis mutatio, atq; motionis spatiū. ¶Subiectum, terminus motus. ¶Sub anima intelligentiā cōprehendimus. ¶Gradarius, triangulus trium inæqualium laterum. ¶Gradarius, Scalenus.

DEcimumquartū caput continet quinq; conclusiōes, duas rationes ad primam, & quatuor quæstiones, vnam instantiam ad vltimā, & eius solutionem. ¶Prima conclusio. Omnem motum, omnemq; mutationē fieri in tēpore necesse est. 61 ¶Primo, Quia in omni motu & mutatione inuenimus velocius & tardius. est igitur omnis motus & mutatio in tempore. Velocius enim id dicimus, q̃ continue mutatū secundum eandem speciē motus, & motu quidem regulari, minori tempore transit in subiectum: vt datis duobus deorsum latis, regulariter eodē spatio motis, id velocius est, quod in minori tempore spatium conficit, pertransit & absoluit. Et ita datis duobus circulariter motis. ¶Secundo, In omni motu est prius & posterius. prius autem & posterius dicuntur collatione facta ad nunc impartibile nobis adiacens, secundum eius aut distantiam, aut appropinquationem. est enim nunc, præteriti & futuri terminus. est igitur oīs motus, omnisq; mutatio in tempore. Interest tamen inter prius & posterius præteriti, & futuri prius & posterius. Nam præteriti id dicitur prius, quod a præsenti nunc est remotius, & id pręteriti posterius, quod præsenti impartibili est ꝓpinquus. contra vero fit in futuro. nam id prius est futuri: quod est præsenti impartibili ꝓpinquius. id vero posterius, q̃ ab eodem est remotius. ¶Quatuor quęstiones. ¶Prima. Cur tempus esse in cælo, in terra, ī mari, & quibuslibet alijs rebus ponimus? 63 ¶Secunda. Quomodo se tempus habeat ad animam? 64 ¶Tertia. Vtrum tempus sine anima esse possit? 65 ¶Quarta. Qualis motus numerus tempus sit? an cuiuslibet? 66 ¶Secunda conclusio. Tempus in cælo, terra, mari, & cęteris sensibilibus ponendum est. 67 ¶Nam omnia hæc mobilia sunt. sunt em̃ in loco. At tempus, motus passio aut affectio quædam (quæ numerus est) existit. Sunt em̃ motus & tempus simul, ita vt actus actui, & potentia potentiæ respondeat. Bene igitur hęc omnia in tempore esse dicimus. ¶Tertia. 68 Si non sit anima vlla, consequens est vt non sit tempus. ¶Nam si non sit numerans, neq; numeratum vllum erit. At vero si non sit anima nullum relinquitur numerans, quid enim præter animam, aut animæ portionem intellectum, numerat? Igitur si non sit anima, non erit numeratum. Atqui si non sit numeratum, nō erit tempus. est enim tempus, numerus qui (vt dictum est) numeratur. At forte cui temporis ratio accidit, nihil prohibet sine anima existere. Et enim motus prius & posterius, vt numerabilia sunt tempus. 69 ¶Quarta. Tempus non oīs motus, sed primi motus numerus est. ¶Nam tempus, omnium motuum mēsura esse videtur. Primus aūt motꝰ merito aliorū metrū & mensura ponendꝰ est. Est igitur tēpus, primi motus numerus. ¶Quinta, Primus motꝰ delatio est, quā 70 circula sphęreq; accōmodamus. Nam is motus maxime regularis percipitur cuius nūerus nunq̃ in icerto est, sed constantissime omni æuo perseuerans. generalia aūt, corruptio, augmentatio, diminutio, non plane regulares, neq; secundū rectum latio, quę non semper perseuerat. Iure igitur delatio, quę toti circulo sphæræq; accommodata est, primus motꝰ dicitur, & eius tempus esse, quod omnia metiatur. Et certe non longe a veritate sentiebant dicentes tempus esse cæli motū, quod alios motus metiatur omnes. Ob hoc em̃ dici solet, res humanas trahi in circulo, & omnia quę mouentur, generantur, & corrūpuntur, quod omnia in tempore principium atq; finem accipiant, qui circulus q̃dem esse videtur. Est enim circularis, orbicularisq; motus numerus. In ijs em̃ q̃ mensurantur, mensura conspicitur, vt extra quam nihil cadat. ¶Instātia. Cuiuslibet motus numerū dicimus esse tempus. Quod em̃ generatur, generatur in tempore, quod corrumpi-

velocius quid

prius & posterius qd in præterito qd in futuro

quar tps i his ponat

tur: in tēpore corrumpitur, & q̃ augetur, diminuitur, alteratur, & fertur. Ast aliꝰ videtur esse numerus eius q̃ generatur, & alius eius q̃ corrumpitur. & ita de cæteris, Non igitur erit tempus vnū, & vniuscuiusq; motus. ¶Respondet idem esse tēpus oīm dictorū vt septem hominū & septem equorū numerus idem septē eos numerans, quanuis septē homines & septē equi diuersi sint: sicut triangulus equilaterus & gradarius diuersi sunt, & eundem ipsorū esse numerum, sicut eq̃lateri & gradarij eadem figuræ ratio est. Non enim cuiuslibet motus tempus est intrinsecus numerꝰ, sed primi, vt dictū est. alioqui simul duo, tria, & quotlibet haberi possent equalia tempora. Hanc ob causam motus cęteri & tēpus seorsum sunt: hi multi, tempus vnū: quia numerus idem vbiq; existens, & omniū simul existentiū: imo & tempus cætera metitur, & circularem ipsum motū, & tempus finitū tempore finito metimur, vt horam minuto (complectitur enim hora suam mensuram, sexaginta minuta) & diem horis & minutis, & mensem diebus. Sed hactenus de tempore dictū pro pollicitatione nostra sufficiat.

tps nō cuiuslibet sed primi motus numerum esse ierīsau

DEcimiquarti capi. scholia. LXII. Minori tempore transitū subiectum. Nomine subiecti in diffinitione velocioris, terminum ad quem, formāq; completam siue substantialem siue accidentariam intelligere debemus. nam in omni genere motus inuenitur velocius & tardius, quemadmodum in diffinitione motus regularis posita in notis (quæ etiam omne transmutationis genus complectitur) spatiū sumitur ꝓ omni eo quod motu acquiritur aut deperditur, sicut vocabula diffinitioni subiūcta in arte designāt. Siquidē generationis & corruptionis spatium, est forma substantialis, augmentationis & diminutionis spatium, quantitas siue magnitudo. Alterationis spatium, qualitas. Motus autem localis spatium intrinsecum, est ipsa localis mutatio, extrinsecū vero, magnitudo per quam fit latio. Et ex ipsa generali regularis motus diffinitione facile est cuiuslibet speciei motꝰ regularis diffinitionem elicere, pariter & quid motus irregularis dicatur cognoscere. Est enim is, quo mobile in equali tēpore nō equale absoluit spatium vt rerum naturaliū motus naturales & violenti. Nam præteriti id dicitur prius. Detur linea a b significans totum tēpus præsens quę diuidatur in duas medietates per punctum significans instans nobis adiacens. Pars autem a c significet totum præteritum, quod diuidatur in signo e, & pars a c totum futurum, quod diuidatur signo e in duasme dietates. Tunc pars a d est prius præteriti, & pars d c eius posterius. Nam a d a præsenti temporis atomo remotiuseſt, d c vero eidem propinquius. Sed c e futuri prius est, & e b posterius. nam c e instanti nobis adiacenti propinquius est, & e b ab eodem remotius atq; distantius. LXIII. Quatuor quęstiones. harum quatuor quæstionum (etsi nonnullæ earū sequētibus diluuntur conclusionibus) talis adhiberi poterit responsio. Primæquidem, q̃ tēpus in cælo & rebus sensibilibus omnibus ponitur, quia eorū, quatenus mobilia sunt, mensura est, & mensura in rebus mensuratis esse dicitur, quēadmodum vlna in panno. Secūdæ vero, q̃ tēpus se habet ad animā vt numeratū ad numerans, mensurratum ad mensurans paries visus ad oculum videntem. Deinde tertię tempus sine anima esse non posse, sicut tertia ostēdet conclusio. Demum quartæ, cuiuslibet motus tēpus esse numerū atq; mensuram, alicuiꝰ q̃dē numerum intrinsecum vtpote motus primi mobilis, cæterorum aūt motuum numerū extrinsecum, vt docet instantia in fine capitis posita. LXVIII. Nā si non sit numerans. Sicut nō dicitur quicq̃ mensuratum, q̃ a ei possit applicari mēsura, neq; visum quia possit videri, sed quia hoc visu ꝓceptum est, illud vero applicatione mensurę dimensum, ita non dicitur q̃equam numeratū, quia ei possit applicari numerus, est em̃ numeratū, sicut & numerans, nomen actus & non potentiæ, haud aliter quam mensuratū & visum. Participiū em̃ pteriti tēporis nunq̃ ponitur eiusdem esse significationis cū noīe verbali designente ibile, vt amatum non idē est q̃ amabile, quare nec numeratū idem quod numerabile. Vnde sicut aliqua denominantur a formis accidentariis intrinsecis, a q̃bus dependent vt sint talia, quēadmodum album ab albedine, qua sublata amplius non dicitur album. ita nōnulla sunt quæ denominationē sumunt atq; dependent a formis accidētalibus extrinsecis, quibus sublatis deperditur huiusmodi denominatio, vt numeratū a numero numerante, quo sublato amplius res non dicuntur numeratæ. Est igitur ꝓposita conclusio non minus veritati innixa q̃ hæc, si non sit oculus, non est albedo visa. Probatio vero similis huic. Si non sit vdens, nullū erit visum cū hęc adinuicem referantur. At si non, sit oculus, nullum erit videns, cū nihil præter oculum videre possit. igitur si non sit oculus, nullum erit visum. At si non sit visum non erit albedo visa, igitur si non sit oculus, nō est albedo visa. Qd si ponatur omnis homo esse somno solutus, & nullam animæ intellectusque functionē exercere, nihilo minus erit tempus. nā mens supramundana (quæ hic sub anima, vt & notæ declarant, intelligitur) numerū motui primi mobilis applicans etiam numerat, & dicitur numerans. At sicut nihil prohibet eam qualitatem cui competit videri, vt albedinē, existere sine oculo, sicut sonum sine auribus, ita & id cui ratio temporis conuenit, vtpote motus circularis primi mobilis, bene possit sine anima existere. LXIX. Primus aūt motꝰ merito aliorum. Hæc conclusio rationem assi

ad c e b

cur in celo scilicet tps ponatur

Universidad de Deusto Biblioteca

gnat,cur potius motus primi mobilis dici debeat tempus,q̃ motus cęli ſolis,a quo tamen videntur manifeſtius temporũ interualla diſtingui poſſe.Id em̃ eo accidit,cp primum in vnoquoq; genere dici debet metrum & menſura aliorum. At in genere motuũ, primę ſphęræ motus primus eſt, perfectiſſimus,maxime regularis,& cuius vertigine ſphærę inferiores omnes aguntur.motus autem ſolis, huiuſmodi primatum non habet. Potius igitur ille q̃ hic tempus dicitur, quod omniũ motuum eſſe debet menſura. LXX. Aſt alius videtur eſſe numerus eius quod generatur.Hæc inſtantia diluitur per id,quod quanuis alius ſit intrinſecus numerus eius quod generatur,& eius quod corrũpitur, nam alię ſunt partes generationis,& alię corruptionis, idẽ tamen eſt numerus eorũ & quorumuis mobilium citra primũ extrinſecus eadẽq; durationis menſura, tametſi ipſa mobilia & eorũ tranſmutationes etiam genere diſcreparent, q̃admodum iſopleurus & gradari⁹ ſpecie differunt,eis tñ eadẽ figuræ ratio eſt.dicitur em̃ vterq; dictorum triangulorũ,figura,quod ſit magnitudo quę termino vel terminis clauditur.Cęterum non putandũ eſt cuiuſlibet motus tẽpus eſſe numerum intrinſecum,neq; id vſpiam ab Ariſtotele dictum eſt,non em̃ numerus partium generationis,corruptionis,augmentationis,diminutionis,alterationis, & lationis ſecundum locum alterius a prima latione,neq; earum partes priores & poſteriores ab anima numeratę ſunt tempus.Sed alicuius motus,vt primę lationis, tempus numerus eſt intrinſecus,cæterorum vero omnium motuum qui itidem in tẽpore fiunt, extrinſecus numerus & menſura eſt.Quod ſi cuiuſlibet motus tempus eſſe ponatur numerus intrinſecus,cũ duo,& tres,& quodlibet ſimul fieri poſſint motus æquales, & eorum quilibet per hypotheſim re ipſa eſſet tempus,ſequeretur quod duo ſimul ſecundum durationẽ eſſent tempora æqualia,imo & tria,& quotlibet, quod impoſſibile eſſe primus phyſicę introductionis declaratorius dialogus oſtendit. hanc ob cauſam motus cæteri a motu primi mobilis, & tempus,ſeorſum ſunt,id eſt inter ſe re ipſa diſcrepant,& in diuerſis exiſtunt ſubiectis,& extra ſe inuicem.Et motus quidem multi ſunt, tempus autem omnium vnum, quod omnia tranſmutationum genera citra primam lationem menſurat vt mẽſura extrinſeca,& ipſum circularem primi cæli motum vt menſura intrinſeca.

¶Paraphraſeos in quartum Phyſicorum finis.

Primi capitis paraphraſeos in V. Phyſicorum annotatiunculæ.

¶Thorax,pectus. ¶Pars,pars ſecundũ dimenſionem:pars quãtitatiua. ¶Tẽdit motus in ſpeciẽ:ſicut quod partim actu,partimq; potentia eſt,in totum actũ. ¶Europa,orbis pars tertia. ¶Subiectum affirmatione monſtratum. Et eſt affirmatione monſtratũ, cum affirmationis nomine pariter compoſitũ explicamus & terminũ. ¶Non ſubiectum ſimpliciter,negatione monſtratũ,compoſito non manente. ¶Non ſubiectũ ſecundũ quid. negatione monſtratũ, compoſito quidem aut completa ſubſtantia manente. ¶Generatio ſecundũ quid,generatio ſecundũ accidens,ſecũdũ accidens mutatio. ¶Motus de ſubiecto in ſubiectũ mutatio,accidentalis mutatio.

QVintus liber Phyſicorũ continet ſex capita. ¶Primum caput continet quatuor diuiſiones,& tres concluſiones, vnam ad tertiam diuiſionẽ,duas ad quartam: & duas rationes ad ſecũdam concluſionẽ. ¶Prima diuiſio. Eorũ quæ tranſmutantur,quędam tranſmutantur per accidens,quemadmodũ per accidens dicimus muſicũ ambulare: quia id cui accidit eſſe muſicũ,ambulet. Alia tranſmutantur ſecundũ partem vt cum homo dicatur ſanari, quia eius oculus ſanetur, aut eius thorax. Alia vero per ſe,vt quæ neque per accidens,neque ſecundũ partem tranſmutantur. Et hæc diuerſa ſunt ſecundũ diuerſas tranſmutationes, vt alterũ eſt augmẽtabile,diminuibile, alterabile,ſanabile,calefactibile. Et ita mouentium dicimus quoddã per accidens,vt cũ medicus ędificat.quoddã ſecundũ partem, vt homo percutit, quia eius manus percutiat, & quoddam per ſe, vt medicus ſanat. ¶Secũda diuiſio. Ea quę, cũ qd per ſe tranſmutatur,reperiũtur,quinque ſunt,cp mouet per ſe,quod per ſe mouetur, tempus in quo mouetur, termi-

ſecũdũ partem mutari quid
q̃ p ſe mouentur
mouens p accidẽs
ſecũdũ partem
p ſe qd
quot ſecũdũ ad motum

nus vnde fit motus,& id in quod cõtinue tẽdit motus: vt cum lignum calefiat, inuenimus mouens,calẽfaciens.quod mouetur,lignum,tempus, mot⁹,horam, minutum,terminumvñ fit motus,frigidum.id quo tendit motus,calidũ. Et nõ eſt motus in ſpecie caliditate,in quam tendit, ſicut neq; motus localis in loco: neq; em̃ ea mouet,neq; mouetur:ſed,vt iam pridẽ dictum eſt, eſt ĩ mobili vt in ligno. Et mutationes potius ab eo quo ꝓgunt denominantur, q̃ ab eo vñveniant:vt gñatio q̃ eſt a non eſſe,& tendit in eſſe,nomen capit ab eſſe.& corruptio quæ eſt ab eſſe,& tendit in non eſſe,nomẽ capit a non eſſe. ¶Et ſi quæras,An paſſiones,albedo,nigredo,& ſimiles ſint motus? Forte cp non,ſed albatio, denigratio,motusvt ſint neceſſe eſt. Et terminorum mot⁹ quidã conſimiliter eſt ſecundum accidens:vt cum dicitur, albeſcẽs intelligitur. quidã ſecũdum partẽ, vt ſi cum qd mutetur ſcd'm albedinem: terminum aſſignemus colorem. albedo em̃,coloris pars eſt.& cum quem dicimus proficiſci in Europã,quia proficiſcatur Athenas. Athenæ em̃ ſunt Europę pars. Et horũ motuum termini p ſe ſunt albedo,Athenę:non,intellectio,colos,Europa. Et de ijs q̃ p accidens mutantur,determinatio relinquitur:quia p accidens mutationes infinitæ & indeterminatæ ſunt:ſecundum quas quodlibet in quodlibet mutari poſſit,& q̃ nullo certo præcepto claudi poſſint. De ijs vero quæ per ſe ſunt,futura determinatio eſt,vt quæ ſint finitę & determinatæ. Sunt em̃ de cõtrario in contrariũ,aut medium,aut inter terminos contradictorios:quod facile inductione cognoſcere poſſis. Neq; hiſce quodlibet tranſmutatur in quodlibet, ſed determinatum in determinatum,vt contrarium & cõueniens in ſuum ĩconueniẽs. Nec mireris ſi dixerim de cõtrario in contrarium: cum aliquando mutetur in medium, aut a medio in extremum. Nam medium vtrique extremo comparatum, vim naturamq; contrarij obtinet.quemadmodum in fidibus mediæ chordæ vltimis comparatæ,graues apparent:eædem vero primis comparatæ,acutę apparent,& tinnulæ.ita fuſcum albo comparatum,nigrum:nigro vero, protinus apparet album.proinde nos medio vt contrario vtimur. ¶Tertia diuiſio. Omnem mutationem eſſe oportet,aut de ſubiecto in ſubiectũ,de ſubiecto in non ſubiectum. de non ſubiecto in ſubiectum:aut de nõ ſubiecto in non ſubiectũ. Subiectum voco,affirmatione monſtratum,vt album nigrum. ¶Prima concluſio. Solum ſecundum tria datę diuiſionis membra tranſmutationes ſumuntur. Nam tranſmutationes ſunt inter terminos oppoſitos, id eſt contrarios aut contradictorios. Hoc autem ſolum erit quando tranſmutabuntur de ſubiecto in ſubiectum: vt de albo in nigrum. Aut de ſubiecto in non ſubiectum: vt de aqua in non aquam. De non ſubiecto in non ſubiectum nihil proprie & per ſe mutari dicitur,quia neq; contraria neq; contradictoria ſunt. Solum igitur ſecundum tria datę diuiſionis mẽbra trãſmutationes ſumuntur. Et mutatio illa quę eſt de non ſubiecto ſimpliciter in ſubiectum,generatio eſt. & quæ eſt de ſubiecto in non ſubiectum ſimpliciter,corruptio. Eſt & generatio ſecundum quid,& corruptio ſecundum quid, vt cum ex non ſubiecto ſecundum quid in ſubiectum, aut ex ſubiecto in non ſubiectum ſecundum quid,tranſmutatio fit: vt ex non albo in album,ex albo in non album. ¶Quarta diuiſio. ¶Quod non eſt,tripliciter dicitur. ¶Primo,falſum,& id circa cõpoſitionem & diuiſionem eſt. ¶Secundo, quod non eſt hoc aliquid,etſi potentia exiſtat. ¶Tertio, nõ ens ſcd'm quid,vt non album,non muſicum.vñ non ens primo & ſecundo,hoc in loco non mouері dicuntur. ¶Secunda concluſio. Generatio pariter & corruptio non ſunt motus. ¶Primo. Quia quod non eſt,non mouetur. quod autem generatur, nõ eſt. Etſi em̃ quod ſecundum quid generatur,ſit.non tñ id quod ſimpliciter generatur,eſt.igitur generatio non eſt motus. Et cum ſolum motus contrarietur motui,aut motui quies, & corruptio cõtrarietur generationi, corruptio non eſt motus. Non ſunt igitur generatio pariter & corruptio motus. ¶Secundo. Omne

m quę ſit motus
hoc erã ĩ ſecundo
nõ albedo ſ. albatio
motus dicit
cur mutationes p ac
cidẽs omittat
mediũ naturã extrmorũ
tinet
nõ ſubiecto ĩ nõ ſubiectũ
nõ mts mutabo non
fiet
nõ cõ quomodo dicat
generatio nõ corruptio
nõ nõ cõ motum

Universidad de Deusto Biblioteca

quod mouetur,in loco est.quod autē gñatur,in loco nō est. Nā quod non est,in loco nō est.quod igitur gñatur,non mouetur.nō est igitur generatio motꝰ:quare neq; & contraria corruptio motus est. ¶Tertia conclusio . Oīs motus est de subiecto in subiectū. ¶Patet.Nam oīs motus mutatio est:& oīs mutatio est de subiecto in subiectū,de subiecto in non subiectū,aut de non subiecto in subiectum:igitur oīs motus est de subiecto in subiectū,de subiecto in non subiectū, aut de nō subiecto in subiectū. Sed nullus motus est de subiecto in non subiectum.est eñ hæc mutatio,corruptio,neq; de non subiecto in subiectū . nā hæc mutatio generatio est.Igitur oīs motus est de subiecto in subiectum. Subiecta enim diximus affirmatione monstrata,contraria,media(sub quibus & priuatiua comprehendimus)vt album,nigrum,flauum,fuscum,silens & nudum.

PRimi capitis quinti physicorum scholia. I. Eorum quę transmutantur.Ea dicuntur per accidens trāsmutari,quæ non motu qui in eis est,sed alterius mouētur, vt homo dormiens ad motum nauis defertur ,& forma substantialis ad motum rei naturalis loco mouetur. Sicut enim musicus dicitur ꝑ accidens ambulans, quia est causa per accidens ambulationis, minime ad effectum ordinata,ita quicquam per accidens transmutari dicitur, vt exemplo textus analogico,eius quod transmutatur per accidens,ad causam per accidens intelligatur analogia.Id autem transmutatur secundum partem,cuius solum vna pars integralis mouetur, a qua totum moueri denominatur,vt cū homo dicitur calefieri,quia manus eius incalescat. Ea autem transmutantur per se,quę & motu qui in ipsis est, & secundum quanlibet sui partem mouētur, vt aqua tota calescens,& lapis totus deorsum ruens. II. Ea quę cum quid per se transmutatur reperiuntur,quinque sunt.Cum vterq; terminorum motus positiuus est, prædicta quinq; re ipsa distincta īueniūtur,vt in calefactione aquę frigidę ab igni,ꝑ se mouēs,ignis,qđ ꝑ se mouetur aqua,tempus alterationis,hora,minutum,terminus a quo alteratiōis,frigiditas,terminꝰ ad quē caliditas . Vbi vero alter terminorum est priuatiuus (vt cum ex tenebroso quippiam fit lucidum,aut ex lucido tenebrosum) huiusmodi priuatiuus terminus re ipsa cum mobili coincidit. & quatuor inueniuntur solum re ipsa distincta,quinq; vero ratione diuersa.Si enim ex tenebroso,exortus solis fiat aer luminosus,mouens est sol,mobile,aer,tempus,mora acquisitionis luminis,terminus a quo,tenebræ,quæ nihil aliud sunt re ipsa,quam aer priuatus lumine,& natus illo perfundi.terminus autem ad quem,lumen.Quod si e diuerso ex luminoso fit aer tenebrosus, terminus ad quem,& mobile,rei discrepantiam non habebunt. Cæterum ipsius motꝰ localis duplices sunt termini a quibus,& duplices itidē ad quos tendunt,scilicet extrinseci,vt locus a quo proficiscitur mobile,est terminus a quo,extrinsecus,& locus ad quē tendit,terminus ad quē extrinsecus,qui duo inter se & re & ratione sunt diuersi.Sunt præterea eiusdē motus termini intrinseci,vt terminus a quo ambulationis,quies ab ambulatione,eadem re ipsa ipsi mobili,& terminus ad quem,ipsa tota latio completa & perfecta,quemadmodum & in cæteris motibus,forma completa per motum acquisita est terminus ad quem sui motus.Et non est,inquit litera,calefactio in ipsa caliditate perfecta,cōpletaq;,tanq̄ accidens in subiecto,sicut neque motꝰ localis est in loco ad quem mobile tendit,neque vllus motus in termino ad quē.Ipsa enim caliditas nō mouet neque mouetur,sed est calefactio in mobili vt ligno, quēadmodum prius dictū est oēm motum esse in mobili.Et si quæras an passiones albedo,nigredo,& similes.Huic quæstioni adhibenda est responsio,ꝙ qualitates scđm quas fit alteratio,quales sunt albedo,nigredo , interdum re ipsa sunt motus,vt cum partim sunt actu,& partim potentia.interdumvero nō sunt motus, vt cum totæ suntiactu,earum tñ ratio non est rationi motus respendens.albefactio autem & nigrefactio & re & ratione sunt motus , quocirca q̄uis albefactio & albedo interdū re ipsa sunt idem, inter se tñ semper ratione discrepant.Sunt enim de contrario in contrarium aut medium.Transmutationes sunt inter terminos contrarios,cum & res ipsę contrarię sunt,& contrarijs dicibilibus explicātur,vt ex albo fit nigrū.Tūc aūt inter cōtrariū & mediū,cū īter terminorū forma est extrema,& altera media,eisq; rñdent dicibilia simile sortita nomē,vt ex albo fit fuscum. Demū trāsmutationes sunt inter terminos cōtradictorios,cum cōtradictorijs dicibilibꝰ earum termini explicantur,vt ex nō igne fit ignis,aut ex igne fit nō ignis. IIII. De nō subiecto in nō subiectum nihil.Huiꝰ rō est,quia illā transmutationem explicantes termini,neq; cōtrarij sunt,neque cōtradictorū,vt cū dicimꝰ,ex nō aqua fit nō aqua,vel ex nō igne fit nō aqua. Pręterea,huiusmodi mutatiōes īdeterminatę sunt,& nō alicuiꝰ certi gñis.Siquidē cum de rariore aere fit aer minꝰ rarus aut cōtra,de nō aqua fit nō aqua,cū de calido aere fit aer frigidꝰ, itidē de nō aqua fit nō aqua.& cum de loco sursum quicquā deorsum mouetur,consimiliter de nō aqua fit non aqua. Trium autem cęterorum membrorum mutationes sunt alicuius certi & determinati generis. Vñ quando ex aere fit ignis(quę mutatio est per se,& de cōtrario in cōtrarium)ex non aqua fit non aqua,id tñ accidit,neque per se hęc trāsmutatio dicenda est,quia eius termini non recte explicantur. Vt autem ꝓpria fiat transmutatio,& res & ratio conuenire debent,quę quidem ratio attenditur ex cōuenienti explicatione transmutationis per terminos contrarios aut contradictorios. Et mu-

tatio illa quę est de non subiecto simpliciter in subiectum. Generatio simpliciter,est de nō subiecto simpliciter,in subiectū mutatio,vt ex non igne fit ignis.Corruptio simpliciter,est de subiecto in non subiectum simpliciter,mutatio,vt ex igne fit non ignis.Non subiectum simpliciter, est negatione monstratum,composito non manente,vt non ignis,non aqua . Gñatio secundum quid,est de non subiecto secundum quid in subiectum mutatio,vt ex non albo fit album.Corruptio autem secundum quid,est de subiecto in nō subiectum secundum quid,mutatio,vt ex albo fit non album.Non subiectum secundum quid,est negatione monstratū,composito manente,vt non album,nō nigrum. Et hę diffinitiōes per proprios huius libri terminos datæ sunt,possentq; eorundē alię dari diffinitiones,vt quod gñatio secundum quid,sit mutatio accidentis acquisitiua,corruptio autem secundum quid,mutatio accidentis deperditiua. VI. Nam omnis motꝰ,mutatio est.Motus hoc in toto libro est de subiecto simpliciter in subiectū simpliciter mutatio , vt cum ex albo fit nigrum,aut ex calido frigidum.Subiectū simpliciter dicitur, cum terminus motus explicatur nomine affirmatiuo importante pariter cōpositū,quod manet idem ante trāsmutationem & post,vt calidū,albū.Cum autem terminus motꝰ nomine affirmatiuo explicatur importante cōpositū,sed quod nō manet idē ante transmutationē & post,dicitur subiectum secundum quid,vt ignis,aqua,& tales termini sunt gñationis & corruptionis.Quę quidē duę trāsmutationum species etsi in tertio Physicorum motus dictę sunt,hic tñ minime motus dicuntur,vt ostendit litera.nam hic motus nō ęque cōmuniter vt illic, sed tm̄modo ꝓ mutatione accidentali sumitur,quatuorq; species cōplectit̄,augmētationē,diminutionē,alterationē,& mutationem secundū locum.Et q̄uis interdū cōpositū mutetur cū secundum accidēs fit trāsmutatio(q̄admodū fit cū ex calido fit frigidū,ignis mutet̄ ī aquā)illa tñ compositi mutatio nō est de ratiōe motꝰ accidentalis,qñquidē sine huiusmodi trāsmutatione ęque fieri possit accidētalis motꝰ,& si cū eo coniuncta sit cōpositi mutatio,hoc accidit. Mutatio aūt siue trāsmutatio ęque cōiter hic sumitur, atque ī tertio sumebatur,vt .s.complectitur species oēs mutatiōis & substātialis & accidētalis .

¶Secundi cap.annotat.

¶Substantia,completa substantia. ¶Secundum aliquod prędicamentū intelligimus esse motum , qñ quicquam a prędicamenti ratione sine rei ipsius in eo facta deperditione decidere non pōt, & cū prædicamenti rationem sine sui mutatione,reiq; prædicamēti acceptione,nonvalet assumere.Sic itaq; cum secundum aliquod prædicamētum est motus,& res & prædicamenti rō conueniunt. ¶Augmentū,augmētatio.Decremētum,diminutio.¶Sub contrarietate,mediorum discrepantiam & priuationem comprehendimꝰ.¶Simpliciter contrarium,vt simpliciter album: quod nihil sui contrarij habet admixtum.

SEcundum cap.continet quatuor cōclusiōes , duas ratiōes ad tertiam, vnam instātiam ad quartam,& tres modos immobilis. ¶Prima con
8 clusio. Secundum substantiā nullus est motus. ¶Nam motus est de subiecto in subiectū mutatio,& de cōtrario in contrarium. Nullum autem entium substantię contrarium est . scđm igitur substantiam non est motus.¶Scđa , secundum relationem non est motus . Nam ea q̄ dicuntur ad ali-
9 quid de suo statu decidunt,nulla in ipsis mutatione facta : vt duobus existentibus albis,quę ideo similia sunt,primo mutato ī contrarium aut medium,secundum a similitudine decidit,quod quidem prius erat simile , nulla in ipso facta mutatione. At vero id in ijs secundum q̄ est motus,esse nequit, vt a suo statu sine mutatione decidant.Secundum igitur relationem non est motus : sed siqua
10 in ea reperiatur mutatio, hæc secundum accidēs est. ¶Tertia. Actionis & passionis non est motꝰ. ¶Primo,Quia motus non est motus, imo neq; mutationis illius,mutatio,vt gñationis non est gñatio,& ita de cęteris.igitur neq; actionis & passionis est motꝰ. Est eñ mouere sub agere,atq; moueri sub pati cōtinetur. ¶Secundo.Dupliciter intelligi potest motum esse motus. Primo, vt subiecti: secundo,vt termini.sed impossibile est motum esse motus vt subiecti . ¶Primo,Quia subiectum res alia a motu est:vt cum homo ex albo fit niger,& ex calido frigidus:res alia diuersaq; est subiectum homo,& motꝰ nigrefactio, & frigefactio: vt accidentia quæ illi subiecto hæreant . ¶Secundo , Quia si motus subiectum esset motus,subiectum igitur esset & quietis . Nam motus & quies priuatiua sunt , quæ semper circa idem fieri nata sunt . esset igitur motus quies , & secundum idem moueretur & quiesceret . Hoc autem impossibile :

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt si ponas mutationem subiectum mutationis,vt generationem corruptionis:
protinus cum quid fit,mox corrunpitur.¶Tertio. Quia cum oi motui subijci
aliquid oporteat,si subiectũ motus ponis esse motũ,iterũ illi motui subiectum
motum esse oportet,& illi alterum.quod statim euadet in infinitum. vñ nihil
continget moueri.hoc autem impossibile. Sed vnã materiam motuum subie=
ctam cõstituere oportet,& quæ se pręstet mouenti eius operatiõis receptiuam:
vt corpus alterabile.vt anima.¶Quarto.Id est subiectum motus ,quod moue
tur,sed motus non mouetur,neq; mutatio mutatur: vt generatio nõ generatur,
sed res a motibus & mutationibus alia.¶Quinto.Doctrinatio subiectũ nõ est
doctrinationis,neq; generatio generationis: imo & cum sint tres mutationum
species,q̃titatis mutatio,alteratio,& latio,q̃ est secundum locũ mutatio:nonvi
demus aliquã earum esse alterius subiectum, neq; secundum alterã mutari,ni=
si secundum accidens.vt cũ qui disciplinatur,sanatur.Non est igitur motus vt
subiecti motum esse ponendũ.¶Sed quod neq; ponendum sit motum esse mo
tus vt termini,patet primo,quia si motus esset motusvt termini,cũ aliquid mo
ueretur,nunq̃ quiesceret:vt si quis ęgrotaret,illius ægrotationis esset motus ter
minus vt sanatio,& iterum illius alter motus terminus.At res motas cõtingit
interdũ quiescere.Igitur motus non est ponẽdus esse motus vt terminus.¶Se=
cundo.Quia motus est ex quodam in quoddã, vt determinato in determina=
tum.& sic oporteret semper idem secundum opposita cõtinue mutari, vt ex sa
nitate in ęgritudinem,& ex ęgritudine iterũ in sanitatẽ: & ex recordatione in
obliuionem,& iterum ex obliuione in recordationẽ. Hoc autem manifestum
est nõ oportere,sed aliquãdo mutatur ex obliuione in scientiam. ¶Tertio. Si
motus est motus vt terminus , & mutationis mutatio, hoc in infinitum eua=
dit : quare non dabitur alicuius rei prima mutatio , neque vltima , aliquid erit
mutabile.non est igitur ponendus motus esse motus vt termini , & mutationis 11
mutatio.¶Quarta.Secundum quantitatẽ , qualitatẽ,& vbi : est motus. ¶Nã
secundum substantiã, ad aliquid , actionẽ,passionẽ(de quãdo,situ,& habitu,vt
de relatione & ad aliquid diceretur) non est motus . Relinquitur igitur solum
secundum prædicta tria genera,quantitatem,qualitatem , & vbi esse motum.
Et ratio cur secundum ipsa sit motus,est,quia secundum ipsa, contraria ad mo=
tum sufficientia reperiuntur. & motui secundum quantitatem non est commu
ne nomen positum , sed eum qui est ad quantitatem perfectam ac ampliorem,
augmentum nuncupamus.eum vero qui est ad imperfectã, & qui in minorem
tendit quantitatem,decrementum. Et motui secundum qualitatẽ alludit com
mune nomen alteratio. Et vocamus hoc in loco qualitatem, non quõ differen=
tias substãtiales qualitates dicim⁹,sedvt sunt passiones,& passibiles qualitates.
Secundũ locum mutatio,noĩe proprio quo ipsam vocemus,caret, sed vocemus
eam lationem.q̃uis improprie.Nã ea proprie ferri dicuntur,quæ mota, se ipsa
sistere citra terminum non possunt:& quæ se ipsa loco nõ mouent, qualia sunt
inanima.¶Instantia. Quædam alteratio est de min⁹ in magis,vt de minus al=
bo in magis album . hæc autem non videtur esse de contrario in contrarium.
Non igitur recte dictum est motum esse oportere de contrario in contrarium.
¶Respondet huiusmodi motũ nõ esse de simpliciter contrario in cõtrarium:
sed de contrario tñ non simplici in contrarium . nam minus , vt minus album,
est contrario permixtius:magis vero,vt magis albũm, quod minus nigredinis
particeps fuerit.¶Tres modi imobilis. Primo . Immobile est quod nullo mõ 12
potest moueri:queadmodum sonum inuisibilem dicimus,quia nullo mõ possit
videri. Secundo. Immobile , difficile mobile , aut quod tarde incipiat moueri,
quod & dicimus grauiter seroq; mobile. Tertio. Quod non mouetur quando,
vbi,& quomodo moueri natum est:& id quiescere dicimus.quies enim est mo=
tus quando vbi & quomodo moueri natum est,in corpore priuatio.

SEcundi cap.scholia. VIII. Nullum autem entium,substantię cõtrarium est.Quan
uis substantiæ incompletæ & simplices,vt forma ignis,& forma aquæ, contrarien
tur,totæ tñ substantiæ & complete,vt ignis & aqua,minime cõtrarię sunt adinui-
cem.Quod si interdũ inueniãtur dici contrarię,id ratione formarum,aut affectio-
num caliditatis & frigiditatis esse censendum est.hic autem (vt & notę ostendunt)
substantia capitur pro substantia completa. IX. At vero id in ijs secundum quæ.Id, a suo sta-
tu denominationeq; decidere nulla in ipsis facta mutatione . Nam in ijs secundũ quæ est motus,
non deperdi potest ratio prędicamenti sine rei eiusdem deperditione, neq; res sine deperditione
rationis,vt siquid prius fuerit album,& postea nõ amplius sit album,decidit a ratiõe qualitatis,
quia prius denominationem qualitatis habuerat quam postea non habet,& simul deperdit rem
eiusdem prædicamenti,scilicet albedinem.Similiter siquid fiat nigrum,simul specialem qualita
tis rationem sortitur , & rem scilicet nigredinem . In ijs vero secundum quæ non est motus, vt
ad aliquid,& similibus,deperdi potest ratio prędicamenti sine deperditione rei,& res sine deper
ditione rationis,vt si Plato filius vnicus Socratis moriatur,deperdit Socrates rationẽ denomi-
nationemq; patris,sine rei cuiuspiam deperditione.Et si aqua densa & sphærica fiat rara seruatã
eadem figura sphærica,deperditur res atq; dimensio pręexistens,manente eadem figuræ ratione
atq; denominatione.Proinde secundũ figuras non est motus. X. Est em̃ mouere,sub agere,tan-
quam minus cõmune sub magis communi. Siquidem mouere hoc in loco est transmutationem
accidentalem efficere.Moueri autem est transmutationẽ accidentalẽ recipere.Sed agere, est quan
libet transmutationẽ siue substantialem siue accidentalẽ efficere.Pati vero, est quanlibet trans-
mutationem in se suscipere. Primo,vt subiecti.Secundo,vt termini . Bifariã dicitur motus esse
alicuius,primo tanq̃ subiecti,vt calefactio est eius quod calefit , & motus secundum locum,eius
quod fertur,id est in eo tanquam in subiecto.Secundo,motus est alicuius.vt termini ad quẽ ten-
dit & proficiscitur ,vt calefactio est caliditatis , & albefactio albedinis , ꝙ ad albedinem euadat.
Neutro autem modo motũ esse motus,ostendit litera.Et cũ actio & passio sint mot⁹,consequens
est neq; actionis & passionis esse motum vt subiecti,neq;vt termini,ꝙ neque actio & passio mo-
tuum sint subiecta,neq; ad actionem & passionẽ tanquam terminum ad quem fiat motus.Non
videmus aliquam earũ esse alterius subiectum. Quãuis interdum duo motus simul fiant eodem
tempore,& in eodem subiecto,vt calefactio & rarefactio in aere,condensatio & frigefactio in a-
qua, eorum tñ vnus non est alterius subiectum,sed ambo sunt in eodem subiecto,vt cum lac ra
rescit,nõ acquiritur raritas in albedine lactis,sed ambo accidẽtia,scilicet albedo & raritas sũt in
vno eodemq; subiecto,scilicet materia lactis.Hoc in infinitum euadit . Quemadmodum in ter-
tia ratione probante non esse ponendum motum esse motus vt subiecti,Philosoph⁹ deduxit ad
inconueniens,ꝙ illa subiectorũ motus subinde constitutio in infinitum euaderet,(namsi b pona
tur subiectũ ipsius motus a,cum b sit motus,ei subiectũ motũ esse oporteret, vt c, facta scilicet
suppositione motũ esse motus vt subiecti.Et motui c eadẽ ratione motũ aliquem subijci opor-
teret,vt motum d,& iterum illi nouum motum pro subiecto assignare oporteret,fieretq; huius-
modi in motuum subiectis progressio in infinitũ) ita hoc loco deducit Philosophus ad simile in
conueniens eos qui ponerent motum esse terminum ad quem ipsius motus,vt si ipsius motus a,
terminus esset motus b,eadem ratione ipsius b terminus ad quem esset alter motus ; vt c,& ip-
sius c alter motus,vt d,& ita in infinitum procedendo,quocunque motu dato,dandus esset vlte
rior motus,qui prioris esset terminus ad quẽ.quare nõ posset dari vltimus motus, & cũ impossi
bile sit simul fieri motus infinitos,nihil posset moueri. XI. De qñ,situ,& habitu,vt de relatio
ne & ad aliquid diceretur,scilicet quod secundum illa tria prędicamẽta non est motus,consimili
ratione qua dictum est secũdũ ad aliquid nõ esse motum.Nam secundũ illa tria aliquid a suo sta
tu decidit,nulla in eo rei facta deperditione,& nouã acquirit illorum rationem,sine nouę rei illo
rum p̃dicamentorũ acquisitione, vt aliquid prius dicitur vnius diei,& deinde duorum dierum,
nulla in eo facta mutatione.similiter si prius sedens fiat stãs,ibi ratio situs deperditur , nulla rei
euisdẽ prędicamẽti facta deperditione.Et si quis se tunica exuerit,deperdit rationem habitus,si
ne rei tamen prędicamenti amissione. Alludit commune nomen alteratio. Alteratio hic cõmune
nomen dicit.nam antiqui eo gñaliter vtebantur,& oẽm motũ vocabant alterationem,ꝙ omnis
motus alterũ esse faciat id quod mouetur,q̃ pri⁹ erat. Aristoteles autem eo nomine peculiariter
vtitur pro mutatione q̃ fit secundum qualitatem,nõ quidem essentialem(quomodo differentiæ
substantiales dici solent qualitates)sed accidentalem, & sumẽdo qualitatẽ potissimũ ꝑ passiõe,
aut passibili qualitate.secundum illas em̃ potius q̃ alias qualitates propria fit alteratio.Potest &
alteratio cõmune nomẽ dici,ꝙ in sua ratione cõplectatur mutationẽ secundũ qualitatẽ & acqui
sitiuã & deperditiuam,q̃ in substantia & quantitate diuersis nominibus exprimũtur.Sed de cõ-
trario tñ non simplici.Nam quantum illius eiusdem qualitatis acquiritur,tm̃ contrariæ qualita
tis expellitur,vt si acquiritur albedo sex graduum totidem graduum deperditur nigredo,qua-
re prima mutatio de minus albo in magis album,est de nigro scd'm quid, in album.Præterea nõ
est propria motus explicatio,cum dicimus ex minus albo fieri magis album. nam non explica-
tur determinate terminus a quo qui abijcitur,an sit nigredo,an quispiam medius color,sed po-
tius est explicatio intentionis eiusdem qualitatis, quando ex remissa sit intensa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Tertij cap.annotat.

¶Primo,proprio,immediato. ¶Vltima, termini & magnitudinum limites. ¶Termini,punctus,linea,superficies,nunc momentum. ¶Habitum,adhibitum,proximum,contiguum,attiguum.

TErtium caput continet octo diffinitiones,duas conclusiones,& vnum corollarium. ¶Prima diffinitio. Simul secundum locũ esse dicuntur,quæ 13
sunt in eodẽ loco primo. Separata vero secundum locum, quęcunq; sunt
in altero & altero. ¶Secunda. Tãgentia sunt,quorũ vltima sunt simul. ¶Ter
tia. Medium est id quod natura continue mutãs,quam in extremum,pri⁹ attin 14
gere natum est. Et tale medium,cõtrariorum & nõ cõtradictoriorum est, quia 15
contradictoriorum nõ est medium. Et tribus ad mininum constat,media scilicet ipsa cõsistentiæ natura,& duobus extremis, quibus ipsum hincinde rndet.
¶Quarta. Cõtinue mutans est cum nihil temporis in quo fit motus, neque rei 16
qua fit transitus motus,intermittitur:vt cũ ima & præcipua chorda,q̃ hypaten
dicunt,sonat,possibile est vt statim nihil tẽporis prætermittẽdo,vltima respon
deat,qui motus q̃uis interpollis non videatur, quia tñ rei qua fit transitus ,aliquid intermissum est:nõ omnino iugis est & continuus. Solet tñ dici talis plerunq;(cum nihil tẽporis,licet rei qua fit trãsitus,paucissimum prętermittatur)
esse continuus. ¶Quinta. Contraria secundum locum sunt contraria quæ se- 17
cundum rectitudinem plurimũ distant. ¶Sexta. Consequenter sunt,quæ cum 18
vnum sit post alterum,inter ea nõ intercedit eiusdẽ rationis medium: vt linea
lineæ cõsequens est,inter quas nulla alia interiacet linea. & vnitas vnitati,& domus domui. Et nihil prohibet esse alterius naturæ medium: vt vnitas vnitati
consequenter est,quanuis intersint,atq; interiaceãt duo. ¶Septia. Habita sunt 19
quæ cum se consequenter habeãt se tangunt. ¶Octaua. Continua sunt q̃ cum 20
se tangunt,eorum vltima sunt vnum. Fieri enim nequit, vt continua sint,quorum sunt duo distincta,atq; diuersa extrema. Ideo quod arte fit continuum, vt
glutino:contactu,vt clauo,aut adnascentia,vt plãta plantæ inserta,proprie continuum non est. ¶Prima conclusio. Consequenter se habere cõmunius est q̃ 21
se tangere. Nam quæcunque se tangunt, consequenter se habent:non aũt quęcunq; consequenter se hñt,se tangunt. nam consequenter se habere in numeris
reperitur,in quibus nõ est tactus. ¶Secũda. Rursus eadem ratione se tangens 22
gñalius continuo est. Nam si quid cõtinuum est, ptinus vt se tangat cõsequens
est. non tñ contra fit,quod tangens est,protinus sit & continuum. Si em̃ vltima
sint vnum,vt sint simul oportet. non aũt si simul sint,ea ptinus sunt vnũ. 23 ¶Corollarium. Vnde fit vt punctum ab vnitate discrepet. Nam puncto se tangere
possunt ,vnitate autem non tangunt:& inter puncta semper linea intercipitur:
inter vnitates autem aliquid intercipi non necesse est:imo neq; inter vnitatem
quidem & duitatem quicquam intercipitur. Sed hactenus quæ sint simul,quæ tangentia,quid medium,quid continue mutans,quę contraria,quę consequenter,quę habita,& quę continua,satis dictum est.

TErtij cap.scholia. XIII. Simul secundum locum sunt. Hæc diffinitio nõ est quid rei.nam nulla esse possunt naturæ potentia in eodem loco primo,& immediate, alias esset penetratio dimensionum(vt si eodem dolij concauo simul contineretur vinum,& tantundem aquæ,vtrunque totum replens dolium)sed duntaxat diffinitio quid nominis. Separatorum vero secundum locum diffinitio, quid rei est. XIIII. Tangentia sunt quorum vltima sunt simul. Vltima sunt simul,inter quæ nullum neque eiusdem rationis,neque diuersæ intercipitur medium,vt dolium continens,& vinum contentum se tangunt,quia eorum vltima scilicet concauum dolij,& conuexum vini, simul sunt. siquidem inter ipsa neque superficies aliqua neque corpus interstes est. Ipsa autem vltima non se tangere dicũtur,sed sunt instrumenta quibus corpora se tangunt. Et aliquorum se tangentium vltima sunt simul,sed non sunt vnum, vt corporis locantis,& corporis locati. Aliquorum vero vltima simul sunt, & vnum sunt,vt linearum

a b & b c se tangentium vltima continuantia,simul sunt & vnum. XV. Medium est in quod natura cõtinue mutans. De medio ipsius motus(nã id solum hic diffinitur)exemplum,vt si planta pedalis fiat sex pedum,prius attingit quantitatẽ quatuor pedũ q̃ sex. quare quantitas quatuor pedum est mediũ in augmẽtatione. Et prius aqua nata est attigere caliditatẽ quatuor graduum quã decẽ,& proinde quatuor graduũ caliditas est mediũ ĩ alteratiõe. Et quod loco mouetur,pri⁹ per primã & mediam spatij partem defertur, q̃ extremam contigerit. quare illa super primam & mediam partẽ delatio,hjc medium est. Et tale medium trib⁹ cõstat,scilicet duob⁹ extremis,termino a quo,& termino ad quẽ,& medio ipso motu inter illos intercepto. XVI. Neq; rei qua fit transitus motus intermittitur. Id est,neq; dispositiõis & formę q̃ per motum acquiritur aut deperditur fit interruptio. Vt em̃ quieq̃ dicatur continue mutans,requiritur tẽporis continuatio, & affectionis accidentarięq; dispositionis,vt si ignis in aquam inducat continue caliditatem per totam horam,ignis est continue mutans. nam efficit mutationem vnã non intercisam in eodem subiecto,& tẽpore cõtinuo. Sic cum lapis deorsum mouetur sine interruptione tẽporis,& lationis intermissione forma substantialis lapidis est cõtinue mutãs. Cum autem grauissima & prima citharæ chorda sonat,& sine temporis intermedia mora vltima & acutissima etiã sonat,licet ibi nulla sit temporis intermissio,tñ quia diuersi sunt specie soni,& diuersa eorum subiecta, hõ est continue mutans,tametsi talis mot⁹ interdum dici soleat cõtinuus,propter non intermissionem temporis. XVII. Cõtraria,sed'm locum sunt cõtraria. Hic possunt ĩtelligi diffiniri loca cõtraria, q̃ loca sint q̃ secundum rectitudinẽ plurimum distẽt, vt locus sursum simplicitẽ & deorsum simpliciter,aut poti⁹ motus simpliciter secũdũ locũ contrarij hic diffiniuntur,atq; lationes. q̃ quidẽ dicuntur plurimum secundum rectitudinẽ distare, qñ fiunt secundum loca maxime rectitudine distantia,vt a sursum simpliciter in deorsum simpliciter, aut ediuerso, cuiusmodi sunt maxia latio sursum,& maxima latio deorsum. Contrarij autẽ non simpliciter motus secundum locum sunt,qui non maxime secundum rectitudinem distant,vt latio a deorsum secundum quid ad sursum aut simpliciter,aut secundum quid. XIX. Habita sunt q̃ cum se consequenter habeãt. Habita dicuntur attigua siue contigua,id est quæ sibi adinuicẽ proxima, separata tamẽ sunt,vt dolium,& vinum in eo contentum,& generatim corpus locans,& locatum. quare oia habita sunt se tangentia,non tamen ediuerso. continua enim se tangunt,habita tamẽ non sunt. omnia etiam habita consequenter se habent, & non econuerso, vt vna domus alteri consequenter se habet, quando inter eas aliquid spatij intercipitur,modo non interstet domus,& tamen non sunt habita,quia non se tangunt. XXIII. Et neque quidem intervnitatem & duitatem nequaquam quicquam intercipitur. Auxesis negationum est,& duæ negationes,scilicet neque & nequaquam,nõ vnam cõstituunt affirmationẽ,sed vehementius negãt,vt sensus sit.imo inter vnitatẽ & duitatẽ nihil intercipitur. Et id apud Aristotelẽ frequens est, duas negationes tñdem vt vnam valere.

¶Quarti capitis annotat.

¶Species indiuidua,specialissima. ¶Species diuidua,subalterna. ¶Ophthalmia,lippitudo. ¶Habitus,forma. ¶Continuum,intensionem, dimensionem, & successionem complectitur. ¶Forma,species.

24 QVartum cap.continet tres motus vnius acceptiones,quatuor conclusiones,& tria corollaria. ¶Tres motus vnius acceptiones. ¶Vnum motum multipliciter dicimus,sicut & vnum. Primo vnus motus genere dicuntur, qui secundum idem prædicamentum sumuntur: vt omnia augmenta & decrementa, vnus motus genere dicuntur: quia secundum quãtitatis prædicamentum sumuntur & omnes adinuicem alterationes, vnus motus genere:quia sunt secundum qualitatem sumptę, & omnes adinuicem loci mutationes:quia sumuntur secundum vbi. Sed augmentum & alteratio diuersi genere sunt motus? similiter alteratio,& loci mutatio. Secũdo vnus motus specie:& sunt motus qui eiusdem speciei indiuiduæ sunt: vt albefactio & albefactio,nigrefactio & nigrefactio. Omnis enim albefactio omni albefactioni specie eadem est: & omnis nigrefactio omni nigrefactioni, sed albefactio & nigrefactio motus sunt specie diuersi. Ad vero quia specierum quędam est indiuidua,q̃ in alias species diuisionem nõ recipit:et altera diuidua,quæ in alias species diuisionem admittit:ideo motus secũdum illas sumpti, eãdem naturam seruant et retinent:vt qui secundum speciem diuiduam sumãtur,ijdem specie non simpliciter,sed diuidua dicantur. ¶Sed quæret aliquis: An semper motus eiusdem mobilis, et qui sunt ab eodem termino in eundem terminum, ijdem sint specie? ¶Non oportet. Nam contingeret motum circula-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem & rectum, volutationem & ambulationē, motus esse specie eosdem. nam
contingit idem de eodem termino in eundem terminū nunc gyro, nunc recto
tramite transferri, & eundem ab aliquo & eodem termino alterū eundem ter-
minum nunc volutatione, nūc ambulatione consequi. Tertio dicitur vnus mo-
tus numero, qui & dicitur simpliciter vnus: ad cuius quidem vnitatem numero
tria requirūtur: mobile numero vnum: vt vnus homo, vna planta, hoc aurum.
quod regratur ad unitatem motus u
nam numero forma secundū quam est motus: vt linea vna, color vnꝰ, loci muta-
tio vna, & vnum numero tempus: quod quidem est, cū motus tempus iuge con-
tinuumq; est, sic vt nulla ipsius motus intercipiatur quies. Quod si horū trium
aliquod defecerit, motus non simpliciter suam seruat vnitatem: vt si Coriscus
& Callias simul ophthalmia (quę oculorū infirmitas est) sanentur, sanatio Co-
risci & Calliæ non est vna simpliciter: quia subiectum vnum numero non est.
Et si Coriscus simul ambulet & albefiat, tametsi mobile numero sit vnū, & tem
pus numero vnum, non tñ ambulatio & albefactio vnꝰ numero sunt motus, ni
si secundum accidens, nam albefactionis & ambulationis non est forma nume
ro vna. Et si Socrates in hoc tēpore sanetur, post quod desinat, aliquo tēpore sa-
nari, & iterū alio tēpore sanetur: Socratis sanatiōes non vnius sunt motus. nam
tempus, vnum numero (vt quod intermedia quiete interlaxatū sit) non est. Vn
de dicere primam & secundam eādem numero esse Socratis sanationem, nihil
aliud est q̄ dicere corruptum idem numero posse reuerti. quod si īpossibile est,
& eādem quoq; Socratis primā secūdam vnam nūero esse sanationem, impos-
sibile est. ¶ Dubitant quō subiectum motus oporteat esse numero vnum, cum
naturalia corpora fluxa sint & labentia oia. Et quō vna numero sanitas dilucu
lo & vesperi: cum neq; eius subiectum quidem vnum maneat. Sed satis hic dic-
tum sit, q̄ si actus & motus vnus, & habitus erit vnus. nō autē contra esse opor
tet habitu existente vno, & motum esse vnū. Pōt em̄ habitus esse acquisitus mo
bili interim interpausante & quiescēte. Et nihil rationi dissentaneū est habitꝰ
eosdem mane & vesperi esse, actus autē & operationes non esse easdē, nisi quæ
iunctæ continue defluant. ¶ Amplius dicere quō corporum substātiæ eædem
sint, & nihilominus continue occiduę & defluæ, a nostro ꝓposito est alienum.
q motus dicat unus
¶ Prima conclusio. Omnis motus vnus continuus est, & omnis qui continuus 25
est, idem vnus est. Nam oīs motus continuꝰ est, vt qui secabilis & diuisibilis sit.
At fieri nequit, vt quilibet motus cuilibet motui sit continuꝰ: sicut neq; vt quod
libet corpus cuilibet corpori vniatur: sed ea quorum extrema sunt vnum: & hęc
eadem sunt natura. Rerum enim quædā extremis carent, vt vnitates, quę ideo
vnitæ & cōtinuatę esse nō possunt. Alię vero extrema possident, sed quę specie
diuersa sint, & æquiuoca appellatione extrema dicantur: vt linea extrema ha-
bet, & ambulatio extrema habet, sed appellatione ęquiuoca: & ideo linea et am
bulatio vniri continuariq; nō possunt: vt quorum extrema vnū esse nō possint.
Reliquitur igitur omnē motū vnum esse continuū, & omnem continuum esse
vnum. Nam si subiecta diuersa essent, neq; motꝰ esset cōtinuus. diuersorū em̄
& discretorum mobilium motus continuari impossibile est. Et si forma vnum
non esset, neq; extrema vnum esent, vt quæ diuersa natura esent, & æquiuoca
appellatione dicerentur extrema. Quod si etiam non adesset temporis vnitas,
neque iterum contiuus esset. Fieri enim nequit vt motus intercepta quiete ad-
inuicem continuentur: imo diuersi sunt motus, & non vnus. ¶ Secunda. Cum
motus neque specie neque genere conueniunt, solum aut consequentes, aut ha 26
biti esse possunt. Nam cum ijdem specie non sint, eiusdem naturæ non erunt.
quare continui non erunt. eorum enim extrema vnum facere non poterunt.
Sed nihil prohibet eos esse consequentes & attiguos: vt si quis ambulando fe-
brire incipiat, febritio ambulationi consequens & attigua est. ¶ Tertia. Ve-
rius motus vnus appelletur sine genere, specie, aut simpliciter, cum consum- 27
matus perfectusq; fuerit. ¶ Nam perfectus motꝰ est qui ad finem & absolutio-

nem suam peruenit, imperfectus vero, qui non peruenit. At vero vnum, de totis
& perfectis iustius affertur. Igitur & motꝰ, cum consummatus cōpletusq; fuerit,
verius vnus dicetur. Erit tamen motus vnus: & si imperfectus sit, mō sit conti-
28 nuus. ¶ Quarta. Rectius & motus vnus dicetur qui regularis habetur, eo qui ha
beatur irregularis. Nam illa irregularitas, vt difformitas quædā, ipsum quodam
modo diuidere videtur, & differre videtur vt magis & minus. Et certe in omni
motu, augmentatione diminutione, alteratione, & latione tam circulo quam se
cundū rectum, contingit regularitas & irregularitas. quę quidem regularitas est regularitas in motu
in ęquis temporibus continue eadem mouendi velocitas. Irregularitas vero, cū
eadem non sit velocitas. Et hęc irregularitas aliquando ex magnitudinis irregu
lariate nascitur. Fieri em̄ nequit vt in magnitudine obliqua & defformi seruetur
29 motus ęqualitas. Aliquando vero non ex magnitudine, neq; ex tempore, sed ex
sola ipsius motus inæquali velocitate. ¶ Primum corollarium. Vnde intellige-
re promptum est velocitatem & tarditatem non esse motus species aut differen-
tias. Nam omnibus motibus, etiam ijs qui diuersę sunt speciei, conueniūt. ¶ Se
30 cundum. Quapropter neq; grauitate maiore & minore eorum quæ in eundem lo
cum feruntur, neq; leuitate, speciei discrimen & differentiam concludimus. Nā
terræ ad terram maior & minor grauitas, & ignis ad ignem maior & minor leui
tas, quę specie non discordant. ¶ Tertium. Vnde iterum lucidius euadit, motus
31 specie diuersos continuos esse non posse, etsi habiti atq; attigui esse cōcessi sint.
Nam omnis motus continuus regularis esse potest. Motus autem specie discre-
pantes, regulares adinuicem esse non possunt. quomodo em̄ vnius velocitas, alte
rius velocitati respondeat? vt alterationis & ambulationis. Non sunt igitur vnꝰ
motus continuus.

QVarti cap. scholia. XXIIII. Nam contingeret motū circularem & rectum, Philoso-
phus reputat incōueniens, motū circularē & rectum etiā ab eodem termino in eundē
terminum factos, esse eiusdem speciei, vt vnum factum per spatiū circūferentiæ mediæ, & alterū
factum per diametrum ab vna diametri extremitate ad alterā. Et recte quidem. nam vt motus se
cundum locum dicantur ijdē specie, oportet spatia per quæ fiunt, esse specie eadem, vt aut vtrun
que rectum, aut vtrunq; circulare. Diuersitas em̄ spatij penes rectum & circulare, faceret motum
esse diuersum specie. Adiectum est, penes rectum & circulare. nam diuersitas spatiorum secundū
substantiam, modo eadem sint secundum rectum & circulare, non facit motum esse diuersum spe
cie. vt si moueatur lapis deorsum per ignem, aerem, & aquam, motus eius in igne, in aere, & aqua
sunt ijdem specie & adinuicem cōtinui, & vnum totalem sine interruptione motum constituunt,
quanuis ignis, aer, & aqua sunt specie diuersa secundum substantiam, quia quodlibet eorum est
spatium rectum. Neque obstat vnitati specificæ illorum trium motuum partialium, diuersitas pe
nes velocitatem & tarditatem, propter raritudinis densitatisque spatiorum varietatem. Nam ve
locitas & tarditas non variant speciem motus secundum locum, sicut neq; intensio & remissio
speciē qualitatis. Vt linea vna, color vnus. Id exemplū de linea vna analogicum est, & non propri
um, quia secundum lineam nihil contingit moueri, sed positum est ad significandum motum se
cundum quantitatem, sicut color vnus ponitur pro motu secundum qualitatem, & loci mutatio
vna pro motu secundum locum. proprium autem exemplum esset pro quantitate, vt dimensio
vna. Quia subiectum, vnum numero non est. Ad motum simpliciter vnum, non modo requiritur
vnitas numeralis mobilis incompleti, scilicet materiæ, sed & mobilis completi, vt viuentis quod
augetur, aquę quæ alteratur, lapidis qui deorsum ruit. nā hæc mobilis completi vnitas ante trans
mutationem, in transmutatione & post eam completam dicta est requiri ad rationem motus.
Quod si interdum mobile completum sit numero diuersum, propter coniunctam motui corrup
tionem, vt si viuens cum mouetur deorsum, inter cadendum emoriatur, et aer cum frigefit,
transmutetur in aquam, nihilominus is motus adhuc vnus numero est. quia quod non maneat
mobile completum, non ratione lationis aut alterationis est, sed corruptionis eodem tempore fa
ctæ, cum eadem secundum speciem fieri possit latio aut alteratio manente eodem mobili comple
to. Itaque quod illic non maneat idem subiectum completum, id accidit, sicut & alterationem cō
iungi lationi, aut alterationem lationemve coniungi corruptioni. Dubitant quomodo subiectū
motus oporteat esse numero vnum. Huic dubitationi responsio adhibenda est, corpora naturalia
non manere eadem numero, quo modo entia supramūdana & cælum eadem sunt, quod scilicet ni
hil suæ substantiæ amittant aut acquirant, sed duntaxat ea identitate, quæ in hoc mundo sensibi
li motui & alteritati coniuncta cernitur, q̄ etsi aliquid sui deperdunt, consimiles tamen partes in
simili situ & ordine recuperant. Et eo modo dispositiones sunt eædē numero, quia similes ijs quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

deperditæ ſunt partes reparantur. Et hæc identitas ſufficit vt mobile vnum numero, & forma numero vna dicatur. potius enim a maiori quod remanet, eędem dicuntur, q̃ a pauxillo quod deperditur diuerſæ. Vnde ſi motus eſt vnus numero, & habitus, formaque omnino acquiſita eſt vna numero, vt ſi calefactio eſt vna numero, & caliditas acquiſita eſt vna numero. Non tamen ediuerſo oportet, ſi tota forma eſt vna numero, idcirco motum eſſe vnũ numero. Si em̃ aqua in quinq; minutis acquirat quinque caloris gradus, deinde quinq; minutis q̃ieſcat a calefactione, quibus exactis, iterum in ſequentibus quinque minutis acquirat quinq; gradus caloris, qui cum prioribus quinq; manentibus in aqua conſtituant caliditatem decem graduum, tota forma acquiſita eſt vna numero. & tamen motus non eſt idem numero. Diuerſis itaque temporibus, vt matutino & veſpertino, eadem forma manere poteſt, operationes autem & mutationes nõ erunt eædẽ numero. XXV. Nam omnis motus continuus eſt. Continuum (vt & notæ admonent) comprehendit ſub ſe primo dimenſionem, quæ cum acquiritur eius vltima dicuntur momenta quantitatis. cum vero acquiſita eſt, eius vltima extremaque dicũtur aut puncta, aut lineæ, aut ſuperficies. Neceſſe eſt em̃ cuiuſque continui partes eodem termino cõmuni copulari, & cum motus omnis continuus dicatur, q̃ in ſemper diuiſibilia ſit diuiſibilis, oportet in vnoquoque motu vltima partes motus connectentia aſſignare. Secunda continuum cõplectitur intenſionem. Sane cum qualitas aquiritur, eius vltima dicuntur momenta qualitatis. eſt em̃ momentum, cuiuſque motus vltimum & impartibile, vt inſtans temporum, cum vero qualitas acquiſita eſt, & permanet, eadem re ipſa vltima dicuntur notæ vel ſigna qualitatis. Tertio continuũ continet ſucceſſionem, vt lationem, cuius vltima ſunt momenta lationis, aut tempus, cuius vltima ſunt nunc impartibilia. Sicut autem ſucceſſio cum facta eſt non permanet, ita neque eius vltima. Et ſi qua alia ab his tribus cõtinua dicuntur, id ratione alicuius iſtorum accidit, vt ſubſtantia gratia dimenſionis continua dicitur, ſi continuum ſit denominatiuum ad ſubſtantiam. verum hoc modo continuum hic non ſumitur, ſed pro eo quod per ſe, primo & gratia ſui eſt continuum. Sed appellatione æquiuoca. Eadem ratione generali, vltima lineæ & vltima ambulationis dicuntur extrema, quia ſcilicet impartibilia ſunt, cõtinui partes aut terminantia aut cõtinuantia. ſed ratio ſpecialis diuerſa eſt, ſunt que illa extrema diuſæ inter ſe ſpecie. diſſimiliſque naturæ, idcirco ęquiuoca appellatione extrema dicuntur. ſunt em̃ æquiuoca in phyſicis, diuerſarum naturarum entia. XXVI. Vt ſi quis ambulando febrire incipiat. Si Socrates in tempore a b ambulet, & ſine interruptione conſequenter

a b c

in tẽpore b c ægrotet febræ, ambulationis momentum finiens, & ægrotationis momentum incipiens, eorum quidem vltima ſimul ſunt, cum inter ea nulum intercipiatur medium. Et cum ęgrotatio poſt ambulationem fit, inter ea nullum interiacet eiuſdem rationis medium, ergo ægrotatio & ambulatio, qui ſunt motus ſpecie diuerſi, conſequentes & contigui ſiue habiti ſunt, per diffinitionem. XXVII. Nam illa irregularitas vt diſformitas quædam. Motus regularis ꝓpter eandem virtutis motiuæ ad mobile ꝓportionẽ, & ęquam mouendi velocitatem, vniformis & continua ſucceſſione fieri videtur, & inæqualitate conſiſtere. Motus autẽ irregularis ꝓpter velocitatis & tarditatis varietatem diuidi & interrumpi videtur, vt cum quis prius velociter currit, & deinde lentius progreditur, quędam ibi interruptio mõtus facta eſſe cenſetur, aut cum ediuerſo primo quis lente ambulat, & deinde celeriter currit. Enimuero motus irregularis conſiſtit in quadã inæqualitate, exuperatione, & defectu, cum aut in ęqualit empore maius abſoluat ſpatium, aut in minori tempore ęquale, aut in æquali tempore minus ſpatium, aut in maiori æquale. Nihilominus tamen motus irregulares continui ſunt, vt naturales & violẽti motus rerum naturalium, qui ſine temporis intermiſſione atque interlaxatione fiunt.

irregularis motus in quo cõsiſtat

¶ Quinti capitis annotat.

¶ Quodam: quodam ſubiecto.

QVintũ caput continet vnam quinquemembrẽ quæſtionẽ, quatuor cõcluſiones: tres rationes ad ſecundã, & duas ad tertiam. ¶ Quæſtio. Vtrum motus qui eſt ex aliquo, contrarietur motui q̃ eſt i idẽ, vt qui eſt ex ſanitate, ei qui eſt in ſanitatẽ: vt eiuſdem gñatio & corruptio. aut qui ſunt ex cõtrarijs terminis, vt motus qui eſt ex ſanitate, motui qui eſt ex ægritudine. aut qui ſunt in contrarios terminos: vt motus qui eſt in ſanitatem, ei qui eſt ĩ ægritudinẽ. aut qui eſt ex contrario, ei qui eſt in contrariũ, vt motus qui eſt ex ſanitate, ei qui eſt in ægritudinem. aut motus qui eſt ex contrario in contrariũ, ei qui eſt ex contrario in contrarium: vt motus qui eſt ex ſanitate in ægritudinem. ei qui eſt ex ęgritudine in ſanitatem. Non enim ſunt alij modi ſecundum quos ſumere poſſis motuum contrarietatem. ¶ Prima cõcluſio. Motus qui eſt ex contrario, ei qui eſt ĩ contrarium, non eſt contrarius. Nam vnus idemque motus qui eſt ex cõtrario, & qui eſt in contrariũ: vt id motus eſt qui eſt ex ſanitate, & qui eſt in ægritudinem. Nihil aũt ſibiipſi contrarium. Motus igitur qui eſt ex contrario, ei qui eſt in contrariũ, non eſt contrarius. ¶ Secunda neq; oportet motus qui ſunt ex contrarijs, eſſe contrarios. ¶ Primo. Quia contingit motus qui ſunt ex contrarijs, eoſdem eſſe & ſimiles. Contingit em̃ ex contrarijs mutari in extrema pariter & media. Non igitur illos oportet eſſe contrarios. ¶ Secundo. Quia in contraria mutari, potior videtur contrarietatis cauſa, quam ex contrarijs mutari. nã hic dimittuntur contraria illic vero accipiuntur. Non igitur oportebit motus qui ſunt ex contrariis eſſe contrarios. ¶ Tertio. Vnuſquiſq; motuũ potius dicitur ab eo quo pergit, q̃ ab eovnde venit. Igitur non denominãdi erunt motus cõtrarij, quia ſunt ex contrarijs, imo potius quia ſunt in cõtraria. Vnde fit vt potiꝰ cõtrarii motꝰ dicantur, qui ſunt in cõtrarios terminos. ¶ Tertia cõcluſio. Maxime motus contrarij ſunt, qui ex contrarijs terminis in contrarios terminos euadunt. ¶ Primo. Quia qui ſecundum plures ſumuntur contrarietates, magis contrarij videntur. Quęncunq; em̃ contrarietatis cauſam habebunt ij qui ſecundũ pauciores ſumuntur, habebunt illi eandẽ, & adhuc alteram. Motus aũt qui ex cõtrarijs terminis, in contrarios terminos euadunt, ſecundũ plures ſumuntur contrarietates. Nam ij motus ex quibuſdam terminis ſunt in terminos ſubiecto eodem (per hoc enim mutatio, vt generatio & corruptio, a motu differt) & vtriq; vtriſq; ſunt contrarij. Sunt igitur motus a contrarijs terminis in contrarios terminos, maxime adinuicẽ contrarij. Et licet motus ad contrarios terminos: & motus a contrarijs terminis in contrarios terminos, contingat eſſe eoſdem, contingit etiam interdum non eſſe eoſdem, poſſunt em̃ eſſe ad contrarios terminos nõ ex contrarijs terminis. ¶ Secundo. Inductiue hoc idem licet intueri. Nam ſanationem & ęgrotationem motus maxime putamus contrarios, & motus qui a deorſum fit ſurſum, & qui a ſurſum fit deorſum, & ita in cęteris qui ex contrariis terminis in contrarios recidunt terminos, vt ante & poſt, dextrum & ſiniſtrũ Eſt igitur manifeſtum, eos motus maxime eẽ contrarios. Quod aũt in contrariũ eſt & non ex quodam ſubiecto, vt cum non ex quodam aliquid mutatur in albũ, non proprie motus eſt (eſt em̃ motus, ex quodam in quoddã mutatio) ſed potius mutatio. Et in quibus non eſt contrarium, mutatio quæ eſt ex ipſo, ei quæ eſt in ipſum: quodãmodo contraria eſt nam ratione contraria eſt. vt generatio corruptioni: & acceptio remotioni. ¶ Quarta. Contrariorũ medium habentiũ motus qui fiunt ex contrario in medium, & ex medio in contrarium: quodãmodo ſunt cõtrarii. ¶ Nam medio ad extrema vt contrariꝰ vtimur. cum em̃ quid ex nigro mutatur in fuſcum, mutatur vt ex nigro in album, & cum ex fuſco in nigrum. vt ex albo in nigrum. & cum quid ex albo mutatur in fuſcum: mutatur vt ex albo in nigrum, cum vero contra ex fuſco in album, vt ex nigro in album fit mutatio. Mediũ enim ad vtrũq; quodãmodo dicitur extremorũ oppoſitũ. Sunt igitur huiuſmodi motus quodammado contrarii.

QVinti capi. ſcholia. XXXIIII. Quia contingit motus qui ſunt ex contrarijs. Non eſt inconueniens, motus qui fiunt ex diuerſis terminis, eſſe eiuſdem ſpeciei, cum fiunt ad eundem ſpecie terminum ad quem, vt cum ex contrarijs extremis in idem medium, aut ex diuerſis mediis in idem extremum fit tranſmutatio, quemadmodum ſi ex albo fiat croceum, & ex nigro itidem croceum, aut ſi ex croceo fiat album, & ex fuſco etiam album, vtraque albefactio eiuſdem eſt naturæ. nam non a terminis a quibus proficiſcuntur, ſed ab eis ad quos tendunt, capiunt motus ſuam denominationẽ. XXXV. Per hoc enim mutatio, vt generatio & corruptio, quia ſcilicet generatio & corruptio fiunt ſubiecto non manente eodem motus autem ſubiecto eodẽ manente. Et licet motus ad contrarios terminos. Aliqui motus ad contrarios terminos ſunt a contrariis terminis in contrarios terminos. Nam omnes motus qui ſunt a cõtrariis terminis in contrarios terminos, ſunt in contrarios terminos, vt duo motus quorum vnus eſt ex albo in nigrum, & alter ex nigro in album, & in contrarios ſunt terminos, & ex contrariis terminis in contrarios terminos. Aliqui tamen motus in contrarios terminos, non ſunt a contrariis terminis in contrarios terminos, vt quorum termini ex quibus non ſunt contrarii, quẽadmodum duo motus quorũ vnus eſt ex fuſco in album, & alter ex fuſco in nigrum. Eſt em̃ eſſe in contrarios ter

Universidad de Deusto
Biblioteca

minos cõmunius, esse vero ex contrariis terminis in contrarios terminos, specialius. Quod autem in contrarium est, & non ex quodã subiecto. Sententia litere est, q̃ cum quicquam mutatur in cõtrarium non manente sub vtroq̃ termino eodem subiecto completo, non proprie motus est. nam motus est ex quodam in quoddã, manente eodẽ toto subiecto & ante motus inceptionẽ, & in ipsius continuatiõe, & post ipsius desitionẽ, vt cum ex igne fit aqua, ex calido fit frigidum, & cum ex aqua fit ignis, ex frigido fit calidũ. In quibus autem vnum eorum quę explicantur, non est alteri contrariũ, vt motus qui est in aliquid, & motus qui est ab eodem, q̃admodum motus in albedinẽ, & motus ab albedine, quodãmodo contraria mutatio est, nam quanuis re ipsa non sit contraria, cũ nihil sibiipsi sit contrariũ, tamen ratione contraria est alicuius acquisitio, & eiusdẽ deperditio, q̃admodum formę generatio, eiusdem corruptioni, & eius acquisitio deperditioni. Nẽpe quãuis terminus a quo vnius, & terminus ad quẽ alterius, vt albedo & albedo, contrarii non sint, sed idem, tamen terminus a quo vnius & alterius, contrariantur, itidem terminus ad qudẽ vnius & alterius, contrariantur. Motus eñ qui est ex albedine, est in contrariũ albedinis, & motus qui est in albedinẽ. est ex contrario albedinis, q̃ quidẽ motus omnis est ex contrario in contrarium. quare duo motus quorũ vnus est ex albedine. & alter in albedinẽ, sunt ex contrariis terminis in contrarios terminos, & proinde contrarii. Veruntã quia contrarietas terminorum a quibus profiscisciuntur, & ad quos prodeunt, non innotescit huiusmodi explicatione, quia vnius solũ exprimitur terminus a quo, & alterius solũ terminus ad quẽ. idem alteri, vt ab albedine, & in albedinem, minus elucescit huiusmodi contrarietas in eo quã altero explicandi modo.

¶ Sexti capitis annotat.

¶ Quies: in subiecto motus priuatio. ¶ Naturale dicitur, quod solitã naturę seriem seruat. ¶ Innaturale, quod non seruat. Innaturale. violentũ, p̃ter naturam. ¶ Dies critici, dies ad morbi extensionẽ aut depulsionẽ natura ordinati. qui latine decretorij siue iudiciarij vocãtur. ¶ Stat, manet, quiescit. Sistit, ad statũ siue quietem contendere atque ꝓficisci. ¶ Satus, mansio, quies:

cui motui opponit quies

Extũ caput continet quinque conclusiones, duas rationes ad quintam, & quatuor quæstiones cum earum solutionibus. ¶ Prima conclusio. Quies, motui termini vnde motus, & nõ motui termini quo tendit & proficiscitur, opponitur. ¶ Manifestum est enim motui motũ & quietẽ opponi: sed motũ motui simpliciter, & vt contrarium cõtrario: quietem vero vt priuationẽ habitui. Sed quod quies motui termini vnde motus, & nõ motui termini quo pergit, opponatur, patet, quia mobile mouetur vt quiescat i termino quo pergit. Nihil autem in suũ contrarium aut oppositum pergit. Non igitur opponitur quies motui termini quo proficiscitur & pergit. At motuum solum sunt duo termini: terminus vnde motus, & terminus quo tendit & proficiscitur: & quies alicui motui opponitur. Relinquitur igitur eam esse oppositam motui termini vnde venit motus, non enim aliorum terminorum motibus opponi posset: vt motui qui est in sanitatem, non opponitur quies in sanitate, sed quies in sanitate opponitur motui in ęgritudinẽ, & non motui alteri⁹ termini, vt motui in albedinẽ. 37

nedũ motui uerũ & geri quies opponit

¶ Secunda conclusio. Non modo quies motui opponitur. sed interdum quies quieti opposita est. ¶ Quietem motui opponi est manifestum, quietem vero quieti itidem esse oppositam, hinc liquet. Dictum est motus a contrariis terminis in contrarios terminos, esse contrarios: vt qui ex sanitate in ægritudinem est, ei qui est ex ægritudine in sanitatem. igitur & in illis terminis quietes sunt oppositæ. Si enim in aliquos terminos motus sunt contrarij, in eisdem quietes contrarias non esse, inconueniens esse videtur. 38

in quos terminos motus sunt contrarij & in ipsi quietes

¶ Tertia. Earum mutationum quæ non sunt de quodam in quoddã. mutatio quæ est ex termino ei opposita est quæ in ipsum euadit terminum. Quomodo id fit, iam dictum est, vt generatio corruptioni, & positioni ablatio. 39

¶ Quarta. Talia in terminum mutationi itidẽ quodãmodo opposita est ĩmutatio in termino a quo mutatiõis. ¶ Nã sicut est ĩ motibus & quietibus oppositis. ita & in immutatiõibus q̃ motus non sunt: & ĩmutationibus eis oppositis esse videtur. Motibus aũt, quietes termini vnde motus opponuntur, & non termini quo proficiscũtur. Ita erit igitur in huiusmodi mutatio 40

nibus & oppositis immutationibus, vt mutationi in terminũ, opposita sit immutatio in termino a quo mutationis: vt mutationi quæ est in esse, immutatio quę est in non esse, opposita est. ¶ Quinta. Talis opposita immutatio, quies non est. 41

¶ Primo. Quia sicut sua mutatio se habet vt sit motus, ita ea vt sit quies. Manifestum est aũt suam mutationem oppositam non esse motum, neq; igitur ea immutatio, quies est. ¶ Secundo. Omnis quies motui opponitur. huiusmodi autẽ immutatio, quies est. motui igitur opponitur, hoc autem falsum est. aut generatio & corruptio sunt motus. quod non secus falsum est. nõ igitur huiusmodi immutatio, quies est. 42

¶ Prima quæstio. Cur sicut motuũ secundũ locũ quidam est naturalis, & alter violentus, itidem & quietũ, non similiter est in generatione & corruptione, augmentatione & diminutiõe & alteratione? Videtur enim & generatio & corruptio, vtraq; secundũ naturam esse. sicut inuenescere & senescere secundũ naturam sunt. Et augmentatio & diminutio vtraq;, & alterationes oppositæ secundũ naturam sunt, vt sanatio & ægrotatio, albatio & denigratio. horũ enim alterũ altero non magis secundũ naturam est. ¶ Soluit dicens motus penes naturale & violentũ sumptos esse contrarios, similiter & quietes. Et sicut hi in motibus secundũ locum inueniuntur, vt videre promptũ est, ita est quędam generatio naturalis, quę fato & naturæ seruata serie euenit: & quædam præter naturam, & violenta. Et quædam corruptio naturalis & quędam corruptio violenta ipsi opposita, & quę præter fatum & naturę seriem eueniat. Et quædã augmentatio naturalis, quæ naturæ seruat ordinem, & quædam violenta: vt tritici præcox illud immaturumq; & ante tempus incrementũ, cum seminibus nondum humo bene opertis cõpressisq; subito adolescit, & in longam porrigitur segetem. Et quędam alteratio, vt sanatio, naturalis est: vt quę fiat criticis diebus. quædã vero innaturalis, vt quę criticos dies prę ueniat, eosdẽ ve sequatur. ¶ Vnde fit vt generatio generatiõi contraria sit, & corruptio corruptioni, vt corruptio quæ secundum naturam est, & quæ dulcis nominatur, ei quę violenta & tristis dicitur, quodammodo contraria est, & augmentatio augmentationi: & ita in cęteris.. Neque hic modus inuestigandi contrarietatem. alius est ab eo quem supra ꝓbauimus, vt ignis motus sursum naturalis: contrarius est eiusdẽ motui deorsũ violento, & contra naturam, qui sunt motum cõtrariorum terminorum in contrarios terminos. contrariantur enim locus sursum, & locus deorsum. Itidem & de terra & cæteris dicas. Ignis motui sursum, opposita est violenta quies, in imo & deorsum, quę est quies in termino vnnmotus. & in termino a quo & ignis qeti naturali sursum, opposita est quies innaturalis deorsum, quę motuum oppositorum & in terminis oppositis quietes sunt. Vnde perspicuum euasit, naturalẽ motum eiusdem motui violento esse contrariũ, & quietem violentam, eiusdem motui naturali. Dico enim eiusdẽ, nam nihil ꝓhibet motum vni naturalem, eundẽ aut similem alteri esse violentũ, vt motus sursum, igni naturalis est. terræ violẽtus qui contraij non sunt: & ita de quiete intelligas. ¶ Secunda quęstio. Vtrum cum quippiam violenter fertur, ad quietem pergat, & hoc sit sisti? Responsio, Non quia quod violenter quiescit, vt terra sursum, quietem suam sortitũ esset, quod si ita esset, quando igitur sursum violenter ferebatur, sistebatur. At quod sistitur. semper velocius ferri videtur. Quod autem violenter fertur. tardius. Qd igitur violenter fertur, nequaq̃ ad quietẽ pergit: nec ratiõe quietis illius qua postea quiescet, fertur. Pręterea sisti videtur aut omnino esse secundũ naturam in suũ ferri locũ: aut simul accidere. ¶ Tertia quæstio. Cũ quies in termino a quo mot⁹ venit, opposita sit motui inde ꝓficiscenti: & quando mobile mouetur, partẽ motus partẽque quietis illius habeat quomodo igitur non simul erunt opposita? aut non est quies in termino vnde motus ei (vt dictum est) opposita? Respondet, non secundũ idẽ moueri, & secundũ idem adhuc manere & stare. Nã si motum actu & priorẽ respicis, vt cum lapis deorsum feratur, quietem illius priorẽ 43 44

Universidad de Deusto
Biblioteca

non habet. Si vero ad motũ attendis qui futurus nondum actu eſt, ſed potentia, mobile ſtare adhuc apprehendis: ſed ſtatus ille & quies, & pars ea motus, non ſimul ſunt. & ſi mot⁹ pars alia ſimul cum quiete illa exiſtat. Vnde fit vt motus motui, vt mot⁹ ſurſum motui deorſum, magis euadat oppoſitus, q̃ quies motui. Nam motus illi neq; ſecundum totũ, neq; ſecundum partes aliquas ſe in eodem admittunt: id aũt admittunt motus et quies. ℂ Quarta queſtio. An motus ignis ſurſum, qui eſt ſecundũ naturam, contrarietur motui ignis deorſum, qui eſt pręter naturã? aut motui terræ deorſum, qui etiam eſt ſecđm naturam, ſed non eodẽ modo? Reſpondet. Ignis motũ, ſurſum, qui eſt ſecundũ naturam, eiuſdẽ motui deorſum qui eſt pręter naturam, ꝓprie contrariari: et ita in quietibus oppoſitis. ℂ Sed hactenus qui motus vnus, et quę quies vna, qui motus contrarij, quę quies motui, et quies quieti oppoſita ſit: ſatis dictum videtur.

SExti cap. ſcholia. XXXVII. Quies motui termini vnde motus. huius concluſionis intelligentia eſt, ꝙ quies in aliquo termino, opponitur motui qui eſt ab illo termino in oppoſitũ, & non motui q̄ eſt in eundẽ terminum, vt quies in loco deorſum, opponit motui qui eſt a deorſum in ſurſum, & nõ motui qui eſt a ſurſum in deorſum. Sic qes in loco ſurſum, opponit motui qui eſt a ſurſum in deorſum, & non motui qui eſt a deorſum in ſurſum. Et vnã huius aſſertionis rationẽ philoſophus hic adducit, ꝙ nihil in ſuũ priuatiue oppoſitum mouetur. Mobile aũt mouetur, vt quieſcat in termino ad quẽ. igitur quies in aliquo termino nõ opponitur motui in illum terminũ. Alterã rationẽ aſſignaturus eſt deinceps in hoc capite philoſophus, ꝙ naturale naturali neq; in motibus neq; in quietibus opponitur, aut violentũ violento, ſed naturale violento, aut violentum naturali. Quies autem in aliquo termino, & motus ad illum terminum, conſimiliter ſe habent penes naturale & violentum. Nam ſi motus ad aliquẽ terminum, naturalis eſt, & quies in eodem termino, naturalis erit, & ediuerſo. & ſi motus ad quempiã terminũ eſt violentus, & quies in eodẽ termino violenta erit, & ediuerſo non igitur oppoſitionis rationẽ adinuicem ſortiuntur. At vero quies in aliquo termino, & motus ab eodem termino, diuerſo ſe habent modo penes naturale & violentũ. nã ſi quies in aliquo termino naturalis eſt, & motus ab eodem termino violentus erit, atq; ediuerſo. & ſi quies in aliquo termino violenta, motus eiuſdẽ mobilis ab eodem termino, erit naturalis, igitur oppoſitionem adinuicem ſeruant. XXXIX. Mutatio quæ eſt ex termino, ei oppoſita eſt. huius cõcluſionis ſenſus eſt, ꝙ earum mutationũ in quibus non manet idem ſub vtroq; mutationis termino ſubiectũ, vt ĩ generatione & corruptione (quæ hic mutationes dicuntur) ea quæ eſt ex aliquo termĩo, eſt oppoſita ei quę eſt in eundẽ terminũ. vt corruptio quæ eſt ab eſſe alicuius formæ ſubſtantialis, cõtrariatur ſaltem ſecundum rationẽ generationi quæ eſt ad eſſe eiuſdem formæ. Ediuerſo generatio quæ eſt a nõ eſſe alicuius formæ, contrariatur ſaltẽ ſecundũ rationem corruptioni quæ eſt ad nõ eſſe eiuſdẽ formæ, q̃admodũ in ſuperiori capite dictum eſt motui ex albedine quodammodo contrariari motum in albedinẽ. Ita & poſitioni ablatio opponitur, id eſt formæ ſubſtantialis a materia deperditio per corruptionẽ, opponitur eiuſdem in materia ſuſceptioni per generationem. XL. Quodammodo oppoſita eſt immutatio in termino a quo mutationis. Mutatio hoc in loco dicitur motio in qua nõ manet idẽ ſubiectum, in vtroque termino, vt generatio & corruptio. Et illius priuatiue oppoſitũ eſt immutatio, quę eſt mutationis in ſubiecto nato priuatio. vt cũ generatio aut corruptio perfecta eſt, aut nondum incepta, huius itaque concluſionis intelligentia eſt, quod mutationi in aliquẽ terminum priuatiue opponitur immutatio in termino vnde ipſa mutatio ꝓficiſcitur, vt mutationi quæ eſt ad eſſe, priuatiue opponitur immutatio quæ eſt in non eſſe. ex quo quidem termino mutatio quæ eſt ad eſſe proficiſcitur. Et mutationi q̄ eſt ad non eſſe, opponitur ĩmutatio q̄ eſt in eſſe, nam ex eo termino mutatio quæ eſt ad non eſſe, progreditur. Nam ſicut quies opponitur motui, ſic immutatio mutationi, ſimilis enim eſt eorum adinuicem ꝓportio, & vtrobique priuatiuæ oppoſitionis habitudo. At quies in aliquo termino, opponitur motui qui eſt ex illo termino, & non motui qui eſt ad illum terminũ, vt oſtendit prima concluſio. Ergo immutatio ĩ aliquo termino, priuatiue opponitur mutationi quæ eſt ex illo termino, & non mutationi quę eſt ad illum terminũ, quare per conuertentiam relatiuorũ mutationi in aliquẽ terminũ opponitur ĩmutatio quæ eſt in termino vnde ipſa mutatio ꝓficiſcitur. XLI. Omnis quies motui opponitur. Sicut mot⁹ in hoc loco ſolum pro ea ſumitur mutatione quę fit ſubiecto eodẽ manente, vt ſępenumero dictum eſt, ita & quies hoc in loco nõ pro cuiuſcunque tranſmutationis priuatione ſumitur, ſed illius dũtaxat qua idẽ ſubiectũ cõpletum ſub vtroque termino manet, quare priuatio generationis aut corruptionis minime hic quies dici debet. XLII. Et quædam corruptio naturalis & q̄dã corruptio violenta. Bifariã corruptio naturalis dici poſſet. primo quia nata ſit cõuenire ei cuius eſt, quo modo nullã naturalẽ inuenias. non eñ naturæ, conſeruationique & ſaluationi eius cuius eſt, conuenit, ſed ducit ad exitum atque interitũ. Secundo, quia ſolitum naturæ ordinem ſeruat, & hoc pacto aliqua naturalis eſt, vt qua defecti ſenio extinguntur. Sic & corruptio violẽta dicitur primo, quia diſcõuenit rei cuius eſt, eãque ad obitũ diſponit, & ſic nulla ẽ q̄ nõ ſit violenta. Secundo quia non ſolitũ neque conſuetum naturæ ordinem obſeruat, vt ea qua repentino interi-

tu, naufragio, incendio, aut ferro quis ante determinatam vitæ ſuæ periodum occumbit. Et ita naturale & violentum in cęteris tranſmutationum generibus diſtinguas. Dico enim eiuſdem. Nam nihil prohibet. Vt motus naturalis motui violẽto aut quieti violentæ opponatur neceſſe eſt ipſa eiuſdem eſſe ſubiecti, & mobilis conſimilis ſpeciei. Nã diuerſorum ſubiectorũ motus aut quietes adĩuicem non opponuntur, etſi vnus naturalis, & alter violentus fuerit, vt motus ignis ſurſum naturalis, non contrariatur motui terræ ſurſum violento, neq; quieti terræ ſurſum violente, quia non ſunt conſimilium mobilium. XLIII. Stat tamen partim cum fertur. Signetur ſpatiũ a e, per quod ſurſum violẽte feratur graue f, intelligaturq; huiuſmodi ſpatiũ diuiſum in quatuor partes, a b, b c, c d, d e. cũ mobile f mouetur in parte a b, non omnino quieſcit, ſed partim ſcilicet a latione futura in b c, c d, & d e. Sic quando ipſum f mouetur in b c, non amplius ab illa latione quieſcit, habet tñ quietem a latione futura in c d, & d e, cum eam nondũ habeat, natum ipſam habere. Et ſicut motus ad partem b c violentus eſt, ita & quies ante eam lationem facta in ſigno b violenta eſt, neque idcirco oportet mobile in poſterioribus ſpatij partibus velocius moueri. nam violente quieſcens, poſtea velocius mouetur, cum ſequens quietem motus naturalis fuerit, ob minorem ſcilicet ſpatij reſiſtentiam. Cum autem motus poſt quietem violentus fuerit, tardius mouebitur, ob debiliorem virtutem motiuam. XLIIII. Quomodo igitur non ſimul erunt oppoſita. Suppoſita præcedente hypotheſi, cum mobile f mouetur per a b habet partem motus, ſcilicet lationẽ a b, & partem quietis, ſcilicet quietem a latione b c, c d, & d e, non temen idcirco oppoſita, motus & quies, ſunt in eodem. quia mobile f non ſecundum idem mouetur & quieſcit, mouetur eñ ſecũdum primam partem ſpatij, & quieſcit a motu cęterarum partium eiuſdem. Motus autem ſpatii a b, & quies a motu ſpatii b c, non opponuntur, cum non ſumantur ſcundum eanden ſpatii particulam, & ſe ſimul admittant in eodem. Sed motus ſpatii a b, & quies a motu eiuſdem ſpatii adinuicem opponuntur, neque vnquam ſe ſimul admittere queunt.

ℂ Paraphraſeos in quintum Phyſicorum finis.

Primi capitis paraphraſeos in VI. Phyſicorum annotatiunculæ.

ℂ Coalitum, concretũ, conſtitutum, compoſitum. ℂ Secundum, ſuper. ℂ Momẽtum mutatum eſſe, in motu impartibile. vt punctus in linea, & inſtãs in tp̃e.

SExtus Phyſicorum continet decem capita. Primũ caput continet vnam concluſionẽ, & tres rationes ad eã, & vnũ corollarium ad primam rationẽ. ℂ Concluſio. Nullum continuũ ex impartibilibus eſt compoſitum. ℂ Primo.
1 Quia ſi aliquod continuũ, vt linea, eſſet ex impartibilib⁹ vt punctis compoſitum: aut illa inſecabilia puncta eſſent adinuicem continua, attigua, aut conſequentia. alius eñ modus vt continuũ & lineam conſtituant, effingi non poteſt. Adinuicem aũt continua non erunt. nam continua ſunt quorum vltima ſunt vnum. Impartibilium autẽ nõ eſt vltimum, cum omne vltimum diuiſum diſtinctumq; ſit ab eo cui⁹ eſt vltimũ. Neq; per idẽ erunt ſe tangentia. Nam ſe tangentia ſunt quorum vltima ſunt ſimul. ipſorũ aũt non ſunt vltima. Sed eſto dicas quia ſe tangant. tangit igitur aut pars partẽ, aut pars totum, aut totum totum. Non pars partem, aut pars totum. nã inſectile partem haberet. & partibile eſſet. Confitearis igitur oportet totum tangere totum, atq; totum ſimul cum toto eſſe, quod eſſe nequit. Nam oẽ continuum partes extra ſe habet, vt hanc hoc ſitu, illam vero illo. quod manifeſte cernitur in linea. puncta autem ſe tangentia extra ſe non eſſent ſitum vllum habentia, neq; magnitudinẽ vllam attollerent. Neque conſequenter erunt. nam conſequenter eſſe ea diffinita ſunt, inter quæ, cum vnum ſit poſt alterum, nullum eiuſdẽ generis intercedit medium. At vero inter quęlibet duo puncta interiacet lõgitudo & linea. & inter q̃libet duo nũc tẽpus. & in qualibet linea aſſignanda ſunt puncta. Inter quęcũq; igitur aſſignaueris puncta, interiacent in continuo puncta, vnde fit vt illa adinuicẽ non ſint

Universidad de Deusto
Biblioteca

consequentia. Et sic ex diffinitionibus continui, attigui, & consequentis (si recte & bene intellectæ & positæ sint) effectum est nullum continuũ esse ex impartibilibus compositũ. Quod eñ de linea dictũ est de reliquis continuis intelligas: vt supficiem nonesse ex lineis, neq; corpus ex superficiebus, neq; tempus ex impartibilibus instantibus & momentis. ℂ Corollariũ. Vñ palam fit, vt omne continuum in semper diuisibilia diuisibile euadat. Nã si in impartibilia resoluatur, cum vnũquodq; in ea ex quibus est resoluatur, erat ex impartibilibus compositum, q̃mõ ostensum est esse nõ posse. Ex hoc itaque sic nectimus argumentũ. Omne continuum, partibile est, aut impartibile. Non impartibile: quia ex diffinitione continuum esse non posset. erit igitur partibile, & tunc aut tale partibile in partibilia secatur, aut in impartibilia. Non autem. vt dictum est, in impartibilia. nam ex impartibilibus coalitum & compositum esset. secatur igitur semper in partibilia. omne igitur continuũ diuisibile euadit in semper diuisibilia.

ℂ Secundo. Si continuum, vt magnitudo, esset ex impartibilibus cõpositum, & motus qui supra eam fieret, esset ex impartibilibus cõpositus. Nam (vt alias est dictũ) vt magnitudo diuiditur, pariter & motus: & tempus, & vt magnitudo continua, ita ea continua esse videntur. Si igitur magnitudo in impertia diuidatur ita cõsentaneum est & motum & tempus in impertia diuidi. Quod adhuc vt liquido magis constet. sit a b c magnitudo ex tribus impartibilibus a b c composita. & motus d e f super eam factus, g vero ipsum mobile. dico motum d e f ex tribus impartibilibus d e f esse compositum. Nam si d partem motus factam in a contendis esse diuisibilem, & a oportebit esse diuisibile, & partes habere. quibus partibus partes motus d respondeant, & ita d e e in b, & f in c. quod statim posito aduersatur. positũ est eñ a impartibile, & b, & c. Si igitur magnitudo esset ex impartibilibus composita, & motus super eam factus esset ex impartibilibus compositus hoc autem impossibile, quia rem moueri motu non præsente impossibile est itidem & motu præsente secundum aliquam partem moueri necesse est. & quis est motus: sic, taliterque ipsum mobile mouetur. Si igitur d motus super impartibile a, fuerit impartibilis, & ipsum g mobile super a indiuisibiliter & impartibiliter mouetur. quod esse non potest. quia rem quæ aliquo mouetur, simul moueri, & motã esse quo mouetur, impossibile est: vt impossibile est Thebas simul proficisci, & pfectum esse Thebas. hoc autem accideret mobili g super a motu d præsente & simul moueri in a, & motum esse, alioqui si dicis prius g moueri in a, quam permotum esse. a facis diuiduum & partibile. At vero si cum Epicuro contendis g moueri super magnitudinẽ a b c, non tamẽ super a, neq; b, neq; c sed secundum a motum esse & b & c: erit igitur d & f ex momentis & non ex motibus compositus: & aliquid alterum pertransiuit, quod nunq̃ erat pertransiens: & aliquid est pertransitum, quod nunquam ptrãsibatur: & multa pretérita vera quorum nulla fuerunt præsentia. Nam secundũ a aliquando non est verum q̃ pertrãsitur, neque secũdm b, neque secũdm c, est eñ pertransitum. Et si dicant oẽ aut moueri aut quiescere oportere, cum g mobile in a b & c non moueatur, in a b & c quiescet. quare aliquid continue mouetur & quiescit, et, d e f quietes. Quod si dicant impartibilia d e f esse motus, continget præsente motu nihil moueri, sed quiescere. Porro si effugium quærentes dixerint d e f neque quietes, neque motus: iterum sequetur motum esse ex non motibus: et cum motus et tempus consimiliter diuidantur, tempus esse ex nunc impartibilibus. Hæc profecto incommoda sequuntur eos qui continuum ex impartibilibus cum Epicuro defendere volunt esse compositum. ℂ Tertio Quia si continuum ex impartibilibus esset conflatum, et tempus ex impartibilibus conflari oporteret. Nam si g super a ferri putas in partibili tempore, in minori tempore ex diffinitione æque velocis percurret minus. Est enim æque velox, quod in æquali tempore æquale per-

transit spatium: & velocius, quod in minori tempore pertransit æquale: & tardius, quod in æquali pertransit minus. aut continget idem seipso esse velocius. Quod si in minori tempore pertransit minus, erit a partibile. in impartibili eñ non maius aut minus assignari potest. Non igitur mouebitur in a impartibili tempore, sed in nunc, & impartibili quodam. quo dato, ablata est motuum velocitas atque tarditas, quæ per se manifestissime constant. Nam in atomo & impartibili nihil velocius aut tardius moueri vel effingi potest. Non est igitur continuum ex impartibilibus compositum.

Primi capitis sexti Physicorum scholia. I. Ex impartibilibus est compositum. Duplicia sunt impartibilia. quædam simpliciter, quæ omnis prorsus diuisionis sunt expertia, vt puncta in linea, momenta in motu, & instãtia in tempore. Alia vero sunt impartibilia non quidem simpliciter, sed secundum quid, quæ secundũ vnum magnitudinis interuallum diuidua sunt, & secundum aliud indiuidua, quemadmodum linea & superficies. Est enim linea diuisibilis secundum longitudinem, & impartibilis secundum latitudinem & profunditatem. Et superficies secundum longitudinem & latitudinem diuidua, secundum profunditatem autem indiuisibilis. Et ea quæ primi generis sunt, solum sunt termini, & non terminantur ab alijs, quæ secundi, quatenus diuisibilia sunt, terminãtur, vt linea punctis, & superficies lineis. quatenus autem indiuisibilia, termini sunt, & finiunt continuantq; posteriores magnitudines, vt linea superficiẽ, & superficies corpora. Præsens autẽ conclusio non solum intelligitur de impartibilibus simpliciter, sed & de impartibilibus secundum quid, verumq; est, nullum continuum componi ex suis terminis. qui quidem termini indiuisibiles sunt secundum id, secundum quod ea quorum sunt termini, diuisionẽ recipiunt, vt nulla linea cõponitur ex punctis, nulla itidem superficies per hanc conclusionem componitur ex lineis, & nullum corpus ex superficiebus. Neq; ex eo quod numerus ex indiuiduis vnitatibus cõstat, cõficitur & cõtinuum ex indiuiduis conflari posse. nam ĩ numeris datur minimum, & ipsos dissecãdo tandem peruenitur ad vnitatem, in qua est diuisionis status. In continuo autem minimum assignari non potest, cum quęcunq; detur cõtinui particula, ipsa vlterius sit in minores partes diuisibilis. Neque itidẽ ex motu corporis sphærici super planum, efficere possunt lineam ex punctis abire compositam. Nam quanuis spæricum nõ possit tangere planum, nisi secundum ipsius plani punctum, stando a motu, tamen cum fit motus, spæricum tanget planum inadæquate secundum plani lineam, & in toto quidẽ tempore motus spæricum percurret lineam plani, in nunc autem & temporis impartibili continget planum secundum punctum, & mutatum erit. quare nõ oportet totum quod tractu vel rotatione spærici conficitur spatium, ex punctis esse compositum. aut pũctum puncto immediatum venire. Effectum est nullum continuum ex impartibilibus. Multi recẽtiorum hanc Aristotelis conclusionem veram quidem esse admittunt, sed ob hanc (vt dicunt) potissimum rationem, quia nulla sunt impartibilia. Interimunt enim puncta, negãtque ea esse lineæ terminos, destruunt lineas secundum latitudinem impartibiles, & superficies indiuisibiles secũdum profunditatem. Et id cuiq̃ mirum videri non debet, q̃ magnitudinem terminos negent, quia & ipsas negant magnitudines, dicũtque eas a substãtia re ipsa nõ discrepare. Verum hiverbo quidem cum Aristotele hoc in loco sentiunt, sententia autem & intelligentia longe ab eo dissident. Nam ipsi dicunt continuum ex impartibilibus non esse compositũ, ob id ipsum q̃ nulla sint impartibilia. Atistoteles autem censet impartibilia quidem in continuo esse constituenda, tanquã continuorũ vltima, limites, extrema, atque terminos, ex ipsis tñ continuum nõ coalescere, sed solum ex partibus diuisibilibus. Et negatis impartibilibus, non mõ ferme tota philosophiæ Aristotelicæ sententia manca redditur & cæca, verum etiam & disciplinæ mathematicę potissimum q̃ circa magnitudines versantur, vt geometria, perspectiua, & astronomia, pereunt omnes. Quomodo enim lineam in duo media secabunt per punctum medium ab extremis æquidistans, cum nullam lineę partem assignare poterunt vndique ab extremis æquo ĩteruallo diremptã? Quo pacto itidem in circulo constituent centrum, vt docet inuenire geometria, si centrũ circuli ponant oportere esse diuisibile? nam si diuiduum est, haud quaquã a quauis circũferentię parte æquidistabit, neq; lineę ab eadem illius diuisibilis centri parte ad oppositas circũferentię partes ductę ęquales erũt. Præterea quo ingenio a puncto ad punctum lineam rectam ducent, vt petunt geometræ? aut quõ continua recte diffinierint, quorum vltima sunt vnum, cum nullum diuisibile simpliciter vltimum esse possit? Quod si dicant puncta quidem in mathematicis poni nõ secundũ veritatem, sed eorũ (vt verbis ipsorum vtar) imaginationẽ atq; effictionẽ, continuo rñdendũ est q̃ si illi imaginationi res ipsa discrepet, & mathematici imaginẽtur ea esse q̃ neque secũdũ rem sunt, neque esse possunt, falsa est illa confictio, & nullum in re habet responsum. quare tota mathematica falso & inualido niteretur fundamento. Quod si cõsiteantur puncta esse secundũ mathematicorũ positionem, & disciplinæ ipsæ inter se dissonantiam non habeant, sed omne verum vero cõsonet, & in philosophia naturali pũcta esse ponẽda fateãtur oportet; quę nullus sane negauerit, qui Aristotelis sensa & sententias in naturali philosophia capessere, & recte intelligere cõtendit. II. Si igitur

Continuũ ex indiuiduis componi non posse

In continuo ponẽda esse impartibilia

Universidad de Deusto
Biblioteca

magnitudo in impertia diuidatur. In impertia, in impartibilia. Impertia em̃ dicũtur, quę partes nõ hũt in quas dirimi diuidiq; possint, vt pũcta. Et quis est motus, sic, taliterq; ipsũ mobile mouetur, id est, qualis est motus, taliter ipsum mobile mouetur, vt si motus est velox, mobile mouetur velociter. si tardus, tarde. si partibilis, partibiliter. si ipartibilis, impartibiliter, sicut qualis est albedo, taliter subiectũ est albũ. vt si intẽsa, intense. & si remissa, remisse. Quia rẽ quæ aliquo mouetur, simul moueri, & motam esse. Id de motu physico atq; tẽporaneo (de quo Aristoteles semper loquitur) intelligendũ est, secũdum quẽ repugnat quicq̃ moueri, & permotũ esse, quinimo implicat contradictionẽ. nam si per motum est, totus motꝰ absolutꝰ est. si autem adhuc mouetur, restat aliquid motꝰ peragendum, quare idẽ motus esset perfectꝰ, & nõ perfectus. De motu autem ĩstantaneo atq; momẽtaneo (mõ eum liceat motũ vocare) id nõ est ĩtelligendũ, quia cũ quicquam subitarie mouetur, simul permotum est, vt cum pũctum peroritur, totum perortum est, alioqui partes haberet in quas diuideretur. Et si dicant omne aut moueri aut quiescere oportere, id non tanq̃ verum sit sumitur, sed tanq̃ datum ab aduersarijs pro responsione. nam mobile instãti continuante partes temporis motus non mouetur, neque quiescit, quia non est natũ in instanti moueri. Iterum sequitur motum esse ex non motibus. Id inconueniens est. nam sicut quælibet pars lineæ est linea, & quælibet pars temporis tempus, ita quælibet pars motus est motꝰ. Quod si quis capiat partẽ motus priorem, quæ iã tota est acquisita, quemadmodum in continua calefactione aquę, cum iã sex gradus caliditatis acquisiti sunt, si quis accipiat caliditatẽ quatuor primorum graduum totam acquisitam, concedendum est & eã esse motum, non quidem quia partim acquisita est, & partim non, sed quia pauloante erat partim acquisita, & partim non, & quia continuatur alteri cuius continue aliquid acquiritur, scilicet caliditati sex graduum, cuius duo gradus acquisiti sunt, & quatuor partes æquales secundum intensionem superant acquirendæ.

¶ Secundi cap. annotat.

¶ Signum, punctum, instans in tempore, momentum in motu. ¶ Infinitum secundum magnitudinem, infinitum secundo. ¶ Infinitum secundum diuisionem, infinitum quinto. ¶ Hemiolium est cum maius continet minus, & insuper minoris dimidium. ¶ Hemiolium, sesquialterum.

SEcundum cap. continet sex conclusiones, instãtiã zenonis post quartam, & vnum corollariũ post sextam. ¶ Prima conclusio. Mobile velocius in æquali tẽpore maius ptransit spatium. ¶ Iã liquet magnitudinem semper in magnitudines esse secabilem: pariter & est ostensum nullum continuum ex impartibilibus esse compactum. oĩs autem magnitudo continua est. vñ fit iterum vt ex impartibilibus & atomis compacta coniunctaq; non euadat. Sit igitur a mobile velocius, b tardius, c d spatium & magnitudo, e f tempus pcursus a p spatium c d. Argumentatur sic. a mobile velocius pertrãsit spatium c d totum in tempore e f, & b mobile tardius non ptransit idem in eodem tempore e f: alioqui esset æque velox. neq; maius. nã esset velocius. Deficit igitur in eodem tẽpore in magnitudine c d citra d, vt in signo g. pertransit igitur velocius in æquali tẽpore maius. ¶ Secunda conclusio. Mobile velocius in minori tẽpore ptransit maius. ¶ Diuido magnitudinẽ c d inter g d in signo h. Et arguo. a velocius mobile pertransit magnitudinem c d in tempore e f. pertransit igitur c h minorem magnitudinem in minori tempore, tempore e f. In æquali em̃ non pertransit, nam esset seipso tardius. Neq; in maiore: quia seipso esset velocius. Sit igitur tempus illud minus, e i. Tunc sic, a mobile velocius in minori tempore e i pertransit magnitudinem c h. Et b tardius mobile in toto tempore e f solum pertransit magnitudinẽ c g. pertrãsit igitur mobile velocioꝰ in minori tẽpore, vt e i, spatiũ maius. Est em̃ c h spatium maius spatio c g. nã c h totum, c g autem eiꝰ pars. ¶ Tertia mobile velocioꝰ in minori tempore spatium percurrit æquale. ¶ Tametsi hãc velocioris diffinitionem posuerimus, ex dictis tamen manifesta iterũ abire põt. Nam a mobile velocius ĩ minori tempore e i percurrit c h spatiũ maius, vt mõ ostensum est. Adhuc in minori igitur, vt tẽpore e k, percurrit c g spatium minꝰ. quod quidem c g spatium minus percurrit b mobile tardius in toto tempore e f, per hypothesim prius factam. Percurrit igitur mobile velocius in minori tempore æquale. Item ne-

cesse est mobile velocius aut in æquali tẽpe, aut minori, aut pluri æquã magnitudinem cũ tardiore decurrere. Nõ in æquali. nã tunc illa æque velocia essent, ex æquevelocium diffinitione: quod hypothesi aduersatur positæ. Neq; in pluri tẽpore. nã quod in maiori tempore æquale cũ altero absoluit spatiũ, id quidẽ tardius est. Relinquitur igitur in minori tẽpore mobile velocius æquale cum tardiori pcurrere spatium. qd̃ est ppositum. ¶ Quarta. Vt magnitudo cõtinua est, ita tẽpus continuũ. & vt magnitudo sp diuisibilis, ita quoq; tempus semper diuisibile. & vt mobile tardius semper magnitudinẽ secat, ita velocius, tempus. ¶ Nam magnitudinem comitatur motus: motũ autẽ tempus. Et sicut in omni magnitudine cõtingit moueri, & in oi tẽpore. Et quicquid contigit moueri, contingit & velocius & tardius moueri ĩtelligere: & in oi tempore ĩtelligere velocius & tardius. Sit igitur, vt prius, a mobile velocius, b tardius. c d magnitudo. e f tempus. & percurrat a mobile velocius magnitudinẽ c d in toto tẽpore f. Quia velocius æquali tempore pcurrit maius, b mobile tardius eo in eodem tempore percurrit minus, & magnitudinis partem, vt c g. & mobile tardius in eodem tempore pcurrit minus, vt c h. & adhuc tardius, minus, vt magnitudinem c i: q̃ diuido signo 1. Et si intelligis tardius, iterũ minus percurret, vt magnitudinem c k: quam signo k diuisam intelligimꝰ. Et ita si semper tardius intelligere pgis, semper magnitudinem c d diuides, & diuisibilem ex mobili tardiore ĩtelliges. Item quia a mobile velocius in tempore e f percurrit c d: velocius eo in minori tempore, vt e l, quod signo l diuido, eandem percurret magnitudinem: & adhuc velocius, in minori tempore, vt e m, eandem. Et ita semper quo velocius fuerit in minori tempore eandem magnitudinem transibit, atq; minus tempus secabis: vt magnitudinem p tardius mobile secabas. Perspicuum est igitur, vt magnitudo continua est, ita tempus esse cõtinuum: & vt magnitudo sp diuisibilis, & tempus: & vt mobile tardius semper magnitudinem secat, ita tempus mobile velocius. & has sectiones quasi ediuerso sibi respondere, & intelligi oportere. Enimuero vt mobile tardius in æquali tempore minorem percurrit magnitudinem, ita & velocius in minori tempore magnitudinem pcurrit equalem. Est & alius modus, quo consimiliter diuidãtur magnitudo & tempus, vno eodemq; mobili: vt cum mobile a magnitudinem c d in toto tempore e f totam absoluat: idem mobile a in minori tempore, vt e l, minorem magnitudinem vt c g absoluet, & in minori tempore, vt e k, adhuc magnitudinem, vt c h, minorem. & hoc pacto semper consimiliter vtrunq; diuidendo partiendoq; (vt voles) procedes. Est igitur iam satis manifestum, vt magnitudo semper diuidua est, & tempus: & si tempus diuiduum, itidem & magnitudinem diuiduam esse oportere. ¶ Instantia zenonis. Sed insurgit zeno, volens magnitudinem non in semper partibilia esse partibilem ostẽdere. Si magnitudo (inquit) in semper diuisibilia partibilis abeat, & si quicquam super eam moueri ponatur, ipsum infinita transire oportebit, & infinita seorsum tangere (essent enim in ea non modo infinitę, sed infinities partes infinitæ) & hoc in tempore finito. hoc autem impossibile est. non est igitur in semper diuisibilia secabilis magnitudo. ¶ Responsio. Magnitudinem esse infinitã, similiter & tempus, bifariam dicitur. Primo secundum magnitudinem, vt si nullum finem extremaq; habeant: quõ neq; magnitudo neq; tempus infinitum est vllum. Secundo mõ secundum diuisionem: quõ & magnitudinem & tempus infinitum esse dicimus. Et alia infinita transiri possunt, & infinita seorsum tangi. infinita autem secundum magnitudinem neq; transiri, neq; tangi oia. Infinita em̃ secundum diuisionem, actu finita sunt, extrema & finem habentia. Et cum contendit illa ĩfinita transiri, & tangi oia in tempore finito: dicimus vtrunq; magnitudine finitum, & vtrunq; diuisione infinitum: & quo pacto vnũ finitum, & alterũ finitũ: & quo mõ vnum ĩfinitum, & alterum. Et ideo in magnitudinis extremis finitę, infinita diuisiõe & potentia transeuntur, & tãguntur in tẽpore extremis finito. quod identidẽ est in tem-



Universidad de Deusto
Biblioteca

poribus diuisione & potestate infinitis, illa hoc pacto infinita ꝑtransiri. Si igitur contendisset zeno de infinito magnitudine, sua rō robur & pondus (mō falsum non assumeret) habere videretur, quod paucis oñdem⁹. ¶ Quinta cōclusio. Magnitudo hoc pacto infinita, tēpore finito ꝑcurri non pōt. Sit a magnitudo infinita: q̄ tēpore finito c d (si fieri ꝑōt) percurratur. sumo magnitudinis infinitæ partem finitā quancunq;, vt a b: q̄ in tēpore & minore c d percurritur. sit igitur tempus c e. Manifestum est c e tēporis finiti partem, toties, & finito quidem numero, replicari posse, aut æqualē, vt totū tempus c d metiatur. totidem igitur infiniti æquales partes a b, in tempore c d finito trāsibūtur. q̄ cum sint & numero & magnitudine finitæ, totum pertransitum est finitum. Et si transitur totum, a & totum a erit finitum: cuius positum est oppositum. Nec refert si eam mugnitudinem non regulariter ꝑcurri posueris. nā velocitatis tātulę partis cuiuscunq; ad acceptā partem erit aliqua ꝓportio, & tēporis ad tēpus, quare & spatij ad spatium. Et sp cum partes acceptæ adinuicem habebunt ꝓportionem, singulæ finitæ erunt, & numero etiā finitę. quare & totū pertransitum abibit finitū. ¶ Sexta conclusio. Itidē neq; tēpore infinito percurritur magnitudo finita. ¶ Consimilivt præcedens pateat argumento. Sit magnitudo finita a b, tempus infinitum c. a tepore infinito seco partem finitā c d, in qua percurritur pars aliqua magnitudinis finitæ a b, q̄ sit a e. Manifestum est a e partē magnitudinis finitæ toties, & nūero quidē finito replicari posse, vt magnitudinem a b finitam metiatur, aut ęquādo, aut superando, nihil refert. quare in tot temporis c ęquis partib⁹ parti finitę c d, tota transibitur pertransita magnitudo: quę cum sint numero & magnitudine finitæ, & totum tēpus trāsitus erit finitum. quare si transitur in toto c, & totum c erit finitum, cuius concederetur oppositum. Et de motu aut difformi aut irregulari idē valuerit argumētum. ¶ Corollarium. Vñ iterum altera ratione ostendere nobis prōptum est, magnitudinē ex atomis & ipartibilibus cōstitui non posse. hoc em̄ superioribus satis dilucet rationibus attamen hac adhuc oñdere possumus ratione. In oī tēpore veloci⁹ & tardius res moueri contingit. & velocius in ęquali tempore plus conficere spatij ostensum est: vt duplum, aut hemioliū. Sit igitur magnitudo a b c (si possibile est) ex tribus atomis cōflata: supra quam moueantur duo mobilia, d velocius secundū hemiolium, & e tardius: vt cum mobile d velocius transit tria impertia, a, b, c, ī tribus tēporis impertibus f, g, h, (magnitudini em̄ diuisione rñdet & tēpus) e duo impertia transeat: consequens est vt e mobile tardius, c residuam ei⁹ quam transiuit magnitudinis dimidietatem in temporis quo trāsiuit a b magnitudinem, parte media conficiat. quod enim in aliquo tempore transit totum, in temporis dimidio transit dimidium. hoc autem esse non potest, nisi tēporis patiatur atomus. Nam esse non potest in vno atomo, neq; in duobus atomis. atomum autem partiri impossibile est. Non est igitur magnitudo aut continuum vllum ex atomis & impartibilibus constitutum.

Secundi cap. scholia. III. Alioqui esset ęquevelox. Si b mobile tardius pertransiret totum spatiū c d in tēpe e f, in quo a mobile veloci⁹ positum est idē spatium ꝑcurre, b esset ęque velox ipsi a. nā in ęquali tēpe pertrāsiret ęquale spatium. Si vero mobile b (quod positum est tardius) in tempore e f pertransiret maius spatium q̄ c d, quod positū est pertransiri ab a in eodē tēpore, b mobile esset velocius q̄ a, quia in ęquali tēpore maius pertransiret spatiū. hoc aūt (sicut & b esse ęque velox) repugnat hypothesi positæ. IIII. In ęquali em̄ non pertrāsibit. Si a velocius mobile pertransiret c h partem spatij in ęquali tempore ipsi e f, in quo totum transit spatium, esset seipso tardius, nam in ęquali tēpore e f minus pertransiret spatium, & vt transiens c h partē spatij in e f, esset tardius q̄ vt percurrens c d totam magnitudinem eodē tempore. Si vero idē mobile a ponatur absoluere partē spatij c h in maiori tēpore q̄ e f, esset seipso velocius, quia in minori tēpore maius absoluere spatiū. Vt enim pertransiens c d in tēpore e f, esset velocius q̄ vt pertransiens c h partem spatij in maiori tempore q̄ e f, quandoquidem in minori tempore maius absolueret spatium. V. Relinquitur igitur mobile velocius. Cōsimiles his trib⁹ cōclusiōibus de motu velociori, tres fieri possent de

mōbili tardiori conclusiones. Prima, ꝙ mobile tardius in ęquali tempore spatium percurrat minus. Secunda, ꝙ mobile tardius in maiori tēpore minus pertrāsit spatium. Tertia, ꝙ mobile tardius in maiori tempore spatium absoluit æquale. Quæ ꝗdem exemplis atq; proloquiꝗs probandæ sunt, vt tres prædictæ. VI. Et vt mobile tardius semper magnitudinem secat. Dicitur mobile tardius semper secare magnitudinem, quia seruato eodem tempore oīm motuum, si aliquod mobile pertransit aliquod spatium, tardius mobile in eodem tēpore minus peraget spatium, & tertium mobile tardius secundo, adhuc minus abibit spatij, & ita deinceps quanto tardius dabitur mobile, tanto eodem tempore min⁹ spatij pertranibit, atq; hoc pacto per tardiorum mobilium assignationem diuidetur spatium in diuersas partes. Sic mobile velocius dicitur diuidere tempus, quia retento semper eodem spatio, si quod mobile illud percurrit in aliquo tempore, velocius illo idē spatiū absoluet in minori tempore, & tertium velocius secundo idem percurret spatium in minori tempore q̄ secundum. Et ita deinceps per velociorū mobilium dārionem diuiditur tempus, semper ad principium accedendo, in varias partes. Est & alius modus quo cōsimiliter. In primo modo, seruato eodem tempore diuiditur spatiū per mobile tardius. In secundo, seruato eodem spatio diuiditur tempus per mobile velocius. In hoc autem mō, seruato eodem atq; eiusdem virtutis mobili, consimiliter diuiduntur spatium & tempus, vt graue l in toto tempore a e in quatuor partes ęquas diuiso, pertranseat spatium f K, distributum itidem in totidem partes æquales. idem mobile in tempore a d pertransibit spatium f i, & in a c mediate dati temporis pertransibit f h medietatem dati spatij, & hoc pacto deinceps diuidendo. Ipsum infinita transire oportebit. Hæc zenonis instantia ab Aristotele in litera diluitur, concedēdo mobile cum per aliquod spatium transit, percurrere infinita potentia & diuisione tempore finito, quę tā diuisione infinita, actu finita sunt, & principium atq; finem habent, tamen mobile nō pertransit spatia actu infinita, & quæ suæ magnitudinis careant extremis. Illud autē principiū quod loco assumptionis ab eo desumitur, impossibile esse tempore finito infinita pertransire, intelligendū est de infinitis actu, & secundo infiniti modo. Idcirco zeno aut multiplicitatem aut amphiboliam incidit. Et complusculi zenonis mō argumentantes petunt motum fieri per partes proportionales spatij, & in prima parte proportionali horæ pertransiri primā partē spatij proportionalem, & in secunda secundam, & ita deinceps, qui non recte itidem sumunt spatij in tempore trāsitum neq; abitionem. Aristoteles enim per partes determinatæ quantitatis spatij & tēporis latio nem fieri, & secundum eas ipsam sumi contendit. Illi autem contra Aristotelis morē, in infinitudinem, confusionem, & tenebras partium ꝓportionalium se inuoluunt atq; demergūt, vnde facilis non patet exitus. VII. Manifestum est c e tpis finiti partem. Proloquium em̄ est, quanlibet finiti partem aliquoties sumptā suum totum mensurare. Pars autem suum totum mensurat, quę aliquoties sumpta suū totū aut ęquat, aut superat, vt binari⁹ quinquies sumptus ęquat denariū, & ternarius quater sumptus ipsum superat. quare & binarius & ternarius mensurāt denarium, si c e pars accepta sic decima pars totius temporis finiti c d, ipsa decies sumpta mēsurat totū tēpus c d. VIII. Et de motu aut difformi aut irregulari. Quēadmodū in pręcedēte cōclusione idem erat iudicium de motu irregulari sicut regulari, vt ponendo æquali tpe semper duplā pręcedenti absolui magnitudini, scilicet in secunda temporis parte duplam magnitudinē ad magnitudinē primi motus, & in tertia duplam magnitudinē secundæ parti, & ita cōsequenter. nam partis proxime sequentis velocitas ad partem proxime præcedentē habet aliquam proportionem, & tempus ad tempus. ergo & spatium ad spatiū. Cuiusslibet igitur illarum partium magnitudinis, quæ in decem temporis partib⁹ absoluuntur, ad alterā est proportio. quare earum quælibet, extremis finita, quicquid igitur toto tempore c d pertrāsitur, finitū est. Eodem quoq; modo & hoc in loco idem subit iudicium de motu irregulari, ponēdo secundā magnitudinis partem in duplo tempore ad tempus primæ pertrāsiri, & tertiam in tēpore duplo ad tempus secundę, & ita consequenter, nam tarditatis secundę partis ad primā, & semper sequentis ad proxime pręcedentē est proportio dupla, & spatij ad spatiū proportio ęqualitatis. ergo & tēporis ad tēpus est proportio. Quicquid autem ad alterum proportionem habet, vt finitum sit necesse est. ergo totum tempus motus est finitum. Et ipsum est c, per hypothesim. igitur e est finitum, quod repugnat posito. IX. Nam esse non pōt in vno atomo, neq; in duobus. Quia e mobile, pbatum est absoluere totū spatium a b in toto tempore f g h, p principium in litera positum, dimidium spatij a b, scilicet c, deberet absoluere in medietate dati temporis f g h. At illius toti⁹ medietas dari non pōt, nisi nunc temporis impartibile diuidatur. nam vnus atomus, eius non est medietas, sed minus medietate, scilicet tertia pars, neq; duo atomi sunt ei⁹ medietas, sed mai⁹ medietate, scilicet duæ tertiæ, sed eius medietas assignari deberet vnus atomus cum dimidio, vt f cum dimidio ipsius g. Atomum autem temporis diuidere est impossibile. igitur non potest continuum ex insectibilibus componi, aut aliqua daretur magnitudo super quam non posset fieri motus, & mobile pertransiret duplum, cuius non posset transire dimidium, quod est impossibile.



¶ Tertij capitis annotatiunculæ.

¶ Nunc, nunc primo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TErtium caput continet quinq; conclusiones, & tres rationes ad quartam. ¶Prima conclusio. In oi tempore, nunc non sed'm alterum, sed per se & primum impartibile esse necesse est. ¶Modos nunc prius claros reddidimus. sed hic adhuc opportunum videtur esse huiusmodi nunc impartibile esse in tempore ondere. Nam finis præteriti est id ante quod nihil futuri habeatur. quo pacto em̃ futuri aliquid habeatur prius q̃ pręteritum finitum sit? Et initium futuri id. in quo præteriti nihil reliquatur. Nam quõ post futuri initium præteriti aliquid maneat? hoc autem nunc, dicimus vtriusq; terminum. Est igitur nunc in tempore quiddam impartibile. ¶Secunda conclusio. Idẽ est nunc vtriusq; temporibus vltimum: præteritovt finis, futuro vt initium. Nam si duo diuersa & abiuncta ponerentur: se tangere non possent: quia sunt impertia, & quorum non sunt vltima. satis autẽ monstratum est supra, impertia se tangere non posse, neq; vnum alteri cõsequenter esse, quia impertia continuũ non attollunt. & cum tẽpus sit continuũ, inter illa, eiusdẽ naturę continuũ itercipi oportet, quod non nisi tẽpus esse põt. At cum post pñs inductũ nihil pręteriti habeatur, ante vero nihil futuri, illud igitur tempus interstes in atomo erit. Et cũ omne tempus (vt ostensum est) partibile sit, ipsum erit partibile: quare & atomus partibilis. Imo vero tale tempus cum neq; præteritũ sit aliquid, neq; futurum, nihil nisi simplex & impartibile nũc esse põt, quod si diuidatur, præteritũ erit in futuro, & futurum in præterito: imo & ipsius nunc hoc erit præteritum, illud vero futurum: & in eodem nunc plurima simul esse conspicientur. q̃ si impossibilia sunt (sunt nanq;) non erunt diuersa nunc, tẽporis extrema, hoc pręteriti finis, illud initium futuri, sed vnum idẽq; nũero. ¶Tertia. In ipso nunc impartibili nihil moueri cõtingit. Nam contingeret in ipso velocius & tardius moueri. Sit igitur magnitudo a b. tardius vero mobile d. velocius e. & f nunc & impartibile. & d mobile tardius pertranseat magnitudinis partẽ a c in atomo temporis f, si fuerit possibile. e mobile velocius eandem a c magnitudinis partem in minore quam sit nũc, mora absoluet. partietur igitur f nunc ipartibile. quod est impossibile. ¶Quarta. Itẽ neq; in nunc contingit quicq̃ quiescere. Primo. Nam aliquid quiescere dicimus, cũ non mouetur qñ, vbi, & quõ moueri natum est. in nunc autem ostensum est nihil moueri contingere. neque igitur in nunc quicquam continget & quiescere. ¶Secundo. Põt mobile toto tempore præterito moueri, & toto futuro quiescere. nullus id negabit. Atqui si in atomo quiesceret, in illo eodẽ simul & moueretur. Nam si in toto præterito mouebitur, & in quolibet præteriti in quo moueri natum est, mouebitur. Si igitur natum esset quiescere in atomo, & in eodẽ natum moueri esset. moueretur igitur ĩ nunc atomo præteritum finiente. Et cum in toto futuro quiesceret, in quolibet futuri in quo quiescere natum esset, quiesceret. igitur & in nunc futurum ipsum initiante quiesceret. Quiesceret igitur in eodem nunc simul & moueretur. est em̃ nunc idem vtrorunq; temporum vltimum: huius vt finis, illius vero (quẽadmodum dictũ est) vt initiũ. ¶Tertio. Aliqd quiescere putam⁹, cũ prius & posterius consimiliter secundum se & suas partes sese habeat. In nunc vero neq; prius neq; posterius est. In nunc igitur nihil qescere ponendum est. ¶Quita. Oẽ quod mouetur, vt diuisibile sit necesse est. ¶Nam oĩs mot⁹ ex quodã in quoddam est. & cum mobile in eo in quod mutatum est, omnino existit: non amplius mouetur. Et cum omnino in eo est ex quo mutatum est secundum se & partes omnes: nondum mouetur. quod enim consimiliter se habet secundum se, & partes omnes: non mutatur. omne igitur quod mouetur, diuisibile est. quod quidem cum mouetur, partim in vno termino, partim in altero est. nam non omnino in vtroq;, neque omnino in neutro est: vt cum ex albo fit fuscum, & non nigrum. Non enim necesse est quod moueatur, in alterutro esse extremorum.

q⁹ se habet nũc ad utrũq; ipsũ

a c d b

f.

a

m̃ ruĉ nihil mouet

d o c

e o b

q̃ aliqd qescer existimoẽ

TErtij capitis scholia. X. Nam finis præteriti est id. Diffinitio literæ imperfecta est. Nam si detur totum tẽpus a d, cuius præteritum sit a b, & futurum b d, instans c signatum in præterito, est ante quod nihil futuri habetur, & tamen non est totius præteriti finis, cum ipsum adhuc sequatur aliqua pars præteriti, scilicet c b. Debet itaque data diffinitio ita compleri. Finis præteriti est id temporis vltimum ante quod nulla pars futuri habetur, & post quod nulla pars præteriti relinquitur. vt signum b in dato exẽplo. Impossibile est enim aliquam partem futuri esse antequam præteritum sit finitum. alioqui duo tempora pręteritũ & futurum simul essent secundum durationem. Sic & initium futuri per duas partes consimiles debet complete diffiniri, quod est id vltimum post quod nihil pręteriti relinquitur, & ante quod nihil est futuri. Siquidem impossibile est aliquam partem præteriti esse postquam futurum est ĩceptum. XI. Quod si diuidatur, præteritum erit in futuro. Si diuidatur tempus interstes atq; intermedium inter duo illa instantia, quorum vnum est finis præteriti, & alterum subsequens principium futuri, præteritum erit in futuro. nam quia finem sequitur præteriti, per diffinitionem erit in futuro, & quia futuri principium pręcedit, erit pręteritum, & futurum erit in pręterito. nam ipsum f tempus per hypothesim inter duo instantia (quorum prius est finis pręteriti, & posterius initium futuri) interceptum, quia est ante principium futuri, est in præterito, & quia est post finem præteriti, est futurum. quare idem est pręteritum & futurum, & ipsius f dati temporis (quod diuisum intelligamus in g h) aliquid, vt g, erit pręteritum. nam temporis prior pars. aliud vero, vt h, futurum, & in eodem instanti plurima instantia simul esse concedenda essent, quæ sunt impossibilia. quare & illud ex quo sequitur, scilicet diuersa esse instantia, quorũ vnum terminat præteritum, & alterum futurum. XIII. Potest mobile toto tempore præterito moueri. Sit totũ tempus præsens a b, quod diuido atomo c in præteritum a c, & futurum c b. moueaturque mobile d toto tempore præterito a c, & quiescat toto tempore futuro c b. Cum d per hypothesim moueatur toto tẽpore præterito a c, in quolibet præteriti ĩ quo natum est moueri, mouetur. At d mobile natum est moueri in c instanti finiente præteritum, cum in eo per hypothesim sit natũ quiescere. igitur d mouetur in c atomo præteritum claudente. Rursum d mobile quiescit ĩ toto tempore futuro c b. ergo in quolibet futuri in quo natum est quiescere, quiescit. At mobile natum est quiescere in atomo c futurum incipiente, per hypothesim. ergo in atomo c quiescit. Sed idem est nunc & impartibile c, quod est finis præteriti, & principiũ futuri, vt secunda cõclusione ostensum est. igitur mobile d in vno eodemque atomo c & mouetur & quiescit. quod est impossibile. Neq; ex eo quod mobile non mouetur in nunc impartibili, efficax habetur argumentum, ipsum in instanti quiescere. Nam ex negatione vnius priuatiue oppositorum ad affirmationem alteri⁹ non recta sumitur argumentario, nisi ĩ antecedẽte ponatur, affirmeturq; aptitudo eius quod negatum est, vt Socrates non est nunc videns, & natus est esse nunc videns, igitur est cæcus. Consimili modo ita constituenda esset ratiocinatio, mobile non mouetur in nunc impartibili; & natũ est in eo moueri, igitur in ipso quiescit. sed quod assumitur, non minus falsum est quã quod inferrur. XIIII. Omne igitur quod mouetur, diuisibile est. Hęc conclusio (vt satis litera insinuat) potissimum intelligitur de ente naturali quod mouetur completiue. omne enim tale diuisibile est in partes secundum dimensionem sumptas, quarum aliquæ formam habent quæ acquiritur, aliq; eam quę deperditur. Nam quandiu durat motus, vtriusq; aliquid esse debet in mobili, vt ipsum quodammodo in vtroque sit termino, scilicet incomplete, & quodammodo in neutro, scilicet complete. hinc impartibilia, & dimensionis expertia, in fine huius sexti probabũtur nõ posse physice moueri. Quod si mobile completũ diuisibile est, consequens est & mobile incompletum (scilicet materiam, quæ est transmutationum subiectum) diuisibile esse. nam gratia magnitudinis quæ in materia est, ipsum totum diuisibile est in partes ipsum integrantes. Et non id modo, sed & mobile terminatiue (id est formam quæ per motum acquiritur aut deperditur) partibile esse oportet, cum debeat ei⁹ vna pars prius, & altera posterius aut acquiri aut deperdi, & ea motio successioni partium temporis respondere. quod impartibili competere neutiquam potest.

a b c d

d

a c b

¶Quarti cap. annotat.

¶Id totum mouetur, quod & ipsum & eius quælibet partium mouetur.
¶Pars, pars secundum dimensionem sumpta.

QVartum caput continet duas conclusiones, & tres ad secundam partem primę rationes. ¶Prima conclusio. Motus bifariam diuisionem recipit: penes tempus scilicet, & penes eius quod mouetur partes. Penes autem tempus, hoc ideo est, quia longior motus longiore tempore, breuior vero tempore breuiori semper perficitur: & vt tempus, pariter sectionem recipit. At vero quod partibilitate mobilis itidem partiatur, patet primo. Sit a b mobile quod totum moueatur. ipsum diuido in c. & totus motus eius sit

quot modis motus recipit diuisione?

motus ut ipse diuisibilis est

Universidad de Deusto Biblioteca

d e.quia totũ mobile a b mouetur, & eiꝰ pars a c mouetur.habet igitur quo mo
ueatur motum:qui ſit d f.& eius pars altera c b etiã mouebitur,& motum habe
bit,qui ſit f e. Et q̃cunq; aliã aſſignaueris,eã moueri oportebit : alioqui non to-
tum mouebitur:neq; alterã alterius motu moueri poſſibile erit. Eſt igitur totus
motus d e,in toto mobili a b.& pars motus d f,in parte mobilis a c.&pars altera
motus f e,in parte altera mobilis c b.vt liquido percipias motũ partium, mobi-
lis partibilitate partiri. ¶Secundo. Oís motꝰ, alicuius eſt totus : qui & idem,
plurium totus eſſe non pōt. d e igitur alicuius eſt totus . & poſitus eſt totus eſſe
mobilis a b.Non eſt igitur totus a c,aut totus c b.partes em̃ ſuntvtraq;.& idem
motus pluriũ eſſet totus.neq; ꝑ idẽ,alterius partiumvllius totꝰ erit. erit igitur
totus motus d e,totius mobilis a b,& partes eius, partibus mobilis a b cõſimili-
ter reſpondentes.Et certe ꝑfectum eſſe videtur,vt totũ totius exiſtit , & partes
partium eſſe partes. ¶Tertio.Quia cũ totus motus d e ſit totiꝰ mobilis a b : cũ
diuidetur mobile in partes a c,& c b,& quaſcunq; alias libuerit:ſi partes motus
mobilis partibus ęquantur,confectũ eſt quodvolumus,motum ſcilicet,mobilis
partitione partiri.Sivero motus deficit,itavt liceat mobilis partẽ extra accipe
re motum nullum habentẽ,vt a g:cum totum mobile a b poſitum ſit moueri,&
pars eius a g mouebitur,q̃ motum nõ habet. mouebitur igitur aliquid ſine mo-
tu.qd̃ eſt impoſſibile.Sivero dixeris motũ mobilis partes ſuperare, ita vt ali-
qua pars eius,vt h e,extra mobilis partes cadat: erit igitur motus h e ſine mobi
li.non em̃ erit in altero mobili,cum totꝰ motus d e poſitꝰ ſit eſſe vnus. At vero
ſi totus motus ſit vnus,& mobile eſſe vnum (vt iã cognitũ eſt) neceſſe eſt . q̃ ſi
impoſſibilia ſunt,ꝑſpicuum euaſit motum non mõ temporis, ſed & partitione
mobilis partiri. Et q̃uis & quod mouetur,& motus,& tempus,& pleraq; alia, di
uiſiones correſpõdentes habeant,vt vnius diuiſionẽ reliqua oia ſequantur:non
tm̃ omnia hæc conſimiliter diuiduntur,ſed quãtitas , vt magnitudo & tempus,
per ſe diuiduntur:quod mouetur,ſuæ magnitudinis diuiſione: & affectiones,&
qualitates per accidens:quia ſimul ijs accidunt, quibus ea q̃ per ſe ſunt diuiſibi
lia,inſunt. ¶Secunda cõcluſio. Nõ mõ vt tẽpus,motus eſt diuiſibilis,imo con
tra retroagi tur:vt motus diuiſibilis,& tempꝰ diuiſibile eſſe oportet:&vt motus
diuiſibilis, & quod mouetur. ¶Sit a motus.b tẽpus.diuido motũ per medium.
Notus mediũ eſt in minori tẽpore,q̃ totus motus a.& iterũ medij ſumo medi-
um aliud,quod erit in minori tẽpore,vt manifeſtum eſt.& ſemper hoc mõ.vn-
de fit notum , vt motꝰ, ita & tẽpus diuidi oportere. Sit iterum a totus motus c.
c vero quod mouetur. Medietas motus,minoris eſt q̃ c:& iterum medij medie-
tas minoris erit. Et ita ſemper procedendo , vt quãcunq; motus partẽ accipias,
eius quod mouetur,parti correſpondeat:vt pars motus a d, parti eius quod mo-
uetur c d,& pars a e,parti c e,& a f,c f.& ita quancunque aliam acceperis:ita(vt
prædemonſtratum eſt)vt nunq̃ partes motus, eius quod mouetur deficiãt par-
tibus:aut quod mouetur,aliqua parte motum excedat,ſedvt totum totiꝰ,& par-
tes partium exiſtunt.Vt igitur motus diuiditur:& quod mouetur, diuiſibile eſ
ſe oportet. Et conſimiliter monſtrari poſſet ſpatium eſſe diuiſibile,& id ſecun
dum quod eſt motus:& exvnjus(vt quod mouetur)diuiſione,omnium aliorum
diuiſiones perſpicere. Vno enim diuiſo,cætera vt diuidantur neceſſe eſt. Et vt
vnum finitum,vt actu, & cætera finita eſſe oportet , &vt vnum infinitum , vt
poteſtate & diuiſione in ſemper diuiſibilia,& cætera conſimili modo eſſe & in-
finita.ſi enim & alio modo , & alia alio modo.

Varti capitis ſcholia. XV. Penes tempus,ſcilicet & penes eius quod mouetur partes.
primo motus diuiſionem habet penes tempus in quo fit, & hoc modo ĩ partes ſucceſ-
ſionis priorem & poſteriorẽ in eadem ſubiecti parteviciſſim exiſtẽtes diuiditur. Nam
hic potiſſimum de motu ſecundum locum fit ſermo,cuius pars prior nõn manet cum poſterio
re,quanuis & hæc cõcluſio etiã motibus illis quibus acquirũtur res permanẽtes,aſciſci,accõmo
dariq; põt.Secundo partitionẽ habet motus penes ipſius mobilis partes ſecũdum dimenſionem

ſumptas, & hoc modo in partes ſimul ſecundum durationẽ exiſtentes diuiditur,ſed quæ in diuer
ſis ſint ſubiecti partibus, vt motus lapidis bipedalis in vna hora,primo diuiditur ſecundum diui
ſionẽ temporis,& prior pars motus prioris temporis parti reſpõdet,poſteriorivero poſterior . Se
cundo idem diuiditur in motum primi pedalis,& motũ ſecundi pedalis,ſimul ſecundum tẽpus in
diuerſis ſubiecti partibus exiſtentes .Et harũ diuiſionũ prima motui ꝓpria eſt,& per ſe conuenit,
ſecunda aũt impropria & accidentaria,quemadmodum albedo in partes intenſionis(quos gradus
dicunt)per ſe dirimitur , in partes aũt extenſionis per accidens,& gratia ſubiecti . Non tm̃ omnia
hæc cõſimiliter diuiduntur. Triplicia aſſignantur in litera eorũ quæ diuiduntur gña . Primo,ali-
qua per ſe & primo,nulliuſq; alterius gratia,in proprias partes diuiſionẽ habẽt,vt magnitudo in
partes extenſionis,qualitas in partes intenſionis,latio in partes ſucceſſionis,numerus in partes di
ſcretionis atq; multitudinis. Secundo,aliqua non ſui gratia.ſed alterius quod in ipſis eſt,diuidun
tur,vt ſubſtantię in partes integrales,gratia magnitudinis quæ eſt in ipſis. Tertio,alia neq; per ſe
primo,neq; gratia alterius quod ſit in ipſis vt ſubiectis diuidũtur,ſed per accidens,& gratia alte-
rius quod ſimul eſt in eodẽ cum ipſis ſubiecto,vt albedo in partes extenſionis diuiditur , quia eſt
In ſubiecto in quo eſt magnitudo cuius diuiſiõe in huiuſmõi partes albedo ſecatur.Motus aũt(vt
dictũ eſt)penes tẽpus ꝑ ſe & primo diuiditur,eſtq; de primo eorũ q̃ diuiduntur gñe , penes ſubie-
ctum vero,per accidens,& in ꝓtes accidẽtarias,eſtq; de tertio hic ꝓpoſito eorũ q̃ partitionẽ ſuſcipi
unt gñe. XVI. Diuido motũ per mediũ.Hic medium non ſumitur pro medietate ſecundum mo
lem,quæ attenditur ſecundũ ſubiecti diuiſionẽ,ſed pro medietateſecundũ ſucceſſionem. nam par
tes ſucceſſionis attendendo,tempus diuiditur q̃admodum & motus,quod hac in parte probatur.
Cum vero deinde litera ſubiungit,medietas motus,minoris eſt quã c, ibi medietas motus ſecun-
dum molem & extenſionem ſubiecti ſumitur,diciturq;medietas motus.quæ eſt in medietate ſub
iecti.nam partes extenſionis motus attẽdendo,ſubiectũ conſimiliter atq; motus diuiditur,q̃ in ſe
cunda parte ꝓbare litera annititur,Et vt vtraq; concluſionis ps elucidetur ,ſit a f motus qui fiat
in toto tẽpore b K.Sumo medietatem ipſius motus,quæ ſit a d.manifeſtũ eſt ipſam fieri in mino
ri tẽpore,vt b g.Et iterũ illius medietatis ſumo medium, ſcilicet a e, quod fiet in minori tẽpore,
vt b h,& ita partes tẽporis,ipſius motus partibus æqua diuiſiõe reſpondent.Præterea ſit a totus
motus,c vero mobile.medietas motus, ſcilicet a d eſt in minori ſubiecto quã c,ſcilicet in c d,& il
lius medij medietas,vt a e,eſt adhuc in minori ſubiecto,vt c e,& iterũ minor pars motus,vt a f.in
minori parte ſubiecti c f,& ita conſequenter,vt non inueniatur pars mobilis ſine motu, neq; mo
tus ſine mobili.Et hoc ſecundum poſteriorem concluſionis partem explanat

¶Quinti capitis annotat.

¶Quod mutatur, mobile. ¶In aliquid,terminum aliq̃. ¶Mutatio ſecundum contradictionẽ,generatio,corruptio. ¶Mutatum, mutatum ſcd̃m finem muta tum eſſe cõpletum. ¶Mutatum eſſe ſecundum principium,mutatum eſſe incõ pletum & imperfectũ. ¶Magnitudo,ſpatium.

17 Vintum caput continet tres concluſiones,& tria corollaria, primum primæ,ſecundum ſecundę,& tertium tertię. ¶Primacõcluſio.Omne q̃ mutatur,cũ primum mutatum eſt, in eo quo proficiſcebatur ter mino eſt. ¶Nam omne quod mutatur , ex quodam in aliquid muta tur,& quod mutatur a termino vnde mutatur deficit, & cum mutatum eſt,defe cit.vt em̃ mutari ad deficere ſe habere videtur,ita & mutatum eſſe ad defeciſſe. Tunc ſic. Vt in mutatione ſecundum contradictionem comperimus,equum eſt in cæteris mutationibus ita ſeſe habere intelligere.nã ſimile eſt &in ceteris. At vero cum quid generatur.cum primum ex non ente in ens mutatum eſt , ipſum eſt,& eſt ens.igitur ita ſe habere in cæteris eſt intelligendum . erit igitur omne quod mutatur cum primum mutatum eſt, in eo ad quem proficiſcebatur termi no. ¶Item quod mutatur,cum primum mutatum eſt aut eſt in termino vnde proficiſcebatur,aut in eo quo proficiſcebatur;aut in vtrorunq; medio. horum tri um vnum eſſe oportet. At vero non erit in termino vnde proficiſcebatur . nam mutatum eſſe,eſt ab eo termino defeciſſe.Neq; alicubi in medio , vt in c,cũ mu tatum ſit in b.nam cum mutatio continua ſit,quod mutatũ eſt. tum cum muta tum eſt,ad id moueretur in quo mutatum eſt.hoc autem impoſſibile . relinquit igitur, quodmutatur,cum primum mutatum eſt,in eo eſſe termino, ad quem ꝑ fectum eſt. ¶Corollariũ. Vñ fit vt omne genitum,cum primum genitũ eſt, ſit: & oẽ corruptum,cum primum corruptum eſt,non ſit.& oẽ auctum,cũ primũ au ctũ eſt,ſit auctum,vt bicubitũ, tricubitum , & ita de reliqs mutationibus omni-

bus. Hoc tñ in mutatione scd̃m contradictionẽ clarius quodammõ elucet. ¶Se
cunda conclusio. In quo res primo mutata est, atomũ & impartibile esse necesse 19
est, ¶Non terminũ motus, sed moræ atomũ intelligimus. Si id igitur in quo res
primo mutata est, partibile sit, esto ipsum a b. quod partiatur in signo c, vt ps pri
or sit a c, posterior vero c b aut res primo mutata est in a c, aut in c b, aut in toto a
a d c b b. Non in a c, quia cũ posita sit esse primũ mutata in a b, & a c prius existat, erit
prius primo. quod esse nequit. In eo em̃ primo dicimus aliquid mutatũ, in quo,
cum non secundũ alterum, nihil eo sit prius in quo sit res itidẽ mutata. Nec in c
b, quia mutatũ esset in a b scd̃m alterũ. Neq; in toto a b, quia iterum mutatũ es
set in a c parte eius priore. atq; esset prius primo. Non erit igitur id in quo res pri
mũ mutata est, ptibile. relinquitur igitur ipsum atomũ esse, & ĩpartibile. ¶Co 20
rollarium. Vñ manifestum est quod primũ genitum est, in atomo esse genitũ. &
q primo corruptum est, in atomo esse corrupum. & ita in cæteris mutationibus
intellige factum. ¶Attñ duplex concipe mutatum. hoc secundum finẽ, in quo
res consecuta est completum finẽ & actum. aliud vero secundum principium,
prius q̃ res suum finẽ nacta sit cõpletũ. Et nos mutatũ eẽ scd̃m finẽ primũ esse.
& secundũ atomũ impartibile sumi mõ oñdimus. De eo q est scd̃m principium
nunc agendũ est. ¶Tertia conclusio. Secundũ rei principiũ, nullum mutatum 21
primum dandũ est. ¶Nam si dabitur vllũ, sit primo mutatũ secundum princi-
pium in a d: manifestum est a d atomũ (vt monstratum est) & impartibile esse.
Aut ergo a d atomus est vñ motus. hoc autẽ esse non potest. nã mutatum esse,
est ab eo termino defecisse. Erit igitur ĩpartibibe alterum quod cum ponas ĩ quo
primo mutatũ est. erit atomo vñ motus proximũ & attiguũ: & nunc in tẽpore si
bi inuicẽ proxima. quod esse nequit. Si vero dixeris a d ĩpartibile, & non pxi-
mũ atomo vnde motus, & tñ esse in quo primo mutatũ est: tunc sic. Inter primũ
ĩpartibile, & a d est tẽpus medium: in quo sunt innumera nunc alia, & in quo di
cis mobile nunquã prius fuisse mutatum. quieuit igitur continue in toto inter-
cepto tẽpore, & a d (in quo dicis ipsum esse primũ mutatum) finis est quietis. q
esse nequit. aut in quolibet nunc intermedio mouebatur. quod non minus im-
possibile est. Non igitur erit ad impartibile. Sed esto dicas ipsum partibile.
a f e c d diuido ipsum per medium in signo c. Aut mutatum est in a c priori parte, aut
in c d, aut in toto a d. Si in a c mutatum est. cum sit prius a d, primum mutatum
non est in a d, alioqui dabitur prius primo. Si solum in c d, non est primum mu
tatum in a d, nisi secundum alterum. Et iterum de c d vt a d procedo. Si das in
neutro, neque in toto a d mutatum est. & si in toto ad, & in a c prius mutatum est
quod esse non potest. Neque dici poterit aliquando deueniendum esse ad id in
quo primo mutatum est, & darę primum mutatũ. nam diuisiones in infinitum
proruunt. Nam detur pars a c, eã diuido in signo e, & argumentabor ipsum
prius esse mutatum in a e parte priori, quare non est primo mutatum in a c. Et
si dederis a e in quo primum sit mutatum, diuido a e in signo f, & statim osten-
do prius mutatum esse in priori parte a f. & abibo hoc pacto a versus in infini-
tem diuidendo, & ostendendo prius mutatum esse, Satis igitur arbitror de-
monstratum propositum, secundum rei principium nullum mutatum primũ in
ueniri posse. ¶Corollarium. Quo fit vt eius quod mutatur, temporis in quo mu 22
tatur, & eius secundum quod mutatur, non sit dabile primum. ¶In mutatio-
ne enim qualibet tria reperiuntur, quod mutatur, tempus, & id secundum quod
mutatur, vt homo, hora albedo. quorum duo quod mutatur, & tẽpus secundum
se, sunt diuisibilia, tertium autẽ non semper, sed interdum scd̃m accidens: vt q a
ijs quæ secundum diuisibilia sunt. accidat. Et quia de tẽpore & magnitudine si-
mile est. sit magnitudo a b, & moueatur mobile ex a in c. Si c ĩptibile, erit ĩpar-
tibile ĩpartibili coiunctum. Si ptibile, ergo pars erat in a c, in qua mobile prius
mouebatur: & iterum in illa pte (si eã seces) aliquid erat prius ĩ quo mouebatur.

Et quia diuidendo nunq̃ sectio defectura est, hinc fit vt neq; eius quod mutatur
neq; tẽporis, imo neq; spatij, & dispositionis secundũ quam fiat motus, primum
dari possit. Sed hæc adhuc clariora ex sequentibus euasura sunt.

CVinti cap. scholia. XVII. Oẽ q mutatur, cum primũ mutatum est. Hic q mutatur
non id quod actu mouetur, significat. non em̃ simul aliquid actu mouetur, & muta-
tum secundum finem. Et tamen hæc conclusio dicit, quod mutatur, simul mutatum
esse, sed denotat id quod mutari natum est, siue mobile, vt & notæ explicant. estque
huiusmodi conclusionis sententia, quod mobile cum primum secundum finẽ & cõ-
plete mutatum est, in eo ad quem mouebatur est termino, vt cum quid complete calefactum est,
est in termino ad quem calefactionis, & quod complete loco mutatum est, est in termino ad quem
mutationis secundum locum. Vt in mutatione secundum contradictionem. Mutatio secundum
contradictionem, est mutatio substantialis inter terminos contradictorios constituta, & illis ex-
plicata, vt generatio quæ est de non esse, ad esse, vt de nõ igne in ignẽ, & corruptio quæ est de esse
ad non esse, vt de igne in non ignem. Ea vero quæ fieret de albo in nõ albũ, aut de non albo in al-
bum, pprie mutatio non est secundum contradictionem, quia etsi inter terminos cõstituatur con
tradictorios, non tñ est ad substantiam. XIX. Non terminum motus, sed moræ atomum intel-
ligimus. Non id in quo tanquam termino ad quem motus res primo mutata est, impartibile esse
intelligendum est. nam omnis terminus ad quẽ motus (sicut & ipse motus) partibilis est. Sed illud
ipsum in quo vt termino moræ quicq̃ mutatum est (quod est nunc impartibile, finiens tempus mo
tus) indiuisibile esse hic proponitur. In quo quidem instanti res primo mutata est, & impossibile
est eam in tẽpore primo mutatam esse, vt id in quo aqua primo calefacta est, impartibile est, & in
stans terminans tempus alterationis, & in quo lapis primo secundum locum motus est, impartibi
le est, & instans terminans tempus mutationis secundum locum. In eo primo dicimus aliquid mu
tatum. Ex hac definitione liquet quod si quicq̃ dicatur mutatum in toto, quia mutatum est in ali-
qua eius parte, nõ dicitur in ipso toto esse primo mutatum, quia in ipso est mutatũ secundũ alte-
rum. Similiter in instanti continuante temporis motus duas partes, vt c, nihil est primo mutatum a c d b
quia aliquod instans illo est prius, in quo itidem res sit mutata. sed solum in instanti tempus mo-
tus finiente res dicenda est primo esse mutata, quo nullũ est prius instans in quo res sit primo mu
tata. Si enim detur aliquod instans prius instanti finiente, vt d, in quo res dicatur primo mutata,
cum res sit mutata in d secundum finem, ex hypothesi, per primam conclusionem est in termino
ad quem motus. Et inter d & b eiusdem continui temporis instantia, tempus d b intercipitur, quo
mobile mouetur, quia toto tempore a b positum est moueri, igitur post finem motus est aliquid
ipsius motus, quod est impossibile. XX. Attamen duplex concipe mutatum. Mutatũ secundum
finem dicitur, cum mobile cõpletum actum consecutum est. & de tali mutato prima & secunda cõ
clusio, itidẽ & sua corollaria intelliguntur. Et denominatur aliquid mutatum secundum finem, a
momento finiente motum, vt cum alicui adest momentũ finiens totum motum, ipsum dicitur se
cundum finem mutatum, eique respondet vltimum instans temporis motus, sicut a puncto finien
te lineam dicitur quicquam secundum finem terminatum. Mutatum autem esse secundum princi
pium est, cum mobile aliquid motus consecutum est, superest tamen adhuc aliquid acquirendum
& aliquid denominatur tale a momento continuante partes motus, quod est principium vnius,
& finis alterius, & ei respondet instans continuans partes temporis, quemadmodum motui respõ
det tempus. A momento autem incipiente motum, nihil dicitur mutatum, quia aliquid solum di
citur mutatum, cum quid motus habet quo a termino vnde motus recesserit. & ergo duntaxat
tale dicitur a momento motum sequente. XXI. Quieuit igitur continue in toto intercepto
tempore. Si em̃ in aliquo tempore mobile mouetur, & in instanti finiente tempus, & continuan-
te eius partes est mutatum. ergo ex opposito si in instanti finiente tempus, & continuãte eius par
tes non est mutatum, neque in tempore illo mouebatur, sed in impartibilibus temporis medij
inter terminum vñ motus, & impartibile a d, illius temporis partes continuantibus mobile nõ est
mutatum, cum sit primo mutatum in a d. ergo neque in tempore illo intermedio mouebatur. Et
in tempore huiusmodi intermedio mobile natum est moueri. igitur per definitionem tempore in
termedio quieuit, & a d est instans finiens tempus quietis. quod est impossibile. aut ipsum mobile
in quolibet nunc intermedio mouebatur. quod rursum est impossibile, cum in instanti nihil mo-
ueri posse probatum sit. Quod si quis dicat inter nunc impartibile termini vnde motus, & a d es-
se tempus intermedium, in quo mobile moueatur, cum omne tempus in duo media partibile, a f e d
sit, tale tempus diuidatur in duas medietates coniunctas per aliud nũc & impartibile, vt e, in quo
mobile est mutatum, & prius q̃ in a d, non igitur in a d est primo mutatum. Rursum inter atomũ
e vnde motus & atomum est tempus intermedium, quod diuidatur in duas medietates in signo
f, in quo mobile itidem mutatum est. igitur in atomo e non est primo mutatum. Et cum nunquã
defitura sit huiusmodi diuisio, neque vnum nunc alteri proximum esse possit, consequens est se-
cundum rei principium nullum mutatum primum dandum esse. Sed esto dicas ipsum partibile. ip
sum a d. Cum sit prius a d. a d ablatiuus est atq; hic habetur intellectus, cum a c sit prius quam a a e d c
d. XXII. Quo fit vt eius quod mutatur, id est ipsius mobilis, non est danda prima pars quæ
moueatur, neq; prima pars tẽporis in qua fiat motus, neq; prima pars formæ quę per motũ acqui

Universidad de Deusto Biblioteca

ſitur, cũ data iſtorũ quauis parte, detur pars prior. Si p̃tibile, ergo pars erat in a c. ſi a c ſit partibile, ergo in ſpatio a c eſt aliqua pars, vt a d, in qua mobile prius q̃ in toto mouebatur, & rurſum in parte a d eſt pars aliquavt a e, per q̃ mobile prius mouetur quã pars a d, & quia eo modo diuidendo nunq̃ ad impartibile deueniendum eſt, cõſequens eſt data quacunq; ſpatii parte, aliam dari prorem in qua fiat motus, ſicut & mobilis, & temporis & diſpoſitionis ſecundum quam fit motus.

¶ Sexti capitis annotat.

¶ Mutatur, mouetur. ¶ Infinite, infinities. ¶ Ex quodam, quodam termino.

SExtum caput continet quatuor cõcluſiones, duas rationes ad primã, duas ad ſecundam, & vnũ corollari um, duas ad tertiam, & vnum corollarium, & vnũ corollarium ad quartã. ¶ Prima concluſio. In quo tempore primo, mobile mutatur, & in eius qualibet parte ipſum mutari neceſſe eſt. ¶ Primo. Quia aliquid mutari in tẽpore, dupliciter dicitur, vno modo vt primo: & eſt cum in eo & in eius parte qualibet mutatur. Secundo modo ſecundum alterum, & non primo, cum non in qualibet partium, ſed ſolum ſecundum eius partium determinatam aliq̃ mutatur: vt cum quid in anno mutari dicimus. quia in die mutetur. Ex definitione igitur manifeſtum eſt. in quo tẽpore primo. mobile mutatur, & in eius qualibet parte mutari. ¶ Secundo. Capio tempus a b, in quo primo mouetur mobile d. & tempus a b diuido in ſigno c. eſt eñ tempus oẽ vel in infinitum diuiſibile. Aut igitur mobile d in a c mouetur, & ſimiliter in c b. (ſi em̃ in neutra partiũ moueatur, & in toto tempore a b quieſcit. nam in toto moueri, & eius partium nulla, impoſſibile eſt) aut in altera partium ſolum. Si ſolum in altera, non mouebitur in a b primo, ſed ſcundum alterũ. cuius oppoſitum eſt conceſſum. Mouebitur igitur in vtraq;. & ita de quibuſlibet alijs partibus argumẽtabor. in quo igitur tẽpore primo mobile mutatur, & in eiꝰ qualibet parte mutatur. Et hæc non modo in qualibet parte mobile moueri oſtendit, verum etiam (ſi apertius explicetur concluſionis vis) in qualibet parte primo moueri. Nam ſi qua dabitur in qua non primo moueatur, mutabitur ſecundum alterum, & partem ſignabo datę partis in qua mobile mouebitur, vt f b. & alteram datæ partis partem in qua mobile non mouebitur, vt c f, quia c f pars eſt temporis a b (quicquid eſt em̃ partis pars, & totius pars exiſtat neceſſe eſt) & mobile d non mutatur in c f. non mutatur igitur in toto ab primo. quod eſt conceſſi oppoſitum. ¶ Secunda concluſio. Omne quod mutatur, vt prius mutatum ſit neceſſe eſt. ¶ Primo. Sint a b mobilia ęque velocia, quorũ a moueatur in magnitudine c d in toto tempore e f, bvero in ſpatio g h in medio temporis, vt e i. b in medietate e i eſt mutatum. igitur & a æque velox mobile. Et quia hunc in modũ aſſignari poteſt mobile ſemper tempus per medium patiẽs, erit & a in medietatis medietate mutatũ. & in media medietatis quare omne quod mutatur, prius mutatum eſſe neceſſe eſt. ¶ Secundo. Quia cum a in toto tempore e f moueatur, & omne tempus in duo æqua partibile ſit, quorum medium extremũ eſt nunc (hoc em̃ poſitum eſt tẽporis extremum) in nunc illo medio mutatum eſt. nam in ipſo ferri impoſſibile eſt, quare & iterum in nunc medietatis medio mutatum eſt. Et quia hunc in modum procedendo nunquam deficit diuiſio, aut diuiſionis vltimum daretur, & tempus minimum, quod eſſe nequit. in quolibet igitur nunc medio prius eſt mutatum. ¶ Corollarium. Vnde fit vt illud quod mutatur, infinite mutatum ſit. Nam omne quod mouetur, cũ non pauſat & quieſcit., aut moueri, aut mutatum eſſe neceſſe eſt. In quolibet autẽ nunc tẽporis motus aut pauſat aut interquieſcit, igitur in quolibet talium nunc, aut mouetur, aut mutatum eſt. non autẽ mouetur: quia in hunc nihil moueri cõtingit. in quolibet igitur mutatum eſt. Igitur ſi ea nunc ſint infinita (ſunt autẽ) clarum euadit, mobile infinitum mutatum eſſe oportere. ¶ Tertia concluſio. Non modo omne quod mouetur, prius mutatum eſſe oportet, ſed & ante omne mutatum vt res prius moueatur, eſt neceſſe. ¶ Primo. quia cum omne quod mouetur, ex quodam in quoddã

a c f b

d

e i f

c g

b

a d h

in motu considerato ut continui non datur primum ut uero est m. ſ. ubi cotto bnt datur

mouetur, & ex quodã ĩ quoddam moueatur, ſit igitur a mobile, quod quidem moueatur ex b in c. cum igitur eſt in b, & mutatum eſt in c: aut eſt in eodem nunc, aut alio & alio. Non in eodem. nã ſimul idem ad aliquem terminũ moueretur, & in eodem eſſet termino. Eſt igitur in b in nuncvno, & mutatum in c in altero. Et cum inter quælibet duo nunc ſit tempus interſtes, mouetur igitur a mobile prius quam ſit in c mutatum. Et quodcunq; mutatum alterum dederis, cum ſemper tempus inter ipſum & primum ſit interceptum, eodem te ſemper vrgebo argumento, Non em̃ afferre poteris nunc in quo mutatum ſit, nunc primo coniunctum. nã eſſent nunc ſibi inuicẽ proxima. Neq; mutatũ eſt in primo. nã mutatũ eſſe: eſt ab eo defeciſſe, & finis motus exiſtit. ¶ Secundo. Id idẽ in magnitudine (quia manifeſtior eius continuitas eſt) per quã exploratũ habetur: vt ſi a mobile mutatum eſt in c: aut b c ipartibile eſt. hoc autem non. nã impartibile impartibili coniunctum eſſet. Eſt igitur partibile, & magnitudinem interceptã eſſe oportet, quare priꝰ mouebat̃ mobile. Quæ cũ in infinitũ b verſus partibilis ſit, ſequitur mobile in infinitũ ante moueri. ¶ Corollarium. Vñ fit vt ante oẽ mutatum res in infinitũ ante moueatur. ¶ Hoc argumento præcedente quodcunq; detur mutatum, manifeſtũ eſt. Et intellige hoc in oi motu & mutatione (q̃ etiam iter terminos ſtatuitur contradictorios) eandẽ ſeruareveritatẽ. ¶ Quarta. Quicquid mutatur, vt priꝰ in infinitũ mutetur neceſſe eſt. & quicquid mutatũ eſt: vt prius in infinitum mutatũ ſit, itidẽ oportet. ¶ Eadẽ cũ præcedentibus demonſtratio eſt: ex hoc q̃ impartibile impartibili proximũ coniunctũq; eſſe non põt, & quia magnitudo ſectionẽ recipiendo abit in ihfinitũ: quẽadmodũ numeri, qui in infinitum augentur, & lineæ, q̃ diminuuntur in infinitum. ¶ Corollariũ. Manifeſtum itaq; eſt, oẽ quod fit, priꝰ factũ eſſe: & quicquid factũ eſt, prius fieri: & quicquid fit, prius fieri: & quicquid factũ eſt, prius factũ eſſe oportere. Et ita de corruptione & cæteris motibus intelligas, vt quicquid corrũpitur, aliquatenꝰ prius corruptum eſt, & quicquid corruptũ. prius corrũpitur. ¶ At cum dico, quicquid fit, prius factum eſſe. non intelligo idipſum quod fit, prius factũ eſſe, & priꝰ eſſe, ſed eius aliquid, vt cum fiat domus, eius fundamentum aut fundamenti aliquid prius factum eſſe. Et horum omnium ratio ſæpius adducta eſt, quia omnis magnitudo & omne tempus in ſemper diuiſibilia ſecentur, neq; ſecũdum prius dari poſſit in quo primo aliquid fiat, aut factum ſit, corrũpatur, aut corruptum ſit.

a e f b

d

SExti capi, ſcholia. XXIII. Nam ſi qua dabitur in qua nõ primo moueatur. Si mobile d moueatur in tempore a b primo, non tamen in qualibet dati temporis parte primo moueatur, ſed tempore c b moueatur ſecundum alterum, ergo per diffinitionem mouebitur in aliqua parte temporis c b, vt f b, & in aliqua parte eiuſdem temporis, non mouebitur, vt in c f. Cum c f ſit pars ipſius c b, & c b ſit pars totius a b, cõſequens eſt c f eſſe partem ipſius a b. Quicquid em̃ eſt pars partis, eſt pars totius. Et mobile d per hypotheſim non mouetur in parte c f. non igitur in qualibet parte temporis a b mouetur. quare neque in a b primo mouetur, ſed ſolum ſecundum alterum. quod eſt oppoſitum hypotheſeos. XXIIII. Igitur & a æque velox mobile, Mobile æque velox eſt, quod in æquali tempore pertranſit æquale ſpatium. At a poſitũ eſt æque velox ipſi b. In ęquali igitur tẽpore, ſcilicet e i, pertranſit ęquale ſpatium. At mobile b in tẽpore e i mouetur per medietatẽ ſpatii g h, qua trãſacta quieſcit, q̃ in ſigno terminante eam medietatẽ, & in inſtanti i mutatum eſt ſecundum finem. ergo mobile a in eodem tempore e i mouetur per medietatem ſpatii c d, & in puncto medietatem illã ſiniente, atq; in inſtanti i mutatũ eſt ſecundũ principium & incõplete, & in reliqua medietate ſpatii atque tẽporis mouetur per hypotheſim, quod igitur mouetur, prius mutatũ eſt. Et aſſignãdo hoc pacto ſemper aliud mobile quod ſpatiũ diuidat, & tempus, cum illud (quodcunq; detur) cõplete mutatũ fuerit, eodẽ argumẽto oſtẽdetur mobile a in eodẽ & tẽporis & ſpatii ſigno mutatũ eſſe incõplete, quod tñ poſtęa mouetur. XXVI. Cũ igit̃ eſt in b, & mutatũ in c. Per hypotheſi ponitur mobile a moueri toto tp̃e b c, & b eſſe inſtãs incipiẽs tp̃s motus, c vero inſtãs ĩ quo eſt mutatũ, Cum mobile a eſt in c impartibili tẽporis, aut eſt in eodẽ impartibili, vt in b, aut in alio. Si ĩ eodẽ, cũ impartibile b ſit atomus vñ motus, aliquid ĩ terminovñ motus eſſet mutatũ. qd̃ eſt ĩpoſſibile. nã vt ſubiũgit lite, ramutatũ eſſe eſt a terminovñ motꝰ defeciſſe, & finis motꝰ exiſtit. Si in altero, aut ipartibile

Universidad de Deusto
Biblioteca

c est proximum impartibili b,& sic duo impartibilia eiusdē cōtinui essent sibi inuicem proxima, quod fieri nequit.necesse est igitur inter illa duo impartibilia intercipi tēpus medium,ī quo mobile mouetur,quare oportet oē quod mutatū est,prius moueri,ꝙ non potest quicquā dici mutatum,nisi in instanti finiente tempus motus.Et in toto hoc capite atq; pręcedenti mutatū non denominatiuū est a mutari,sed a momento finiēte motū,denominatiuum inquā re,non voce.sic factum atq; genitum denominatur quicquā a momento finiente factionē atque gnationem, & corruptum a momento finiente corruptionē aut partialem, aut totalem. XXIX. Manifestū itaq; est omne quod fit,prius factū esse.Quatuor per ordinē a philosopho ī hoc capite ostēsa. primū, omne quod mutatur,pri⁹ mutatū esse.secundum,omne quod mutatū est,prius moueri.tertium, omne quod mutatur,prius mutari.quartum,oē quod mutatū est, prius mutatū esse. in singulis speciebus motuum specialib⁹ noibus possunt formari,vt hic de generatione & corruptione deducuntur.Possunt & partes motus finē versus deuergētes attēdēdo quatuor formari consimiles propositiones per posteri⁹,in analogia.Prima,omne quod mutatur, posterius mutatum est,etiā incomplete. Secunda,oē quod incōplete mutatū est,posterius mutatur.Tertia,omne quod mutatur,posterius mutatur.Quarta oē quod incōplete mutatū est,posterius & īcōplete quidē mutatur.quarum probationes eædē sunt cū superiorū oñsionibus. Et hę itidē in singulis motuum generibus,imo vero & mutationum omnium, speciatim efformari possunt per analogiam.

¶Septimi cap.annotat.

¶Infinitum,secundo.¶Omnis,totus.

Eptimum caput continet duas conclusiones,vnum corollarium ad primam,& duo ad secundam.¶ Prima conclusio. Impossibile est vt tempore infinito magnitudo transeatur,finita,semper aliud magnitudinis sumēdo,& ī omni tēpore totam magnitudinē absoluēdo. ¶Sit d mobile continue ęquevelox,quod cōtinue feratur in magnitudine finita a b,in tēpore infinito c.Sumo partē finitam temporis c,vt c f.In tēpore c f mobile d pertransit aliquid magnitudinis a b.sit illud a e.Et quia d mobile ponitur ęque velox, in æqualibus temporibus c f continue æqualia a e pertrāsibit spatia.At vero quia pars a e aliquoties & finite quidē sumpta metitur totā magnitudinē a b, in tot igitur temporibus tēpori c f æqualibus tota percurritur magnitudo a b. At illa sunt finita & multitudine & magnitudine.quare si in toto tempore c, totā percurri ponas magnitudinem,c finitum erit:quod est positi oppositū.Neq; refert etiā an motu irregulari feratur nunc velocius,nunc tardius:quia in tēpore c f pertransibit aliquid spatij a b,quod aliquoties sumptum metitur spatium a b. Et si tardius duplo(quamlibet aliā posueris proportionem,idem subit iudicium)moueatur, in duplo tempore transibit æquale.& ita continue secundum ꝓportionē tarditatis,spatium semper prius accepto spatio absoluet æquale,& in tempore secundum proportionē temporis c f maiore:quæ cū(vt spatij partes) erunt & multitudine & magnitudine finita,& totum erit finitū. Et nihil refert hæc multitudine finita,magnitudine esse inæqualia,vt finitū totum efficiant.¶Corollarium. Vñ fit,vt tempore infinito nihil quiescere, itē neq; generari aut corrumpi contingat.¶Hoc ex conclusione manifestum est. nā si tēpore infinito natum moueri non est finitum spatium transeundo.neq; quiescere.est em̄ quies, mot⁹ priuatio qñ & vbi mobile moueri natum est.gñatio autē & corruptio,magnitudinis sunt finitæ.Et hoc certe quod modo monstratū est,& cōtra magnitudinē infinitam tempore finito percurri non posse,alias prius a nobis demonstratum est.¶Secunda. Tempore finito mobile infinitum magnitudinem nequaq̄ pertransibit:quare neq; in ea quiescet.¶Nihil refert magnitudinē infinitam, aut finitam,aut altero termino tantum finitam intelligas. Capio mobilis infiniti partem finitam: quę ī aliqua parte temporis aliquid magnitudinis absoluet, & pars illa temporis (cum temp⁹ sit finitū)aliquoties sumpta, & numero quidem finito,totum tempus metitur,quare in tot partib⁹ tot ęquales pri⁹ sumptę parti mobilis partes transibunt:& totum quod transiuit,finitū est, vt quod ex finitis & multitudine & magnitudine conflatū sit.Et idem valuerit si posueris ipsum

mobile infinitū inæqualiter difformiterq; moueri . Non igitur tp̄e finito mobile infinitū magnitudinē vllā pertransibit,aut in ea quiescet. ¶Corollarium
33 primum. Vnde tempore finito mobile infinitum, spatiū nō absoluet finitum,
34 pariter neq; infinitum.¶Eadem ei quæ est posita demonstratio est. ¶Secundum. Manifestū itē est, ꝙ tempore finito nullus mot⁹ esse possit infinit⁹. Nam si esset infinitus,& magnitudinem transiret infinitā. Si autē id impossibile est, & motum esse infinitum.est em̄ par eademq; ratio & magnitudinis, & motus. Et quomodo iterum,cum omnis loci mutatio in loco sit, esse possit infinita?

Eptimi capitis scholia. XXX. Neque refert etiā an motu irregulari feratur. Siquis ponat mobile d irregulariter moueri,vt in secūda parte spatii duplo tardius,q̄ ī prima,& in tertia duplo tardius q̄ in secunda , cū quæ proportio tarditatis ad tarditatem,illa seruato eodē spatio est temporis ad tempus,duplum est & tempus motus secundę partis ad tempus motus primę,& tempus tertię partis duplum ad tempus secundę,& ita deinceps,quare temporis partes licet duratione sint inæquales , cum tū proportionem habeant ad se inuicem,sunt finitę. totum igitur tempus mot⁹ per spatium a b, est finitum. At totum spatium positum est pertransiri in tempore c.igitur temp⁹ c est finitum,quod est positi oppositum. XXXI. Generatio autem & corruptio magnitudinis sunt finitę.Generatio dicitur magnitudinis finitę,quia forma substantialis acquiritur in subiecto magnitudine finito,alioqui res naturalis quæ acquireretur,esset actu infinita, quod in tertio physicorū impossibile esse demonstratum est.Similiter corruptio magnitudinis est finitę,quia forma substantialis deperditur in subiecto secundum molem finito,alioqui fuisset corpus sensibile actu infinitum, quod iterum est impossibile. At magnitudo finita tempore infinito transiri nō pōt , vt ostēdit pręcedēs conclusio,igitur neq; tempore infinito quicquam generari contingit aut corrumpi.Alias a nobis prius demonstratū est . primū , scilicet tempore infinito magnitudinē finitam non transiri, in sexta conclusione secundi capitis huius.& secundū,scilicet tempore finito magnitudinē infinitam non percurri . in quinta conclusione eiusdem capitis post solutionem instantiæ Zenonis. XXXII. Capio mobilis infiniti partem finitam.Sit mobile infinitum a , quod in tēpore finito c d absoluat magnitudinem quantācunq;,vt e.si possibile est.Capio mobilis infiniti partem finitam, vt a b , quę in aliqua parte tēporis,vt c f,pertrāseat aliquid magnitudinis.quia pars c f tēporis est finita,& totius finiti,ipsa aliquories,vt si decima fuerit,decies sumpta,totum tempus c d finitum absoluet,& in qualibet illarum partium temporis,pars mobilis æqualis parti a b,pertransit tm̄dem magnitudinis.Et cum omnes partes mobilis sumptę sint finitę,totū ex eis compositum est finitum.igitur quicquid mobilis in tempore c d spatium e transit,est finitum.Et positum est mobile a in tempore c d transire spatium e.igitur mobile a est finitum , quod est positi oppositum . XXXIIII. Et quō iterum , cum omnis loci mutatio in loco sit.Hic alia innuitur ad propositum probandum ratio,quæ talis est.Omnis loci mutatio in loco est,quia id quod loco mouetur,in loco est,aut semper eodem,si feratur circulo,aut successiue alio & alio, si secundum rectum moueatur.locus autem omnis finitus est.nam terminus est claudens atque ambiens corpus contentum.igitur omnis loci mutatio est finita,quare nulla infinita.alioqui in loco finito fieret infinita mutatio,quod est impossibile, sicut & infinitum finito contineri.



¶Octaui capitis annotat.

¶Stare,est ad quietem tendere.¶Stare, sisti.

Ctauum caput continet octo conclusiones: duas rationes ad secun
35 dam,&vnam,instantiam zenonis postvltimam.¶Prima.Omne quod stat,cum stat,vt moueatur necesse est.¶Nam omne natum moueri quando,vbi,& quomodo:aut mouetur, aut quiescit. quod autem stat,non quiescit.Nam nihil quiescens inquietem & tran-
36 quillitatem tendit.mouetur igitur omne tale. ¶Secunda conclusio.Quicquid stat,in tempore stat.¶Primo. Quia quicquid stat (vt dictum est)mouetur .& quicquid mouetur, in tempore mouetur . igitur quicquid stat, in tempore stat. ¶Secundo.Quia quicquid stat,velocius aut tardius stare posse dicimus.velocius autem & tardius solum in tempore esse possunt.igitur quicquid stat,in tem
37 pore stat. ¶Tertia.In quo primo statur,in qualibet eius parte stare necesse est. ¶Hoc vt de eo quod in aliquo primo mouetur,demonstraretur , tempus diuidendo.Nam quicquid stat,mouetur . quicquid autē in aliquo primo mouetur, in qualibet eius parte mouetur.Igitur quicquid in aliquo primo stat , & in eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

qualibet parte ſtabit. par enim eademq; eſt ratio. ¶ Quarta. In quo ſtetur, primum dabile non eſt. Nam in quo moueatur, demonſtratum eſt primum dari non poſſe: quia quicquid dabitur, ſemper reſtat prius accipiẽdum, cum tempus ſit in infinitum partibile. igitur neq; in quo ſtetur, dabitur primum. ¶ Quinta. In quo res primo quieſcat: tempus eſſe neceſſe eſt. Nam in atomo & impartibili nihil moueri contingit. igitur neq; quieſcere. eſt enim quieſcere, non moueri quãdo, vbi, & quomodo aliquid moueri natũ eſt. & quod quieſcit, nunc vt prius ſeſe habet. Hoc autem eſſe nequit, niſi in interuallo inter duo minima conſtituto. & id eſt tempus. In quo igitur primo res quieſcit, tempus eſſe neceſſe eſt. ¶ Sexta. In quo primo res quieſcit, & in eius qualibet parte quieſcit. ¶ Eadem vt prior de tempore manifeſtatio eſt. ¶ Septima. Vnde fit etiam vt in quo res quieſcat, primum aſſignabile non ſit. ¶ Ratio præcedentibus eadem eſt: quia ſicut quod mouetur, in tempore mouetur: ita quicquid quieſcit, in tẽpore quieſcit. Et ſicut magnitudinis non eſt primum, ita neq; temporis, neq; vllius continui, ſed omne tale (vt iam ſatis dictũ putam⁹) in infinitũ partibile eſt. ¶ Octaua. Quod aliquod ſpatium aliquo tempore primo pertrãſit, penes aliquid illius ſpatij primum eſſe in aliquo motus tempore non poteſt. ¶ Nã ſi eſſet penes aliquid ſpatij primum in aliquo tẽpore motus, ipſum, & eius quælibet pars penes illud eſſent ſpatij in eodem tẽpore. non igitur moueretur, ſed quieſceret. Id enim quieſcere arbitramur, quod in altero & altero nũc idem ſecundũ ſe & ſuas partes continue occupat. Nã omne quod mouetur, & in tempore, & ex quodam in quoddam mouetur: vt ſimul ad aliquid moueri, & permotũ eſſe nequeat. Non erit igitur quod mouetur, in aliquo tempore motus penes aliquid ſpatij. Etenim ſi aliquo tẽpore motus penes aliquid ſpatij eſſet: cũ omne tempus partibile ſit, & in priori parte illius temporis penes illud ſpatij eſſet, & in poſteriori parte. quod cum conſimiliter ſeſe & prius & poſterius haberet, conſequitur iterum ipſum quieſcere. ſed ſolo nunc eſt penes aliquid ſpatij manens, in quo tñ neq; mouetur, neq; quieſcit. In nunc enim temporis extremo neq; moueri quicq̃. neq; quieſcere poteſt, neque quia quod in nunc ſit, ſequatur ipſum non moueri, idcirco ſequitur ipſũ quieſcere. nã quod nõ mouetur, ipſũ idcirco q̃eſcere accidit. ¶ Inſtantia. Sed q̃ nihil moueri cõtingat, talem paralogiſmum inducit zeno. Quod ſpatium ſibi æquale continue obtinet, quieſcit. Ad quod videtur moueri, ſemper ſibi continue æquale ſpatiũ obtinet. Igitur quod videtur moueri (vt ſagitta) continue quieſcit. ¶ Huius paralogiſmi zenonis ex præcedenti concluſione ſolutio peruia eſt. Non oportet enim vt quicquid ſibi ſpatium æquale obtinet, quieſcat. nam quod fertur (vt dictum eſt) id in atomo (in quo nihil moueri neque quieſcere natum eſt) obtinet. Neque idverũ eſt, quod mouetur, continue ſibi æquale ſpatium obtinere: imo in ſolis nunc & impartibilibus id diximus accidere, & in nullo motus tempore ſpatium ſibi occupare æquale. Si igitur continue occuparet æquale, nunc adinuicem eſſent coniuncta, & tempus ex impartibilibus compoſitum euaderet. Hoc autem impoſſibile eſt, quemadmodum & de alia magnitudine quacunque.

Octaui cap. ſcholia. XXXV. Quod autem ſtat, non quieſcit. Stare enim dicitur mobile, cum lentius mouetur, & elangueſcit a priſtina velocitate, vt pila & globⁱ cum motu proiectionis impelluntur, atque fini propinquant, adhuc tñ pauliſper mouentur, ſed propemodum imperceptibilem habent motum, vt difficile ſit internoſcere an moueantur, vel quieſcant. Et huiuſmodi mobile cum ſtat, adhuc quidem mouetur, ſed quieti admodum propinquum eſt. XXXVII. Nam quicquid ſtat. mouetur. Eſt enim motus communior quam ſtatus, non quidem quia motus cõuenit pluribus ſpeciebus. nã vt ſex ſunt ſpecies motus, ita ſex poſſumus aſſignare ſpecies ſtatus, ſcilicet ſecundũ generationẽ, corruptionem, augmentationẽ, diminutionem, alterationem, & mutationem ſecundũ locum. ſed motus eſt cõmunior, quia eius ratio conuenit pluribus indiuiduis & motibus. nã omnibⁿ motibus atque motuum partibus tam initialibus & medijs q̃ finalibus, ſtatus autem non oĩbus competit motibus, neque motuum particulis, ſed eis dũtaxat qui propter quietis vicinitatem a quiete

vix diſcernuntur. Nempe ſtatus hoc in loco non diſſentit a motu, niſi ſecundum vnam differentiam accidentariam paulo ante explicatam, quemadmodum motus velox & tardus habẽt rationem accidentalem, ob quam paucioribus conueniunt q̃ motus. XLII. Nam ſi eſſet penes aliquid ſpatij primum. Sit a mobile, quod in tẽpore K n primo (hoc eſt in qualibet temporis parte) tranſeat ſpatium b c h i. dico q̃ in nulla parte temporis eſt penes aliquid ſpatij ſibi æquale primũ, id eſt ſecundum ſe, & quanlibet ſui partem. Quod ſiquis dubitet, ponat gratia diſciplinæ mobile a eſſe penes aliquid ſpatij, id eſt in aliqua parte ſpatij ſibi æquali (vt penes partẽ b c, d e) in parte tẽporis K m. Cum mobile a primum ſit penes partem ſpatij b c d e ſibi æqualem in tẽpore K m, per hypotheſim, ipſum & quelibet eius pars eodem tempore penes illã eſt partem in eodẽ tempore. Et cum omne tempⁿ in duo æqua ſit partibile, diuidatur tempus K m in duas partes, K l, & l m. Quia mobile a eſt per hypotheſim in toto tempore k m penes ſpatiũ b c d e, in qualibet parte tẽporis penes illud eſt ſpatij, vt in parte priori k l, & in parte poſteriori l m. At qd' priori parte tẽporis & poſteriori penes idẽ eſt ſpatiũ ſcd' m ſe, & omnes ſuas partes, non mouetur, ſed quieſcit, igitur a mobile quieſcit in tempore K m, in quo poſitum eſt moueri non igitur in aliquo tempore motus eſt in ſpatio ſibi æquali, ſed in ſolo nunc, & impartibili, in quo tamen neq; mouetur neq; quieſcit, cũ nihil natum ſit in temporis impartibili aut moueri aut quieſcere, vt tertium huius caput monſtrauit. Id enim quieſcere arbitramur. Data in litera eius quod eſt quieſcere, definitio intelligitur de eo quod occupat idem ſpatium in diuerſis partibus temporis, & natũ eſt moueri transferendo ſe de ſpatio in ſpatium. Nam corpora cæleſtia idem totale ſpatiũ. ſcilicet ſuperioris orbis concauum continue occupant, & tamen non dicuntur quieſcere, ſed continue moueri, quia non ſunt nata moueri ſpatium demutando. Intelligitur itidem data definitio, quãdo ſpatium quod proxime occupat mobile, non mouetur cum locato atq; occupante. Nempe ſi deorſum moueatur dolium plenum aqua, ibi aqua corpus locatũ mouetur per ſe, quia mutatione q̃ eſt in ipſa ſimiliter & locans, vtpote dolium, & tñ aqua contenta dolio in diuerſis partibus temporis ſecundum ſe & quanlibet partem eſt in eodem concauo dolij continentis, vt loco proprio ſed in tempore continue non eſt in loco cõmuni, ſcilicet aere, qui eſt locus proprius dolii cõtinentis, quia aer eſt ſpatium per quod vtrũq; mouetur, imo in ſolo nunc atq; indiuiſibili eſt in illo, ſicut & dolium ſuum continens. Nam quod non mouetur, ipſum idcirco quieſcere accidit. Non moueri cõmunⁿ eſt, quieſcere vero cõtractius. quicquid enim quieſcit, nõ mouetur. at nõ oportet omne quod non mouetur, quieſcere. nam cũ quid in nũc temporis ĩpartibili mutatũ eſt, non mouetur quidem attamen non quieſcit. Neq; id verũ eſt quod mouetur. Ex hac Ariſtotelis ſolutione manifeſtum euadit, mobile in tempore quo mouetur, nõ eſſe in loco actu (nã occuparet ſpatium ſibi æquale) ſed in ſolo nunc, & impartibili. quare iterũ nõ omne quod loco mouetur, cum mouetur, in loco eſſe neceſſe eſt, ſed tum cum mouetur, ipſum mobile eſt proximum in tempore profunditati ipſius ſpatii ſuperficiebus interiacenti, quẽadmodum ſi intelligatur aliquod corpⁿ interminatum, id eſt cuius ablatę eſſent extremę ſuperficies, tunc alterũ corpus ſuperficiebus terminatum ei applicatum, eſſet illi proximũ & immediatum, nõ ſecundum ſuperficiem interminis corporis, ſed eius profundũ. Eodem mõ intelligendum eſt de ſpatio per quod fieri motus, quod tempore motus ſecundum ſuperficiem non eſt immediatũ mobili, ſed ſolũ ſecũdũ profundum, quod non eſt vltimum. ex quo facile conſtat mobile tum non eſſe in loco. nã oportet omnem locum eſſe vltimum, & ſuperficiẽ quandã, vt quartus huius oſtendit. Vnde mobile cum eſt in termino a quo, tangit ſpatiũ ſecundum ſuperficiem, & cum primum mouetur, non debet exiſtimari immediate eſſe in altera ſuperficie. alioqui in corporibus poſt primã ſuperficiẽ immediata eſſet altera ſuperficies ſine corporis interſtitio. quare corpus ex ſuperficiebus eſſet cõpoſitũ. quod eſſe nequit. Sed tp̃e motus ipſum mobile proximũ erit corpori ſuperficiebus intercepto, non tñ ipſum tanget, quia duorum corporum contactus attenditur ſecundum vtriuſq; ſuperficiem, ſed erit illi conſequenter ſe habens, quia cũ vnũ ſit poſt alterũ, inter ea non interiacet eiuſdẽ rationis medium, ſicut anima & corpus neq; continua ſunt, neque contigua, quia eorum vltima non ſunt ſimul, cum non ſint vtriuſq; vltima, ſed conſequenter ſe habent. In ſolo autem inſtanti, mobilis & ſpatij ſecundum ſuperficiem contactus eſt, & tum mobile eſt in loco ſibi æquali.

¶ Noni capitis annotat.

¶ Falſa deſcriptio, argumentatio falſaria.

Nonum caput cõtinet ſex zenonis rationes q̃ non ſit motⁿ aut mutatio, & earũ ſolutiones. ¶ Sex rationes q̃ non ſit motus aut mutatio. Quatuor primæ ſunt zenonis, quæ olim antiquis difficultatem ſolutionis ingerebant. ¶ Prima. Inquit zeno. Si quicquam moueatur, ipſum prius ſpatii dimidiũ cõficere neceſſe eſt. Atqui i ſpatio quolibet ifinita ſũt dimidia, ifinita aũt tranſire impoſſibile eſt. igitur & quicq̃ moueri. ¶ Huius rõis ex precedentibus haberi poteſt manifeſta dilutio. Nam ſicut infinita dimidia potentia concedimus, ita quoque & infinita potentia tranſiri poſſe non negamus.

Universidad de Deusto Biblioteca



¶Secunda. Si quicquam moueretur, velocissime motum assequi aliquando valeret tardissime motum. at vero velocissime motum, tardissime motum assequeretur nunquam. non igitur mouetur quicquam. Et quod velocissimum nunquam assequatur tardissimum, ita palam sit. Sit a velocissimũ, b tardissimum. c d spatium: in cuius spatij termino c locetur a, & in medio b: vt b dimidio spatio antecedat: & incipiant a & b simul d versus moueri. Cum a peruenerit in signum medium, iam b ab eodem recessit (si ipsum moueri possibile est) & est præcedens in alio quopiam signo. ad quod cum peruenìat a, iterum b recessit, & in alio signo antecedit. & ita semper fiet vt pari ratione tardissimum tanquam fugiens ne assequi vnquam possit velocissimum illudat. Et hanc rationem zeno inflata bucca & ore tragico Achillem personat. ¶Sed diluitur. Velocissimum tardissimo aliquando coniungitur: neque est (vt zeno suspicatur) semper tardissimum, signum reliquisse, in aliquo alio præcedens, cum velocissimum ad signum peruenerit. Nã tametsi a in æquali tempore plura spatia potentia non pertranseat quam b, pertransit tamen maiora: vt si duplo velocius. duplum: si triplo, triplum. Vnde fit vt in aliquo spatij signo ipsa aliquando coniunctum iri oporteat. Et hæc a prima ratione differt, quod in ea zeno spatium partitur in dimidia. & infinitis potentia, vt infinitis actu vtitur. & hinc sua cognoscitur pendere solutio. In hac vero falsam opponit motuum proportionem: & ex motuum vera in spatijs proportione hæc diluitur ratio, & zenonis (vt vocat) Achilles. ¶Tertia. Quicquid spatium sibi æquale obtinet, quiescit. Atqui sagitta quæ ocyssime ferri videtur, continue spatium sibi æquale obtinet. sagitta igitur illa, & quæcunq; ferri videntur, eadem ratione quiescunt. ¶Pauloante huius patefacta est respõsio. ¶Quarta. Si possibile est (iquit zeno) quodcũq; moueri: sint tres magnitudines a a, b b, cc, & magnitudie & velocitate partes, directe alia supra aliam iacentes. & a a continue moueatur ad dextram, & simul b b contranitatur versus læuam, & c c quiescat, & immobilis perseueret. accidet eodem tempore eadem & æqualia spatia a mouẽte & quiescente esse pertransita. Nam quo tempore, vt d e, spatium c c ab a a mouẽte pertransitum est, eodem tempore & b b æquale spatium pertransitum est a c c spatio quiescente. Et non modo hoc incommodi sequatur, sed idem tempus sibijpsi esse duplum. Nam esto, inquit a a a directe supra c c c, & b b b foris in dextra, vt b primum sub vltimo sit a: & contranitantur modo prædicto a a a & b b b, quiescente & immobili perseuerãte c c c. cum a primum stat cũ medio c, a primum stat cum b primo: & in eodem tempore, vt d f, a a a pertransit dimidium c c c, & totum b b b duplum dimidio c c c. At vero idem mobile in medio tẽporis trãsit dimidium, & in duplo tempore trãsit duplum. Effectum est igitur, vt quia a a a in tempore d f transit dimidium, ipsum sit dimidium: & quia transit in eodem duplum, ipsum sit duplum, & ipsum ad seipsum esse duplum. ¶Hęc argutia statim dissolubilis est. Nam æquale spatium in æquali tempore a mouẽte & quiescente pertransitum esse non posse, & idem in dimidio temporis transire spatij dimidium, & in duplo tempore duplum, intelliguntur, spatijs quæ pertranseantur, omnino consimili mõ se hãtibus. Applicat autẽ zeno ea ad spatia, alterum quiescens & alterum motum. vñ in falsam (hanc ob causam) incidit descriptionem: neq; reputanda sunt, vt ea adducit atq; applicat, incõmoda. ¶Quinta, de mutatione secundum contradictionem adducitur. Si aliquid mutari possit de contradictorio in contradictorium, vt de non albo in album: in neutro extremorum existit. quare neq; erit album, neq; non album: & inter cõtradictoria dabitur medium. quod est impossibile. Nõ erit igitur talis mutatio vlla. ¶Respõsio. Cum quippiam mutatur de non albo in album, esto in neutro extremorum simpliciter existat: neq; simpliciter & secundũ totum sit non album, neq; simpliciter album: ex hoc non idcirco sequitur non esse album, neq; nõ album: imo semper alterum contradictorium verificabitur. nam cum plus partium



habebit non album, dicetur non album: etsi omnino sit non album, neq; omnino album. ¶Sexta de orbiculari motu. Si quid orbiculari motu, inquit, moueri posueris, accidit ipsum simul & eodem tempore & moueri & quiescere. Nam ipsum ex posito moueri concedes: & tñ cum sit continue secundum se totum in eodem spatio non mouebitur. quiescet igitur & simul. quare nihil circulo & sphæra moueri continget. ¶Solutio. Falsum est circulum sphæramq;, cum in circulo aut sphæra mouetur, simul & quiescere. Nam tametsi continue esset in eadem superficie & spatio, suæ tamen partes continue spatium demutant. & in altero existunt, vt a b in interioris circuli pars, quæ est cum a b exterioris interiori circulo c versus moto, non amplius cum a b iacebit, sed cum b c: vt a sit simul cum b, aut alia quacũq; parte. vt ab alijs correspõdeant signis. Neq; id plane verum est, semper totum circulum i eodem spatio esse: imo si notas & signa aspexerimus, continue in altero toto spatio & circulo esse videmus: vt permoto a vsq; b, circulus interior a d est in spatio & circulo b e, qui prius erat in circulo a d. At vero a d circulus & b e diuersi sunt, & nõ idem: nisi forte, vt homo, & homo musicus. Non igitur efficere possit vt simul quiescat & moueatur, neq; quidem vt moueatur secundum partes, quiescat vero secundum totum.

Oni ea p. scholia. XLIII. Et hanc rationem Zeno inflata bucca. Eam rationẽ Zeno vocauit Achillẽ, ꝗ sua opinione maximam haberet efficaciam, atq; indissolubilis esset, perinde atque Achilles ob virium suarum præstantiam dicitur fuisse insuperabilis Troianis. Idq; Zeno iflata bucca & ore tragico psonabat, quia propriam rationẽ iactabundo & altiloquo sermone plus æquo efferebat. Nam tãetsi a in æquali tempore. Quanuis, inquit, a velocius mobile in æquali tẽpore plura spatia potentia non pertransierit quã b tardius, cum vtrunque infinita spatia potentia pertranseat, in infinitis autem neque plura neque pauciora inueniuntur quatenus infinita sunt, tñ a velocius mobile tempore æquali pertransit maiora spatia quam b: quare ambo tandem in aliquo signo conueniunt, imo velocius interdum pręterit mobile tardius. Vt ponatur spatium c e esse duplum ad spatium e f, & spatium e g diuidi in duas medietates, e f, & f g, & mobile a duplo velocius quam mobile b moueatur. Cum mobile a sit duplo velocius in æquali tempore, vt h i, duplũ absoluit spatium, vt c e, & mobile b eius pertransit dimidium, scilicet e f. Rursum in æquali tempore, vt i K, a velocius absoluet maius duplo spatium, vt e g, & eodem tempore mobile b dimidium spatium f g. quare mobile a velocius & b tardius se consequuntur & conueniunt ambo in puncto spatij g. Et ita si ponatur d mobile triplo velocius quam b, & e d diuisum in tres tertias, tempore h i mobile a pertransit spatium c e, & mobile b spatium e f subtriplum. Et tempore i K mobile a transit spatium e d, & mobile b spatium f g. quare mobile a assequitur ipsum b in aliquo signo medio inter f & g. Et ita quæcunque alia proportio fuerit data. Sint tres magnitudines, a a, b b, c c. Hæc ratio duo videtur inferre inconuenientia. Primum, quod idem spatium eodem tempore pertransiretur a spatio mouente & quiescente. Quod patet, sint data tria spatia, primum a a, secundum b b, tertium c c, magnitudine æqualia, & a a continue moueatur ad dextram partem, b b vero in oppositam partem moueatur ad partem sinistram, & c c spatium maneat quiescens. In tempore d e spatium c c pertransitur a a, & eodem tempore spatium b b pertransibitur a spatio c c quiescente. ergo etiam eodem tempore spatium b b pertransitur ab a a spatio mouente. Eodem igitur tempore d e, idem spatium b b pertransitun a spatio mouente a a, & a spatio quiescente c c. quod videtur impossibile. Secundum inconueniens est quod idem mobile in eodem tempore pertransibit dimidium spatium, & duplum. Sint enim data tria spatia, primum a a a, secundum b b b, tertium c c c, & sit a a a directe supra spatium c c c, vt a primum respondeat c primo, & a secundum secundo, & a tertium c tertio. At spatium b b b sit in dextra parte foris collocatum, vt primum b sit directe sub vltimo a, sed nihil alterũ vnius sit directe sub altero alterius, & moueatur spatium a a a versus dextrã partem, & b b b cõtranitatur in oppositamq; & sinistram partẽ feratur, & spatium c c c maneat quiescens. In quo tẽpore, vt d f, a primũ respondet secundo c, ei directe suprapositum, & primum b stabit cũ secundo, eidem directe suprapositum, & a primũ statcum primo b, ei directe superstãs. quare spatium a a a eodẽ tempore d f pertrãsiuit totum spatium b b b, & dimidium spatij c c c, quod c primo & c secundo est interceptum. At spatium totum b b b est duplum ad dimidium spatii c c c. igitur idẽ mobile eodem tempore trãsiuit duplum spatium, & eiusdẽ dimidium, quod videtur impossibile, Verum hæc duo inconuenientia diluuntur ex eo ꝗ principia physica ad quorum opposita ducere videntur, de spatiis cõsimiliter sese habentibus sunt intelligẽda. Applicat autem Zeno dicta principia ad spatia dissimiliter sese habentia. Esto in neutro extremorũ simpliciter existat. Gũ quid mutatur de non albo in album, in neutro extremorum & terminorum motus simpliciter existit. Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim in tempore a quo,alioqui aliquid existens ī termino a quo,moueretur ab eo, & moueri incepisset.quod est impossibile.Neq; simpliciter in termino ad quē. alioqui aliquid moueretur ad aliquem terminū,& esset in illo.quod est impossibile. Tamen in vtroq; terminorū est secūdum quid.nam aliquid habet termini a quo,& aliquid termini ad quem. Et si cōtradictoria capiātur album simpliciter,non album simpliciter,secundū de eo verificatur,quia huiusmodi mobile nō est album simpliciter.Si autem sumantur contradictoria album secundum quid,non albū secundum quid,primum de eodem dicitur. Album autem simpliciter, & simpliciter non album,non contradicunt,neque secundū quid album,& secundum quid non album.Quandiu autem fit motus,alterum contradictoriorum nulla etiam adiecta determinatione verificatur de subiecto.nam cum nondum in subiecto fuerit sufficiens albedo ad subiecti denominationem(vt cum pauciores partes aut totidem albę fuerint,quor nigræ)ipsum dicitur non album.cum autem plures fuerint albę,& albedo sufficiens denominare totum subiectum tale,ipsum dicitur album, quanuis complete non sit album,neque non album. Vt a b interioris circuli pars.Ponatur circulus exterior a b c quiescens,& interior a b c moueri,& in tempore g h perficere partem a b circuli exterioris,in tempore vero h i partem exterioris circuli b c. Ante motum pars a b interioris circuli respondet parti a b circuli exterioris.cum autem interior circulus in tempore g h perfecerit partem a b exteriorem,& a interior respondet b exteriori,& b interior c exteriori, pars eadem a b interior nō est amplius cū parte a b exteriori,sed cum parte b c.Et cum in tempore h i eadē pars a b interior perfecerit partem b c exteriorem,vt a interior respondeat c exteriori, pars īterior a b respondet alteri parti exterioris circuli quam b c,& ita dicendū de parte d e interiori.Imo neque totus circulus interior in toto motus tempore est in eodem toto spatio, si bene signa vtriusque attenderimus.Nā ante motū circulus a d interior est in circulo a d exteriori,sed mutato a interiori ad b exterius,vt in secūdo fit exēplo,circulus a d interior est in circulo b e exteriori, qui alius est a circulo priori a d exteriori,cum diuersi sint eorum diametri. Denique moto a circuli interioris vsque ad c exterius,vt in tertio exēplo,circulus interior a d est in circulo exteriori c f, qui alius est saltē ratione ab exteriori circulo b e aut a d,sicut alia est ratio hoīs, & hominis musici.Non itaque dicendum est totum cælum secundum se totum quiescere,& secundum suas partes moueri,vt neque aliquod corpus totum esse album, & quanlibet eius partem esse nigram.



¶Decimi cap. annotat.

¶Perfecta,cōueniēs,apta. ¶Infinitū,ifinitū secūdo. ¶Mutari, terminatiue.

Decimum cap.continet duas conclusiones,quatuor rationes ad primam. ¶Prima cōclusio. Impartibile nō nisi secundū accidēs mutari contigit. ¶Indiuisibile voco,quod secundum quantitatē est impartibile: vt punctum, quod quidē dico non per se mutari posse,sed per accidēs,quem admodum sedentē ī naui ad motū nauis moueri dicim⁹: & moto corpore,eius partem,vt animā,per accidens moueri.Ita & punctum per accidens mouetur ad motum eiꝰ cui accidit.Est & alius partium motus,qui secundum mobilis quantitatis partes attenditur:quo de non intelligimus.Nā ij partium motus inter se alij sunt, & plerunq; lōge differētes,& a totius motu.quod liquidissime cernitur in sphęra.Nam sphærę partiū circa eius cardines & polos est lenta motus tarditas:circa vero diuisorem circulū ediuerso celer volucritas.Sed vt quod diximus,manifestius euadat,tales adducimus rationes. ¶Prima.Quia si impartibile mutaretur, generaretur,corrumperetur,alteraretur, aut secūdum spatium ferretur. non em̄ secundum augmentum,aut decrementum mutaretur,cui nulla vel fingi potest magnitudo.mutetur igitur īpartibile,si possibile est,ex a c in c b in tēpore d. Aut ipsum in tempore d erit in c b:& tunc ipsum mutatum erit: & continget ipsum moueri vbi iam mutatum est. Aut est in a c:& tunc accidet ipsum quiescere,& non moueri,positum est enim ante motum ipsum esse in a c. Aut partim in a c,& c b locabis:quod iterum non valebis: quia quod impartibile posuisti,iam faceres partibile.non igitur impartibile mutabitur. ¶Secunda. Motus quo ipsum moueri effingas, proximus est, ac si tempus ex nunc indiuiduis constaret. At cum in quolibet mutatum esset, motus ex momentis cōflatus euaderet, & non ante omne mutatum anteiret motus:& magnitudo ex insecabilibus esset,& multa talia sequerentur incōmoda. Hæc autem impossibilia. Non igitur mutabitur impartibile. ¶Tertia,q̄ secundū locū non moueatur. Nam quicquid in spatio fertur: vt prius se minus, & æquale q̄ maius transeat, necessest. Non autē minus,se prius transibit impartibile. nā impartibili minꝰ esse impossibile est. Relinquitur igiturvt sibi æquale.quare si conficit superlineā motum,punctum puncto coniunctum proximumq; est,& linea ex impartibilibus composita abibit.esset em̄ impartibile continue sibi æquali coniunctū. hoc autem impossibile:quare & impartibile p se moueri. ¶Quarta. Cū impartibile in tēpore pertransiret sibi æquale:cum omne tempus diuisibile sit,& minus minori tempore transeatur,in medietate illius temporis transibit minus. dabitur igitur impartibili ei æquali minus:& quod impartibile est,partietur: vt & tempus,aut iterum relabetur in hoc,vt non in tempore, sed in nūc atomo & impartibili moueri, agitariq; possit. Ratum igitur est ipsum per se haudquaq̄ moueri posse. ¶Secunda. Nulla mutationū infinita est. Nam quod definitis continetur terminis,iufinitum non est. Omnis autem mutatio certis limitibꝰ & terminis contenta est.generationis enim & corruptionis termini sunt esse,& non esse.augmenti,vniuscuiusq; secundum propriam suam natura perfecta magnitudo.diminutionis,huic opposito modo facta detractio.alterationis,cōtraria,aut quæ contrariorum functionem retineant, & quæ quoddāmodo sint contraria. & motus secundum locum, plerunq; termini contrarij, vt sursum & deorsum. Sed hoc non in omnibus vim eandem retinet, vt in ijs quæ circulo aguntur. Hanc tamen mutationem & finitam esse,hacvsi ratione ostendimus.Quod impossibile est esse motum,& moueri impossibile est: vt quod sectum esse non potest,impossibile est secari:& quod impossibile est factum esse,īpossibile est fieri. Atqui motus infinitus,factus esse non potest.nullus igitur infinitus. Et si cęlestium corporum magnitudinem motuum spectes, statim finitos esse apprehendis. Si vero tempus, cum decursa magnitudine semper similes regenerentur,intelligis in infinitum in tempore abire. Fieri etiam potest,vt post generationem sit augmentatio.post quam alteratio,post quam iterum generatio, aut, quam voles,alia mutatio:& ita semper, vt semper sit motus. Non tamen propter id erit vnus & infinitus motus. nam ex tam varijs nihil vnum conflatur. Sed qui tempus infinitum sibi āptet,& quem tota temporis series trahat, nullus nisi circularis esse potest. Et de hoc hactenus dictum sufficiat.

Decimi cap.scholia. XLIIII. Impartibile non nisi secundū accidens mutari cōtingit. Aristoteles hoc loco(sicut & in alio quolibet)loquitur de mutatione physica atque successiua,siue temporaria, & quæ tempore compleatur, & non de ea quæ supernaturalis est, qualis est aīæ rationalis,q̄ secundū quantitatē indiuidua est,ad esse productio siue creatio, neq; de subitaria momentaneaq; mutatione,qualis est productorum in linea,& instantiū in tempore acquisitio.Etiā hic sermo fit de mutatione proprie dicta, & non ea quæ secundū similitudinem quandam mutationis homē sibi vendicat,quales sunt alterationes animi,vt scictiarū virtutūque acquisitiones,quæ minus proprie alterationes dicuntur,fiūtque in subiecto secdm molē indiuiduo,scilicet intellectu,&voluntate.hanc ob causā & illuminatio,& subitanea specierum sensibilium in organo ꝓductio(q̄ impartibilitatis naturā quoquo pacto sentiunt) hic minime motus dicuntur,neque eorū subiecta ꝓprie moueri dixeris.Quo de non intelligimꝰ. Id quod prius dictū est,scilicet partē moueri p accidens ad motū totius,q̄m partes integrales per se mouētur,& motu ꝓprio,a motu totius & cęterarū partium distinctio,partium autem substantialium forma secundum locum mouetur per accidens ad motum totiꝰ,vt anima hominis ad lationem ipsius hominis.Nam sphære partium circa eius cardines.In sphæra,inquit, cęlesti partes supremæ & infimæ vicinæ polis & cardinibus eius, tarde ad motum mouentur. mediæ vero eiusdem partes,& quæ sunt circa circulum æquatorem diuidētem totam spæram in duo hemisphæria,& duas partes,vnam superiorem,& alteram inferiorem,æquales,velocissime mouentur,cum in quatuor & viginti horis maximum conficiant circulum, in conuexo primi mobilis descriptum, quo quidem tempore extremæ partes longe minorem circulum describunt,in conuexa parte polis vicina propinquaque intellectum atque conceptum. Motus quo ipsum moueri effingas. Quod mouetur in pleno,vt continue assistat spatio necesse est,& quod assistit spatio, est diuisibile. igitur impartibile non potest spatio assistere,sed solum punctis īpartibilibus,super quæ si ponatur cōtinue moueri huiusmodi spatium ex punctis impartibilibus compositum esse necesse est. Quod si magnitudo super quam fit motus,sit ex impartibilibus cōposita,& motꝰ ipse ex momētis est compositus,& tempus ex nunc impartibilibus conflatū,vt in huius libri principio ostensum est,

Universidad de Deusto Biblioteca

quare nõ ante oẽ mutatũ res mutaretur, ſed cõtinue mutata eſſet, cũ ſolum momenta a quibus mobile denominatur mutatum haberet, & rem moueri eſſet eam mutatã eſſe. quę oppoſita ſunt ijs quę toto hoc libro monſtrata ſunt. Vt prius ſe minus, & ęquale q̃ maius tranſeat, neceſſe eſt, vt ſi lapis bipedalis moueatur per aerem, prius tranſit ſpatium aeris pedale, minus q̃ ipſemet lapis qui mouetur. deinde ſpatium bipedale aeris ſibi æquale pertranſit, priuſq̃ ſpatium tripedale maius ſeipſo mobili. Et minus minori tempore tranſeatur. Si impartibile poſſet in tempore pertranſire ſpatium ſibi ęquale, gratia diſciplinę d impartibile ponatur tranſire ſpatiũ a b ſibi ęquale in tempore e g. Tunc ſic. Si aliquod mobile aliquod ſpatium aliquo tempore tranſierit, & minus ſpatium minori tempore tranſibit. At d impartibile in tempore e g pertranſit ſpatium a b ſibi ęquale, ergo in minori tempore, vt e f, pertrãſit minus ſpatiũ, vt a c. Deinceps a c eſt minus ſpatium quam a b, & a b poſitum eſt ęquale impartibili d, ergo a c eſt minus impartibili d. quicquid em̃ eſt minus vno æqualiũ, eſt minus altero. igitur datur aliquid minus impartibili. Et cum omne excedens diuidatur in exceſſum, & id quo excedit, ipſum impartibile diuidetur. quod eſt impoſſibile. XLV. Sed hoc non in omnibus vim eandem retinet. hoc, mutationem certis limitibus & terminis contineri, claudiq; extremis cõtrarijs. Id enim potiſſimum locum habet in mutationibus rerum naturalium. & ad illas prę ſertim debet applicari. Sunt em̃ illę vt lineę rectę, quæ duobus clauduntur extremis finalibus. motus autem corporum cęleſtium circulo aſſimilatur, in quo hoc pacto determinari non poſſunt extremitates. Verum vt in eo idem punctus principium eſt circunferentiæ, & finis eiuſdem, ita in motu circulari idem terminus eſt a quo, & ad quem, vt in motu primi mobilis oriens, & in motibus ſphęrarum inferiorum occidens. quare & hi motus circulares quodammodo finiti ſunt.

¶ Paraphraſeos in ſextum Phyſicorum, finis.

Primi capitis paraphraſeos in VII. Phyſicorum annotatiunculæ.

¶ Pauſans, quieſcens.

Eptimus Phyſicorum continet quinque capita. Primum continet duas concluſiones, duas rationes ad primam & duas ad ſecundam. ¶ Prima concluſio. Omne quod mouetur: vt ab alio moueatur neceſſe eſt. ¶ Primo, quia cum aliquid ab extrinſeco moueatur, & mouendi principium extra ipſum cognoſcitur: manifeſtum eſt ab alio moueri. Cum vero ab extrinſeco non moueatur, vim intra ſe latentem & motiuam retinet, a qua & ipſum mouetur. Putare enim aliquid a ſeipſo moueri, quia nullum exterius mouens appareat, perinde eſt atque ſi putes, ſi a c mouet c b, & id te lateat, a b a ſeipſo moueri: imo & c b, a ſeipſo. Omne igitur quod mouetur: vt ab altero moueatur neceſſe eſt. ¶ Secundo. Monſtratum eſt, omne quod mouetur, partibile eſſe oportere. Si igitur quicquam talium a ſeipſo moueretur, & totum a ſeipſo, & partes a ſeipſis mouerentur. Quod ſi a ſe ipſis mouerentur, vna quieſcente alteram quieſcere non eſſet neceſſe. At vero permanifeſtum eſt vna parte mobilis, vt a c, quieſcente: & c b quieſcere, imo & a b. Alioqui, cum moueatur, poſitum ſit a ſeipſo, hoc eſt, a ſe primum moueri. a c ſimul ſtaret & moueretur: quod eſt impoſſibile. Omne igitur quod mouetur, ab alio moueri neceſſe eſt, quod enim a ſeipſo mouetur, nullo pacto altero pauſante ipſum quieſcere neceſſe eſt. Quod ſi pauſat altero pauſante (vt de toto euenit pauſante parte) ab altero moueri eſt neceſſe. Et hæc ratio de motu ſecundum locum potiſſimum ſumpta eſt. ¶ Secunda concluſio. Cum ab exteriore mouente mobile quodcunq; moueatur, quod mouens ab altero mouẽte itidem moueatur: hoc in infinitum abire impoſſibile eſt. ¶ Primo, quia quicquid ita mouebitur, in loco eſſe neceſſe eſt. in locis autem non abitur in infinitum. Stabitur igitur tandem in aliquo: quod quidem ab exteriore mouente non amplius mouebitur. ¶ Secundo. Si hunc in modum abitur in

ſcitha mẽt
tenenda ici

cõmentator hoc declarat q. intelligat

infinitum: ſit igitur a motum ab exteriore mouente b. & b quidẽ a c, & c ab ipſo d. & hoc pacto in infinitum euadat. quia ſimul ſunt mouẽs, & quod mouetur cum mouebitur a, mouebitur b. & cũ mouebitur b, pariter & c. erit igitur ſimul motus a, & b, & c. & vniuſcuiuſq; reliquorũ. Sit igitur e motus a. & f motus b. & g motus c. & h motus ipſi⁹ d. & ſit κ tempus mot⁹ a. quia e motus a, determinat⁹ & finitus eſt, vt mobile a, & temp⁹ κ finitũ erit. & in eodem tempore mouentur a, & b, & c, & vnũquodq; reliquorũ. in κ igitur tp̃e finito, ſimul cum a & b & c, & vnũquodq; reliquorũ mouebitur. Accidit igitur a, b, c, d, mobilia infinita, motu e, f, g, h, i, in finito tẽpore κ moueri. quo enim tempore a mouetur, & reliqua oia conſequenter ſe hñtia (q̃ infinita ſunt) moueri cõceſſa ſunt. Hoc aũt impoſſibile. Et nihil refert an motus a ęqualis ſit, an maior, aut minor motu b, & ita deinceps. nã ſemper abibit infinit⁹. Neq; valeat ſi dixeris. pri⁹ probatum eſſe infinitum magnitudine finito tẽpore moueri non poſſe, non autem numero & multitudine infinita. hic autem de multitudine infinitis agitur, q̃ finito tẽpore moueri, nullũ putabitur incõmodum. Nos certe idem putam⁹ incõmodum. Nam cum ea q̃ hoc pacto mouerentur, molem corpuſq; habeãt: cõtigua ſunt, & ſe tangunt oia, & magnitudinẽ infinitã attollũt attiguã. Quare idẽ fuerit ac ſi intellexeris vnam ex a b c d continuã magnitudinem conflatã, & eam motu ĩfinito & tempore quidem finito moueri. quod eſt adductũ impoſſibile. Non igitur hoc erat impoſſibile. nam poſſibili conceſſo, nullũ accidit impoſſibile. Itẽ & nihil refert tales motus vnum motũ gñe, aut ſpecie, aut numero efficere. Gñe quidẽ vnum efficerent. ſi alicuius vnius generis eſſent: vt ſubſtantiæ, vt quãtitatis. & vnum ſpecie, ſi in ea quę eiuſdẽ ſunt ſpeciei, euaderent. vnum vero numero, ſi mobile numero idem, & id ſecundum quod fit motus, & temp⁹ numero idem.



PRimi capitis ſeptimi phyſicorum ſcholia. I. Omne quod mouetur, vt ab alio moueatur neceſſe eſt. Hæc Ariſtotelis concluſio ſecundũ materiam ſubiectam intelligitur de mobili phyſico cõpleto, vt eius ſenſus ſit, omne ens naturale quod mouetur, ab alio & non ſeipſo mouetur, vt in omnibus motibus aliud ſit mouẽs, & aliud motum, nihilq; ſeipſum moueat. Quare non debet accommodari ad intellectũ, aut voluntatem, quę ſuas functiones alio modo quam res naturales peragunt, vt alio oſtendendum eſt loco. Neq; item debet hæc concluſio applicari ad angelicos ſpiritus, qui interdum legũtur & volaſſe, & deſcendiſſe, quoniam res naturales non ſunt, & ſui motus (modo eos motus appellare liceat) longe alia ratione quam rerum inferiorum fiunt, quẽadmodum methaphyſic⁹ habet diſcutere. Quod ſiquis obiiciat aquam reducentem ſe in natiuum frigus, & proinde ſe mouentem, eandemq; motam, nihil efficit contra hunc locũ, quoniam aqua neq; ſecundum ſe totam mouet, neq; ſecundum ſe totam mouetur, imo vero neque ſecundum eandẽ partem mouet & mouetur, ſed mouet ſecundum formam, & mouetur ſecundum materiã. Huius autem concluſionis intellectus eſt, nihil a ſeipſo primo & ſecundũ quodlibet ſui moueri, vt idem numero ſit mouens & motũ. Neque ſi dentidẽ robur habet cauillatio qua quis obiectaret authore Ariſtotele animalia a ſeipſis moueri, vt progredi & volare. Non enim dicuntur a ſeipſis moueri, quia idẽ re ipſa ſit in eis quod mouet, & quod mouetur. nempe ipſorũ forma ſubſtantialis ſolũ mouet, neq; moueri dicitur niſi per accidens, & ad motum ſubiectiverũ de eõ quod per accidens mouetur, hic nõ agitur ſermo, ſed de eo duntaxat quod mouetur per ſe, & motu qui eſt in ipſo. animaliũ autem materia ſolũ mouetur. ſed dicuntur animalia a ſeipſis moueri, quia poſsũt nullo aduenięte extrinſeco motum inchoare, & inceptum citra finẽ atque terminum intermittere. At vero permanifeſtum eſt, vna parte mobilis. Id intelligitur de partibus integralibus rei naturalis cõtinuis, duris, & intra ſe flexũ atq; replicationẽ non habentib⁹, vt vna medietate ligni aut lapidis quieſcẽte, neceſſe eſt & alteram eius medietatem, imo & totum lignum aut lapidem quieſcere. Verum non oportet vna parte aquę aut aeris quieſcente, & alteram partem motus eſſe expertẽ, quoniam aer & aqua mollitiem hñt, atq; agibilitatem. Neq; itidem opus eſt manu quieſcente digitũ, aut quieſcente brachio manum quieſcere, q̃m hæ partes intra ſe flexionem habent atque cõplicationem. Alioqui cum moueatur, oppoſitum ſit a ſeipſo. Id verbũ referendũ eſt ad mobile a b. vt ſententia ſit, ſiquis dubitat vna parte integrali mobilis quieſcente alterã quieſcere debere, imo & ipſum totũ, ponat gratia diſciplinæ vna parte mobilis, ſcilicet a c, quieſcente, alterã partem c b moueri, & rotum etiam mobile a b moueri. Cum totũ a b a ſe primum moueatur per hypotheſim, ergo p. dẽfinitionẽ & quælibet eius pars a ſeipſa mouetur, & a c eſt vna pars ipſi⁹ a b, ergo pars a c a ſeipſa mouetur, & poſita eſt quieſcere. eadẽ igitur pars a c ſimul moueretur & quieſceret, quod eſt im-

Oẽ quod mouetur ab alio moueri.

quo pacto intelligat propoſitio ariſtotelis

hoc tñ. 4. cap. 8 de quibus rei naturalis partibus intelligatur

rõ probãs hoc nõ intelligẽdũ eſt de nõ integralibus et cõtinuis

Universidad de Deusto
Biblioteca

possibile.quaꝫ & illud'ex quo sequitur,est inconueniens,scilicet totũ a se ipso moueri. II. Quia simul sunt mouens & quod mouetur.Nõ oportet semper mouens,& quod mouetur, simul esse secundum locum,sic quod mouens sit moto adiacens, atq; propinquum secundum contactum, quia proiecta moueri conspiciuntur proꝗciente non tangente,sed debet esse simul secũdum tempus,ita quod si mouens sit,oportet eodem tempore aliquid esse quod mouetur, vt si sit sanans, oportet simul esse id quod sanatur,& si ędificans,id quod ędificatur. Nẽpe mouẽs est causa actu & debet idcirco simul esse cum effectu,scilicet eo quod mouetur. Determinatus & finitus est, vt mobile a. Intellige,finitum & determinatum est. Si enim mobile secundum molem finitum est, oportet & motum eius esse finitum , cum impossibile sit mobile finitum infinito motu moueri. Neq; huius oppositum conspicitur in motu cæli,quia sicut cęlum finitum est,ita & cęli motꝰ eodem tempore factus,finitus est(extenditur enim motus extensione sui mobilis)tametsi motꝰ cęli secũdum Aristotelem successione sit infinitus.Et ex eo ꝙ motus e finitus est,recte colligit philosophus & h tempus motus e finitum esse debere,qua impossibile est motum finitum fieri tempore infinito.Neque valeat si dixeris prius probatum esse,videlicet secunda conclusione,septimi cap.libri prędcedẽtis,numero. xxxij. Quare idẽ fuerit ac si intellexeris. Nõ supponit hoc in loco Philosophus,omnia illa diuersa mobilia posse fieri continua,vt autumant nonnulli, qui rationem Aristotelis inualidã esse dicunt,ex hac falsa suppositione,cẽsentque quia id quod supponit Aristoteles,est impossibile, non debere cuiq̃ mirum videri si sequatur id quod consequenter infertur,cum ad impossibile sequatur(vt aiunt)quoduis consequens. Verum Aristoteles neque hoc loco, neq; alio quouis in tota philosophia naturali innititur huic propositioni, ad ipossibile quoduis sequi,ad moliendam aliquam probationem,quoniam illa nihil efficaciæ habet & roboris ad quicquam probandum,quinimo quæ simpliciter impossibilia sunt. Aristoteles supponit, vbi demonstrationem ad impossibile contexit,esse possibilia. Sed hoc in loco nihil aliud intẽdit Philosophus, nisi idem esse inconueniens , mobile infinitum magnitudine,tp̃e finito moueri, & mobilia magnitudine finita,& numero infinita,eodem tempore finito moueri, quoniam huiusmodi mobilia mole finita,& numero infinita,cum sibi proxima sint,cõstituunt magnitudinem infinitam contiguam . Quare idem est iudicium de huiusmodi magnitudine infinita attigua ꝙ tempore finito moueatur , ac si intelligatur ex omnibus illis mobilibus adinuicem continuatis constitui vna magnitudo infinita continua,& illa tempore finito moueri.sed id secundum ostensum est impossibile,ergo & primum , quod est in hac ratione adductum inconueniens.

¶Secundi cap. annotat.

¶Prímum,proximum. ¶Motus , motus accidentalis.

Secundum cap. continet vnam conclusionem, & eius probationem. ¶Conclusio. Primum mouens,nonvt gratia cuius, sed vñ motus,simul est cum moto. ¶Simul ea dico , inter quæ nullum intercipitur medium . Et certe id omni ꝓximo mouenti & moto commune est. Quod patet,quia motus tres sunt species,secundum quantitatẽ , quę augmentum & decrementũ dicitur.secundum qualitatem,vt alteratio,& secundum locum,q̃ est latio,& secundum locum mutatio. At inter augens proximum & auctum nihil interiacet,fit enim aliquo adueniente, neq; inter minuẽs & diminutum.nam fit alicuius subtractione,neq; inter proxime alterãs & alteratũ.quod in singulis speciebus facile est intueri.Ea quippe q̃ alterationi apta veniũt, sensibilia sunt:vt sonus,silentium,albedo,nigredo, dulcedo , amaritudo, caliditas, frigiditas,humiditas,siccitas,leuitas,grauitas,mollities,durities,raritas,densitas,horũ media,& cętera similia quorũ sensus existit.& secundum hęc corpꝰ a corpore differre dicere solemus. At omnium talium agentia proxima tangunt passa:vt proxime sonans,sonorum:colorans,coloratum:dulcorãs aut amaricãs, dulcoratum aut amaricatũ,& ita in cęteris. Et quod modis inanima patiuntur, tot modis & aiata pati reperiuntur. at hoc non conuertitur . Patiuntur nanq; & alterantur animata secundũ sensum : non autem in anima, & sensus expertia: Item secundum sensibiles passiones fiunt alteratiões. At cum quid secundum ipsas patiatur,videmus omnia adinuicem cõtigua,vt aerem aduisibile corpus. quod terminatur,ad lumen,& lumen ad visum . & ita de audibili , gustabili, & tangibili. est igitur proxime alterans omne simul cum ipso alterato. De latiõe, & secundum locum mutatione , vt proxime mouens simul cum moto existat, idem euenit.Nam si a principio intrinseco moueatur hoc statim notũ est:cum

inter ipsum & motum nullũ queat assignari mediũ. Si autẽ ab extriseco principio:aut pellitur,trahitur,vehitur,aut in gyro torquetur. Ad horum em̃ quatuor,aliquem,pulsionẽ,tractionem,vectionem,vertiginẽ, & cęteros ab extrinseco motus factos reducimus oẽs. Atvero ꝓxime pellens,trahens, vehens,aut vertigine torquẽs,simul est cũ pulso,tracto,vecto,aut vertigine acto:vt inter ipsa ꝓxime pellentia & pulsa,trahentia & tracta nullũ hiet interceptũ medium. Est em̃ pulsio,ipsius mobilis ab se abiectio.cuius species sunt,impulsio , cũ mouens moto nõ deficit.& expulso,cũ eidẽ deficiat. & ꝓiectio,cũvelocior motus est q̃ naturæ lati competat. Tractio opposito fit modo. est em̃ ad se aut propinquum alterum factus motus,cũ trahens a tracto non sit separatum. cuius species sunt inspiratio,respiratio,congregatio, & similes : queadmodum exspiratio, aspiratio,sputio,segregatio,sub pulsione continentur. Vectio aliquando motus est per accidens , vt cum ad motum vehentis in ipso aut supra ipsum feratur. Aliquando fit pellendo,aliquando trahendo , & aliquando vertigine torquendo:vt in tribus alijs motibus vectionem reperire queas. Vertigo vero ex pulsu componitur & tractu. est enim cum mouens hanc partem pellit,illam vero trahit . Manifestum est igitur proxime mouens simul esse cum moto .

Secundi capitis scholia. III. Non vt gratia cuius,sed vnde motus,simul est cũ moto.Primum mouens gratia cuius,est id ad quod cętera mouẽtia ordinantur,vt forma substantialis prędcipuũ est mouens,gratia cuius accidentia instrumentaria & minus prędcipua sunt.Primum autem mouens vnde motus,est proximũ motus a quõ, vt efficiente fit motus.Itaque conclusionis intelligẽtia est.Proximũ mouens a quo vt mouẽdi principio fit motus,simul est cum moto.Dicitur autem hoc ĩ loco primum mouens, id ipsum quod est proximum mobili,& refertur ad proximum motum,vt suum correlatiuum. Mouens autem est proximum moto,siue simul cum moto,quando inter mouens & motum,nullum interiacet medium,siue mouens tangat motum,vt ignis aerem proximum quem calefacit, siue non tangat,vt forma substantialis est proxima materiæ,& rei naturali cuius est pars,quamtamen non tangit,cum non habeat magnitudinis vltima.Quare esse simul,cõmuniꝰ est in proposito,q̃ se tangere,aut attiguum esse . At inter augens proximum & auctum nihil interiacet.Inter augens proximum,vtpote animam viuentis,quod augetur,& auctum,scilicet ipsum corpus animatum,nihil est medium.Fit enim augmentatio alicuius additione,scilicet substãtiæ ex cibo genitę & molis.Similiter inter minuens,scilicet animam,& id quod minuitur,vt corpus animatum,nullum interhiat medium.Fit enim diminutio alicuius subtractione,vtpote particulę substantię cum quantitate. Anima quidem corporis animati vt maiorem producit quantitatem in aucto,dicitur augens,vt vero minorem reparat q̃ deperdita est ,dicitur minuens . Qui vero per augens,& minuens,cibum intellexerit,qui in viuentis substantiam conuertitur,& in aucto plus reparat q̃ deperditum est,in eo vero quod diminuitur,minus etiam deprehendet inter proxime mouens & motum nihil interstare . Et secũdũ hęc corpus a corpore differre dicere solemꝰ. Non quidem secundum substantiam,sed accidentario, atq; secũdum accidentales dispositiones. Ignis enim ab aqua dissentit,ꝙ hęc frigida sit,ille vero calidus,& qualitates sensibiles,corporum sensibilium differentię dici solent.Et quot modis inanima patiuntur . Quotcunq;(inquit litera)modis inanimata alterantur,totidem modis animata alterari percipiuntur.Quascunq; enim qualitates habent inanimata secundum quas alterantur, easdẽ habent & animata.Non tamẽ quot modis alterantur animata,totidem modis alterantur animata.nam inanimata alterantur qualitatibus sensibilibꝰ quatenus sensibiles sunt,quia illas aut earũ species in proprijs organis suscipiunt & apprehendunt.Inanimata autem non alterantur secundum sensum, neq; qualitates sensibiles quatenus sensibiles sunt suscipiunt,sed solum vt affectiones,& accidentia substantiarũ, quomodo & animata eas habent. Item secundum sensibiles passiones fiunt alterationes . Dicuntur hic passiones sensibiles,qualitates cito transeuntes,a sensu perceptibiles.Et sub eis qualitates passibiles in subiecto resides,iuges atq; permanentes cõprehenduntur. At cum secundum has aut illas quicquam alteratur,corpora adinuicẽ contigua sunt,& proxima,vt aer proximus ad visibile corpus,scilicet parietem,aut quodcunq; aliud corpus opacũ,quod terminatur ad lumen,quia recipit lumen secundum extremam superficiem,& lumen terminatur ad visum,quia in organo visus lumen suscipitur,quo color conspicuus redditur.Cuiꝰ species sunt impulsio . Impulsio est cum pellens nõ abest pulso,sed ipsum semper sequitur,vt impellens manibus saxũ aut lignum, adhęret & adest ei etiam q̃diu mouetur.Expulsio est cum pellens pulso deficit,neq; ipsum continue sequitur,vt cum quis arcu sagittam excutit,aut lapidẽ sursum iacit,non sequitur sagittam aut lapidem . & hæc interdum proiectio nominatur . Hic tamen speciali ratione proiectio dicitur,cum velocior est motus , quam naturæ mobilis conueniat , quanuis ad eundem locum fiat,

quo mobile natum est moueri, vt si lapis suapte natura natus moueri per vnũ aeris stadium in duobus minutis, tãto impetu deorsum pellatur, vt vno minuto tandẽ spatij absoluat. ibi est proiectio. nã in minori tempore q̃ si natura moueretur, ęquale absoluit spatium. Cuius species sunt inspiratio, respiratio. Inspiratio, siue respiratio, est aeris ad se attractio. Cõgregatio vero, est plurium corporum in vnum locum collectio. Expiratio autem species pulsionis, est aeris emissio per vocalem arteriã, & organa ad respirandũ natura accommodata. Segregatio vero, est corporum prius in vnum locum congregatorum dispersio. Sputio autẽ siue screatio, est sputi emissio. Vt cum ad motum vehentis in ipso aut supra ipsum feratur. In ipso, vt homo dormiens in naui vehitur ad motum nauis. supra ipsum, vt insidens equo mouetur ad motum equi. Fit vectio interdum pellendo, vt quis impellens ante se carpentum, dicitur ipsum vehere. Fit trahẽdo, vt equus trahens post se bigas. Fit demum vertigine torquendo, vt quis leuaturus onus, primum illud a se pellit, & deinde retrahit, vt commodius eleuet. Cum mouens hanc partem pellit, illam vero trahit. vt figulus vertens rotam, partem dextram ad se trahit, sinistram vero a se remouet. Ita qui rotant dolia, inferiores partes ad se, superiores autem a se mouent.

¶ Tertij cap. annotat.

¶ Figuræ secundum dimensionem, formæ vero secundum figurarũ translationem & habitudinem sumuntur. ¶ Materia, materia ex qua, & denominationis subiectum. ¶ Aeneus, æreus. ¶ Pyramis, figura corporea, cuius inferior est superficies a qua oẽs laterales & ambientes superficies vna aut plures ad eundẽ punctum sursum sunt erectæ. qui quidem punctus, pyramidis vertex & conus dicitur. Superficies vero infima, a qua oẽs aliæ eriguntur, pyramidis basis nuncupatur. ¶ Corporea pulchritudo, est debita membrorum commensuratio. ¶ Turpitudo vero, contra eorum inelegans & inconcinna cõmensuratio. ¶ Inconcinna, naturæ inconueniens ac indebita. ¶ Perfunctio, officium.

TErtium cap. continet quatuor cõclusiones, tres rationes ad primam, duas ad secundam, & duas ad tertiam. ¶ Prima conclusio. In formis figuris, earum acceptionibus atq; priuationibus, non consistit alteratio. ¶ Primo. Quia videmus alterata, vt rarefacta & calefacta, eandem seruare figuram, & eam deperdere nulla re acquisita, vt sola partiũ detractione, aut sola alicuius deperditione. ¶ Secundo. Quod alteratum est materię nomen proprie retinere videm⁹: vt si sit ęs calefactum, frigefactum, aut humefactum, semper ęs nominamus. quod vero figuratum est, posteaquam figuram acceperit, vt ęs statuę, pyramidis, aut lecti, non amplius materię nomen retinere solet, sed aut statua, aut pyramidis, aut lect⁹ dicitur, aut statua ęnea, pyramis ænea, aut lectus æneus. Non est igitur secundum figuras alteratio. ¶ Tertio. Inconueniens est dicere res prius quam existant, alterari, vt cum perficiuntur, quemadmodum cum homo generatur. At res ipsæ simul cum perficiuntur (vt cum domus tectum sumit aut lateres) formam & figuram accipiunt. Non igitur secundum formas & figuras est alteratio: quare neque secundum earum acceptiones aut priuationes. ¶ Secunda. Neque id corporis habitibus neque animi proprie alterationem locaueris. Nam corporei habitus in quadam proportione consistunt, aut disproportione, vt sanitas in calidorum, frigidorum, humidorum. & siccorũ proportione quadam, & temperamento: ægritudo vero, in eorũ disproportione. sic est & de pulchritudine & turpitudine. At q̃ sic in proportione consistunt & disproportione, secundum ad aliquid sumuntur. Secundum autem ad aliquid dictũ est non esse motũ. quare neq; erit alteratio. Itidẽ & animi habitus, vt virtutes & vitia, secundum proportionem aut discrepantiam sumuntur. est enim virtus in mediocritate & æqualitate quadam locata: vitia vero in dissonantia & inæqualitate (vt in superabundantia aut defectu) sita sunt. Item quod perficitur aut imperficitur, non idcirco proprie alterari dicas: vt neque domum cui fundamentum iacitur, aut quæ integitur, alterari dicis. neque circulum dicis alterari, quia fiat quammaxime natura potest maxime & perfectissime circulus. At virtutes potius sunt perfectiones, vt generationes quædam. & vitia earum labes & corruptelæ. Non igitur in corporis habitus aut animi proprie alteratio locanda est. Quod vero virtus animi sit impassibilitas, ma

litia vero passibilitas ei contraria, quodq; omnis virt⁹ moralis circa delectatio-
nes ac tristitias, & alias animi perturbationes moderandas versetur, aut actu,
6 aut memoria, aut spe, indaginis est alterius disciplinæ. ¶ Tertia. Intellectiuæ
partis habitus, alterationes non sunt. ¶ Primo. Quia intellectiuæ partis habi-
tus, vt scientia, secundum ad aliquid sumi videntur. ¶ Secundo. Vniuersalia,
ex quibus scientiæ nascuntur, ex particularibus experientia notis colliguntur.
& actus ij qui ad intellectum pertinent, nullo motu, nullaq; alteratione egent:
vt qui temporali perfunctione non parantur. Quietudine enim & residentia
anima sciens fit & prudens. Huius signum est dormiens, ebrius, ægrotans, in-
fans, & senex, qui ob motuum perturbationem ab vsu scientię præpediuntur:
quibus cessantibus, vt in quiete quodammodo & residentia, ad scientiæ contem
plationem euehuntur apti. Et quanuis extante fluenteq; tempore intelligam⁹
& contemplemur, propterea arbitrandum non est nos intelligere aut cõtempla
ri in tempore. Simile enim esset ac si dicamus aspectionem & tactum fieri in
tempore, cum etiã singulo quoq; momento, nullo temporis interueniente bene
ficio, res ipsæ se tangant. manifestum est igitur habituum intellectiuæ partis
7 animi non esse alterationes. ¶ Quarta. Solum secundum sensibiles qualitates
proprie sumenda alteratio est. ¶ Nam neque secundum habitus, nec per
idem secundum dispositiones & potentias, neque secundum formas & figuras
proprie sumuntur alterationes. Relinquuntur igitur solum sumendæ secun-
dum qualitates sensibiles.

TErtij capitis scholia. IIII. Videmus alterata, vt rarefacta & calefacta. Dictum est in quinto huius, q̄ ad rationem motus requiritur, aut rei simul & rationis prędicamenti acquisitio, aut vtriusq; simul deperditio, quorum neutrum figurę conuenire monstratur. Contingit enim vnam rem qualitatis deperdi, & alteram acquiri per alterationem (vt aquam calefieri aut frigefieri) eandem ante & post alterationem seruando figuram. E diuerso contingit nouam figuræ denominationem acquirere nulla penitus re acquisita, sed sola partium secũdum locum mutatiõe, & situs euariatiõe, vt cum cera sphærica fit triangularis, nulla quãtitate noua acquisita. Interdum partiũ detractione noua acquiritur figura, vt artifex inducit figuram in statua detrahendo partes statuæ, & non aliquid acquirendo, in alteratione autem propria, & res & ratio qualitatis simul acquiritur, aut vtraque simul deperditur. Materiæ nomen proprie retinere videmus. materiæ, subiecti denominationis. vt sensus sit, quod alteratum est, eodem nomine subiecti denominatur post alterationem, quo ante, vt aqua cum calefacta fuerit, aqua dicitur, sicut ante dicebatur, & æs calefactum aut frigefactum, semper dicitur æs. priorem non deperdendo denominationem. Quod autem figuratum est, posteaq̃ figuram acceperit, deperdit denominationem, quam prius habuit, & nouam accipit, vt cum ex auro factus fuerit annulus, non proprie amplius aurum dicitur, sed annulus, aut annulus aureus. Et generatim ante figuræ susceptionem res nominantur a forma substantiali, vt æs, aut lignum, post susceptã vero figuram ab artificiali, vt pyramis, lectica. V. Itidem & animi habitus, vt virtutes. Corporei habitus hic dicuntur qualitates ad bene vel male operandũ corpus disponentes, eiq; inexistentes, & a subiecto haud facile dimobiles, quales sunt sanitas, pulchritudo, eorumq; opposita, & hos in quadam proportione consistere planum est. Animi autem habitus hic dicuntur virtutes morales ad bene operandum acquisitę, aut vitia eius opposita, Et hos itidem in proportione quadam cõsistere hinc liquet. nam virtutes morales, earumq; officia secundum rationem & comparationẽ ad circunstantias quantitatis, finis, qualitatis, personę, loci & temporis sumuntur, vt eadem operatio respectu vni⁹ personę est studiosa, & respectu alterius vitiosa. Vno itidem tẽpore & loco facta operatio, virtutis officium est, quę si altero tempore aut loco fiat, non est virtutis officiũ. Vitia autem secundum discrepantiam circunstantiarum sumuntur, vt merito virtus in ęqualitate & mediocritate collocata dicatur, vitia autem in inæqualitate & dissonantia. Quod vero virtus animi sit impassibilitas. Virtus moralis, impassibilitas dici potest, quod animum serenum quietumq; reddit, & non passionibus fluctuantem, vitium autem passibilitas, q̄ animum efficiat turbulentum, inquietum & cupiditate, iracundia, timore, cæterisq; noxijs animi passionibus agitatũ. Verum id ad alterius disciplinę indagationem spectat, vtpote moralis philosophiæ. Ex qua promptum est cognoscere, animum studiosi virtute compositum perinde se habere, atq; mare tranquillum, quod nullis commouetur tempestatibus, aut fluctuum procellis exęstuat, per quod tuto naues placida nauigatione feruntur, atq; incolumes optatum subeunt portum, aut quemadmodum serenus aer nullo ventorum turbidine exagitatus, nullis itidẽ nebulis aut caligine obductus, per quem solaris splendor suę lucis radios in totum orbem sine offendiculo diffundit. Contra vero animus vitiosi, & prauis imbuti moribus, est vt mare procellosum, tempestuosum, atque turbidum, ĩ quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

contrariq inter se venti edluerso concurrunt,prælia miscent,atque ex imo vndam ad summũ ex tollunt.ob quam sane çstuationem naues plerunque in graui versantur discrimine, obruuntur aquis,& naufragia faciunt.Ita plane apud improbos effrenatę cupiditates inter se pugnant. Hinc spes,hinc metus animum in diuersa reptant.hinc gaudium,hinc dolor eundem miseris excruciant modis,discerpunt,diuellunt,distrahunt,& vanis exagitant curis inquietũ.Rursum prauorum animus vt aer est nubilus,caliginosus,& tenebricosus, cui ob densas noctis opacæ tenebras nullus infulget cælestis claritatis radius.Eorũdem quoq; mens haud dissimilis est aeri vehementi impetu ventorũ conturbato, atq; horrifico sonitu perstrepenti, in quo nihil quietũ,nihil tranquillum sed oia rauco murmure plena.Ita sane omnimodis subiicitur passionum noxiarum motibus animus qui indomitis affectibus & perturbationibus sine rationis freno pręceps est obnoxius.Aut actu,aut memoria,aut spe.Id est,aut cum agimus quicquam adiacenti nobis tempore,aut cum recordamur prętérita,aut speramus futura.per hos enim tres ablatiuos in litera positos,innuitur diuisio voluptatum,tristitiarũque,& affectionum animi,ab antiquis data, quod quędam fiũt cum agimus,quędam cum recordamur,quędam cum speramus.Quod Argyropylus satis expressit,cum hoc in loco sic literam vertit. Atq; omnino fit vt virtus morum in voluptatibus,doloribusve consistat. Voluptas enim,aut cum agim⁹, aut cum recordamur,aut cum speramus,effici solet. VI. Et quanuis extante fluenteque tẽpore intelligamus & contemplemur. Quia anima rationalis alligatur corpori,sicut ipsa quanta est per accidens,ita & eius operatiões per accidens trahuntur fluore temporis,vt succedente vna item & altera temporis parte intelligamus.Non tamen idcirco intellectiones sunt ĩ tempore,vt calefactio aquę. nam calefactio dum taxat temporis successione perfecta euadere potest,intellectio autem nõ indiget successione temporis,sed quolibet momento perfecta euadit,tametsi in tempore fiant diuersarũ intellectionum eque pfectarũ alternationes & successiones. Neque ex eo q; aĩa intelligit fluente tempore,quis recte collegerit intellectionem eius mensurari tempore, sicut in simili non valida est argumentatio,corpora se tangunt fluente tempore, ergo corporum contactus indiget tempore. nam in quolibet nunc temporis impartibili fit corporum contactus.sicut neque recta est illatio.aer succedente tempore illuminatur, ergo illuminatio fit in tempore. nam ipsa fit in instanti perfecta, completaque,neque temporis eget curriculo.Cum primum enim lucidum adest, subito totum perspicuum lumine perfusum cernitur.

¶Quarti capitis annotat.

¶Circulus,orbis sphæra. ¶Vniuoca, quæ eiusdem sunt naturæ. ¶Aequiuoca,quæ sunt diuersæ. ¶Aequiuoca,homonyma. ¶Proxima,quæ in eodem genere sunt proxima,& quasi similia. ¶Susceptum quod,est quod non alterius ratione recipit. ¶Quovero,quod alterius ratione, medianteq; altero suscipit.

QVartum caput continet vnam quęstionem,duas conclusiones,duas rationes, & quatuor comparabilium conditiones post primam,vnius quęstionis solutionem post secundam. ¶Quęstio. An omnis motus omni motui penes velox & tardum comparandus existat? ¶Prima conclusio. Nõ omnis motus omni motui comparabilis existit. ¶Primo,quia si omnis omni cõparabilis est, vt æque velox dicatur quod in æquali tẽpore mouetur,erit motus circularis alicui motui recto æqualis,& aliquis maior,& aliquis minor. hoc autem esse non potest. quomodo enim erit circulus recte æqualis? ¶Secundo,quia si æque velox dicatur quod in æquali tempore mouetur, cum in æquali tẽpore aliquid feratur, & aliquid alteretur,erit quædam alteratio loci mutationi ęqualis. quod si ita esset,& passio æqualis esset spatio & lõgitudini, & hæc maior. hæc vero minor. hoc autem esse non põt,vt neq; recte circulus ęqualis. quare neq; alteratio,loci mutationi comparabilis. Neq;valet si dixeris,quod circulo mouetur, velocius aut tardi⁹ moueri oportere eo quod secundũ rectum fertur:quia si velocius aut tardius,ergo & ęqualiter,vt si b circulo torqueatur ĩ tẽpore a. & c recto feratur in parte a:& idcirco dixeris b motum velocitate minorem,c vero maiorẽ. Nos vero dicimus motum circularẽ neq; velociorem, neq; tardiorem,maiorem,aut minorem recto.nam oporteret circulum & rectũ esse comparabilia secundum maius, minus, & æquale. Est enim id velocius, quod in æquali tempore spatium percurrit maius: & id tardius, quod in æquali pertransit minus. Et cir-

nõ oiĩ motui oi motui est cõparabilis

velocius quid

cularis motus spatium, circulus est, & recti rectum. At si quis crederet motus esse æque veloces,qui æquali tempore absoluantur:velociores, qui minori:tardiores,qui maiori: nihil aliud est quam si credas lente ambulantem æque velociter aut velocius currente moueri:imo & currentem tardius, si pluri tempore
10 currat. ¶Comparabilium quatuor conditiones. ¶Prima. Omnia non æquiuoca sunt comparabilia:vt augmentatio augmentationi:diminutio,diminutioni,albefactio,albefactioni:& ita in cęteris. Non autẽ æquiuoca,vt vinum non est stylo acutius,aut in fidibus postrema chorda:quia acuties in vino,& acuties in stylo,& chorda,æquiuoca est:& magis alteratio:& loci mutatio. Vnde fit vt si vini acuties non dicatur penetratur velocior aut tardior acumine styli, multo minus dicetur alteratio velocior aut tardior loci mutatione. Et si dicas, eadẽ ratio est acuti in vino & stylo,& quod sensum penetrat:& multi in tempore,circulo,& recto:dicimus hoc falsum esse,sed esse æquiuocã, quanuis nomina sint eadem. ¶Secunda. Comparabilia debent esse eiusdem naturæ, aut sub proximo genere contenta:vt equus & canis genere proxima sunt,& vox & aqua non sunt genere proxima.ideo non comparabilia. ¶Tertia. Quod nõ differant susceptiuo vt quo,& quod:vt dulcedo in melle, nullo medio suscipitur: dulcedo vero harmoniæ,mediantevoce in susceptiuo recipit: ideo cõparabilia nõ sunt. sunt item & homonyma. ¶Quarta. Comparationes faciendæ sunt secundum speciem indiuiduam,& non secundum eam quæ diuidua est: vt coloratum diuiditur in album & nigrum:idcirco non bene comparabimus albũ nigro secundum coloratum,neque rite assignabimus an album sit nigro magis coloratum.
11 ¶Secunda conclusio. Vt motus æque veloces dicantur,non sufficit eos eodem tempore fieri. ¶Nam alteratio & secundum locum mutatio eque veloces dicerentur,pariter & motus circularis & rectus.quod est inconueniens. Non igitur vt eodem tempore fiant, sufficit vt dicantur æquales. ¶Et si quæras,cur non comparentur? an quia alteratio genus est,aut loci mutatio,aut tẽpus? Dicimus tempus semper idem specie esse, & eundem specie eius partes copulantem atomum: sed alterationem & loci mutationem longe genere diuersa esse, imo & ipsa diuersa esse genera,quæ comparationibus non apta esse diximus. Et species habet alteratio albefactionem,nigrefactionem,& huiusmodi cæteras,secundum qualitatum sensibilium species. Et loci mutatio species habet secundum terminos diuersas:vt sunt motus sursum,& deorsum. secundum spatia: vt circularem,& rectũ.& secundũ instrumenta motus exequendi: vt ambulationem secundum pedes,volatum secundũ alas,& similes. Et licet gen⁹ vnum sit,in eo tã multa latent etiã ęquiuoca:quorũ hęc valde distantia sunt, hęc vero similitudine proxima,ita vt cũ ęquiuoca sint,non percipiantur. Et (vt summarie multa complectamur) hęc ęque velocia sunt, q̃ in ęquali tempore mouentur secundum ęqualem magnitudinẽ,secundum idem specie indifferens,& motum specie indifferentem.Hinc perspicere licet quę gnationes æque veloces dicantur, vt ęque in ęquali tempore,ęquali magnitudine,& secundum idem specie indiuisibile(vt homo & equus)fiunt.Ita & corruptiones,& augmentationes, & diminutiones. Et alterationes ęque veloces, quæ in æquali tempore secundum eandem specie indiuidua passionem(quæ neq; magis fit,neq; minus,sed ęqualiter) existunt: vt eorum quæ in ęquali tempore ęqualiter albescunt aut sanantur. Et si dixeris,secundum qualitatem sumitur similitudo,& secundum qualitatem ęqualitas.non igitur alterationes quæ sunt secundum qualitatem, dicentur ęqualiter veloces,aut ęqualiter esse. Dicimus, cum eas ęque veloces dicamus,nos ad tempus inter cętera respicere,& cũ eas neque magis,neque minus, sed ęqualiter esse:ad numerum. Et ita quæ loci mutationes æque veloces sint, intelligas:per quę,& protinus quę velociores,& quę tardiores secundum vnum quodque mutationum genus sint mutationes,facile cognoscas.

quę sunt cõparabilia & quę no

eiusdẽ naturę cõparabilia esse requiritur

differentia susceptiuo nõ possunt cõparari

ad motuũ ęqualitatẽ nõ sufficit tps

cõparationi motuũ circumscripta debet respici

cũ alterationes ęque veloces appellamus tps principue respicimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

VArti cap. ſcholia. IX. Quomodo enim erit circulus recte æqualis? Si motꝰ rectus motui circulari dicatur eſſe æqualis, & æque velox, & aliquis velocior, & aliquis tardior, ſpatium circulare erit æquale ſpatio recto, & aliquod maius, & aliquod minus, Si enim motus adinuicem cõparantur, & ſpatia adinuicem comparari poſſunt. q̃ ſi ſpatia adinuicẽ comparationem non ſuſtinent, neq; motus ſuper illa facti. At ſpatium circulare nõ eſt æquale ſpatio recto, neque maius, neque minus, quia non eſt eiuſdem cum eo naturæ, ergo neque motus rectus & circularis adinuicẽ comparari poſſunt. Quod ſi ita eſſet, ſcilicet q̃ quædam alteratio eſſet loci mutationi ęqualis, tunc albedo æqualis eſset ſpatio lationis. Si enim motus adinuicẽ comparantur, & ea ſecundum quæ eſt motus, motuumq; ſpatia adinuicem cõparabuntur. q̃ ſi ſpatia non cõparantur, neq; motus. At albedo non eſt æqualis magnitudini, quia alterius eſt generis. ergo neq; alteratio loci mutationi. Et c recto feratur in parte a. Sit a tp̃s vnius horę, p̃ quod moueatur b circulariter. c autẽ motu recto feratur in medietate ipſius a, inſuper d moueatur recto motu in tempore duplo ad a. Tunc c in minori tempore loco mouetur q̃ b, ergo velocius. Id enim velocius fertur, quod minori tempore ſuum abſoluit ſpatium. d autem maiori tempore fertur q̃ b circulo agitatum, igitur tardius mouetur q̃ b. Id em̃ tardius mouetur, quod in maiori tempore ſuum abſoluit ſpatium. Tunc ſic. aliquid recto motu velocius mouetur quã id quod circulo torqueatur, & aliquid tardius. igitur & aliquid recto motu fertur æqualiter ei quod agitatur circulo. Sicut em̃ vbicunque eſt reperire maius & minus, illic eſt reperire æquale, ita vbicunque eſt reperire velocius & tardius, illic & reperire æquale. Soluit aũt philoſophus hanc obiectionem, negando c mobile velociꝰ ferri q̃ b, & d tardius, & interimendo illam velocioris tardioriſq; definitionem adductam, quodvtraque minus ſit ſufficiẽs. Non em̃ vt quicquam velocius aut tardius dicatur, ſola temporis ratio habenda eſt, q̃uis ea requiratur, ſed & ęqualitatis aut inęqualitatis ſpatij. Itaque tametſi oẽ velocius minori tempore ſuum abſoluit ſpatium, non tñ ediuerſo quidquid minori tempore ſpatium abſoluit, eſt velocius, vt clare oſtendit litera. Et ita de tardiori cenſendum eſt. Et idipſum clarius ſecunda huius capitis concluſio monſtrat. X. Omnia non æquiuoca, ſunt comparabilia. Non hic de quarumuis rerum comparatione loquitur philoſophus, ſed ſecundum materiam ſubiectam duntaxat de motibꝰ qui adinuicem conferri cõpararię poſſunt, vt hic habeatur intellectus, omnes motus eiuſdem ſpeciei & naturę adinuicem comparabiles ſunt, vt calefactio aquę calefactioni eiuſdem, & frigefactio frigefactioni. Aequiuoci autem motus, & diuerſarum naturarũ, non adinuicẽ comparari poſſunt, vt albefactio ambulationi. quod & in cęteris affectionibꝰ q̃ non ſunt motus, inuenitur. Vinum em̃ non eſt acutiꝰ ſtylo aut vltima chorda citharę, quia acuties vini ſtyli & chordę diuerſarum ſunt naturarum, cum diuerſis percipiantur ſenſibus. Vini enim acuties guſtu percipitur, ſtyli tactu, & chordæ auditu. Quod ſi acuties vini ſtyli & chordę non adinuicem comparantur, quæ tamen eiuſdem ſunt generis, ſcilicet qualitatis ſenſibilis, multo minus alteratio, & ſecũdum locum mutatio cõparari poſſunt, quę ſunt diuerſa genere generaliſſimo, imo diuerſa genera, quare & magis æquiuoca. Secundum ſpeciem indiuiduam, & non ſecundum eã quæ diuidua eſt. Hęc conditio non intelligitur de ſubiectis earum proprietarũ ſecũdum quas fit comparatio, quia nõ oportet illa ſubiecta eſſe eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ. homo enim apte comparatur equo, aſino, cani, & cęteris id genus animantibus, ſecundũ velocitatem aut tarditatem motus. ſed potiſſimum intelligenda eſt de proprietatibus ſecundum quas fit cõparatio. eſtq; huius conditionis ſententia, q̃ cõparationes faciendę ſunt ſecundũ p̃prietatem ſpeciei indiuiduę & ſpecialiſſimæ, & nõ ſecundum ſpeciem ſubalternam, vt nix & cygnus q̃uis gñe ſubſtantiæ diuerſa ſunt, bene comparantur ſecundum albedinem, ſed non ſecundum colorem. XI. Et licet genus vnum ſit, in eo tamen multa latent. Tametſi notio generis vna ſit, tamen ſub ea multa continentur æquiuoca, id eſt diuerſarum naturarum entia, vt ratio animalis vna eſt, tamen animal importat ea quę diuerſarum ſunt naturarum. Et eorum quæ gñe ſignificantur, quædam ſunt valde diſtantia, quæ ſtatim cognoſcuntur eſſe diuerſa, quædã vero ſunt ſimilitudine p̃xima, quæ vſqueadeo parum differunt, vt q̃uis diuerſæ ſint naturæ, tamen vix percipiuntur habere diuerſitatem, & creduntur eſſe eiuſdem naturæ, vt exhalatio ligni, & vapor aquæ, lumen ſolis & ignis, imago faciei directa & reflexa. Secundum idem ſpecie indifferens. Id eſt ſecundum eũdem terminum ad quem ſpecie, vt ad eandem ſpecie formam ſubſtantialem aut accidentalem. & ſecundũ motum ſpecie indifferẽtem, id eſt ſecundum motum eiuſdem ſpeciei indiuiduæ, vt eiuſdem ſpeciei generationem, corruptionem, alterationem. Et ſi dixeris, ſecundum qualitatem ſumitur ſimilitudo. Hæc obiectio diluitur admittendo, quod ſecundum quantitatem ſumitur per ſe, & gratia ſui æqualitas extenſionis aut diſcretionis. tamen ſecundum qualitatem recte ſumitur æqualitas extenſionis. gratia tamen quantitatis, ſcilicet numeri, cum in qualitatibus idem eſt numerus graduum, vt ſi duarum aquarum vtraque caleſcat calore decem graduum, illæ qualitates ſunt intenſione æquales.

¶Quinti capitis annotat.

¶Mouet, mouet ſecundum locum. ¶Medietas mobilis, eſt mobile ſubduplum. ¶Non mouentium & mobilium moles quantæ ſint reſpiciendæ ſunt, ſed mouentium & mobilium potentię. ¶Medium, dimidium.

QVintum caput continet ſeptem comparationum mouẽtium & mobilium regulas. ¶Prima regula. Si aliquod mouẽs moueat aliquod mobile aliquanto tempore, & aliquanto ſpatio, idem mouens aut æquale mouebit mobilis medietatem per duplum ſpatium in æquali tempore. ¶Sit a mouens. b mobile. c ſpatium. d tempus manifeſtum eſt q̃ quicquid mouet aliquid. aliqua vi ſuperante mouet, aliquanto tempore, & ſpatio. vnde ex analogia regula euadere poteſt, vel quã manifeſtiſſima. ¶Secunda. Si potentia mouens moueat mobile aliquanto tempore, & aliquanto ſpatio: potentia eadem aut ei data æqualis mouebit mobilis medietatem per idem ſpatium in temporis medietate. ¶Tertia. Si potentia mouens moueat mobile aliquanto tempore, & aliquanto ſpatio: eadem potentia aut ei data æqualis mouebit idem mobile per ſpatii medietatem in medio tempore. ¶Quarta. Si virtus mouens quodcunq; moueat mobile aliquanto tempore, & aliquanto ſpatio: media virtus, mobilis medietatem eodem ſpatio mouebit, & in eodem tempore. ¶Harum omnium cauſa eſt par eademq; analogia. ¶Quinta. Si virtus moueat mobile aliquanto tempore, & aliquanto ſpatio, non neceſſe eſt eandem virtutem aut datam æqualem mouere duplum mobile per dimidiũ ſpatij in eodem tempore, aut per æquale in duplo tempore. Sit a virtus motiua. b mobile, quod moueat ſpatio c in tempore d. & l duplum mobile b. non oportet virtutem a etiam omnino l mobile duplum mouere poſſe. Nam accidit l mobile vim motricem a ſuperare. ¶Sexta. Si virtus mouens moueat aliquod mobile aliquanto tempore, & aliquanto ſpatio: non oportebit virtutis medietatem idem mouere mobile per dimidium ſpatij in eodem tempore, aut per idem ſpatium in duplo tempore. Alioqui ſi quinquaginta ſimul homines mouerent nauem, contingeret & vnunquemq; ſolum mouere nauem. ¶Et ex hoc deprehenditur calumniæ zenonis ſolutio. Argumentabatur em̃ ſic. Si, inquit, modius milij cadens in terram ſonaret, & illius medietatis medietas, & iterum illius medietas, & ita in infinitũ: vt minutiſſima milij pars ſonũ ederet. quod eſt impoſſibile. Non oportet (quod zeno confiſcere intendit) ſi modius milij aut miliũ cadẽs ſonum faciat, & medietatem ſonum efficere. Nam forte ita exilis atq; extenuata eius virtus fuerit, vt medij reſiſtentiam non ſuperet, & aerem non diuidat, neq; cadat. Et quanuis pars illa in toto vna cum reliquis totius partibus moueret, non tamen & actu & per ſe mouebat. vt numerus mouentium nauem, & vnius illo numero. ¶Septima. Si duæ virtutes motiuæ moueant aliqua mobilia aliquanto tempore, & aliquanto ſpatio: virtus ex illis collecta mouebit mobile ex mobilibus collectum per idem ſpatium, & in eodem tempore. Ex analogia (vt cętera) cognita eſt. Et has comparationis mouentium ad mobilia regulas applicamus conſimiliter ad augmentationẽ, diminutionẽ, alterationẽ, & reliquos motus, hunc in modum. Si augmentans, diminuens, aut alterans, augmentat, minuit, aut quodcunq; alterat aliquanto tempore, aliquanta quantitate, aut qualitate, idem augmentat, minuit, aut alterat duplex dimidiũ in eodem tempore. Et idem augmentabit, minuet, aut alterabit medium in temporis medietate, & dimidia mutatione in temporis medietate. Et media virtus augens, minuens, aut alterans, mediũ auctũ, minutũ, aut alteratum in eodẽ tẽpore reddit. Et non eſt neceſſe ipſam poſſe in ipſius duplũ in duplo tẽpore, neq; virtutis augẽtis, minuentis aut alterãtis medietatẽ poſſe in totũ. Et ſi duo mouent duo, vt augmentando, & virtus augmentans collecta, duorũ aggregatũ eodẽ tẽpore mouebit, & virtus diminuẽs & alterãs cõſimiliter. & de his hactenꝰ dictũ ſit ſufficiẽter.



QVinti capitis ſcholia. XII. Vnde ex analogia regula euadere poteſt. Et ſi hæ ſeptem regulæ ex analogia cognoſci poſſent, aut exemplari declaratione, tamen vt earum veritas ſit perſpectior, ſingulę demonſtrationis luce oſtenduntur, quę maiorem habet ſplendorem, efficatiam & robur, quam quęuis alia manifeſtatio. Itaque prima regu-

Universidad de Deusto Biblioteca

la hoc pacto monſtratur. Sit a mouens. b mobile. c ſpatium. d tempus. & moueat a mobile b per ſpatium g c in tempore d e. ſit i medietas mobilis b. & ſpatium g h duplum ſpatio g c. Dico q̃ a mouet i per ſpatium g h in tempore d e. patet. nam ſiqua virtus ad totum habet proportionem duplo maiorem habet ad eius dimidium. At a mouens ad b habet aliquam proportionem. nam mouet ipſum & quicquid alterum mouet, aliqua vi ſuperante mouet. igitur a duplo maiorem habet proportionem ad i medium ipſius b. Tunc ſic. Velocitates motuum ſequuntur proportiones potentiarum motiuarum ad potentias motas. id eſt, virtutes quæ maiori proportione mouent ſua mobilia, velocius mouent. & quæ ab æquali proportione, æque velociter. quæ vero a minori proportione, tardius. At a duplo maiori proportione mouet i medium quam b integrum, vt oſtenſum eſt. ergo a duplo velocius mouet i quam b. quare per definitionem duplo velocioris, in æquali tempore mobile i duplum abſoluit ſpatium. At ſpatium g h duplum eſt ſpatio g c. igitur a eadem virtus mouens, in tempore eodem d e, mouet i medietatem mobilis per duplum ſpatium. quod eſt propoſitum. Secunda regula ſic demõſtratione elareſcit. Sit a virtus mouens. b mobile, g h ſpatium. & d e tempus, quod diuidatur in ſigno f in duas medietates. ſit i media virtus reſiſtẽs mobilis b. & moueat a ipſum b per ſpatium g h in tẽpore d e. Dico quod a mouebit i medietatem b per idem ſpatium g h, in d f medietate totius temporis. Nam cum a mouet b, aliquam habet ad ipſum proportionẽ. Mouẽtis em̃ ad mobile ſupponim⁹ eſſe proportionem, cum vtrunque finitum ſit. At i eſt medietas mobilis b. igitur a ad i duplo maiorẽ quam ad b habet proportionem, per principium prius poſitum. Rurſum a duplo maiorem habet proportionem ad i quam ad b, igitur a duplo velocius mouet i quam b. Quę enim virtutis ad virtutem proportio, eadem & velocitatis ad velocitatem, per principium prius poſitum. quare per definitionem velocioris, i medietas mobilis pertranſit idem ſpatium g h in duplo minori tempore, vt d f. quod eſt propoſitum. Tertia regula ſic monſtratur. Moueat a virtus mouens ipſum b mobile per totum ſpatium g h (cuius g c ſit medietas in toto tempore d e. cuius d f ſit medietas. Dico quod a mouebit b per medietatem ſpatij g c in medio tempore d f. Nam oſtenſum eſt in ſecundo capite ſexti phyſicorum in quarta concluſione, quod cum mobile aliquod regulariter mouetur (qualiter b mobile in hac & qualibet ſeptem regularum moueri ſupponimus) conſimiliter diuidũtur magnitudo ſiue motus ſpatium, & temp⁹, vt tota magnitudo toti tempori, & pars conſimiliter parti reſpondeat. ergo ſi a mouet b per totum ſpatium in toto tempore, mouebit idem mobile per medium in medio. alioqui eadem manente virtute mouente & mobili, diſſimiliter ſpatium, & tempus diuiderentur. quod eſt inconueniens, & oppoſitum prius oſtenſi. Aliter idem monſtratur. ſi a moueat regulariter b per totum ſpatium g h in toto tempore d e, & tamen non moueat ipſum per medium ſpatium g c in medio tempore, gratia diſciplinę moueat a ipſum b in medio tempore ſolum per primam tertiam ſpatij g h, ſcilicet g l, cum b per hypotheſim moueatur regulariter, in æqualibus temporibus æqualia perficit ſpatia. quare ĩ tempore f e æquali tempori d f, pertranſit ſecundam tertiam l m. non igitur in toto tempore d e pertranſit totum ſpatium g h, ſed ſolum eius partem g m, quod eſt oppoſitũ hypotheſeos. Secundo gratia deſciplinę tranſeat b mobile in tempore d f duas tertias ſpatij g h, ſcilicet g m. Cum b mouea tur regulariter, in æquo tempore æquum abſoluit ſpatium. quare in e pertranſit ſpatium æquale ipſi g m. Illud autem eſt maius quam ſpatium m h reſiduum, imo eſt illius duplum. igitur b toto tempore d e maius pertranſit ſpatium quam g h. quod iterum hypotheſi repugnat. Cum itaque non poſſit b tranſire in medio tempore d f minus quam medietatem ſpatij, neq; plus, relinquitur tertium, ſcilicet quod tranſibit ipſam ſpatij medietatem, quod eſt propoſitum. Quartæ regulæ hęc ſumi poteſt demonſtratio. Moueat ipſum b per ſpatium g h in tempore d e, & ſit K medietas ipſius a, & i medietas b. dico q̃ K mouebit i per idem ſpatium g h in eodem tempore d e. Patet. nam quia a mouet b, aliquam habet proportionem ad b. quare & K eius medietas eandem habet proportionem ad i medietatem ipſius b. nam quæ proportio totius ad totum, eadem eſt dimidij ad dimidium. Rurſum eadem eſt proportio K ad i, quæ a ad b. igitur K ęque velociter mouet i, ſicut a mouet b. Eadem enim virtutum mouentium ad ſua mobilia manente proportione, æqua eſt motus velocitas. igitur K mouet i per æquale ſpatium in eodem tempore, per definitionẽ ęque velociũ. Sed a mouet b per ſpatium g h in tempore d e, per hypotheſim. igitur K mouet i p̃ idem ſpatium in eodem tempore, quod eſt propoſitum. Quintę regulę demonſtratio eſt. Sit a virtus mouens b ſecundum ꝓportionem ſeſquialteram per ſpatium g h in tempore d f. Dico quod non oportet a mouere i duplum mobile ad b per medium ſpatium g c eodem tempore d f, aut per totum ſpatium g h in duplo tempore d e. Patet, quia a mouens eſt ſeſquialterum ad b mobile, igitur l duplum mobile eſt ſeſquitertium ad a mouens. nempe ſi quſcquam ad alterum eſt ſeſquialterum, duplum minoris eſt ſeſquitertiũ maioris, vt ternarius ad binarium eſt ſeſquialter, & quaternarius duplũ minoris eſt ſeſquiterti⁹ ad ternarium maiorem numerum. quare l mobile eſt maius, & a virtus mouens eſt minor. At virtus minor non poteſt mouere mobile minoris virtutis. quicquid em̃ mouet, aliquavi ſuperãte mouet. & a minori virtute aut equali non fit motus, ſed ſolũ a maiore. igitur a non mouet l. quare neq; ipſum mouet p̃ medium ſpatium in eodem tempore, neq; per idem ſpatium in duplo tempore. Sexta regula hac demonſtratione elucidatur. Sit a' mouẽs ſeſquialterũ ad b, & moueat ipſum per ſpatium g h in tp̃e d f. ſit K medietas ipſius a. Dico q̃ K nõ mouet ipſum per mediũ ſpatiũ g c in eodẽ tp̃e d f, aut per totum

a minori ad equalem virtute nõ prouenit motus

ſpatium g h in duplo tempore d e. Patet, quia mouens eſt ſeſquialterum ad b, igitur K medietas ipſius a eſt ſubſeſquitertium ad b. Si em̃ quicq̃ ad alterum eſt ſeſquialterum, dimidium maioris eſt ſubſequitertium minoris, pręſertim vbi maius habet dimidium, vt ſenarius ad quaternarium eſt ſeſquialter, & ternarius dimidium maioris, eſt ſubſequitertius ad quaternariũ numerum minorem, quare K eſt minor quam b, non poteſt igitur K mouere b, a minore enim virtute non fit motus, igitur K non mouet b per medium ſpatium eodem tempore, neq; per idem ſpatium in duplo tempore, quod eſt propoſitum. Quod ſiquis aſſerat oppoſitum iſtius regulæ oporteret ſi quinquaginta homines traherent nauem, & vnum quemlibet illorum ſigillatim traheret nauem ſemper eodem ſeruato mobili, virtutem mouentem mediando, quod clarius in numero pariter pari, vt ſexaginta quatuor (qui ad vnitatem vſq; diuiſionem recipit) oſtenditur. Nam ſi ſexaginta quatuor homines trahunt nauem, per huius ſextę regulę oppoſitum (quod gratia diſciplię aſſeritur) & media virtus triginta duo homines trahent eandem nauem, per idem & media virtus ſcilicet ſedecim homines, inſuper & media virtus octo hoies, præterea quatuor, deinde duo, & poſtremum vnus ſolus traheret eandem nauem, quod eſt manifeſtum inconueniens. Poſtremum ſeptima regula hoc pacto monſtratur, ſint tria æque velociter mouentia, a, m, o, quorum a moueat b per ſpatium g h in tempore d e, & m moueat n per idem ſpatium in eodem tempore, ſimiliter o moueat p per idem ſpatium in eodem tempore. Dico quod q̃ virtus collecta ex tribus virtutibus mouentibus, mouebit r mobile collectum ex tribus mobilibus. per idem ſpatium g h in eodem tempore d e. Patet, quia mouentia æque velociter mouent, & mobilia ſunt ęque velocia, igitur mouentia mouent ſecundum eadem ꝓportionem, vt quæ eſt proportio a ad b, eadem ſit m ad n, & o ad p. quare ipſius q totalis mouentis ad r totale mobile eadem erit proportio, quæ vnius cuius libet ad vnum. Nam per viceſimam ſecũdi Arithmeticę Iordani, ſi quotlibet numerorum ad totidem alios fuerit vna proportio, quæ vnius ad vnum, ea omniũ ſimul ſumptorum ad omnes pariter acceptos erit proportio. Tunc ſic eadem eſt q ad r proportio, quę a ad b, & cæterorum mouentium ad ſua mobilia, ergo ęque velociter mouebit r, ſicut a mouet b. Ab æquali enim proportione naſcitur æqua motus velocitas, igitur per diffinitionem æque velocium, b mouebitur per æquale ſpatium. ſcilicet g h, in eodem tempore, vt d e, quod eſt propoſitum.

¶ Paraphraſeos in Septimum Phyſicorum, finis.

Paraphraſeos in primum cap. VIII Phyſicorum annotatiunculæ.

¶ Aſſeuerant, affirmant. ¶ Perenne, perpetuum, quod principio fineque careat. ¶ Principium & finis durationis. ¶ Vel, etiam.

1 Ctauus Liber Phyſicorum continet decem capita. Primum caput continet vnam quęſtionem, quatuor antiquorum de motus perpetuitate opiniones, duas concluſiones, & quatuor rationes ad primam. ¶ Quæſtio. An factus ſit motus vt añ ipſum nullus omnino pręceſſerit? an deficiet vt ne vllus quidem poſtea ſit futurus? an neq; hoc pacto factus ſit vnquam, nunquamve caſur⁹, ſed ſemper fuerit, ſemperq; ſit futurus, vt quiddam immortale, & ſine quiete, & vt vita quædam omnibus rebus natura conſtantibus? ¶ Quatuor antiquorum de hac re opiniones. ¶ Prima eſt ponentium infinitos mundos, quorum quidam continue occidant, alij vero continue oriantur, qui, quia credunt huiuſ
3 modi rerum ortus & obitus ſine gñatione & corruptione fieri non poſſe, quare
4 neq; ſine motu, motum aſſeuerant eſſe perpetuum. ¶ Secunda eſt ponentium vnum eſſe mundũ, ſed eum perpetuũ eſſe aſſerentium. ¶ Tertia eſt Anaxagoræ mundum eſſe genitũ ponentis, & motum incepiſſe, at neq; motũ neq; mundum poſtea interitura eſſe. Aiebat em̃ oia in infinito ęuo in chao & confuſione diluituiſſe, & quieuiſſe, quę diuina mens aliqñ incepit ſegregare, & tunc quoq;
5 mundum & motũ incepiſſe. ¶ Quarta eſt Empedoclis, qui mundũ interpolatis vicibus ponit generari, & corrumpi: generari quidem, cum lis ſegreget & diuidat: corrumpi, cum amicitia congreget atq; vniat. Ponit em̃ litem ſegregando

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnum multa facere,& amicitiam congregando multa facere vnum,& interual
lis medijs(cum neq; lis separet,neq; amicitia cōgreget)omnia quiescere. Et hę
sunt opiniones naturaliter loquentium,& qui motum esse confessi sunt,qui ve
ro motum non admiserunt,de hac quæstione,quod nobis vtile sit,nihil memi-
nerunt. Et certe huius quæstionis inquisitio non modo vtilis est ad naturæ ex-
plorationem,sed & ad eam philosophiæ partem , quæ primū rerum exordium
contemplatur,atq; primum totius naturæ principem. ¶Prima conclusio. Mo-
tus non incepit ita vt ante ipsum nullus præcesserit motus. ¶Primo. Motꝰ est
actus mobilis vt mobile est,quemadmodum prius ostensum est, siquando igi-
tur factus est motus,& res mobiles (quæcunq; fuerint illæ) præcessisse necesse
est,quodvel sine motus definitione concedas,vt si qua futura sit alteratio, & al-
terabile præiacere necesse est,& si loci mutatio,loco mutabile, & si combustio,
& combustiuum & combustibile. Aut ergo res ipsæ mobiles perpetuæ fuerunt
ante iacentes,aut aliquando genitæ,si genitæ,ergo motus eas præcessit , ꝑ quæ
in lucem sunt editæ. Motus igitur quem assignabas, non erat primus . Quod si
dixeris res eas,æternas atq; perpetuas anteisse,& hoc certe incommodum vide
tur,& vt a scientibus dicatur,indignū. Non igitur motus videtur factus,vt nul
lus ante ipsum antecesserit motus. ¶Secundo. Quia si motiuū & mobile æter-
na fuerint,cū hoc moueri posset , illud vero semper mouere , seculis æternis id
mobile quieuit , & motiuū ipsum non mouit factū aliqñ primū mouens . Erat
igitur causa quietis aliqua,est enim quies,motus priuatio . At vero esse nequit
causa quietis vlla sine motu præuio. Non igitur dabis primū motum quinimo
omnem motū pręcedet motus prior. Quod si dixeris virtutē illam motiuam ad
opposita posse,vt scientia contrariorum est,& non vt ignis,qui tantum calefa-
cit,& non frigefacit, id dictum parum ponderis habere videtur . Nā videmus
quæcunq; possibilia sunt mouere & moueri,se consimiliter habentia, & proxīa
semper mouere & moueri, essent enim talia quare potius alterum semper mo-
ueret,& alterum moueretur. Et si añ non moueret vnū, neq; alterū moueretur,
non semper in eadē dispositione fuerunt & nunc,cum mouet alterū,& alterum
mouetur,demutatum igitur videtur vnū aut alterum,& prior incepisset motus
eo quem tu ponis primū:vt si hoc nunc est duplum, cū ante non esset duplum,
aut ipsum,aut ad quod dicitur duplum,mutatū essevidetur. ¶Tertio. Consen
sus philosophorum (vno Platone scilicet excepto , qui in Timęo tempus cum
cælo genitum asserit)est,tempus esse perpetuum. Democritus em̄volens osten
dere omnia facta esse,impossibile esse , ita argumentatur , tempus perpetuum
est,igitur vt omnia facta sint,impossibile est. At si tempus est perpetuū,& mo-
tum esse perpetuum oportet. Est enim tempus(vt ex præcedentibus cognitum
est)numerus motus secundum prius & posterius,& motus passio quædam & af
fectio esse videtur. Non est igitur modo qui dictus est factus. ¶Quarto. Si di-
xeris cum Platone tempus factum,& incepisse,cum tempus sine nunc incepis
se intelligi non possit,nunc autem omne,medium sit,vt vnius finis , & alterius
principium,vt tempus nunc illud(quodcunq; dederis) præcessisse confitearis
oportet. & ita semper procedas , vt tempus sese offerat perēne atq; perpetuum.
Quod si tempus perenne est , & motus perennis erit atque perpetuus , est enim
tempus(vt superius dictum est) numerus & passio quædam motus . ¶Secun-
da. Motus vt neque factus incepit,ita quoque neque interiturus estvnquam,vt
ne vllus sequatur. Nā queadmodū qui motus ortū confitenť,cogūtur concede-
re motū motu primo priorē,ita & qui desiturū putant,concedere oportebit mo-
tum citimo atq; postremo motu posteriorē, quia aut eo corrupto res ipsæ simul
corrumpunť,aut manēt superstites,si corrūpunť,cū nihil in nihilum corrumpa
tur,abibunt ī alterum. Hoc autē esse nequit,nisi comitante motu. Erit igitur is
motus citimo & postremo motu(qui positus est)posterior . Si manent supersti-
tes,ijsdem quæ de motus inceptione posita sunt,vrgendum est argumentis.

PRimi capitis octaui physicorum scholia. I. Et vt vita quędam omnibus rebus na
tura constantibus. Verba sunt in analogia. Quia enim supremum cęlum est primum
vniuersi corpus, videtur motus eius esse prima causa omnium viuentium,& rerum
sensibilium,ꝙ primus sit,& prima operatio,& ideo aliorū vitam,operationesq; vi-
tales mensurare. hinc effectiua vita dicitur, quod efficiat ꝓprias viuētium ī mundo
sensibili operationes. Insuper & perpetuus cęli motus secūdum Aristotelem est imago vitæ sempi
ternæ in deo,& illam diuinā supermundanāq; primi entis exprimit vitā,tanq̄ vestigium suaue-
ritatem. Et vt eam expressius atq; verius insinuaret,sicut illa est perpetua,arbitratus est Aristo-
teles & motū cęli debere esse perpetuum, quo esset maior imaginis ad suum exemplar respōsus
& assimilatio. VI. Motus non incepit ita vt ante ipsum nullus pręcesserit motus . Quod motus
cęli non inceperit eo mō quo posuerunt antiqui,neque mundus per gñationem physicam, recte
asserit philosophus , & id suæ moliunťur rationes oñdere . Non enim per generationem,sed per
creationem philosophis incognitā incepit mundus. Quod autem asserit añ quencunque motum
alium pręcessisse,non recte sentit,quia primꝰ motus cum primo mobili habuit initium,vt sacræ
attestantur literę,solidissimaveritate subnixæ, quibus hac in re credendum est , non Aristoteli.
Est enim maior fidei catholicę & summæ illiusveritatis(a qua habet illa suum robur & fulcimē
tum)authoritas,quam philosophi sola ratione naturali subnixi, & ea q̄ supra naturā facta sunt,
illo sublustri lumine percipere non valentis. Proinde rationes ad hanc conclusionem adductæ ab
Aristotele,quia oppositum syncere veritatis probare moliuntur,diluendę sunt. Prima quidem
admittendo diffinitionem motus in tertio physicę institutionis datam. Et si motꝰ naturę poten-
tia inceptus est,& mobile oportere tempore pręcedere. at si virtute supernaturali factus est mo-
tus. non oportet mobile ipsum motū tępore antecedere,sed sufficit mobile,ipsum motum natu
ra anteire. Quo quidem modo diuina,& quæ longe naturævim excedit virtute,mobile cum mo
tu simul tempore incepit,&nō nisi natura pręcessit,quo modo subiectum,suum accidēs. Quocir
ca dicimus res ipsas mobiles nō perpetuas antecessisse,sed aliqñ productas esse,& ortum habuis
se,non quidem per physicam gñationem sed supernaturalem productionem atque creationem.
quare non oportet motum antecessisse,per quem res mobiles sunt productę. nā huiusmodi crea
tio,& rerū ex nihilo ad esse productio,motus non est. Secunda ratio dissoluitur, cōcludendo ip-
sum primum ens & mouens secundum id ꝙ est,fuisse æternum, non tñ secundū mouentis ratio-
nem,& quod ab ęterno mouerit. Nam ante mundi productionem non fuit mouens atq; produ-
cens,non tñ idcirco concedendū est ipsum primum ens fuisse quiescens a productione, sed fuisse
non producens, & postea fuisse producens . Illius autem non productionis nulla alia causa assi-
gnanda est q̄ diuina volūtas,q̄ voluit non añ producere mundum,& tū cum ꝓduxit,producere
illi complacuit. Mobile autē ipsum nō fuit ęternū,neque ante motū quieuit,quia adhuc non fuit.
Deinceps dicendū est virtutē illā productiuam,quia maxime libera est,ad opposita posse,vtpo-
te ad producere,& nō producere,& eā propositionē,quęcūq; possibilia sunt mouere, cōsimiliter
se hñtia semper mouere,veritatē habere cū tale mouēs naturaliter mouet atq; necessario,& non
libere. At qui primū ens quod mundū produxit,non naturaliter sedvolūtarie,nō necessario sed
libere mundū produxit. quare non oportet ipsum semper mouisse,sed tum cum suę optīę & re-
ctissimę voluntati visum est. Non enim alia causa cur tūc produxerit, & non prius afferenda est,
nisi eius voluntas,cuius largissima & exuberantissima bonitate omnia prodierūt ad esse. Neque
etiam oportet si prius nō produxerit,& postea produxerit,ipsum propterea non fuisse in eadem
dispositione,sed esse demutatū,quia absq; aliqua sui mutatione ipsum omnino idē & maxīe sta
bile permanens,prius denominabatur non producens,& postea producens,non quidem ob ali-
quam in ipso factam diuersitatē,sed in rebus ipsis,quę prius non fuerūt,& postea fuerunt,absq;
tū physica mutatione per solam ex nihilo earum productionem. Tertia ratio dissoluitur,negan
do tempus esse perpetuum, quia re ipsa nihil aliud est q̄ motus cæli , qui cum cælo ipso incepit,
quare & tempus. Deinceps admittitur ea ratiocinatio,si tempus est perpetuum,oportere & mo-
tum cęli esse perpetuum . sed non minus antecedens eius quam consequens est falsum . Demum
quarta diluitur,negando omne temporis impartibile esse medium,vt pręcedētis temporis sit fi-
nis,& sequentis initium . Nam quēadmodum primum datur momētum inchoans motum cæli,
quod nullus alius pręcessit motus,vt a quo prima circulatio suū cepit exordium, ita quoq; cęli
primū assignatur instans tēporis,re ipsa illi momento idē,a quo tota temporis duratio suū sorti
ta est principiū. quare nō est cōfitendū,tēpus aliquod illud nunc omnino incipiens pręcessisse. nā
cum in illo tēpore alia essent nunc & impartibilia,daretur nunc prius primo,quod est absurdū.
Sane ipsiꝰ tp̄is datur aliquod primū simpliciter instans atque initians,quod quidem assimilatur
puncto incipiēti lineā rectā,ex quo cōstat ipsum tēpus habuisse principiū . Ipsius itidem tēporis
erit aliquod nunc postremum,quod duntaxat temporis erit finis,& non principiū,quod assimi-
lare licet puncto finali terminanti lineam rectam, & ex eo liquet tempus habiturum finem. Sunt
& in tempore instantia media his duobus finalibus instātibus intercepta,quorum vnunquodque
finis est vnius partis temporis,& principium alterius,quemadmodum in linea recta sunt media
pūcta. Vñ ex dictis in quarto physicorū capite decimotertio,& ijs q̄ hic ab eo afferunť, constat
philosophum assimilasse tempus lineę circulari,& nunc temporis,puncto lineæ circularis semper
vnius partis fini,& alterius principio,quod eūvt de mūdi perpetuitate perperā sentiret,induxit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si em̃ tp̃s ad lineã rectam, & nunc tẽporis ad lineę rectę punctũ (vt debuit) cõparasset, continuo & tempus & mundũ exordium habuisse cognouisset. Consimili pene mõ dissoluenda est ratio ad secundam conclusionẽ veritati itidẽ repugnantẽ adducta, negando scilicet si motus cęli ponatur desiturus. idcirco oportere cõcedere motũ postremo motu posteriorẽ, quia sicut mũdus nõ incepit ꝑ gñationem physicã, ita & desiturus est nõ physica desitione, sed sui factoris volũtate, & cũ mũdo, cęli mot⁹. quo quidẽ desito nõ manebũt res ipsæ eo mõ quo pri⁹ fuerũt, neq; oportet eas in alterũ corruptũ iri. Quod em̃ corrũpitur, ip̃m in alterũ corrũpi oportere, intelligitur de ijs q̃ physica & naturali trãsmutatione corrũpũtur, qualis non erit illa mundi & motus cęli desitio.

¶ Secundi cap. annotat.

¶ Minor mundus, hõ: & eius similitudie vnumquodq; aial. ¶ Minor mundus, microcosmus. ¶ Maior mũdus, vniuersum. ¶ Maior mundus, macrocosmus.

Secundum cap. continet vnam conclusionẽ, duas rationes ad eã, tres rationes non esse motum perpetuum probãtes, & earum solutiones. ¶ Cõclusio. Et Anaxagoras & Empedocles haud cõuenienter mundum esse factũ assererevidẽtur. ¶ Primo, quia in naturæ explanatione id summopere obseruandũ est, ne quid sine rõe ꝑbetur: & ne id causa sumatur, quod causa esse non possit. Hoc autẽ in sua ipsa assertione Anaxagoras & Empedocles non obseruãt, quin poti⁹ ipsorũ dicta figmẽto similiora videntur. Inquit em̃ Anaxagoras mentẽ illam ifinitis seculis abstinuisse, & postea operatam fuisse, semperq; in futurũ operaturam: neq; causam vllã adhibuit. sic enim mentem illam infinitis seculis otiosam torpentemq; faciebat. Et Empedocles asserit adueniente lite mundũ gñari, & adueniente amicitia interire, & id compluribus, alternatisq; vicibus fieri, & interpolatim quiescere. Neq; causam admolitur adducere, cur hunc in modũ alternentur vices nunc ortus, nũc obitus, nunc quietis. Debuit saltem Empedocles inducere, amicitia est quæ homines congregat: inimicitia autẽ seiungit & segregat. fugiunt namq; abinuicẽ inimici, quare & in vniuerso sic erit. Et q̃uis id insufficiens sit, visus tñ rationẽ sequi fuisset. Quod quidẽ & Democritus faciebat, & eorum q̃ facta erant, causas inquirebat. æternorum vero, & eorum quæ semper sunt, non amplius volebat nos rationẽ inquirere. quod in parte recte, in parte vero insufficienter volebat. Nã triangulum angulos tres duobus rectis habere æquales, eternum est: & hui⁹ causam inquirimus, & causam habet principia perpetua. & horum quidem principiorum non amplius causa vlla est. Secundo, quia nihil in vniuersa natura est, quod aut ratione, aut ordine careat. & natura oĩbus q̃ natura constant, ordinationis causa esse videtur: & semper vniformis, similiq; ꝑseuerans ordine naturæ tenor, vt non aliqñ quidẽ sic, aliqñ vero non procedat: vt semper ignis ad superna conscensus, grauiũ vero motus semper ad ima. At vero Anaxagoras assertione sua q̃ infinito tẽpore res quieuerint: & postea moueri cœperint, omnem tollit ordinationẽ. Infinitę aũt quietis ad motũ (quẽ postea ponit infinitũ futurum) nulla ordinatio est: neq; reddi ratio põt vlla, cur tunc factũ, cur non prius. Vñ etiam fit vt Empedoclis dictũ minus irrationale videatur. Nã ponit mundum gñari, deinde interire, & interpolatim medijs interuallis quiescere, & iterum nasci ac oriri: vbi videtur seruatus naturæ ordo & tenor. Non tñ sufficienter (vt diximus) nulla vsus ratione id astruxit. ¶ Tres rationes motum non esse ꝑpetuum ꝑbantes, pariter & earũ solutiones. ¶ Prima. Oĩs mot⁹ est de quodam in quoddam, vt de contrario in contrariũ, sed de contrario in contrarium motum infinitũ esse impossibile est. igitur nullus motus infinitus & perpetuus est. ¶ Secunda. Videmus ea q̃ nunq̃ agitata fuerunt omnino, neq; secꝫm se, neque suas partes, vt sunt ignis, aer, aqua, terra, inanima pariter & aiata, post huiusmodi quietem posse incipere motũ. qd igitur ꝑhibebit & mũdi motũ itidẽ incipi potuisse? ¶ Tertia. Aialia mouentur post summã quietudinẽ nullo impulsore. non em̃ vt moueantur, extrinsecum quicq̃ afferre oportet. Quid igitur mundum post summam illã (quam Anaxagoras astruit) quietẽ motum incipe-

Si in ratione nihil ē probādū neq; aliqd causa est assereādum quod ē non potest

bonus naturę ordo nō seruaret scūdū d̃mocritum

ratio motū ꝑpetuū negans

re prohibet? Si id in minore mundo inspicimus, cur non liceat & in maiori inspicere? Et hæc ratio fortius persuadere videtur. Non tñ has rationes diluere difficile erit? ¶ Primæ solutio. Dicimus nullum motum qui ex cõtrario in suum est contrarium, perpetem atq; perpetuum esse, sed omnem talem contrarijs clausum & terminatum: & nõn semper numero esse posse vnũ & continuum: vt neq; idem numero sonus quem chorda primo icta reddit, & quem secundo icta. Omnem enim motum de quodam esse in quoddam, vt de cõtrario in contrarium, sensibilium motibus applicari debet. Est em̃ præter hos alius quidem motus, quem nihil vetabit semper esse vnum & eundem, continuum, iugem & perpetuum: vt amplius ex sequentibus fiet manifestum. ¶ Secundæ. Non est inconueniens ea quæ nunq̃ agitata fuerunt, inchoare motum. De inanimis vero nihil mirari dignum est si vt excitentur a quiete, extrinsecum motorem habeant oppositum, quo absente quiescunt, & hoc natura facta quiete. si violenta fuerit quies, extrinseco motum vetante abscente protinus mouẽtur. Et hæc ratio videtur querere causam cur aut non semper quiescant, aut semper moueantur, sed hoc aliunde fiet exploratum. De animatis autem maiorem affert difficultatem: de quibus nunc dicendum est. ¶ Tertiæ. Dicimus animal nunq̃ sine naturali motu esse. habet enim semper in se naturalem motum, & nonvnum solum, sed forte multos: quorum ipsum totum animal causa non est, sed est intra illud delitescens omnium horum causa. Et idcirco animal nõ ex omnis motus quiete nullo extrinseco administrante mouetur, sed ex quiete motus qui secundum locum est. cuius causa quandoque contingit ab extrinseco, quandoque ab intrinseco, & a motibus (qui plures sunt) interius nunc intellectum, nunc appetitum mouentibus. Et certe ostendit somnus multos in animali interiores esse motus: cũ eius partes exteriores moueri non videantur, quæ aliquo inexistente iterum experrecta surgunt. Ex minoris igitur mundi similitudine non conficias maioris mundi motum post quietem incepisse. Sed de ijs adhuc ex sequentibus aliquid apparebit manifestum.

ꝗ motus sensibilium est

ex cuius motu q̃ esset dicatur

Secundi capitis scholia. VIII. Sic em̃ mẽtem illam infinitis seculis otiosam torpentemq; faciebat. Aristoteles mutationẽ primi mobilis putauit esse primam ipsi⁹ primi mouẽtis operationem, atq; ꝑcipuam. quare ne primũ mouẽs concederet aliqñ fuisse otiosum, si diceret ipsum q̃nq; non mouisse, quẽadmodum dixit Anaxagoras, posuit mundũ esse perpetuũ, & cęli motum perpetuum. Non autem cognouit ꝓpriam summi boni operationẽ extrinsecã atq; naturalem, qua pater superbñdictus cõmunicat filio infinitam bonitatẽ, vitã, sapientiã, potestatem, neq; itidem perspexit intimã illã gñationem, qua pater ante secula genuit filium sibi prorsus. substantia æqualem. ob quem sane, añ mundi, constitutionem non concedendus est deus fuisse otiosus. Sed solum cognouit Aristoteles extrinsecam operationem dei, scilicet moderationẽ mundi, quã ponebat a deo pendere necessario, sicut lumen a sole, cum sol, si esset æternus, & lumen quoq; haberet æternum, quod plane veritati non consonat. nam pendet illa mundi gubernatio a deo tanq̃ a mouente volũtario, atque pro suo arbitratu mouente, quẽadmodum domus ab architecto, qui cũ assecutus est ædificandi habitum, cum vult, pręparatis ijs quę ad extructionem sunt necessaria, cõponit domum. Et sane harum duarum in deo operationum (si diuina licet humanis cõferre) prima q̃ intrinseca & naturalis est, respondet ei qua homo ex substantia sua gignit filium sibi specie similem. verum illa ęterna est, hęc vero temporaria. Secunda vero q̃ extrinseca est & voluntaria, assimilatur ei operationi qua ędificator construit domum, nõ quidem natura, sed voluntate, & cũ id ei visum atque placitum fuerit. Verum in domus exstructione materia pręrequiritur, q̃ in mundi productione haudquaq̃ pręexistebat, sed vna cum mundo ad ortum ducta est. hinc deũ recte dicimus mundi factorem, architectum, artificem, atq; opificem. Sed hęc alterius sunt contẽplationis. æternorum vero, & eorum q̃ semper sunt. Duplicia sunt æterna, q̃dam doctrinalia, vtpote propositiones necessarię, & q̃ nunq̃ falsę esse possunt. Et horũ, si principia sunt, non est inquirenda causa. si vero cõclusiones, est peruestigandą. sunt em̃ natę conclusiones ex principijs demõstrari. Alia sunt æterna ĩ rebus, vt entia supramũdana q̃ nunq̃ desitura sunt, & horũ itidẽ causa rimãda est, quantum nostra imbecillitas põt capere. Id aũt vetuit Democrit⁹, cuius sentẽtia postea hoc disticho expressa est.

Mitte arcana dei, cęlumq; inquirere quid sit. Cum sis mortalis, quæ sunt mortalia cura.

Verũ potius cũ aĩo simus ĩmortales, debem⁹ ea q̃ ĩmortalia sunt, & mẽti nostrę cognata, ꝑscrutari, in quorum vel vmbratili cõtemplatiõe atq; speculatiõe cõsistit humana felicitas. Debemus itẽ sentẽtię potius Aristotelis q̃ Democriti accedere. in ethicis nos hoc pacto adhortãtis. Quod si mẽs, diuinũ ad ip̃m hominẽ est, & vita q̃ ab hac manat, diuina est respectu ipsius vitæ hũanæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oportet autem,non(quemadmodum mouēt quidam)humana nos ſapere, cum ſimus homines, aut mortalia,cū ſimus mortales,ſed quoad fieri poteſt īmortales nos ipſos facere,cunctaq; efficere vt ea vitaviuamus quę ab eo manat quod eſt eorum quę in nobis inſunt pręſtabiliſſimū. Nā tametſi parum eſt mole,vi tñ & pretio multum omnibus antecellit. Vt ſemper ignis ad ſuperna conſcenſus.Ignis,genitiuus eſt.conſcenſus vero nominatiuus eſt nominalis,idem deſignās quod emicatio,atque ſurſum latio. Vt Empedoclis dictum minus irrationale. Id verum eſt quantum ad generationis mundi & corruptionis eius alternationem, in qua quidē tenor & ordo ſeruatus videtur.non autem quantum ad principiorum efficientium numerū atque poſitionem rationabilius eſt Empedoclis dictum,ſed abſurdius & periculoſius. nam Anaxagoras duntaxat vnum poſuit primū rerum omniū effectiuū,ſcilicet mentē diuinā res paulatim a cōfuſa illa congerie ſegregrantē.quodveritati & pietati fidei nō oīquaq; eſt diſſonum. Empedocles vero duo aſtruxit prima rerū effectiua,litem gñationis, & amicitiā corruptionis. quod longe magis eſt abſonum atque pniciosum.nāvnitati ipſius mūdi factoris atque gubernatoris repugnans. Si id in minore mundo inſpicim⁹.Quia hō vtriuſque naturę & ſenſibilis & intelligibilis eſt nexus & vinculum, ipſiusque mūdi(vt ait Trimegiſtus)miraculū.Et quęcūque ſunt in mūdo ītelligibili & ſenſibili, inueniuntur in hoīe in analogia.Animalia aūt cætera,imagines ſunt hominis,qui oīm animalium eſt veritas.nempe animalia earū virtutū potētiarūque hñt veſtigia,ſenſum,mēoriam ſenſualem,atque appetitū irrationalē, quorū hō habet veritatē,ſcilicet intellectū, mēoriam foxcūdam, & voluntatem. Proinde vnūquodque aīal in hoīs ſimilitudine dicitur minor mundus,quia ad maioris mundi ſimilitudinē eſt factum. Quod em̄ eſt in vniuerſo terra,hoc eſt in animali melancholia,quod eſt in vniuerſo aqua,in animali eſt phlegma.quod aer vniuerſi, hoc ſanguis aīalis. demū quod invniuerſo ignis,hoc in animali cholera. XX. De inanimis nihil mirari dignū eſt. Inanimata poſt quietē incipiūt motū,extrinſeco motore coadiuuāte.Si em̄ quies fuerit naturalis vt lapidis ſuper terrā,mot⁹ ab illo loco violētus erit per extrinſecū mouēs,vt īpellēs aut projicens.Si vero quies fuerit violēta,vt lapidis ſup trabē, applicādū apponēdūque eſt remouēs obicē,cuiuſmodi eſt frangēs trabē,aut detrudēs lapidē,& tūc mouebit naturaliter.Dicimus animalnūq; ſine naturali.Nō eſt admittēdū ꝙ aīalia poſt ſummā quietudinem,hoc eſt ceſſationē a quocūque motu incipiāt moueri.Nā a principio aīal habet in ſe motus potētię vegetatiuæ, ſcilicet cōuerſionē cibi in ſuā ſubſtantiā,nutritionē,digeſtionē,& cordis aſſiduā agitationē,qui q̄diu viuit aīal,ſine quiete permanent,nō quidē extrinſeci,ſed intrinſeci,& horū totū aīal non eſt cauſa, ſed forma ſubſtantialis aīalis intra ipſum latitans,ea em̄ cibū cōuertit,digerit,& mutat,cōfficiente calore naturali.Animal tñ a motus ſecundū locum quiete excitatur ad motū, quia nō cum primum eſt,loco mouetur,ſed poſtq̄ inſtrumēta ſibi natura ad motū deputata, apta ſunt motū exercendo,& non continue eo motu agitatur,ſed interquieſcit,quia ea mouendi virtus,vt progreſſiua,& volatiua,defatigabilis eſt.virtus aūt nutritiua, continua operatione nō defatigatur. Et huiuſmodi motus ſecundum locum cauſa quandoque contingit ab extrinſeco,vt obiecto appetibili impellente animal ad motum,quandoque vero ab intrinſeco,vt in brutis ab imaginatione & appetitu,in homine vero a ratione & voluntate, vt tertius de anima clarius oſtendet.

q: in animata incipiat motu post quietem

¶ Tertij capitis annotat.

¶Immobile,primo. ¶Locus proprius,locus naturalis. ¶Aliqua, res naturales aliquæ. ¶Capriſicus.ſilueſtris ficus, omnia quibus innaſcitur loca diſcindens ac rumpens.

TErtium caput continet vnam diuiſionem,tres concluſiones,duas rationes ad primam,tres ad ſecundam,vnum corollarium ad tertiam. ¶Diuiſio. Neceſſe eſt omnia entia aut ſemper moueri,aut quieſcere,aut immobilia eſſe:aut aliqua ſemper moueri,quieſcere, aut immobilia eſſe: aut omnia aliquando moueri, aliquando quieſcere,aut immobilia eſſe:aut aliqua aliquando moueri,aliqñ quieſcere,aut aliqñ immobilia eſſe. Et hæc diſcutere vtilitatem ad ea quæ pauloante dicta ſunt,affert.pariter & ad pñtis operis rurſus dubitatorū ſolutionē,& totius abſolutionem & cōpletionē. ¶Prima cōcluſio.Non oīa ſp mouentur. ¶Aiūt cū qui hęc aſtruūt,oīa ſp moueri:ſed motū illū latere ſenſum:neq; quo motu ſemper moueantur,determināt.Sed id falſum eſſe mōſtratur. ¶Primo,quia natura eſt principiū qetis,vt & mot⁹.Ita igitur dicētes, principiū negant phyſicū, falſum igitur dicūt oīa ſemper moueri. ¶Secundo. Non oīa ſemper gñantur, aut corrumpūtur,augmentātur,aut diminuuntur:neq; cōtinuātur auctio & diminutio,ſed ſemper inter auctionē & diminutionem medium interiacere oportet: vt ſi tot guttæ aut innaſcens caprificus lapidem cauent,non oportet quanlibet guttā lapidē cauare,& in toto tempore p̄cedēte guttā aut caprificū aliquid

11

12

n̄ ſemp̄ rep̄ mouēt

lapidis abſcindere:ſed tot cauant ſimul, & non quelibet, vt tot homines ſimul trahunt atq; mouēt nauem:& non quilibet. Ita & in auctione & diminutione. ¶Neq; oīa ſemper alterantur. Primo,quia q̄uis id quod alteratur, in infinitū partiatur:non idcirco vniuerſa tēporis ſerie alterationē trahi oportet.Nam pleraſq; alterationes veloces,& in toto ſubiecto affecutas,vt congelationes, pſpectas habemus.Secundo,ęger in tēpore ſanatur:quē, poſteaq̄ conualuit,& eo cōpleto tēpore,manifeſte a ſanatione qeſcere p̄ſpicim⁹. eſt em̄ ſanatio,vt alteratio. Tertio. Alteratio eſt inter terminos contrarios. clauditur igitur, & non in infinitum p̄cedit.Quarto. Videmus lapides tāto tēpore manentes, neq; durióres neq; molliores fieri.Signū igitur,eſt non oīa ſp alterari. Et certe qui putat oīa ſemper alterari,in nimis manifeſtis errat. ¶Neq; dicere poſſint oīa ſp ferri. ¶Primo,quia p̄ridiculū eſt credere montes & ſaxa ſemper deorſum ferri,& eaviderī ſemper in terra manere,& id nos latere.Secūdo,ignis, aer,aqua,terra, & pleraq; aliorū,in ſuis p̄priſ locis exiſtunt. Atverovnūquodq; in ſuo proprio loco natura quieſcit,aut ex eo violēte detruditur. quieſcūt igit̄ talia in ſuis proprijs locis.Non igitur oīa ſemper moueri eſt aſtruendū. ¶Secunda concluſio.
13 Non oīa ſp quieſcunt. ¶Primo.Quia quędā moueri,ſenſu, vel pſpectiſſima ſunt.& hoc illuſtrius manifeſtiusq; eſt q̄ vt rationē requirat.Quērere p̄fecto rationem vbi ſenſus fidē faciat,quædā intellectus infirmitas eſt. ¶Secūdo.quia qui dubitat motū eſſe,non mō in phyſica,ſed alia qualibet ſcientia trahit errorem,quia oēs quodāmō motu vtuntur. ¶Tertio.Quia ſicut importunitates ad mathematica principia nihil ad mathematicū pertinent:ita quoq; neq; hę quæ ſunt ad motum eſſe,ad phyſicum ſpectant.eſt em̄ phyſica ſuppoſitio: & natura principium eſſe motus prius poſita eſt. Ex ijs em̄ intelligis non oīa ſemper quieſcere,& ne hoc quidē modo: ſed neq; oīa ſemper immobilia perſeuerare poſſe.
14 ¶Tertia.Non aliqua ſemper mouentur, & aliqua ſemper quieſcunt: quia res non ſemper generantur aut corrūpuntur,ſed ſimul atq; genitæ ſunt,non amplius generantur: & ſui interitus finis eſt & terminus. & cęteræ mutationes ſunt generationes quædā & corruptiones.Quæ augentur,certū eſt non ſemper augeri poſſe:& quæ minuuntur,non ſemper minui,& quæ alterātur,non ſemper alterari:& q̄ feruntur,non ſemper feruntur.nam in ſuis locis natura quieſcunt:& extra vt moueantur, violentus exigitur motus: qui non ſemper perſeuerat,& conſimiliter oſtendas eas non ſemper quieſcere,vt quæ aliquando oriantur, aliquando occidāt,incrementm ſumant, atq; decrementum. ¶Corollarium. Vn
15 de fit exploratum aliqua aliquando moueri,& aliqua aliquando quieſcere.

alterationē in ifinitū nō procure

oīa nō ſemp̄ mouēt

ſcholia nō de nō ſ̄ntiam

nō aliqua ſcp̄ mouēt quieſcunt

violentus motus nō eſt ſ̄ſ̄ctus

TErtij cap.ſcholia. XI. Neceſſe eſt omnia entia. In hac diuiſione quadrimembri ſumitur diſcrimē diuerſitatis penes hæc quatuor,omnia,aliqua,ſemper,aliquando.quæ inter ſe cōparantur hoc ordīe,atq; cōnectuntur.omnia ſemper,aliqua ſemper,oīa aliqñ, aliqua aliquando.Et vnūquodq; horū quatuor cōparatur ad hęc tria prędicta,moueri,quieſcere,immobile eſſe.id vocando immobile,quod non eſt natum moueri, ſecundum primam immobilis ſignificationem poſitam in fine ſecūdi cap.quinti huius. quare huius diuiſionis ſumuntur duodecim membra ſpecialia, quæ hoc modo quæſtionibus ſigillatim explicantur.

1	Vtrum neceſſe eſt omnia entia naturalia ſemper moueri?
	Vtrum neceſſe eſt omnia ſemper quieſcere?
	Vtrum neceſſe eſt omnia ſemper immobilia eſſe?
4	Vtrum neceſſe eſt aliqua entia naturalia ſemper moueri?
5	Vtrum neceſſe eſt aliqua ſemper quieſcere?
6	Vtrum neceſſe eſt aliqua ſemper immobilia eſſe?
7	Vtrum neceſſe eſt omnia entia naturalia aliquando moueri?
8	Vtrum neceſſe eſt omnia aliquando quieſcere?
9	Vtrum neceſſe eſt omnia aliquando immobilia eſſe?
10	Vtrum neceſſe eſt aliqua entia naturalia aliquando moueri?
11	Vtrum neceſſe eſt aliqua aliquando quieſcere?
12	Vtrum neceſſe eſt aliqua aliquando immobilia eſſe?

Ex quibus conſtat,ad ſeptimam,octauam,decimam,&vndecimā quæſtiones, adhibendā eſſe re-
ſpōſionem affirmatiuam,ad reliquas aūt omnes negatiuam. XII. Vt ſi tot guttę, aut innaſcens
caprificus. Si centum guttę cauant lapidem,aut caprificus ſcopulo innaſcens eum perrūpit,non
oportet quanlibet guttam ſigillatim lapidē cauare,neq; quanlibet caprifici partē ſcopulū perfri
gere,ſed totidem ſimul guttę lapidē cauant,& tota caprificus diſcindit rupem, ſicut centum ho
mines ſimul trahunt nauē,& non quilibet ſingulatī . Ita in augmētatione omnia alimēta ſimul
eam complent,& in diminutione,ab omnibus partibus ſubſtantiæ fluxę deperditio,eam facit,&
non ſigillatimvna alimenti pars.Et in toto ſubiecto aſſecutas vt congelationes . Senſu, inquit,
cognoſcimus aliquas alterationes toto ſubiecto ſimul peractas.& non pri⁹ in vna ſubiecti parte
q̄ in altera,vt congelatur aqua ſecundū oēs ſuas partes ſimul,& a principio extrinſeco, ſcilicet
frigiditate aeris ęque partes omnes(vt ſupponitur)circunſtāte.Similiter cum aqua reducit ſe ad
natiuum frigus,non prius in vna q̄ altera parte frigeſcit,quia eius forma ſubſtātialis æque parti
bus omnibus eſt propinqua,non tn̄ idcirco ambę alterationes datę ſine ſucceſſione fiūt aut ſubi
to.nam licet ratione partiū ſubiecti nulla ſit ſucceſſio, tn̄ ratione partium qualitatis quæ p alte
rationē paritur,illa ſucceſſio nō minus inuenitur,q̄ ſi in ſubiecti diuerſis partibus ſecundū diuer
ſas temporis partes fieret. Nempe in priori temporis parte p totum ſubiectum acquiritur vnus
gradus cōgelationis aut frigefactionis, & deiñ alius, itē & in poſteriori tēporis particula alius
rurſum per totum ſubiectum,quouſq; abſoluta fuerit & cōpleta alteratio. XIII. Quia ſicut im-
portunitates ad mathematica principia. Hoc in loco importunitates dicuntur calumnię & cauil
lationes ſophiſticę,q̄ fiunt contra ſcientiarum principia ab ijs qui pertinacius illis obſiſtunt,ne-
que ea recipere volunt,ſicut qui negant puncta & magnitudines in mathematica, & qui negant
motum eſſe in phyſica.nam motum eſſe, eſt phyſica ſuppoſitio vel ſine probatione recipienda.

¶Quarti capitis annotat.

¶Siſtere,quietare. Motus,violentus eſt qui fit a principio extrinſeco,non con
ferente vim paſſo. ¶Non conferēte vim paſſo,principio non agente intrinſe-
co. ¶Violentus præter naturam. ¶Diſcretum,diuiſum,aliud. ¶Potentia pri
mo, potentia remota. ¶Potentia ſecundo, potentia propinqua & præcipua.
¶Sphæra,pila luſoria.

QVartum caput continet tres diuiſiones, & duas concluſiones. ¶Pri- 16
ma diuiſio. Eorum quæ mouentur, quædam ſecundum ſe mouentur,
quędam ſecundum partem,& quędam per accidēs. Ita & eorum quæ
mouent,& quid vnumquodque eorum ſit, prius dictum eſt. ¶Secun
da. Eorum quæ per ſe mouentur,q̄dam a ſeipſis mouentur: q̄ poſt quietem mo 17
tum initiare,& inchoatum citra terminum ſiſtere nullo extrinſeco adueniente
queunt:vt animata. Alia vero ab alio,quæ id non poſſunt,vt inanima. ¶Ter-
tia. Eorum iterum quæ per ſe mouentur,quædam natura mouentur,quæ a prin 18
cipio quod in ipſis eſt,mouentur:vt animata a ſeipſis,& a principio quod in ip-
ſis eſt,mouentur:& graue deorſum. Alia vero vi,& præter naturam:vt aliquan
do animata,& animatorum partes,& terra ſurſum. ¶Prima concluſio. In om-
ni motu diſcretum diuiſumque eſt quod mouetur,& quod mouet. ¶Nā in ijs 19
quę vi,& pręter naturā mouentur,ſtatim id manifeſtum eſt. mouentur enim ab
extrinſeco agitatore. In ijs vero q̄ ſecundum naturam, vt in animalibus quę a
ſeipſis mouentur,etiam id deprehenditur. nam motricem habent animam in-
tus latentem:vt nauta eſt intra nauē,ipſam gubernās & dirigens. De inanimis
autem cum natura ferantur,difficultas affertur. Nā non vidētur ab extrinſeco
moueri. mouerentur em̄ vi quadam,& præter naturam potius. Neq; a ſe,vt ani
mata. ¶Primo,quia a ſe moueri,animatorū eſt ꝓprium. Secundo, quia q̄ a ſe-
ipſis mouentur,ſe quietare queunt citra terminū:vt qui ambulat,vt vult,&vbi
vult pōt non ambulare,inanimata vero nō. Tertio,quia q̄ a ſeipſis mouētur,ad
oppoſitas partes ſeipſis ferūtur:vt animata nūc ante,nūc poſt,nūc ſurſum, nūc
deorſum,nunc in dextrum,nunc in ſiniſtrū natura feruntur. Nō aūt inanima,
vt ignis. ſolū em̄ natura ſurſum,& non deorſum fertur. Sed ijs nimirū non ob-
ſtantibus,inanimorū diſcreta & diuiſa ſunt & mouens,& quod mouetur:vt eo-
rum pars vna eſt mouens,& altera mota & patiens. Et licet extrinſeco egeant,
cum ipſa etiam natura ferantur:ſuum tn̄ ipſis intrinſecū principium vim mo-

uendi præbet ac præſtat, non tamen(vt rite probatum eſt)idcirco a ſeipſis mo-
20 ueri dicentur. Sed hæc adhuc clariora dilucidioraq; euaſura ſunt. ¶Secunda.
Inanimata ab alio mouentur:& alterum atque alterum mouens,& motum eſt.
¶Nam mouens aut eſt præter naturam,vt ferreusvectis & natura grauis quip
piam ſurſum leuans. aut mouens natura:vt actu calidum natura mouens atque
calefaciens,quod eſt potentia calidum. & ita ſecundum quantum, & vbi. Nam
quicquid actu cauſa eſt, naturalem vim habet mouendi ea quæ poteſtate talia
ſunt,quale quod mouet,actu eſt. Cum vero inanimatorum mouens præter na-
turam fuerit,manifeſtum eſt ea ab alio moueri,& alterum eſſe mouens, & mo-
tum. Quod ſi ſecundum naturam,itidem. nam mouens erit actus,faciens mobi
le actu eſſe aut quantum,aut quale,aut vbi,quale ipſum potētia erat. ¶Verun-
tamen duobus modis dicitur aliquid eſſe in potentia. Primo aliquid eſt ſic in
potentia,non quidem vt operetur non impeditum,ſed adhuc actu egens: quo-
modo dicimus terram eſſe in potentia ſurſum:aut quia præter naturam ſuſtol-
li,ſurſumque ferri poſſit:aut in ea generari leuitas, quemadmodum & ipſa,aer
potentia eſt,& ſicut nondum ſciens,potentia eſt conſiderans. Alio modo ita in
potentia,vt ſubtracto impedimento protinus operetur: quemadmodum ſciens
(modo impedimentum non ſit vllū) conſiderat:& actu calidum, calefacit. &
hoc pacto inanimata ſunt in potentia vt in ſua loca ferātur,quoties iaceant ex-
tra. & in quanto & quali ſimiliter ſe habet. Et eſt reſiſtens & impediens quo-
dammodo vt mouens, & quodammodo vt non. nam mouet per accidens, &
non per ſe:vt cum deijcitur columna, quod illi ſuperpoſitū erat, deorſum ruit:
& dolium quod ſuperpoſito lapide ſub aqua detinetur, amoto illo ſurſum emi-
cat atq; emergit:& ſphæra luſoria repercuſſa a pariete, ab eo vt reſiſtente per ac
cidens mouetur. Sed ex his ſatis eſſe clarum arbitramur inanima ſemper ab
alio moueri, & alterum atque alterum eſſe mouens,& motum.

QVarti capitis ſcholia. XVII. Eorum quę per ſe mouentur,quædam a ſeipſis
mouentur. Non dicuntur animalia a ſeipſis moueri,quia in eis idē ſit mouēs,
& quod mouetur. Id em̄ eſſe non poſſe. oſtendit primum caput ſeptimi huius
& in ipſis quidem mouēs pręcipuum eſt forma, quod autem mouetur,eſt ma
teria,& eius gratia totum animal, ſed quia nullo aduentante extrinſeco poſ-
ſunt poſt quietem motum inchoare,& eundem inchoatū anteq̄ ad terminum
perueniant ſiſtere atq; intermittere, quod ſane non poſſunt inanimata. Lapis
enim neq; ſeipſo poteſt motum inchoare etiam naturalem,ſed indiget remouente prohibens,ne-
que inceptum pōt citra terminum dimittere,ſed tum primum quieſcit,cū terminum ad quē ten
debat fuerit aſſecutus. Interdum & animata cum mouentur a grauitate elementari dominante,
poſſunt quidē ſua ſponte poſt quietem auſpicari motum,vt homo ex alta turri ſe valet pręcipi-
tem dare,verū eundem inceptum non poteſt ſua ſponte interrumpere,neq; pendulus in aere ſub
ſiſtere,quare manifeſtū eſt huiuſmodi motu non moueri animal a ſe. Siquidem is motus quo aīa
lia a ſe mouentur,non fit a qualitate motiua elementari tanq̄ inſtrumento, quemadmodum na-
turales motus inanimatorū,ſed a partibus corporis integralibus,vt pedibus & alis. Et cū litera
dicit ad motum animalis a ſeipſo nullū aduenire extrinſecū,id intelligitur de extrinſeco aut prin
cipaliter mouente,vt in motu grauium aut leuium violēto,aut remouente prohibens, vt in eo-
rum motu naturali. poteſt em̄ aduenire extrinſecum obiectum,ſcilicet appetibile, quod excitet
& impellat appetitum ad motum. ſed de huiuſmodi extrinſeco non intelligitur data diffinitio.
XVIII. Alia vero vi,& pręter naturā. Dicuntur ex notis illa violenter moueri, quæ mouentur
a principio efficiente extrinſeco,non conferente vim paſſo,vt grauia ſurſum proiecta per virtu-
tem impulſiuam proijcientis. Et per id quod dicitur paſſum nō conferre vim,minime intelligen
dum eſt materiā non debere concurrere ad huiuſmodi motum. nam materia & ipſum violenter
motum,non minus intra ſe motum ſuſcipiunt,q̄ ſi natura ferrentur. Eſt em̄ materia cuiuſq; mo
tus ſubiectū. Sed dicitur in motu violento paſſum non conferre vim, quia nullum eſt illic agens
principium intrinſecum,& motum promouens. Nempe cum graue ſurſum impellitur, & forma
ſubſtantialis & grauitas reſiſtunt motui ſurſum,& deficiente virtute impreſſa aut extrīſeco im
pellente,vt vento,illico decidunt. Quod ſi quis percōtetur de lapide impulſo deorſum a proij-
ciente,an vi,an natura feratur. nam perſpicuū eſt illum motū & ab intrinſeco fieri principio,ſci
licet grauitate q̄ concurrit ad efficiendum motum. ſi enim lapidi graui vt quatuor imprimatur
virtus impulſiua,& alteri graui vt octo æqualis virtus, veloci⁹ hic quam ille proruet, q; ſignū
eſt grauitatem motui coadiuuiſſe. planum item eſt illum ab extrinſeco etiam moueri. nam velo

Universidad de Deusto
Biblioteca

cius q̃ ſine impulſione feretur, diciturq; proiectus. Huic quæſtioni adhibenda eſt reſponſio, illic non vnum eſſe motum numero, ſed duos, qui mutuo ſe intendunt, quorum vnus eſt naturalis a forma intrinſeca lapidis; & vnus violentus ab extrinſeco impulſore, ſicut ſi ſtelligatur ignis gyrando moueri ſurſum, ipſe duobus feretur motibus, ſcilicet motu recto, & motu circungyrationis, quorum primus ei naturalis eſt, ſecundus autem violentus. XIX. Diſcretum diuiſumq; eſt quod mouetur, & quod mouet. Non id intelligitur de diuiſione reali, quę fiat per abſtractionem partium quantitatis. Neq; diſcretum & diuiſum hic dicitur cuius partes diuiduntur & diſtrahuntur abinuicem, ſed quod ab altero aliud eſt & differens, vt mobile & mouens diſcreta & diuiſa dicantur non quod abinuicem ſeparata ſint, & aliquo ſpatio diſtantia, ſed quia mobile non eſt mouens, neque mouens eſt mobile. Eſtque huius concluſionis ſententia eadẽ cum iſta, ppoſitiõe in ſeptimo huius probata. Omne quod mouetur, ab alio mouetur. Vt eorum pars vna eſt mouens, & altera mota. Philoſophus hoc in loco eorum refutat ſententiam qui ponunt inanimatorum totam ſubſtantiam eſſe materiam, neque in eis ponunt formam ſubſtantialem propriarum operationum effectricem, ſed totam efficiendi vim accidentarijs affectionib⁹ tribuunt, qui quantum a recta deuiant Ariſtotelis philoſophia, ſatis compertum habetur, cũ hic manifeſte ſentiat Ariſtoteles inanimatorum eſſe vnam partem mouentem, ſcilicet formam ſubſtantialem, & alteram partem motam, ſcilicet materiam, neque per partem mouentem intelligit grauitatem aut leuitatem, cum illa non poſſint eſſe partes ſubſtantiæ. Et cum inanimata natura feruntur, neceſſe eſt ipſa moueri a principio intrinſeco ſubſtantiali quod non niſi forma ſubſtantifica eſſe poteſt. XX. Nam aut mouens eſt præter naturam. Tunc mouens corpus inanimatum mouet præter naturam, quando ſuapte natura non eſt natum talem motum efficere, vt ferreus vectis, id eſt inſtrumentum ad aliquid ſurſum vehendum atque mouendum accõmodatum, quicquam ſurſum euehens. Tunc vero mouens natura mouet, quando ipſum naturaliter eſt natum efficere talem motum, vt ignis calefaciens. Et eſt reſiſtens & impediens quodammodo vt mouens. A mouens impedimentum motus grauis deorſum, eſt cauſa ſine qua non fieret talis motus, vt frangens parietem, ſuper quem iacens lapis demolitione parietis cadat deorſum, eſt cauſa ſine qua non fieret caſus lapidis deorſum. Similiter reſiſtens motui directo, & impediens eum continue fieri, eſt cauſa per accidens motus reflexi & reſilitionis, vt lapis rotundus proiectus in terram, reſilit a terra ſurſum, cuius quidem reflexionis terra eſt quodammodo cauſa. Sic ſi pila impulſa parieti repercutitur, illius repercuſſionis terra itidem eſt cauſa per accidens.

Inanimata ex materia & forma cõſtare.

¶ Quinti capitis annotat.

¶ Mutatio vniuoca, eſt cum mobile ad conſimilem actus mouentis actum mouetur. ¶ Seipſum mouens, completum mouens ab intrinſeco motum.

QVintum caput continet vnam diuiſionem, quinq; concluſiones, & duas rationes ad primam. ¶ Diuiſio. Mouẽtium quoddam eſt mouens tantum, & non motum ab altero. & id primum & per ſe mouens dicitur. Alterum eſt mouens quidem, & ab altero motum. & eorum quoddam eſt propinquius, vt quod eſt primo immediati⁹: & quoddam remotius, verbi cauſa, vt ſi homo mouet manum, & homo nõ amplius ab alio moueatur, & manus mouet baculum, & baculus lapidem, homo mouens primum & propter ſe diceretur, & man⁹ & baculus mouentia ſecundum alterum: hoc vltimum, & remotius, illud vero propinquius. ¶ Prima concluſio. Primum mouens poſteriorib⁹ magis mouet. ¶ Primo. Quia primum mouens poſteriora mouet: non autem poſteriora primum. ¶ Secundo. Quia poſteriora ſine primo (vt a quo vim ſuam mouendi recipiant) mouere non poſſunt: primum autem ſine poſterioribus mouere poteſt. Eſt igitur manifeſtũ, primũ mouens poſterioribus magis mouere. ¶ Secunda. Datis mouentibus quibuſcunq;, neceſſe eſt ad aliquod primũ decũbere, ĩ quo fiat ſtatus. ¶ Nam aut decũbitur ad primũ, aut proceditur in infinitũ. nam infinitorum non eſt primum. At vero in infinitũ ꝓcedere impoſſibile eſt. decũbitur igitur ad primum: quod quidẽ cum nõ amplius ab alio moueatur, quia primũ, ĩ eo ſtatur. ¶ Tertia. Primũ mouens aut immobile perſeuerat, aut a ſeipſo mouetur. Omne eñ quod mouet, aut moueri, aut non moueri neceſſe eſt. Si non mouetur immobile. ſi autem mouetur, aut a ſe aut ab alio moueatur oportet. non ab alio. nam (vt dictum eſt) primum non eſſet. reliquitur igitur vt a ſe moueatur.

21 22 23 24

dicũ ad uertendũ

primũ mouõs ab alio nõ mouet

¶ Quarta. Primum mouens, immobile eſt. Quia quod mouetur, aut per ſe mouetur, aut per accidens. Si dicas ꝑ accidens: neq; idcirco moueri oportet. & ſi ſecundum accidens moueretur, non eſſet neceſſe moueri. quare neq; aliquid aliorum. hoc aũt falſum. nam motũ ſemper eſſe oportere, prius conſtructum eſt. Si das primum ꝑ ſe moueri: neq; hoc quidẽ. ¶ Primo. Nã quod per ſe mouetur, ab alio moueri prius monſtratũ eſt. erit igitur mouens, & nõ motũ neq; a ſe, neque ab alio. Nec immerito aliquid tale exiſtit quod mouet, & nõ mouetur: quia cum in aliquo coniuncta reperiantur, & vnũ ab altero ſeiunctũ reperiatur, & alterum ab altero. Mouere autem & moueri ſimul coniuncta reperiuntur in baculo, & moueri ſeiunctũ a mouere, vt in lapide. Merito igitur inuenitur & mouere ſeiunctum a moueri. quare hæc tria erunt, mouens tm̃, mouens & motum ſimul, & motũ tm̃. Hanc ob cauſam intellectum Anaxagoras poſuit immobilem & ſeparatum, qui fons, origo, principiumq; motuũ effectiuum eſſet, & qui rebus oĩbus prẽeſſet. ¶ Secũdo. Quia aut eodẽ motu ſe moueret & moueretur, vt augens augeretur, minuens, minueretur, calefaciens calefieret, docens doceretur, ſanans ſanaretur, ferens ferretur, quo nihil ineptius. Aut alio motu mouet, & alio mouetur. ſed quõ augmentans alteratur, aut alterans fertur? non eñ ſe, ſed alterum moueret & augmentaret, & ipſum quoq; ab altero moueretur: vt ab alterante & ferente. & hoc abiret in infinitũ. Nec valet dicas moueri vſque ad aliqua, & deinde reflecti & reciprocari. nam oporteret ipſum a ſuperiore alterante & ferente alterari & ferri. Priora eñ a poſteriorib⁹ nõ mouentur. Et cum illud ſuperius atque prius mouens hoc pacto iterũ moueretur, abiretur in infinitum. eſt igitur primum mouens immobile. ¶ Tertio. Quia oẽ motiuũ eſſet mobile, vt oẽ ſanans ſanabile, & ædificans ædificabile. hoc autem irrationabile. ¶ Quarto. Conceſſum eſt, mobile partibile eſſe oportere. Si igitur primũ mouens moueatur a ſe (nã ab alio non mouebitur, quia primũ non eſſet) aut totum mouebitur totum, aut totum partem, aut pars totum, aut pars partẽ. Nõ totum mouebit totum. Nam aut hoc eſſet (vt prꝓoſtenſum eſt) ſecundum eundem motum, & tunc idem ſanaret & ſanaretur, doceret & doceretur, ferret & ferretur, & ita in ſingulis. aut ſecundum vnum moueret, & ſecundum alterum mouere tur: quod etiam eſſe non poſſe monſtratum eſt. hoc enim abiret in infinitum. Item quod mouet, eſt actus: quod mouetur, eſt in potentia. Si igitur totum a ſe ipſo toto moueretur, eodem reſpectu & actu & potentia eſſe diceretur. eſt enim quod mouet, actu tale, quale mobile potentia eſt: vt quod generat, actu ſpeciem habet. & quod calefacit, actu calidum eſt. & hoc vbi mutatio vniuoca eſt, & ita idem & ſecundum idem erit calidum, & non calidum, & ita in cæteris. Neque totum, partem mouebit. nam ſi totum partem moueret, partem haberet immotam, & alteram motam. quare pars immota potius dicenda aſſerendaque eſt primum mouens, & nõ totum. & pars mota a ſeipſa moueretur. nã a toto. quod nuper tantopere eſſe non poſſe monſtratum eſt. Neque pars partem, eadem ratione. Quod ſi dicis partes illas vim mouendi reciprocam habere, & contra pati, vt quemadmodum vna alteram moueat, ita & contra fiat, hoc nihil proſit. Primo, quia tunc nihil eſset primum mouens: vt quorum quodlibet ab altero moueatur, & quorum nullum prius rationem mouendi potius habeat quam ſequens & poſterius. Secundo, quia primum mouens non contingit moueri, niſi a ſeipſo cõtigat. ab altero igitꝝ quocũq; mouebitꝝ ſcd'm accidẽs: quare & bñ ĩmobile ꝑmanet. Tertio, non neceſse eſt mouẽs cũ mouet cõtra moueri. alioqui & calefaciẽs ſp calefit, & ſanãs ſanatur, & ita de ſimilib⁹ q̃ plurimis, q̃ aliqñ prius ꝑ abſonis adducta ſunt. Sed primũ mouens (vt ſepius dictũ eſt) aut immobile perſeuerat, aut a ſeipſo mouetur. Neque pars totũ mouebit. nam pars ea potius primum mouens dicenda eſset: atque in eum relabemur errorem, vt eam ab ſe moueri cõcedere cogamur. ¶ Quinta cõcluſio. Neceſse eſt ſeipſum mouẽs, con

primũ mouõs nõ ꝑ se neq; ꝑ accidẽs mouetur

q̃ magna ĩcõuenienia ſequeret ſi prim. mouõs mouetur

oẽ ye ipsũ mouẽs ex mobili ĩmobili cõstat par nig

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtitutum eſſe ex parte mouente immobili, & parte mota non mouēte. ¶ Nam quicquid mouetur, ab alio moueri neceſſe eſt. erit igitur aliquid ipſius ſeipſum mouentis, & non ipſum totum mouens, quod mouebit. & cum ſe non moueat (moueretur enim nō ab alio) mouebit alterum: quod quidē non ſe mouebit, neq; prius acceptum mouens contra mouebit, propter ea q̄ ſuperius adducta ſunt incommoda. Erit igitur aliquid ipſius ſeipſum mouentis, & pars aliqua mouens immobilis, & aliqua mota quidē, & non mouens. Et non mō hæc requiruntur, ſed & ſufficere videntur. Eſto enim a mouens immobile. b motum non mouens. c mouens & motum, & mouens quidem b, & motum ab a. ex quibus intelligo a b c cōpoſitum, ſeipſum & cōpletū mouens. Si ſubtrahas a, reſiduum c b non eſt ſe mouens. nā c mouens poſterius non mouebit ſine priori. Et ſi ſubtrahis c, relictum cōpoſitū a b ſeipſum mouet. nā a mouebit b mobile. Nō mō igitur requiruntur huiuſmodi mouens & motū, ſed & ea vt aliquid ſe mouere dicatur, ſufficiunt, & ſunt vt contactum habentia, alterū in altero diuerſum diſtinctumq; ſitum non habentia: & ex ipſis conſtitutū, ſeipſum mouens dicitur, non quidē quia ipſum totū ſe moueat, & ipſum a ſeipſo toto moueatur: ſed quia intra ſe aliquid mouēs, & aliquid ab eo motū habeat, q̄ contactu & ſitu indiſtincta indiuiſaq; ſunt. ¶ Sed dubitabis an diuiſis a b, pars reſidua a moueat reſiduam partem b. ¶ Nihil prohibet ſic eſſe, ſi pars reſidua ad reſiduam partem eandem vim, mouendiq; proportionem ſeruet, quam & totum ad totum. ſi vero non, nihil incommodi eſt reſiduum non mouere reſiduum.

b a

c

Vinti capitis ſcholia. XXII. Primum mouens poſterioribus magis mouet. Hęc concluſio (ſicut & diuiſio proxime pręcedens) intelligitur de primo mouente phyſico, ſcilicet forma ſubſtantiali, vt ſenſus ſit, primum mouens phyſicum magis atque perfectius mouere, quam poſteriora mouentia phyſica, vt forma ſubſtātialis magis quam inſtrumenta ſua accidentalia. Nempe primum mouens poſteriora mouet. poſteriora autem non mouent primum, cum ipſum a nullo moueatur. primum igitur magis atque valentius mouet q̄ poſteriora. Præterea primum mouens poſterioribus vim mouendi communicat, & poſteriora a primo vim mouendi recipiunt, & quia primum mouens mouet, poſteriora mouent. igitur primum magis quam poſteriora mouet. Nam cum propter aliquod mouens alterum mouet, id propter quod alterum mouet, magis mouet. hinc altera rurſum ſumitur ad idem probandum ratio. Poſteriora ſine primo mouere non poſſunt, vt neq; color ſine lumine videri, neque ſcientia ſine anima poteſt conſiderare. Primum autem mouens phyſicum ſine poſterioribus mouere poteſt, vt aquę forma non adiuta frigiditate, reducit aquam ad frigiditatem, perinde atque lumen ſine colore poteſt videri, & anima ſine ſcientia conſiderare, cum nōdum ſcientiam fuerit adepta. Verum per primum mouens phyſicum poteſt humana mens facile ſubuehi, & manuduci ad intelligendum primū mouens metaphyſicum, ad quod in ſequenti cap. aſſurgit philoſophus. nam hoc illius eſt clariſſimum exēplar. Nempe vt in vna re naturali vna eſt princeps forma effectrix propriarum eius operationum, cōſeruatrixq; & moderatrix ſui totius, haud ſecus in toto vniuerſo vnus eſt mundi princeps & rector, omnia ſua prouidentia conſeruans & moderans. Et vt forma ſubſtantialis habet accidentalia inſtrumenta, quorum ope & adiumento ſuas peragit functiōes, ita & primum mouens ſupramundanū cęleſtes habet ſpiritus adminiſtratorios, & corpora tū cęleſtia, tum ſenſibilia, quorum miniſterio naturales rerum operatiōes exequitur & peragit. Adde quod forma ſubſtantialis ſuo deſtituta inſtrumento, intra ſuum totū ſibi accōmodū producit inſtrumentum, vt forma aquę frigiditatē, cui agendi vim cōmunicat, & ea coagente ī extera corpora frigus producit. Ita primū ſupremumq; mouens nullius adminiculo primū res ad eſſe produxit, productis agēdi vim cōmunicauit, ſuumq; ſimile producēdi virtutē, illarumq; opificio & cooperatione hunc pulcherrimū naturę ordinem in ſuo ſtabili tenore conſeruat. Et ſiquis attentiuiculę animaduertat, oī ex parte comperiet rerum ſubſtantiales formas illius abſolutiſſimę & abſtractiſſimę formę imagines eſſe & ſimulacra, illiuſq; propinquā ſimilitudinē gerere. quod & in vltimo cap. primi huius Ariſtoteles ſatis expreſſit. XXV. Quia cū in aliquo coniuncta reperiantur. Vt calidum & ſiccū in aliquo eodē vt igne inueniuntur cōiuncta, & calidū ſine ſicco ſuenitur in aere, quare & ſiccū ſine calido in aliquo vt terra inuenitur. Sed id intelligendū eſt de ijs quę re ipſa ſunt diſtincta. nam ſi ſola ratione diſtinguātur, vt vnum rationē habeat cōmuniorem & pluribus cōuenientē, & alterū minus cōmunē, ſic quod ſecd'm pręſupponat primū, nō id oportet quod hic dicitur, vt vegetatiuum & ſenſitiuū inueniuntur coniuncta in animali, et vegetatiuum ſeparatum a ſenſitiuo in plantis, non tn̄ idcirco ſenſitiuum ſine vegetatiuo inuenias. nam oē ſenſitiuum, vegetatiuum eſt. Siquidem ſenſitiuum & vegetatiuum ſola ratione differunt, ſicut homo & animal. Et quanuis duo illa quę abinuicem comparantur, re ipſa differant, ſi tamen

Manuductio a forma ſubſtantiali ad primū omnium rerū mouens.

ſecundum pręſupponat primū, & ipſum includat, vt ſenſatio vegetationē, nō oportet vtrunque ab altero ſeparatum inueniri. Item quod mouet eſt actus, quod mouetur eſt in potentia. Actus, in actu, vt ſenſus ſit, q̄ in mutationib⁹ vniuocis quod mouet, eſt actu tale, qualē in mobili diſpoſitionē inducit. Et quod mouetur, eſt potentia tale, quale mouens eſt actu, vt calefaciēs eſt actu calidum, & quod mouetur ad caliditatē, non eſt adhuc calidū, ſed poteſt eſſe. Ita frigefaciēs eſt actu frigidum, & quod frigeſcit, nondū frigidum eſt, ſed poteſt eſſe. Ergo ſi totum mouet totum, quatenus mouens, eſt actu, & quatenus mouetur, eſt potentia, & nō actu. Idem ergo ſimul erit actu, & non erit actu, vt ſi totum ſe calefacit, totum quia calefaciens, eſt calidū, & quia idem ſimul calefit, ipſum non eſt calidum, ſed poteſt eſſe. Idem ergo ſimul eſt calidum, & non calidū. Nam ſi totum partem moueret. Si totum moueret partem ſolum, ipſum haberet vnam partem immotam, vt a, & alterā motam, vt b (ſi enim nullam haberet partem immotam, totū moueret totum) ergo pars immota a, potius dicenda eſſet primum mouens. Cuius enim nihil mouetur, id magis ad primi mouētis accedit rationem, q̄ cuius aliquid mouetur, & aliquid nō. At partis a, nihil mouetur ipſius autē a b totius vna pars ſcilicet b mouetur. potius igitur pars a eſſet dicenda primum mouens, q̄ totum a b. Pręterea cum totum per hypotheſim moueat partem, quęlibet pars toti⁹ mouebit partem b motam (ſi em̄ aliqua ſit pars totius quę partē b non moueat, neq; totum partem mouebit) & pars b eſt. eſt pars totius mouētis a b. igitur pars b ſeipſam mouebit, & pars mota, a ſeipſa mouebitur. quod prius eſſe non poſſe, oſtenſum eſt. XXVI. Neceſſe eſt ſeipſum mouens, conſtiturum eſſe. Huius cōcluſionis ſententia eſt, q̄ neceſſe eſt oē corpus naturale, quod quidem ſeipſum mouens dicitur, quia eſt completum atq; totale mouens, denominatione facta a ſua forma, & ab intrinſeco motū, vtpote a ſua forma ſubſtantiali, cōponi ex parte ſubſtātiali mouente immobili, ſcilicet forma ſubſtantiali, & primo actu, & ex parte mota non mouente, ſcilicet materia, & rerum naturaliū potentia. Eſto enim a mouens immobile. Sit a mouens immobile, & forma ſubſtantialis. b motum non mouens, vt materia. c vero mouens & motum (vt manus in homine, aut ala in aue) mouens quidē b materiam. & motum ab a forma ſubſtantiali. ex quibus ītelligatur a b c compoſitum corpus naturale ſeipſum mouens. Si auferatur a forma ſubſtātialis, reſiduum b c non eſt ſe mouens. nam a primū eſt mouens, c vero poſterius. modo poſteri⁹ mouens non mouet ſine priori. Et ſi ſubtrahatur c poſterius mouens, reliquū a b eſt ſeipſum mouēs. nam a primū mouens mouet b mobile, abſq; c poſteriore mouente. quare pars mouens immobilis, & pars mota non mouens, ſufficiunt vt aliquid dicatur ſeipſum mouens. Sed dubitabis an diuiſis a b. Poſſet quiſpiam ſciſcitari an toto compoſito in duas partes integrales diuiſo, vt colubro in duas medietates, quarum vtraque habeat aliquid a, & aliquid b, vtrum primæ partis a mouebit ſuum b. & ſecundę partis a itidem ſuum b. Reſponder Philoſophus, q̄ ſi pars reſidua mouens ad partem ſuam motam eandem habet proportionem, quam tota forma ad totam materiam, ęque mouebit facta diuulſione atque prius. Nam eadem exiſtente virtutis mouentis ad mobile proportione, conſimiles fiunt motus, vt medij colubri forma ſuam mouet materiam, ſicut & totius colubri. Cum autem partis ſeparatę forma ad materiam non eandem ſeruat proportionē, quam tota forma ad totam materiam, non oportet reſiduum mouere reſiduum. Neque hoc loco intelligendum eſt q̄ tota forma ſeparetur a materia, quia neque forma natura poteſt ſine materia ſubſiſtere, neque materia ſine forma.

¶ Sexti capitis annotatiunculæ.

¶ Simpliciter immobilia, quæ neq; per ſe neq; per accidens moueri nata ſunt.

37 Extum caput continet tres concluſiones, tres rationes ad primam, & tres ad ſecundam. ¶ Prima concluſio. Quoddam eſſe mouens immobile, ab omni mutatione alienum & per ſe & per accidens, aliorum motiuum, perpetuum & ęternum, neceſſe eſt. ¶ Primo, quia ſemper motum eſſe oportet, & nunquam (vt dictum eſt) deficere. eſt igitur primū mouens immobile, perpetuum, atq; ęternum, quod huiuſmodi motus cauſa ſit. Et quærere an quicquid fuerit æternum, moueat tantum, & non moueatur: ad pręſentem non attinet rationem, & an tantum vnum, an plura ſint mouentia ſimpliciter immobilia, perpetua atque æterna. ſed de his in ſequentibus. ¶ Secundo. Mouentiū immobilium quædam ſunt quæ quandoque ſunt, & q̄nq; non, & quæ per accidens mouentur: vt animalium & aliarum ſenſibilium rerum motrices formæ. At ſic non omne mouens eſſe poteſt: & cauſam aliquam eorum quæ hunc in modum aliq̄n ſunt, & aliquando non ſunt, eſſe oportet, quæ non aliquando ſit, & aliquando non ſit, ſed quæ æterna, aliarum princeps, & verum principium exiſtat. Hæc autem quæcunque fuerit, primum mouens, immobile, ab omni mutatione alienum & per ſe, & per accidens, perenne atque æternum erit. ¶ Nec valet ſi quis dixerit ipſum primum mouens

Universidad de Deusto
Biblioteca

(quod mutationum & mouentiũ deficientium ſtatuitur cauſa) impartibile eſſe. quod tametſi non gñetur, corrumpatur, aut mutetur: quia tñ impartibile, ſine mutatione accidet ipſum aliqñ eſſe, & aliqñ non eſſe. Concedim⁹ ipſum neque generari, neq; corrũpi, neq; alia qualibet mutatione affici. nam oẽ ſeipſum mouens molem habere neceſſe eſt, & eſſe partibile. & ipſum primũ mouẽs, molis & diuiſibilitatis expers eſt. Sed idcirco non concedã ipſum ſine mutatione aliquando eſſe, & aliqñ non eſſe: neque neceſſitas vlla eſt: quin poti⁹ oppoſitum conſtat. Nam quõ omnium quæ aliqñ ſunt, & aliquando non ſunt, cauſa eſſet? ¶ Tertio. Videmus alia generari, & alia corrumpi: & hoc continue. At perpetua hæc rerum ſeries & continuatio huiuſmodi, principiũ habet ſtabile & ęternum. nã principia q̃ cum ipſis vna oriuntur, atque vna cũ ipſis occidunt, huiuſmodi æternæ ſeriei cauſa eſſe non poſſunt: ſed (vt diximus) cauſa extra hęc omnia eſt perpetua, ſemper ſtabilis & æterna omniũ rerum cauſa. ¶ Secunda conclusio. Id primum mouens ſemper immobile perſeuerans, & æternum, vnum eſt. ¶ Primo. Quia vnus eſt primus motus, continuus & ęternus. is igitur qui & eũ tẽperat motor, primus eſt vn⁹ & ęternus. Et ſati⁹ q dẽ eſt hoc pacto exiſtimare vnum primũ naturę principẽ. in natura eñ melius reſpicimus eſſe finitum, & pluribus finitis meliusvnũ, ſi ipſum ſatis ſufficiẽsque fuerit. Eſt igitur id primum mouens ſemper immobile & ęternũ, vnum. ¶ Secundo. Motus diuerſi non ſunt continui, & ſi conſequentes. At ſi nũc mouẽs vnum, primũ motũ fieret. & aliquando mouens alterũ, mot⁹ eſſent diuerſi, ſolum cõſequentes, & non continui. erit eñ vnus continuus, qñ ab vno mouẽte, & vnius naturę motus fuerit. igitur cũ primus motus vnus ſit cõtinuus & ęternus, & primũ eius mouens vnum erit & ęternũ. ¶ Tertio. Quia cum non oia ſemper moueantur, neq; oia ſemper quieſcant, verũ aliqua aliqñ moueantur & qñque quieſcant, vt habentia ad vtrunq; potentiã: & aliqua ſemper moueantur: & quicquid mouetur, ab alio moueri ſit neceſſe: tandẽ deueniem⁹ ad vnũ primum mouẽs ĩmobile: quod quidem neq; a ſe neq; ab alio mouebitur, & quod primo motui aptabitur, & futurum alijs motibus cauſa. Nec animalia eos qui motum perennẽ & ꝓpetuum eſſe negant, mouerevllatenus debent: quæ ſe ex ſumma quiete videntur a ſeipſis in motũ excitare. nã id pri⁹ diximus verũ non eſſe: ſed ſolũ eſſe vnum motum (vt qui ſecundũ locũ eſt) quo aĩalia ſponte ſua & a ſeipſis mouẽtur. cęteros autem, augmentũ, decrementũ, alterationẽ, ſpirationẽ, & huiuſmodi non a ſe & ſua ſponte exercẽt, ſed mõ naturali: vt præſente cibo non nutriri & augeri non poſſunt, etiã ſi velint, & talib⁹ motibus mouẽtur qñ quieſcunt ab eo quo ea a ſeipſis moueri dicunt. Et is plane cõtinuus nõ eſt. nã interdũ dormiunt aĩalia, dũ coquitur digeriturq; alimentũ. & tunc a motu illo quieſcũt. quo quidẽ alimẽto digeſto & diſperſo, expergiſcunt, & ſurgunt: & ſępe ab ijs q̃ extra ſunt, excitantur ad mouendũ. Et oĩm talium quę a ſeipſis mouent, primũ mouens mouetur, & ſibijpſi cauſa mouẽdi eſt: ꝑ accidẽs tñ. nã mutante corpore locũ, & quod ĩ eo eſt principiũ mouendi, locũ (ſaltẽ ſecundum accidens) mutare neceſſe eſt. Quare fit vt ſi ĩmortalis ęternusq; (vt dictũ eſt) haberi debeat motus, vnũ ſit primũ mouens oĩno ĩmmobile. ¶ Tertia, ſi primũ mouẽs immortale ſempiternumq; habetur: & qd primo ab eo moueť, immortale ſempiternũq; haberi neceſſe eſt. ¶ Nã ſi ſempiternũ non eſſet, ſed aliud & aliud mobile agitaret: fieri nõ poſſet vt eius motus vnus & cõtinu⁹ eſſet, cum mobile non eſſet vnum. ſic eñ primum illud ac ſummum ſemper ſui ſimile manens, eodem motu mouebit: & ab eo immediate motum, alia mouebit. q̃ ad loca contraria & ad diuerſas ſpecies & formas mouens, varie ad ea ſe habebit, nunc ad quieſcens, nũc ad motũ, genitum, corruptum. Vñ iterum perſpecta habetur cauſa, cur non oĩa ſemper moueantur, nec oĩa ſemper quieſcant, ſed aliqua ſemper moueantur, vt quæ moueantur

oẽ ſeipſũ mouẽs diuiſibile

aduersũ dũ dicit

28

29

ſ dnus ſ digerio ĩbo nos aggredit q̃ dicũ moueri dicũtur

a primo ſimpliciter. Eſt eñ ſemper idem & ſui ſimile continue manens, & primum q̃ ab eo immediate mouetur: et quędã mouentur a principio nõ ſimpliciter immobili, ſed moto, & propter id aliquando mouentur, & aliqñ quieſcunt.

SExti capitis ſcholia. XXVII. Ab omni mutatione alienum & per ſe, & per accidens. Simpliciter immobilia dicuntur entia ſupramũdana & feliciſſima, omnino a motu ſemota, q̃ neq; per ſe, vt materia & ſubſtantię complerę, neq; per accidens, vt formę rerum naturalium, moueri nata ſunt, ſed in eodẽ ſtatu fixa permanent. Inter quę vnum eſt ſupremum mouens atq; ęternum, quod primũ mouens vocat Ariſtoteles, & quo de in toto hoc capite, aſſurgendo ad ipſum a primo motu & primo mobili, determinat. Quæ tñ hic & quouis alio loco huius octaui afferuntur de motus cęli perpetua duratione, aut nunq̃ deſitura generationum & corruptionum ſucceſſione, minime vera habenda ſunt, ſed ex prius dictis, catholicę veritati (cui ſemper eſt ſtandum) repugnare cenſenda, neq; neceſſitas vlla eſt, quin potius oppoſitum conſtat. Quanuis forte quicquid ſine mutatione aliquando eſt, & aliqñ non eſt, ſit impartibile, vt puncta, momenta, inſtantia, non tñ ediuerſo oportet, quicquid ſecundum quantitatem eſt impartibile, ipſum aliqñ eſſe, & aliquando non eſſe ſine mutatione, imo aliquod impartibile ſecundum molem, debet ſemper eſſe, vt quod prima eſt omnium cauſa. Nam ſi ipſum aliquando eſſet, & aliquando non eſſet, non poſſet eſſe prima cauſa omnium quę aliquando ſunt, & aliquando non ſunt, cum non eſſet cauſa eorum quę exiſterent ipſo non exiſtente. Siquidem non ens non eſt cauſa, ſaltem actu, ipſius entis atque exiſtẽtis. XXVIII. Motus eſſent diuerſi ſolum conſequentes, & nõ continui. Etſi diuerſa mouentia inſtrumentalia non ſemper arguunt diuerſitatem motuum ſecundũ ſpeciem, vt lapis per aerem mouetur grauitate aquea & terrea, ꝑ aquã vero ſolum grauitate terrea, nihilominus illi duo motus ſunt eiuſdem ſpeciei. Tñ diuerſa mouentia, principalia, vnũ & idẽ mobile ſucceſſiue & naturaliter mouentia, plane efficiunt diuerſitatem motuũ ſecundum ſpeciem, vt ſi lapis nunc a forma ſubſtantiali vt pręcipuo mouente feratur, nunc vero a vi atque virtute impellentis. At ſi aliquando vnum mouens moueret cęlum, & aliquando alterũ, diuerſęque a primo naturę, mouentia non quidem libere, ſed naturaliter, ſcd'm Ariſtotelẽ eſſent diuerſa. igitur & illi motus primi mobilis eſſent ſcd'm ſpeciem diuerſi, & minime continui, cum a diuerſis mouentibus, vt igne & aqua, diuerſę fiant operationes naturales, calefactio & frigefactio. Cum itaq; primus motus ſit continuus, conſequens eſt ipſum fieri ab vno mouente primo. Nec animalia eos qui motum perennem & perpetuum eſſe negãt. Putauit Ariſtoteles motum cęli quantum ad eius efficiens non reſpondere motui animalium ſcd'm locum quo a ſeipſis mouentur, cum cęleſtis a virtute fiat indefatigabili, animalis vero a defatigabili, cęleſtis continuus ſit, & ſine interruptione, animalis autem nõ ſit cõtinuus, ſed per quietem interruptus. Sed arbitratus eſt motũ cęli potius reſpondere in analogia motui vitali aiatorum, ſcilicet nutritioni, quę fit a potẽtia vegetatrice indefatigabili, & continue mouente ſine interruptione. Et ſicut eo motu animalia poſt quietẽ non ceperunt moueri, ſed quandiu ſunt mouentur, ita neq; motus cęli vnq̃ incepit. Verũ hac analogia hallucinat⁹ eſt Ariſtoteles. nã nutritio fit a mouente naturali, quod pręſente cibo & alimento non põt non mouere, motus autem cęli fit a mouente voluntario, quod cum vult mouet, & cum vult deſinit mouere. quare potius conferre debuiſſet motum cęli ad motum localem animaliũ, qui etiam quoquo pacto fit a mouente voluntario, & tum facile deprehendiſſet motum cęli principium habuiſſe, ſicut & mot⁹ localis animalium. XXIX. Nam ſi ſempiternum non eſſet, prius verbum refertur ad primum mobile, poſterius vero ad primum mouens. Et ab eo immediate motum, alia mouebit. Primum mouens ſemper idem & ſtabile, eodem & regulari motu mouebit, & primum mobile ab eo motum, alia inferiora mobilia mouebit. quæ quidem inferiora mobilia cum primum mobile ad loca contraria & diuerſas formas moueat, diuerſo modo ad illa ſe habet, aliquando quidem vt ad quieſcentia, aliquando vt ad mota, interdum vt ad genita, interdum vero vt ad corrupta.

¶ Septimi capitis annotat.

¶ Concretio, congregatio. ¶ Secretio, diſgregatio.

30 SEptimum caput continet tres concluſiones, & quatuor rationes ad ſecundam. ¶ Prima concluſio. Nullus motus præter motum ſecundum locum, vnus, continuus, & æternus eſſe poteſt. ¶ Manifeſtum eſt enim eſſe vnum motum primum: qui, quia primum mouens ſemper continue mouet: continuus erit & æternus. ſed eum eſſe motum ſecundum locum, hinc ſumitur argumentum, quia augmentatio contrariis continetur, nam alimentum prius quam augmentatio perficiatur, complementumque ſit aſſecuta, diſſimile & contrarium eſt. ita & diminutio, & alteratio. & vt ſit alteratio, alterante egemus: quod nunc propinquius, nunc vero remotius exiſtit. Cum itaque ſecundum tria ſint motus, quantitatem, augmen

nullus niſi ſm locũ eternus ẽ motus

principio alimẽtũ contrarium eſt alio

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatio, diminutio. qualitatem alteratio, & vbi motus ſecundum locum, qui & loci mutatio dicitur: & oſtenſum ſit nec augmentationem, diminutionemve, nec alterationem motum primũ eſſe poſſe, relinquitur igitur motum ſecundum locum eſſe primum. ¶ Secunda. Motus ſecundum locum, primus eſt motuum & 31
tempore, & natura, & perfectione. ¶ Tempore quidem, quia ęterna nõ æternis tempore ſunt priora. hic aũt æternus eſt, cæteri aũt non æterni. Natura, quia ſine alijs conſtitui põt, alij autẽ ſine ipſo minime. Gñatio eñ (vt placet Democrito) nihil aliud eſt q̃ ſecretio, & corruptio concretio: q̃ aut motus ſecundum locum ſunt, aut ſine eo non ſunt. Et augmẽtatio non fit ſine delatione cibi & potus, aut partium ſecundum locum demutatione. Et diminutio augmẽtationem habet priorem. Et alteratio (vt dictũ eſt) eget alterante, quod quidẽ alterabili, motu ſecundum locũ facto, aptatur, applicaturq; . Statuuntq; principia alterationum omnium, vt caliditatis, frigiditatis, mollitiei, duritiei. leuitatis, & grauitatis, raritatem & denſitatẽ. q̃ ſine motu locali non eueniunt. Perfectione vero cæteris priorem ſtatuimus. Primo, quia perfectiſſimis corporibus aptatur. Secundo, quia naturam ab imperfectis ad perfecta ꝓcedere, exploratũ habemus, motus autem ſecundũ locum, non ſtatim animalib⁹ poſtea q̃ in lucẽ edita ſunt, conuenit, ſed ipſis iam adultis & perfectis. Gñantur eñ prius, augentur, & alterantur, & vltimo cedunt, & ꝓgrediuntur. Et idem nec plantis, nec oĩbus animalibus, ſed perfectis conuenit. Et ſi dicas, prius dicebas motũ ſecundum locum, primum, nunc vero affers poſtremum. Dicimus ipſum in reb⁹ naturalibus ſingulis poſteriorem: & ortum & gñationẽ, ipſum, & cæteros motus alios, augmentationem, diminutionem, alterationẽ, & corruptionem præcedere. ſed eſt alius vniuerſi ſecundũ locum motus, qui gñationis & aliorũ motuũ cauſa eſt, quem diximus eſſe primum. Ex quo tibi iterum lucide liquet, cum gñatio prim⁹ motuum eſſe nõ poſſit, tum quia oporteret oĩa eſſe generabilia, tum quia alium habet prioremvt cauſam, nullum conſequentem eã primum motum eſſe poſſe, vt augmentationem, diminutionẽ, alterationem, & corruptionem. Sunt enim hi generationem conſequentes, & ea poſteriores. Tertio, quia quæ motu locali mouentur, minimum a ſua ſubſtantia naturaq; decidunt: non autem ſic eſt de augmentatione, cum qua pariter auctum ſubſtantiã accipit. diminutione, cum qua ſubſtantiam perdit. alteratione, qua plerũq; res a ſuo eſſe demutãtur. Quarto, iſce motus, nomen motus ſibi vendicat ſolus, vt cũ quid feratur, ipſum ſimpliciter moueri dicimus. Cumvero augetur, minuitur, alteratur, ſpeciali nomine, aut nomine mot⁹ cũ addito vtimur. Et quod ſeipſum mouet, ſolũ ſe illo motu mouet. ſignum eſt igitur ipſum cęteris pręſtare, & dignitatẽ & perfectionem & præſtabilitatem quandã habere. ¶ Tertia: nullus mot⁹, nullaq; mutatio prę- 32
ter eam quæ ſecundum locũ eſt, continua eſt & perpetua. ¶ Hæc euidens pene facta eſt, ſed hæc paulo q̃ prima cõmunior eſt, & eadẽ eſt ratio, quia omnis alia mutatio terminis arcetur & clauditur oppoſitis, vt generatio a non ente in ens procumbit: corruptio vero contra. Augmentatio & diminutio, magnitudine, & paruitate, quantitate perfecta & imperfecta claudũtur, alterationes contrarijs affectionibus, paſſionibusq;. Nulla igitur mutationum alia, continua et perpetua eſt. Vnde cum motus qui ſunt in contraria, contrarij ſint, adinuicem continuari vnirique non poſſunt, ſed mutans in vno contrariorum quieſcit. ita et mutatio et immutatio opponuntur, et generatio et corruptio, et particularis generatio, et particularis corruptio. Si enim continuarentur, vnirenturq;, ſimul idem motibus contrarijs moueri diceretur, & oppoſitis mutationibus mutari: vt albeſcens nigreſcere, innaſcens corrumpi, & ita in cæteris. Et non modo ij motus non continuantur, atque vniuntur, ſed inter eos tempus intercipitur medium, vt manifeſte in ortu obituque deprehenditur. Inconueniens enim eſt vt ortum continuo nullo interiecto tempore intereat, & in alijs mutationibus conſimile reperias. Phyſicum enim eſt, in omnibus ſeſe conſimiliter habere. ¶ Et

ſi oppoſuerís, motus contrariatur quieti: igitur motus non contrariatur motui: nam idem eſſet pluribus contrarius: prompta reſponſio eſt, vno modo motum contrariari quieti, vt habitum priuationi: & alio modo motui, vt contrarium contrario, & habitum habitui. Id autem incommodum non eſt.

Eptimi cap. ſcholia. XXX. Quod nũc ꝓpinquius, nũcvero remotius exiſtit. Ex eo ꝙ alterãs ipſi alterabili interdũ propinquius eſt, interdũ vero remoti⁹, ſumitur efficax argumentũ ipſam alterationẽ non eſſe iugem & continuã. Nã cũ propinquius eſt alterans ei quod alteratur, vt ignis ad motus aquę, fit alteratio, cumvero abeſt remotius atq; diſtantius, nõ fit alteratio. XXXI. Hic aũt ęternus eſt. Hic motus ſecundum locũ, ad quẽ ferme referuntur verba oĩa q̃ in totius approbatiõis contextu ſingulariter efferuntur, vt quod ſubiungitur, ſine alijs fieri põt, ad eundem debet accõmodari. Et diminutio augmẽtationem habet priorẽ. Augmẽtatio in affirmatione eſt, & ad perfectionẽ tẽdit. diminutio autem in negatione, & decumbit ad imperfectionem & interitũ. Affirmatio autem prior eſt negatione, igitur & augmentatio diminutione. At augmentatio indiget motu ſecundum locum, vt oſtenſum eſt. igitur multo valentius & diminutio, quãto eñ quicq̃ imperfect⁹ eſt, tanto magis ad indigentiã, delabitur atq; decidit. Statuuntq; principia alterationum oĩm. Antiqui ponunt raritatẽ & denſitatem eſſe principia oĩm alterationum, vt calefactionis & frigefactionis. Atqui raritas & denſitas ſine motu locali nõ fiunt. nã cũ fit rarefactio, corp⁹ occupat maiorẽ locum q̃ prius, & cum cõdenſatio, minorem. quare & alterationi, motu ſecd'm locum opus eſt. Verum id non oĩfariam oportet, raritatem & denſitatem eſſe principia cuiuſq; alterationis. Multæ enim fiunt alterationes, præſertim ſecũdum qualitates viſibiles, ſine rarefactione aut condenſatione. Primo, quia perfectiſſimis corporibus aptat. Ariſtoteles hoc in loco molitur iſtã rationẽ. Motus qui perfectiſſimis cõuenit corporibus, perfectiſſimus eſt. perfectoribus eñ corporibus natura perfectiores dedit affectiones, vt perfectiores ſunt accidentarię diſpoſitiones ignis q̃ aeris, ſicut & ignis aere perfectior eſt. Atqui motus ſecd'm locum cõuenit corporib⁹ perfectiſſimis, ſcilicet cęleſtibus, quorũ ſupremũ cęlum longe oĩm pręſtantiſſimum eſt. eſt igitur motus ſecd'm locum perfectiſſimus. Et idem nec plantis nec omnibus animalibus. Ex eo ꝙ motus ſecundum locum quo quicq̃ a ſe mouetur, non plantis nec omnibus animalibus, ſed perfectis ſolum cõuenit, ſumitur firmum argumentũ, motum ſecundum locum cęteris eſſe digniorẽ & perfectiorẽ, quia quod paucioribus natura communicatur, perfectius eſt, vt tãto ad perfectionem magis accedat, quanto ad vnitatem. Dicimus ipſum in rebus naturalibus ſingulis poſteriorem. Reſpondet philoſophus obiectioni factę, ꝙ motus ſecundum locum in rebus naturalibus, tẽpore reliquis motibus eſt poſterior, & ꝙ generatio & corruptio pręcedunt ipſum motũ ſecd'm locũ, & cęteros motus accidentales, ſed motus ſecd'm locum ipſius cęli primus eſt motuũ & tempore & cauſalitate, quo de hic fit ſermo. Tum quia oporteret omnia eſſe generabilia. Primus motus omnibus mobilibus tam primo q̃ poſterioribus ineſſe ſaltem ſecundũ genus conſpicitur, quod in motu ſecundum locũ ſatis exploratum habetur. Si itaq; generatio eſſet primus omniũ mot⁹, oporteret, eam omnibus cõpetere, & per conſequens omnia eſſe generabilia, quod quia manifeſte falſum eſt, non põt gñatio dici motus primus. Præterea gñatio habet alium motum priorẽ, ſcilicet motum cęli. modo impoſſibile eſt aliquid eſſe prius primo. quare neq; cęteri motus conſequens generationẽ, & tpe poſteriores. poſſent eẽ primi, ſcilicet augmẽtatio, diminutio, alteratio, & corruptio. Si eñ quod magis videtur eſſe primũ, non eſt, neq; id quod minus. Et cum motus vniuerſi ſit prior generatione, gñatio autem prior cęteris motibus, ipſis ijſdem motus vniuerſi prior eſt. quicquid enim eſt prius priore, prius eſt poſteriore. Minimum a ſua ſubſtantia naturaque decidunt, Id eſt, nihil eſſentię nouę acquirũt, nihilq; deperdunt. cęlũ eñ ex aſſidua ſua rotatione nihil ſubſtantiæ adiectum habet, neq; quicquã detractũ, neq; etiam lapis qñ deorſum fertur. At quę alijs motibus mouentur, vt augentur, minuuntur, aut alterantur, aliquid ſubſtantię ſuo motu acquirunt, aut amittunt. Nam per augmentationem, id quod augetur, ſubſtantiam accipit. per diminutionem, id ipſum quod diminuitur, ſubſtantiam amittit. per alterationem vero, res quę alteratur, interdum corrumpitur, vt aqua per calefactionem ſoluitur in vapores. XXXII. Sed hæc paulo q̃ prima communior eſt. Nam prima huius capitis concluſio ſolum datur de motu, qui (ſicut & in quinto huius) duntaxat complectitur motiones accidentarias. Iſta autem motui ſuperaddit mutationem, quę eſt ſecundum ſubſtantiam etiam tranſmutatio, id eſt formæ ſubſtantialis in materia aut acquiſitio aut deperditio. ſiquidem mutatio communior eſt quam motus.

¶ Octaui capitis annotat.

¶ Altrorſus, ad alteram partem, ad latus alterum. ¶ Cũ mobile ab vno termino ad alterum terminum vno motu moueatur, a quo quidem vltimo termino iterum recurrat ad primum: primus horum motuum directus nuncupatur, & ſecundus reſiliens & reflexus. ¶ Primum terminum, primum, aut conſimilem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

OCtauum cap. continet vnam conclusionem, & quinq; rationes q̃ motus ediuerso facti, vt directus & reflexus, non sint vnus. ¶ Cōclusio. 33
Non oīs secundum locum motus, sed solū is qui circularis dicitur, perpetuus esse pōt. Nam oēs motus secundum locum, aut sumuntur secundum rectum, aut scd'm circulum, aut mixtum, vt scd'm spatium quod sinum rectitudinēq; participet, sed motus secundū rectum sumpti, continuari & perpetuari non possunt. Nā cum nulla recta linea secundum quā fiant, sit infinita: reflectunt̃ resiliuntq;, si continuari debeant, ad sua initia. Atqui q̃ ita reflectuntur & resiliunt, vt a summis deorsum, a dextris sinistrorsum, & ab añ retrorsum (sunt em̃ hę cōtrarietates motuum) motus sunt cōtrarij. non igit̃ continuabuntur. Quid em̃ mot⁹ vnus & continuus sit, prius diffinitum est, ad quē numero tria, mobile, forma, & tempus numero vnum, requiruntur. contraria autem 34
specie discordant: q̃ vnum numero neutiq̃ efficere possunt. Quod vero motus qui hoc pacto ediuerso sumuntur, vt qui ab a in b, & qui a b in a, sint contrarij. hinc indicium notaq; sumitur, quia si mobilia quæ illis feruntur, sibi obuient in spatio, stant, pausant, & se impediunt, donec eorum vnum, alterum secum rapiat: vt qui se corrūpant: quod contrariorum est ꝓprium. Non autē sic est de motu qui est altrorsus, & in latus, & eo qui sursum est. hi nanque non pugnant. signum igitur est eos qui ediuerso, vt dictū est, sumuntur, esse contrarios. qui motus secundum rectum cum continuari & perpetuari non possint, neq; motus secundum mixtum, qui plane vnus non sunt. potius em̃ id motui simplici (qui & vnus & continuus sua natura est) cōuenire posse videtur. Relinquitur igitur solum eum qui circularis est, continuum & perpetem esse posse. ¶ Et iterum motus ediuerso sumptos non esse continuos, q̃ mobile pri⁹ q̃ reflectatur & resiliat, quiescere oporteat, ostenditur: quia in quolibet motu vno tria sunt, principium, medium, finis. medium quidē subiecto vnum, ratione duo, quod & potentia existit. principium vero, & finis motus finiti (vt lineę finitę extrema puncta) actu existunt. Itaq; quicquid mouetur, ferturq;, in quo loco adest, & a quo abest duo motus habens actu extrema: in eo interstite tēpore quiescit. alioqui nunc & instantia essent sibi inuicē proxima. At vero omne quod fertur aliquo vñ remeat & resilit (vt ab a in b, & iterum a b in a) duo habet in a b actu motuum exrema & initia. aut idē momentum est motus a b vt finis, & motus b a vt principium, & solum potentia. quod impossibile est. nam sunt diuersę naturę. quiescit igitur mobile in loco vnde resilit & reflectitur, pri⁹ q̃ resiliat et reflectatur. Et id non solum verum habetur in motu secundum rectum facto, sed et in motu secundum circulum facto, si eius vlla fieret reflectio atque resilitio. ¶ Sed id dubitationē alicui forsitan affert. Sint a b & c d magnitudines æquales. f & g mobilia æqualia. Et f a puncto e medio æqualiter moueatur versus b, recurrens in e, sicut g a signo c in d. Cum f & g sint æqualia mobilia, & æqualiter mota, si staret & quiesceret f aliquo tempore in b, g prius perueniet ad d. quam f in e. Nam e b repetitum, æquale est c d. Non igitur duo sunt nunc & instantia, in quorum vno sit vnius motus finis, & in alio resilientis & reflexi ortus. Et quomodo etiam cum f in b, & g in h simul perueniant & assint, g potius ab h nullo tempore interpoli recedit, quam f a b? ¶ Non concedimus f g mobilia esse æqualia, & in æquali tempore moueri f ab e in b, recurrens in e: & g a signo c in d: quia (vt dictum est) f quiescet in b prius quam resiliat & recurrat ad e: non autem g in h, aut alio quodam puncto medio, in quo solo momento potentia g perseuerat & persistit: quod huius vt principium, illius vero vt finis sit. f autem in b in duobus actu momentis perdurans existit: vno vt motus e b fine & termino, & altero vt motus b e principio. Et ita per id quod est esse actu & potentia, hanc diluimus dubitationem: quemadmodum prius illam zenonis de infinitis medijs spatiis, quæ (vt inquiebat) non contingebat pertransire. ¶ Vnde fit vt momenta actu, priori & posteriori motus & passionis adhibenda sint,

& temporis signa diuidenda. Nā oī instanti ꝓprium est vt sit duo ratione, huius finis, illius vero vt principiū. Qui itaq; ea non diuidet in calefactionis & frigefactionis initio, sed faciet vnū potentia, huius finē, illi⁹ vt principium, diuisionem facit continuo aptā. q̃ vero ea diuidit, & diuersa facit, vt duobus actu rñdeant: intercipit tp̃s, & mobile interquiescit: quō fieri dictū est prius, q̃ mobile reflectatur & resiliat. ¶ Tertio. Idem oñditur, motum directum & reflexum non esse vnum motum. Quod scd'm rectum vno motu ad aliquē terminum fertur, pri⁹ atq; ad eum perueniat, ad eundē ferebatur: imo statim a principio motus ferebatur. Si igitur vnus esset motus qui est sursum, & resiliens deorsum: si mul atq; aliquid ferretur sursum, ferretur & deorsum, si reflecti & resilire deberet. quod de se absurdum ridiculumq; apparet. ¶ Quarto. Illorum motuum diuersę sunt quietes. est em̃ alia quies motus a in b, & quies motus b ī a. Sunt igitur & diuersi motus, & non vnus: inter quos & tempus & quies intercipiuntur media. ¶ Quito. Cum aliq̃d ex albo fit nigrum, & iterum ex nigro fit album: illa albefactio & nigrefactio non sunt vnus motus, neq; eorum idē temp⁹. tempus em̃ continuum, continuorum est. motus autem ij sunt consequentes: quare neque temporis idem vltimum. Quo pacto em̃ & contrariorum vt albedinis & nigredinis idem vltimum esse possit? Apparet igitur motum directum & reflexum non esse vnum, sed potius inter eos tempus cadere medium.

Octaui capitis scholia. XXXIIII. Vt secundum spatium quod sinum rectitudinemq; participet. Sinum, curuitatē, obliquitatemq;. id est secundum spatium partim rectum, & partim obliquum. Nam cum nulla recta linea secundum quam fiant. hoc est, cum nullū rectum spatium per quod mobilia recto motu ferūtur, posset esse infinitum (maximū enim motus recti spatium duob⁹ extremis natura determinatur, scilicet concauo cęli lunę, & concauo aquę) si huiusmodi motus recti debeant continuari, cum ad sui spatij terminum extremitatemq; peruenerint, resiliunt & reflectuntur ad suorum spatiorū initia atq; principia. Neque motus secundum mixtum, qui plane vnus non sunt. Philosophus hic innititur loco a maiori, cū ex eo quod motus scd'm rectū adinuicem cōtinui & perpetui esse non possunt, colligit & motus mixtos adinuicem vniri & continuari non posse. est em motus secundum rectum, vnus & continuus. motus vero mixtus, neque vnus est, neque continuus. sed ex diuersis specie motibus recto & circulari compositus. quare potius esse perpetuum conueniet motui recto, qui simplex est & vniformis, quam motui mixto. Et siquid non inest ei cui magis videtur cōuenire, neque inerit ei cui minus. In quolibet motu vno tria sunt, principium, mediū, finis. Nō hic de partibus motus loquitur Aristoteles, sed de extremis impartibilibus (quę momēta dicuntur) motū terminantibus, aut partes eius continuātibus, quę reuera tria sunt, scilicet momentum incipiens. qd' principium est motus, & nō finis, momentū medium, quod finis est prioris partis motus, & principium posterioris, & momentū finiens, quod totius motus finis est, & nullius principium. perinde atque in linea finita a b c, est punctum initians a, punctum medians b, & punctum finiens c, quorū duo extrema a c, dicuntur puncta actu, medium vero b, dicitur punctū potentia. sic de motu facto per illam lineam dicendum est, tria in eo esse momenta, incipiens a, medium b, & finiens c, quorū medium b, re ipsa vnum est, & ratione duo, scilicet principium & finis ratione diuersorū. Et dicitur esse potentia, ex eo q̃ duorum motuum nō communicantium scilicet motus a b, & motus b c (qui nulla prorsus parte communicant) sit terminus. Momētum vero incipiens a, & finiens c, dicuntur actu existere, quia sic sunt termini motus, vt nullius alteri⁹ non communicantis sint termini. hoc supposito Philosophus hanc nectit rationem. quicquid scd'm locum mouetur, si in eodē loco ad quē motu directo aduenit, & a quo motu reflexo recedit, duo habeat extrema motus actu, in eo loco intermedio tempore quiescit. Nam cum primo momēto actu respondeat suum instans temporis, & secundo alterum temporis instans, si iter duo momenta actu non sit tempus intermedium, duo nunc & temporis impartibilia erunt sibi inuicē proxima. quod est impossibile. At omne mobile quod mouetur ad aliquem locum vñ reflectitur, vt c ab a in b, & iterū ab eodem termino b in a, duo habet in b actu momenta motus, scilicet momentum finiens motū directum, & alterum numero incipiens motum reflexū, aut idem numero momentum est motus directi a b vt finis, & motus reflexi b a vt principium, & solū momentum potentia. quod est impossibile. Nam duo illi motus sunt diuersę naturę, & contrarij. quare non sunt nati adinuicem continuari, cū ad motum cōtinuum vna numero forma & dispositio requiratur. igitur mobile c quiescit in loco b vnde resilit, anteq̃ ab eo reflectatur. Si eius vlla fieret reflexio, atque resilitio. Tunc esset reflexio in motu circulari, quando ab vno termino mobile circulo mo



Universidad de Deusto
Biblioteca

b d
f g
c h
a c

ueretur ad alterum, vt ab oriente per meridiē ad occidentē. a quo per idem ſpatium iterum redi ret in primum terminū, vt ab occidente p meridiem ad orientem. & ſi hoc pacto quicq̄ moueretur, deberet quieſcere in occidente, anteq̄ recurreret in orientem. Nō concedim⁹ f g mobilia eſſe æqualia. Soluit Philoſophus factāobiectionem, non admittendo f & g mobilia eſſe æqualia ſecundum velocitatem, & æqualiter moueri, quod aſſumptum erat, f quidem per medietatem ſpatij bis repetitam, ſcilicet e b & b e, & g per continuū ſpatiū. nam g mouetur directe ſolū, & p ſpatium in continuum & directum ſine reflexione porrectū. f vero primo directe, & deinde reflexe, per medietatem ſpatij bis repetitam. Facit itaq; ſpatiorū diuerſitas & varia habitudo, q̄ mobilia quę in ſpatio omnino eodē & continue directo æqualiter mouerentur, in ſpatijs diuerſo mō ſe habentibus non moueantur æqualiter. Et q̄uis e b, bis repetitum, ſit æquale ſecundum molem ſpatio c d, non tñ ſecundum mouendi rationem, vtq; idem & eodem mō in vtroq; fiat motus. nam in ſpatio c d fit motus ſecundum directum continuus, at in e b fit mot⁹ primo directus, & ſecundo reflexus, a primo ſpecie diuerſus. Nec æquali tempore abſoluuntur vtriuſq; mobilis lationes cū mobile f quieſcat in termino b, anteq̄ reſiliat in e, ſed mobile g in nullo pūcto medio ſui ſpatij quieſcit, imo abſq; intermiſſione cōtinue in ipſum terminū d mouetur. Et ergo mobile g in puncto h ſolum per nunc & temporis impartibile eſt, hñs ibidem momentum potētia, a quo dicitur incomplete & ſecundum principiū mutatum. F autem in b duo habet momenta actu, vnum ſcilicet finem motus directi e b, & alterū principiū mot⁹ reflexi b e, quare cōceditur mobile g prius peruenire ad d, q̄ f iterū ad e. nam eo tp̄e quo f quieſcit in b ante reflexionem, g mouetur continue in ſpatio ſupra h ſignato. Etiā dicta eſt ratio quare g a puncto h recedit ſine intermedia aliqua quiete, potius q̄ f a termino b. nā motus ipſius g per d h, eſt cōtinuus motui eiuſdē per h c, quare inter eos nullū mediat tp̄s, ſed motus f per b e non eſt continuus motui eiuſdē p e b, cum inter eos ſit tp̄s medium. Vñ fit vt momenta actu priori & poſteriori. Ex prędictis infert Philoſophus corollarium, annexāq; & vt appēdicē, ppositionem, q̄ momēta actu, ſolū conueniūt principio & fini totius motus & paſſionis, hoc eſt affectionis. Per prius em̄ mot⁹, nō ipſi⁹ prior pars, neq; per poſterius, pars eius poſterior intelligēda eſt, ſed per prius, motus principiū, & per poſterius, finem motus accipere debemus, vt cum f peruenerit ab e in b, habet in b momentum actu, motus directi finem, & cum rurſum mouetur ab ipſo b in e, habet alterum momētum actu, motus reflexi principium. quare habet in b duo momenta actu, ęque atq; in e. Et temporis ſigna, hoc eſt inſtantia ſiue impartibilia, ſunt conformiter diuidēda ad ipſa momenta actu. nam quodlibet momentum actu, habet temporis inſtans ſibi adaptatū, & diuerſa momenta habent diuerſa temporis ſigna ſibi reſpondentia. Vt igitur momenta actu, a ſe inuicem diſtinguntur, ita & temporis ſigna diuidenda ſunt, quemadmodum vt f in b habet momentum actu, ſinē motus e b, & vnū temporis ſignum ei reſpondens, idem mobile in eodem termino habet aliud momentum actu, principium motus b e, & aliud etiam ſignum temporis reſpondens. Et q̄ncunq; ſunt diuerſa momenta actu, eſt aliud ſignum temporis reſpondens priori momento & poſteriori, & inter illa duo tempus quietis intercipitur medium. Nam omni inſtanti temporis proprium eſt vt ſit duo ratione, prioris temporis finis, & alterius principium, ſicut puncto cuiuslibet lineę circularis proprium eſt, vt ſit duo ratione. Verum id ſimpliciter veritatem non habet, ſed ſolum facta hypotheſi quod motus cęli eſſet ęternus, quod ſuperius probaſſe viſus eſt Ariſtoteles. Cęterum quemadmodum illud eſt vero diſſonum, ita & iſtud de inſtanti temporis dictum, quod ex illo conſequitur. Itaq; qui illa temporis ſigna non diuidit & diſtinguit in principio calefactionis aut frigefactionis, ſed ea eſſe vnum re ipſa conſiderat, & duo ratione, conſiderat ea vt tempus continuum efficiunt, & tanquam partium temporis terminum communem. idcirco diſtinctionem facit aptam continuo. nam omne continuum partes habet, quarum vltima ſunt vnum. Qui vero inſtantia re ipſa diuidit, & diuerſa facit, ita vt duobus momentis acte reſpondeant, inter illa duo tempus medium claudit, in quo mobile quieſcit, vt fit ante motus reflexi initium. Vt albedinis & nigredinis idem vltimum eſſe poſſit. Quemadmodum illarum qualitatum contrariarum non eſt idem qualitatis vltimum (quod intenſionis ſignum aut nota appellari poſſit) neq; motuum ad illas qualitates idem eſt momentum eos continuans, ita neque temporis motus vtriuſque idem eſt inſtans continuans tempus motus vnius, tempori motus alterius.

c

¶ Noni capitis annotat.

¶ Phyſiologi, Phyſici. ¶ Sinus, curuitas, arcus.

c f
a d b
g h

Onum caput continet duas concluſiones, quinque rationes ad ſecundam. ¶ Prima concluſio. Ad motum circularem eſſe vnum, continuum, & perpetuum, allata non accidunt incōmoda. ¶ Tū quia quod eo agitatur motu, non fertur motibus oppoſitis. neq; vniuerſaliter verū eſt motus ab a in b, & a b in a eſſe cōtrarios: ſed ſolū id de rectis verum habetur. Sunt enim ſecundum locum contraria quæ ſecundum rectitudinem plurimum diſtant. Vnde hoc non vetabit motus hos ſecundum circulum eſſe continuos, tum quia re- 35

q̄ſm locu cōtraria ſunt

ſilitione reflexioneq; non diſtrahitur. nam quæ reſiliunt & reflectūtur, exitum actu habent, & actu alterius principium: vt eodem affiint, & ab eodē mox ſine actu principioq; habito abſint. Id autē in motu ſecundū circulum nō reperias. nam ſemper eſt ab eodem in idē, neq; exitum neq; ortum vllum actu habēs: vt neq; circulus punctum habet actu vllum, ſed omnē potentia, & qui idem vnius ſit pro exitu. alterius vero pro ortu. In recto aūt id non ita eſt: cū ſemper ſit ex aliquo in aliud. ſed ſicut in recta, ſuoq; ſpatio extrema actu comperta hñtur, ita & in eo motu. ¶ Vnde hæc explorata, permanifeſtaq; cognoſcuntur, motus ſecundum ſemicirculū, aut maiorē, aut minorē circuli portionem factos, eſſe non poſſe continuos & perpetuos, atq; ſolū ſecundum circulum eſſe perfectum. Solus em̄ is eſt qui principio finē copulet, & nullos a circulari contingere eſt perpetuos. neq; id phyſiologos ſane aſſeruiſſe, oia ſemper moueri: cum non circulo moueri poſſe viderēt oia. plane ſiquidem confitentur quædam oriri, quædam interire, quædam augeri, minui, alteraſcere, & non agi circulo. ¶ Secunda. Latio
36 num prima eſt circularis. ¶ Primo, Quia ois latio aut eſt recta, circularis, aut mixta. at latio circularis prior eſt recta: quia ſimplicior & perfectior: vt quę ſit interminа, ſine reſilitione aliqua, incorruptibilis, & infinitam ſeriem trahens. non autē recta, quia terminos actu habet, quæ reſilit plerunq;, motus continens contrarios, corruptibilis, & finitæ ſeriei, ſi in linea fiat recta quæ finita ſit. in recta autem infinita non fiet vlla: q̄nquidem nihil fit, quod factum eſſe impoſſibile eſt. infinitum autem pertranſire impoſſibile eſt. Quod ſi circularis prior eſt recta, & mixta ex recta atq; circulari. nā latio recta, ea q̄ mixta eſt, prior exiſtit: vt ſimplicia ex ijs compoſito priora ſunt. ¶ Secundo. Aeterna priora ſunt, non perpetuis. Atqui circularis latio æterna eſt, cęteræ autem non, ſed ſtatū finemque habent. eſt igitur circularis latio alijs lationibus prior. ¶ Tertio. In motu recto determinatum eſt principium, medium, & finis: & dari pōt determinate vbi incipiat, qua tranſeat, & quo deſinat. Hæc autē in motu circulari determinata non ſunt, ſed vnumquodque principiū eſt, medium, & finis: vt ſemper is motus in principio eſſe videatur. Non em̄ aliquid eorum vnū vt principiū potius q̄ alterum quodlibet poſueris. & quieſcere eius mobile quodāmodo putatur, vt quod in eodem loco maneat. ¶ Quarto. Menſura prior eſt menſurato. Nam primo menſuramus: & primū in vnoquoque gñe metrū & menſura aliorum eſt. motus aūt circularis, aliorum mēſura eſt. eſt igitur prior alijs. ¶ Quinto. Motus regularis prior eſt irregulari. circularis aūt motus talis euadit, alij vero non. Nam alij motus ſi naturales ſint, in principio tardius excitātur. & quanto fini viciniores, velociores exiſtunt. violenti ecōuerſo. circulares vero neque in principio neque in fine euariant. Eſt igitur circularis prior. Et certe oēs antiqui, Empedocles, Democritus, Anaxagoras, Plato, motum ſecundum locum dixerunt eſſe priorem: vt Empedocles dixit litem ſegregare, & amicitiam congregare, & Democritus ex atomis per ſegregationem omnia gigni: & Anaxagoras intellectum a Chao ſegregantem, Plato animam mouētem, cui primum motum attribuit, motum ſecundum locum. Ex his liquet primum motum eſſe ſecundum locum. ſed quis is eſt, declaratum eſt pauloante.

cur circularis latio prior ſit aliis lationibus

nota hac ratione

d
a b
c f
g

Noni capitis ſcholia. XXXV. Sunt em̄ ſecundum locū contraria. Secundū locum contraria hic dicuntur motus ſecundum locum contrarij, qui accipiuntur ſecundum rectitudinem plurimum diſtantem, quando ſunt ſecundum ſpatia maxime natura ſecundum rectitudinem diſtantia, vt maxima latio ſurſum, quę eſt a loco deorſum ſimpliciter ad ſurſum ſimpliciter, & maxima latio deorſum, quæ eſt a loco ſurſum ſimpliciter ad locum deorſum ſimpliciter, vt tertio quoque cap. quinti Phyſicorum numero xvij. expoſitum eſt. Mot⁹ ſecundum ſemicirculum, aut maiorem aut minorem circuli portionem factos. Semicirculus eſt figura plana, diametro circuli & medietate circunferentiæ contenta, vt figura a b c d, contenta diametro a c b, & medietate circūferētię a d b. Maior portio circuli figura eſt plana, recta linea & parte circūferentię contenta ſemicirculo maior, diametrumq; & centrū includēs, vt figura e d f. Minor

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem circuli portio,figura itidem plana est,linea recta & parte circũferentię contenta,semicirculo minor,& neq; diametrũ neq; centrũ cõtinẽs,vt figura e f g. XXXVI. Et mixta ex recta & circulari.Mixta,ablatiuus est,referẽdus ad cõparatiuũ prior,vt sit sensus,latio circularis etiã prior est latione mixta, qñquidem latio recta est prior latione mixta.Recte enim colligimus ex eo ꝙ circularis latio est prior recta, vt modo probatum est,& latio recta est prior mixta,sicut vnũ est prius multis,& simplex compositis,& circularẽ esse priorẽ mixta.nam quicquid est prius priore prius est & posteriore.Et quiescere eius mobile quodammõ putatur.Non ab re abiectũ,quodãmodo.nam mobile latione circulari nequaq̃ simpliciter & absolute quiescit,qñquidem suæ partes locũ demutant,sed videtur quiescere,quia semper in eodem loco sed'm se totũ manet,perinde atq; trochus puerorũ pernicissima circũgyratiõe eodẽ aeris cõcauo gyratus,videtur quiescere,quia non dimouetur a loco suo. Et plane in cęlo maximus motus statui propemodũ cõiungitur,vt minimus motus esse videatur.Nã primo mẽsuramus.Primo,per primũ,quemadmodum explicat sequens propositio,q̃ apud Aristotelẽ magni est momẽti,ꝙ scilicet primũ in vnoquoq; gñe,metrum est & mensura aliorũ sui gñis,vt in genere visibiliũ,lux est mensura aliorum visibilium,& in gñe rerum sensibilium hõ est omnium aliarum mensura Nam alij motus si naturales sint. Quod motus naturalis in fine q̃ principio sit celerior,id contingit propter resistentiã spatij,quę in fine q̃ principio minor est, & continue imminuitur. Sane minus resistit paucum aeris sue diuisioni,vt vnum pedale,q̃ copiosus aer.In principio autem mot⁹ multũ spatij subest mobili,in fine aũt pauxillũ.Quod vero motus violẽtus ediuerso in fine q̃ principio sit tardior,id potissimũ in causa est,ꝙ virtus impulsiua mouendi ipsi violente moto impressa,in principio vehemẽtior est & valentior,in fine aũt quia cõtinue lentescit atq; euanescit,debilior est & languidior. Quocirca q̃admodũ in motu naturali cõtinue spatij decrescit resistẽtia,manẽte eadẽ virtute motiua,ita in motu violento cõtinue decrescit virtus motiua, manente consimili resistentia spatij. Verum vtrunq; de motu rerum naturalium dictũ intelligitur cum cętera sunt paria, & idem secundum raritatẽ densitatemq; manet spatium.nã siquid prius motu naturali ratione ferret spatio vt aere,& deinde densiore vt aqua,non oporteret motũ i fine q̃ pricipio celeriorẽ esse, propter spatiorum diuersitatẽ.Quod aũt quicq̃ violente proiectum,in medio spatio illisum homini grauius ipsum lædit,q̃ illisum in principio sui motus, non eo venit ꝙ velocius in medio aut fine q̃ principio moueatur, sed quia per exiguum spatium & tantulum quantũ in principio trãsactum est,id non est natum agere violentem illusionem,neq; læsionem inferre. Per maius autem spatium,quantum in medio aut circa finem est transitum, natum est vim grauiter illudendi habere. hinc circa medium spatij violentius agit, quam circa eiusdem principium.

¶ Decimi capitis annotat.

¶ Primus motor. primum simpliciter mouens. ¶ Infinitum secundo. ¶ Præstare, superare,præstantius esse. ¶ Centrum, punctus a quo omnes lineæ rectæ ductæ ad circunferentiam sunt æquales.

DEcimum caput continet duas conclusiones, vnam quæstionem, & duo corollaria post primam. ¶ Prima conclusio. Primum motorem 37
impartibilem,incorporeumq; esse oportet. ¶ Nã si corporeus esset, magnitudinemq; haberet:aut ea finita,aut infinita esset. Non infinita,finita igitur. Deinde aut vis eius mouendi finita,aut infinita. Si finitam dederis,non mouebit tempore infinito. finitum enim tempore infinito mouere impossibile est.quod adhuc ostendo. Sit a mouens finitum.b mobile. c tempus infinitum.quia a vis est finitæ,afferri potest maius, quod sit d. Aut ergo d diutius mouebit b,quam ipsum a virtute inferius atque inualidius. hoc autem non:quia tempore infinito nihil est diutius. Aut a solum mouet tempore finito. Aut d quanto a æque mouet. hoc iterum non, quia maior vis minori æquari non potest. Non igitur eius vis finita est. Si dixeris eam infinitam, neque hoc quidem. Nam in magnitudine plus clausum potentiæ, in æquali tempore plus facit: vt plus caloris habens, plus calefacit:plus dulcoris itidem plus dulcoris inducit: & ita in singulis mouentibus. Necesse igitur esset a corpore finito vim infinitam habente, ipsum mobile pati, & plus quidam quam a finito: nam plus potentiæ retinet. quod si sic esset, nullum esset tempus in quo pateretur.quod est impossibile.Quod si mouebit tempore finito:sit potentia infinita e.tempus in quo f.& potentia finita a.tempus in quo mouet g.Procedam maiorem potentiam accipiens finitam alteram, quousque excellam, aut æquem determinatum.atq; ad id incõmodi perducam,vt potentia infinita



& finita æqualiter & æquali tempore moueant.aut finitam mouendo,potentia
præstare infinita.quod est impossibile. Et etiam distrahendo eam,si voluero,de
ficere faciam.mouebit igitur in non tempore. Nam accepta potentia finita e b
aliquanto tempore mouet:quod sit f i. Capio e c magnitudinem duplam,& du
plam continentem virtutẽ (id enim supponimus,vt minor magnitudo alicuius
est virtutis, & maiorem virtutem esse maioris) quæ in medio tempore moue-
bit,vt f g. Et iterum sumpta dupla potentia,vt e d:in temporis f g dimidio,vt f
h,mouebit. & ita semper accepta maiore potentia, in minori tẽpore mouebit.
nam semper eadem est proportio. Accepta igitur potentia infinita, q̃ omnem
potentiam finitam excellit, mouebit in non tempore. Est enim infinita poten-
tia,vt magnitudo & multitudo omne finitum excellens,& quę ad finitum nul
lam gerit proportionem. Manifestum igitur est eam potentiam in magnitudi-
ne finita nõ esse infinita.Item magnitudinis finitæ accepta aliqua parte (quan
tulacunque sit) potentiæ finitæ magnitudinem metietur, & potentia finita
potentiam infinitam. Quod permanifestum est impossibile. Primum
igitur motorem qui indeficienti æuo perpetuaq; serie mouet,impartibilem in-
38 corporeumq; esse necesse est. ¶ Quæstio.Quomodo quædam quæ a se non mo-
uentur,vt proiecta,continue moueantur suo actore non tangente,sed abiuncto
& cessante? Dixerunt,simul atq; pellitur proiectum,& pelli proximum corpus,
vt aerem,qui continue ipsum proiectum moueat. Sed eandem in aere,quomo-
do,& a quo moueatur,transferunt difficultatem. ꝙ si dixerint a proximo, hoc
abibit in infinitum.& impossibile. ¶ Neq; quidem primum mouens ad proie-
ctum sese habet vt lapis magneticus ad ferrum, quod ab eo vim mouendi mu-
tuatur.Nã simul atq; magnes de medio tollitur aut occultatur,ferri vis illa mo-
uendi cessat & vanescit,non autem primo pellente deficiente, proiecti vis mo
uendi defici. ¶ Ideo dicit, poterit primum mouens non modo proximũ corpus
vt aerem aut aquam mouere, sed ei ipsi vim quandam mouendi imprimere:
quæ quidem in primo mouente deficiente non simul vanescit, sed aliquandiu
perdurat & mouet:alioqui simul atq; primum mouens quiesceret,& proiectum
procumberet:vt ferrum statim absente magnete. Neq; quidẽ sufficeret (vt qui-
dam volunt) velox citaq; (ne vacuum fiat) corporis succedentis reciprocatio,
subsecutioq;.alioqui vno corpore iacto,oporteret & omnia moueri. ¶ Primum
39 corollarium. Vnde fit vt huiusmodi proiectorum motus non plane continui
sint,vt qui a varijs sint successiue mouentibus,quæ attactu ipsa mouent: & re-
gulares non sint.est em̃ in principio præceps,& in fine retusus & lentus, vi im-
pressa pedetentim languescente,& moriente.naturales vero ediuerso,initio pi
40 gri,in exitu vero veloces. ¶ Secundum. Vnde iterum recte euenit primũ mo-
torem incorporeum esse & immobilem. Nam si moueretur ab alio,consequere
tur ipsum mobile,& aliqñ deficere posset. Et si corporeũ, vt aer aut aqua proie
cta, sequens tangeret. At cũ ponitur incorpore⁹ & imobilis,nõ oportebit simul
ipsum mutari: sed semper vnus idẽq; imutabilis & infatigabilis manens motũ
41 intẽperabit & influet mobili,& quidẽ semper q̃ simillimũ & regularem. ¶ Se-
cunda conclusio. Primus motor sedẽ habet in circulo,motu (qui dict⁹ est) velo-
cissimo & eterno intẽperato. Nã sedẽ habet aut in centro,aut circulo.sunt enim
ea principia.Non in centro.nam ocyssime mouentur ea q̃ finitima & proxima
sunt mouenti.rapidissimus aũt motus is,quo mundus conuertitur. Illic igitur
& primus motor eternus.Quod igit̃ sit primus motus, ꝙ primus motor semper
idem,consimiliter se habens,oi magnitudinis mole carens,immutabilis,infati
gabilis,infinito tempore sempiternũ motũ intemperans,dictũ est abundãtius.



DEcimi capitis scholia. XXXVII. Quod adhuc ostendo. Finitum virtute, tempore infinito mouere non posse Philosophus sic demonstrat.Sit a mouens finitum. b mobile. c tempus infinitum, ponaturque a mouere b in tempore c. Quia a est virtutis finitę,dari pōt mouẽs maioris virtutis,quod sit d. Aut ergo d diuti⁹ secundũ durationẽ mouebit

Universidad de Deusto
Biblioteca



b mobile,quam mouens a minoris virtutis.ſed hoc non,quia tempore infinito nihil eſt diuturnius,ſicut magnitudine infinita nihil eſt maius,& multitudine infinita nihil eſt numeroſius.quare ſi d moueat diutius mobile b,q̃ a mouens virtute minus,oporteret a ſolum mouere tempore finito . quod eſt hypotheſeos oppoſitum . Aut d virtus maior tanto tempore mouet b mobile, quanto a & hoc non , quia datis duobus mouentibus inæqualibus comparatis ad idem mobile, vt maius mouens illud mobile diutius ſecundum durationem moueat,neceſſe eſt. Nam ſi æquali duntaxat tempore moueant,virtutes inter ſe ſunt æquales.igitur d virtus maior & a virtus minor inter ſe æquantur,totũ ſuę parti,quod eſt impoſſibile.non igitur a mouẽs infinitum mouet b mobile tempore c infinito,quod eſt propoſitum. Procedam maiorem potentiam accipiẽs finitam alteram.Gratia diſciplinę ponatur virtus infinita mouere tempore finito, & ſit e potẽtia infinita,tempus finitum in quo mouet,f,ſit deinde a potentia finita,& tempus finitum in quo mouet g.Cum cuiuslibet temporis finiti ad finitum ſit proportio,ſit g tempus quadruplũ ad f.Capio c potentiam duplam ad a,quę mouebit tempore duplo minore q̃ g,ſcilicet in tempore d.deinde capio h potentiam quadruplam ad a,& duplam ad c . quæ mouebit in tẽpore i quadruplo minore q̃ g.nam quantum creſcit potentia mouens,tantum tempus decreſcere neceſſe eſt . Cum autem tẽpus f ſit quadruplo minus q̃ g,& tempus i etiam quadruplo minus q̃ g , conſequens eſt tempus f & tempus i eſſe æqualia.Quęcunq; enim advnum & idem eandem ſeruãt proportionẽ, inter ſe ſunt æqualia. At virtus infinita e,mouet in tempore f finita autem h,in tẽpe i, ergo virtus finita & infinita mouent æquali tempore.ſed virtutes quæ æquali tempore mouent, inter ſe ſunt æquales.igitur potentia finita æquatur potentię infinitę,quod eſt impoſſibile. Deinde capiatur K potentia finita ſextuplo maior q̃ a.cum ipſa ſit maior virtute h(nam ſecundum ſeſquialterum)mouet in tempore minori q̃ i, in quo virtus h mouet.ſit itaque illud tempus l. Tunc ſic tempus l eſt minus tempore i,ergo tempus l eſt minus tempore f æquali tempori i . & K mouet in tempore l,e vero virtus infinita in tempore f,ergo virtus finita minori tempore mouet q̃ infinita.ſed quæ minori tempore mouet,maior eſt virtus,& quæ maiori,minor virtus igitur finita eſt maior virtute infinita,quod eſt impoſſibile. Mouebit igitur virtus infinita in non tempore.Item magnitudinis finitæ accepta.Ipſius magnitudinis finitæ,in qua eſt potentia infinita per hypotheſim,accipiatur quantulacunque pars ſecundum molem.in qua ſit potentia finita, vt exempli gratia pars pedalis,in qua ſit mouendi virtus & quatuor. Cum per hypotheſim tota magnitudo in qua eſt virtus infinita,ſit finita,illa pars pedalis toties poterit ſumi,& nũero quidem finito,vt totam illam magnitudinem menſuret aut æquando aut ſuperando.finiti enim ad finitum proportio eſt.Et cum in tota magnitudine ſupponatur eſſe potentia mouẽdi vniformis.vt in æquis ſecundum magnitudinem partibus ſit æqua mouendi virtus, partis acceptæ virtus finita æquatur virtuti cuiuslibet partis ei ſecundum molem æqualis . quare ipſa totam potentiam totius magnitudinis menſurabit, quæ poſita eſt infinita , igitur potentia finita menſurabit potentiam infinitam,quod eſt impoſſibile. Vt ferrum ſtatim abſente magnete . Id diſcriminis eſt inter proiectionem & attractionem ferri a magnete , quod cum primum magnes aufertur, aut occultatur,amplius ferrum ab eo non mouetur,ſicut cum lucidum aliquod vt ſol ſubtrahitur a nobis,aer non illuminatur,aut cum quicquam inter ſolem & nos eſt interpoſitum & obiectum . Eſt enim magnes vt ſol,& virtus attractiua magnetis vt lux ſolis, diffundens lumen in aere,& ad parietem,mediante quo fit viſio.ita magnes diffundit radium attractiuum per aerem vſque ad ferrum, ſed ſolum in præſentia , & nullo interpoſito interiectoque corpore . At cum primum quicquam interponitur,euaneſcit ille radius,ſicut ablata re viſa a ſpeculo , aut aliquo interpoſito inter rem viſam & ſpeculum , euaneſcit imago . At primo pellente ceſſante aut abeunte , aut aliquo inter ipſum & proiectum interpoſito , non ceſſat ipſum proiectum moueri, quia proijciens imprimit ipſi proiecto vim quandam impulſiuam,quam impetum dicunt , quæ vt in proiecto permaneat poſtquam impreſſa eſt , non indiget ipſius potentia neque ſubſiſtentia.nam tametſi proijciens abiret , aut interiret facta proiectione , non minus virtus illa moueret proiectum . Et eſt impetus,qualitas quædam,accidentariaque affectio diffuſa per totum ſubiectum,vt grauitas aut albedo,eique ſexiſtens vt ſuo ſubiecto,non tamen idcirco motus proiecti naturalis eſt,tametſi fiat ab intrinſeco,id eſt inexiſtente, quia non fit ab intrinſeco , hoc eſt, naturali & natura conueniente ipſi proiecto.Cum autem dicitur motus , ille eſſe naturalis : qui fit a principio intrinſeco,principium intrinſecum ſolum capitur pro forma ſubſtantiali,& alijs eius inſtrumentis ad motum concurrentibus,quæ ſecundum naturam ſunt,& nõ pro quouis accidẽte ſexiſtente rei naturali, & efficiente motum.Quocirca impetus neque grauitas eſt, moueret enim ſolum deorſum,neq; leuitas,quia tunc ſolum ſurſum moueret,ſed qualitas motiua impreſſa proiecto a proijciente ad omnem differentiam poſitionum,& ſemper ad oppoſitum illius a quo ſumit originem omnino conuerſo advirtutem magneticam modo,quę ſemper mouet ad id a quo trahit ortum.Et impreſſa alia virtus non ſemper eadem eſt, alioqui proiectum deberet aſſidue moueri ſine quiete & deſiſtentia,ſed in principio quidem valẽtiſſima eſt,deinde paulatim elangueſcit,vt quanto magis ſe moueatur a ſuo authore,tãto fiat infirmior & minor,& tandem æquatur virtuti reſiſtenti ipſius mobilis,quod propter æquationem mouentis ad reſiſtentiam, non amplius mouetur,quia ab æquali virtute motiua neutiquam fit actio. Vt autem imprimatur hic impetus,nõ debent proijciẽda corpora eſſe mollia,neq; nimiũ exigua mole.propter quod lanę aut planę nequaq̃ ea vis motiua ĩprimitur,neq; illa proiectione quoq̃ mouẽtur.Neq; etiam

Impetum qualitatẽ ẽ proiectorum motricem.

debent quę proijcienda ſunt, eſſe nimium propenſa mole , vt eorum motus & grauitas obſiſtat motioni faciendæ.hinc ingentia ſaxa & grandia non ſuſcipiũt facile impreſſionem impetus, neq; proiectioni ſunt obnoxia.Quod ſi eis imprimatur virtus pulſiua , ad paruam admodum diſtantiam mouentur,ob reſiſtentem magnam grauitatem.Et quanuis ipſis maior imprimatur impetus ſecundum extentionem, & diffuſior atque expanſior q̃ minoris molis corporibus, q̃ impetus p accidens tantus ſit quantum corp' proiectum,more aliarũ qualitatũ materię inhęrentium, non tamen maior ſecundum intenſionem atq; virtutem,quę potiſſimum & per ſe impetu & cęteris qualitatibus eſt attendenda.Diuiditur ſiquidem impetus per ſe in partes intenſionis,eidẽ ſubiecto & parti ſubiecti inexiſtentes,per accidens autẽ in partes extenſionis. XXXIX. Vt qui a varijs ſint ſucceſſiue mouentibus.Id,ſcilicet ſucceſſiue moueri a varijs mouentibus,inducit interruptionem motui.nam cũ primum mouens deſinit mouere,anteq̃ alterum motum inchoet, aliquid temporis ſolet intercipi atque intercedere , & proinde motus diſcontinuatur . Irregularitas autem etſi faciat motum videri minus cõtinuum quam regularitas,non tamen infert itermiſſionem motui,neq; ſimpliciter ,phibet cõtinuationem. XL. Nam ſi moueretur ab alio,cõſequeretur ipſum mobile.Id eſt,cõſequens ipſum eſſet mobile,& oporteret ipſum ab alio moueri. At cum id in infinitum non procederet,tandẽ peruenireturad vnum mouens immobile,deficeretq; mobilium ſeries dato primo motore. XLI. Sunt enim ea principia.Ea duo loca,primum corpus circulare,& centrum,ſunt duo loca extrema totius vniuerſi,hic imus,ille vero ſupremus. Nam ocyſſime mouentur ea quę ſinitima & proxima ſunt mouenti.In natura id exploratiſſimum habetur,quę primæ origini propinquiora ſunt,illius naturam & conditionem amplius participare,quã illa quę procul diſtant,vt quæ ſolivicinioraſunt, clarius illuſtrantur , & abundantiorem ſuſcipiunt illuminationem quã a primario lucis fonte ſemotiora . Et quæ igni e vicino ſunt admota,plus caloris ſuſcipiunt,& calidiora ſunt ijs quæ longo interuallo ab eo diſſeparentur . Ita quoque cenſet Ariſtoteles,quæ proxima ſunt mouenti,perniciſſimo agitari motu, quod ob huiuſmodi propinquitatem maior illis communicetur qua moueantur virtus.Et conuerſo itidem ordine id retroagi putat,quæ ſcilicet ocyſſime mouentur,ea eſſe proxima mouenti . Atqui cælum ipſum ſupremum & primum mobile rapidiſſimo fertur motu & celerrimo.Eſt igitur ipſum primo mouenti proximum,& in eo primus motor ſedem habere,reſidereque ponendus eſt.Cæterum non exiſtimet quiſpiam Philoſophum tam pingui fuiſſe & craſſo ingenio,quod primum motorem in ſupremo cælo conſtituat tanquam locatum,aut circunſcriptum terminis aut limitibus ipſius orbis circularis. Nempe cum ipſum primũ mouens hic aſſerat & comprobet eſſe incorporeum,& impartibile,quonam pacto poneret ipſum determinatum aut definitum mole atque ambitu rei corporeæ , cum ſit impoſſibile incorporeum corporeo , & impartibile partibili vt ſuo loco contineri? Sed in primo circulo,ſupremoque cælo mobili aſtruit Philoſophus collocatum primum motorem . quod in eo vim ſuam motricem primo & manifeſtiſſime exprimat, influatque in ipſum virtutis ſuæ motiuæ primum & præcipuum effectum,ſcilicet motum velociſſimum.ſiquidem nullum eſt in toto vniuerſi ambitu corpus in quo magis perſpecta ſit & explorata ipſius primi motoris mouendi efficacia,quam in ipſo primo mobili,i quo maxime elucet atque comperta habetur primi mouentis operatio . At vero recte dicimus quippiam in illo eſſe,in quo dilucide cernitur propriam functionem exercere,& ſuum opus moliri.Quia igitur in primo mobili ſuam ſuam mouendi vim liquido explicat primus motor,non abſurde nec ineptè dicetur ibidem habere ſuam ſedem , & illic potiſſimum ſubſiſtere .

Paraphraſeos in octo libros Phyſicorum
Ariſtotelis, Finis.

Iacobi Fabri Stapulen. in quatuor

libros de Cælo & Mundo Ariſtotelis, paraphraſis,adiectis ad literam
Iudoci Clichthouei Neoportuenſis ſcholijs .

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Primi capitis, primi de Cælo & Mundo, annotatiunculæ.

¶Cælum, circulare corpus naturalibus corporibus superemínens. ¶Mundus est naturalium corporum, & eorum quæ his supereminent, omniumvniuersas. Vniuersitas, collectio, aggregatio. ¶Mundus vniuersum. ¶Omniquaq; vndique, omnifariã, secundũ longum, latum, & profundum. ¶Tria quibus Pythagorici (vt nonnulli volunt) deo sacrificabant, ignis, thus, oratio.

circa que uersetur scientia d'natura

DE Cælo & Mundo libri quatuor. Primus continet duodecim capita. Primum tres conclusiones, quatuor diffinitiones post primam, & tres rationes ad secundam. ¶Prima conclusio. 1
Scientia de natura, circa corpora, magnitudines, & horum passiones ac motus & principia maxime versatur. Nam scientia de natura, eorum est quæ secundum naturam dicuntur, & quæ a natura constant. Eorum autem quę a natura constant: hæc sunt corpora & magnitudines: eorum passiones, & motus: hæc vero corpora & magnitudines habentia, & quibus corpora & magnitudines insunt: & hæc postremo eorum, quib⁹ corpora & magnitudines insunt, principia sunt. Non ab re igitur scientia de natura, circa corpora, magnitudines, horum passiones, ac motus & principia maxime versabitur, sunt enim ferme hæc quæ a natura constant omnia. ¶Quatuor diffinitiones. 2
¶Prima. Continuum est quod diuisibile est in semper diuisibilia. ¶Secunda. 3
Linea est quæ secd'm' vnum solũ, vt longitudinem, diuisibilis est. ¶Tertia. Superficies, quæ secundum duo, longitudinem, & latitudinem. ¶Quarta. Corpus, quod omniquaq; diuisibile est. Est enim diuisibile secundum tria, longitudinem, latitudinem, & profundum. Et præter hæc tria, nulla relinquitur magnitudo, & magnitudinem secandi interuallum. Fit itaq; recte, vt quia corpus secundum tria diuisibile sit, dictum sit corpus secundum omnia, & omniquaq; esse diuisibile. ¶Secunda conclusio. Corpus magnitudinum perfecta existit. 6
¶Primo quidem, quia Pythagorici omne, totum, remque perfectam omnem, tribus determinatam, principio, medio, & fine esse volebant: & quæ sic determinata esset, eandem esse & perfectam: trinitatemq; omnibus in rebus a natura esse conspectam. Hinc quoque fieri, vt tanquam naturam sequentes, & legem ab ea edocti, deo sacrificando, eo numero atque ternario vtamur. Et hinc item fieri, vt naturam insequi volentes, in rerum appellationibus duo appellemus ambo, de tribus autem primum afferamus omne. At corpus, magnitudo tribus determinata hunc in modũ esse videtur. erit igitur perfecta. ¶Secundo. Totum & perfectum idem sunt, neq; speciei discrimen patiuntur, sed rationis, modiq; dicendi. At corpus tota est magnitudo, & omnis. est enim solum corpus magnitudo tribus determinata, quæ omnes sunt, & omniquaque, omnifariamque (vt dictum est) partibile. Planum vero solum duobus determinatur, & linea vno, neq; omniquaq; sectionem recipiunt, & sunt continuæ, sed vt numerum magnitudinum interuallorũ sortiuntur. Est igitur corpus magnitudinum perfecta. ¶Tertio. Ea magnitudo perfecta est, cui nihil deficit, & quæ in aliam nullam transit. Sola autem magnitudinum corpus est huiusmodi. Nam tres dimensiones habet: dimensiones autem plures tribus non sunt: neque altera relinquitur vlla in quam transeat. Linea autem transit in superficiem, &

gd cõmune gd & linea sup ficies & corpus

quæ magnitudinũ perfecta sit corpus

superficies in corpus. trãsitus autem ob defectum est. igitur corpus magnitudinum perfecta est. Et non modo id, ímo vero magnitudinum præter ipsum perfecta est nulla. nam quod perfectũ est, vt deficiat impossibile est, sed oino, omnifariamq; est. ¶Tertia. Vniuersum, perfectũ esse necesse est. ¶Nam vnumquodq; particularium corporum perfectum est. oẽs em̃ dimensiões habet: quæ tactu determinata, vnumquodq; ad proximũ, vniuersum cõstituunt vnum, cuius ea ipsa sunt partes. Est igitur vniuersum perfectũ, vtpote quod oĩm aliorum complectatur perfectiones. dictum non ab re vniuersum, ꝙ oĩa in ipso versentur. quod quidem an finitum sit, an infinitum, postea futura est discutio.

ob defectũ fit trãsitus

nota

PRimi cap. primi de Cęlo scholia. I. Scientia de natura, circa corpora, magnitudines. Hic corpora nõ pro substãtiis corporeis, sed ꝓ magnitudine corporea sumuntur, longitudinem, latitudinem, atq; ꝓfunditatem habente. Magnitudo autem quiddam corpore communius est: nam etiam lineam atq; superficiem cõplectitur. Corporũ autem & magnitudinum passiones sunt, continuitas, diuisio, occupatio, figuræ, & cætera id genus. Magnitudinum autem motus sunt, augmentatio, diminutio, rarefactio, condensatio, ꝙ circa magnitudinẽ versentur. Principia vero magnitudinum, sunt potentiæ ipsarum susceptiuę, vt subiecta suorum accidentium. Potentiã voco partem substantialem actui substantiali & accidentibus totius compositi subiectam. Quæ si rerum est naturalium, ꝓprio nomine materia dicitur. si vero corporũ cęlestium (nam ad illorum potentiam etiam hic naturę nomen extenditur, & ipsa hoc loco a natura constare dicuntur) cõmune nomen retinet, & potẽtia, siue potentia cęlestis, aut materia cęli dicitur. Ex quo constat cęlum quidam materiã habere, sed a rerum naturalium materia specie diuersam. Quõ enim dimensiones & cęteras accidentarias affectiones, vt lumina & lationes in se haberet, si materię esset expers quę illis subñciatur? quando quidem hæc accidentia sine subiecto minime nata sunt subsistere, neq; ea in actu substãtiali recipi possunt. Hususmodi autem materiam, specie dissidere a materia rerũ naturaliũ, indicat conditionum vtriusq; diuersitas. Nam rerum naturalium materia priuationi annexa est, & deperdita quam habet forma, alteram in se nata suscipere. Materia vero cęlestis nequaquam, sed ad solum actum substantialem quẽ habet, retinet aptitudinem, neq; generationi neq; corruptioni quoquo pacto obnoxia. Quocirca non ñs assentiendum est qui dicunt cęlum materiam non habere, neque itidem ñs qui dicunt materiam esse totam cęli substantiam. nam ea cum nullum in se haberet substantiale actum, esset otiosã. sed sentiendum potius est ipsum componi ex actu & potẽtia substantiali, perinde atq; res naturalis omnis ex materia & forma. Quę autem a natura constant, hęc sunt. Tria hic ordine quodam digeruntur, quę a natura constant. Primo corpora, solidaq;, & magnitudines, eorum passiones, & motus, quandoquidem hęc sunt accidentia nata cõuenire iis quibus insunt. Secundo, tota composita, corpora & magnitudines habentia, vt accidẽtarias affectiones, & quibus corpora & magnitudines vt subiectis denominatiõis insunt, quemadmodum res naturales atq; cęli. Tertio principia substantialia, quibus vt subiectis inhęsiõis corpora & magnitudines insunt, scilicet rerum naturalium corporumq; cælestium potentię substantiales. VI. Detribus autem primum afferamus omne. Non hic oẽ vniuersaliter sumi debet, & vt vniuersalem constituit propositionem, quemadmodum nonnulli autumant, astruentes terminum cõmunem additione huiusce signi vniuersaliter sumendum, debere habere ad minimum tria singularia pro quibus distributio fiat, quod neutiquam veritati consonat. Est enim hęc vera pro tempore præsenti, oĩs phœnix est auis, etsi vnicus esse, dicatur phœnix. Sed omne pro toto & perfecto sumitur hoc loco, vt hęc sit intelligentia. De re ternario determinata dicimus quod sit tota, pfecta & omnis. Nempe Pyrhagorici ternario magnam tribuerunt dignitatem, quod rationem perfectionis ab ea rebus inesse posuerunt, eamq; rebus in omnibus conspectam, vt in anima rationali intellectum, voluntatem & memoriam. In brutis sensum, appetitum, & memoriam sensitiuam. In rebus naturalibus materiam, formam, & vtriusq; compagem, & in cæteris suo modo, quo oftendunt se oĩa ab vno & ineffabiliter trino principio ducere originem, & sui principij vestigia in se retinere impressa. Sed vt numerum magnitudinum interuallorum sortiuntur. Repetendum est id quod proxime præcessit, scilicet, sed linea & superficies ita sectionem recipiunt, & sunt continuę quemadmodum sortiuntur numerum interuallorum magnitudinum. Nempe linea sortitur solum vnum magnitudinis interuallum, scilicet longitudinem, secundum quam solum diuiditur & continuatur. Superficies autem habet duo magnitudinis interualla, longitudinem inquam, & latitudinem, & secundũ vtrunq; eorum sectionem admittit atq; continuantur. Linea autem transit in superficiem, & superficies in corpus. Linea transit ĩ superficiẽ, non ꝙ sua substantia fiat superficies, sed quia superficiẽ terminat & cõtinuat. Sic & superficies transit in corp⁹, quod terminet corpus & continuet. Corpus autem in aliam non transit magnitudinẽ, quia nulla est alia magnitudo quã aut terminet, aut cõtinuet. Et huiusmodi trãsitus magnitudinis vni⁹ in aliã, ob defectum est, quia magnitudini alteram terminanti id deest magnitudinis interuallum, quo ea magni

corpora sunt quę

Quod cęlũ habet materiam & formã.

differentia inter materiã cęli & rerum naturaliũ

materia nõ oẽ totam cęli substãtiã

q. linea in superficiem sit in intelligat

Universidad de Deusto
Biblioteca

tudo cuius est terminus, diuidua est, vt lineę terminãti superficiẽ deest latitudo, scd'm q̃ superficies diuisionẽ recipit. Et superficiei terminanti corpus deest crassities, secundum quam partibile corpus est. Cum itaq; corpori nullum desit magnitudinis interuallum, cõsequẽs est corpus nõ esse terminum alterius magnitudinis. VII. Est igitur vniuersum perfectũ. Philosophus ex pfectione magnitudinis corporeę oñdit vnanquanq; substantiarũ corporearũ cui ea adest magnitudo, esse perfectam, & ex cuiusq; particularium corporum perfectione arguit vniuersum ex oibus conflatum esse perfectũ, vt quod ex perfectis constet. Vultq; latenter ex vniuersi perfectione tanquam effectu, nos consequenter induci in ipsius naturæ principis tanq̃ causæ dignoscẽdam pfectionem. Non em̃ põt quicq̃ perfectũ ab imperfecto quopiam prodire, & rei factę perfectio argumentum est euidens perfectionis opificis. Neque mundi ipsius imperfectionem conuicit multorum quæ imperfecta sunt, in mundo cõtinentia, vt monstrorũ & portentorum. Hæc em̃ accidentaria sunt, neq; totum mundum imperfectum denominare possunt. Quota em̃ mũdi pars sunt ea si qua sunt naturæ imperfecta? Sane tantula, quãta milium maximi montis. Et quãuis interdum plura sint eiusdem speciei indiuidua, interdum pauciora, id tã in mundi perfectione non arguit diuersitatem. Nam in indiuiduorum multitudine non consistit mundi perfectio, aut in paucitate imperfectio, sed in ipsis rerum speciebus, quibus vt numeris suis mundus admirabili harmonia constat, & factus est quamperfectissime fieri potuit pro rerum statu & conditione.

in indiuiduorũ multitudine mundi pfectio non nolegitur tanta in speciebus

¶ Secundi cap. annotat.

¶ Physica corpora, res sensibiles. ¶ Medium, terra, mediũ mundi. ¶ Adversus. ¶ Corpora simplicia, cælum, ignis, aer, aqua, terra. ¶ Mixta animalia, vegetabilia, mineralia, mixta imperfecta. ¶ Motus, motus secundum locum. ¶ Elementa, ignis, aer, aqua, terra.

SEcundum cap. continet quatuor suppositiones, vnam cõclusionem, & quinq; rationes. Quatuor suppositiones. ¶ Prima. Omnia physica corpora scd'm seipsa ad loca mobilia esse. nam hnt in seipsis naturam, quæ est motus principiũ. ¶ Secunda. Oẽm motum secundum locum (quã lationem nuncupam⁹) aut rectum, aut circularem, aut mixtum esse quorum duo, rectus & circularis, simplices sunt. Nec imerito quidẽ. nam secundum simplices sumuntur magnitudines. Et rectum esse, qui est a medio, aut ad medium. Qui vero est a medio: motum rectum sursum esse: & qui est ad medium, motum rectum deorsum. Et motum circularẽ eum esse dicimus, qui & circa medium. ¶ Tertia. Oẽm simplicem lationẽ esse & rectã sursum, & rectam deorsum: & circularem circa medium. Sicut em̃ corpus perfectum in trib⁹ consistit, quẽadmodum pauloante dictum est, ita quoq; & eius motus in tribus euadent cõsummati. ¶ Quarta. Corporum simplicium, vt ignis, aeris, aquę, terræ, motus esse simplices. & cõpositorum mixtos. ea tã accidit scd'm simplex p̃dominans moueri. Sunt em̃ simplicia corpora quorũ scd'm locum natura mouendi solum vnum principiũ est, cõposita vero quorum sunt plura. ¶ Cõclusio. Prę ter quatuor corpora simplicia q̃ recto motu natura feruntur, est aliud corp⁹ simplex: quod suapte natura circulari motu agitatur. ¶ Primo, quia oĩs motus simplex corpori debeť simplici. mot⁹ autẽ circularis est mot⁹ simplex. corpori igiť debetur simplici. & nõ alicui quatuor simpliciũ corporum, q̃ motu recto natura feruntur. nam simplicium corporum vt secundum locum natura ferantur, solum vnum præsto est principium. debetur igitur alteri corpori simplici. Est igitur præter quatuor simplicia corpora quæ recto motu natura feruntur, aliud corpus quod suapte natura circulo agatur. ¶ Secundo. Cuiuslibet corporis simplicis vnus est secundum naturam motus, & tantum vnus. & motus qui est præter naturam, contrarius est ei qui est secundum naturam: & tantum vnus vni contrariatur. & manifestum est motum circularem esse. Tunc sic. motus aliquis est circularis, est igitur alicui⁹ corporis simplicis, mot⁹ em̃ simplex, simplici debetur corpori. At non est alicuius quatuor elementorum, ignis, aeris, aquæ, aut terræ. Nam aut ipsi secundum naturam conueniret: hoc autem non. nam eorum quodlibet, alterum habet secundum naturam motum, ignis, & aer motum sursum secundum rectum, aqua & terra motum deorsum, & vnius corporis simplicis vnus est secundum naturam motus, & tantum vnus. Neque præter naturam. nam contrarius esset ei qui illis secundũ naturam conuenit.

Motus simplices

corpora simplicia simplices sunt motus

unius cuiusq; corporis simplicis unus sm naturã est motus

At vero cuiuslibet eorum motui secundum naturã contrariatur rectus, & alius a circulari: vt motui ignis & aeris sursum, eorundem motus deorsum. & motui aquæ & terræ deorsum, qui secundum naturam est motus aquæ aut terræ sursum. Non igitur mot⁹ circularis contrariať motui scd'm naturã alicuius quatuor elementorum. nam tm̃ vnus vni motui positus est contrari⁹. Conuenit igitur corpori simplici alteri a quatuor elemẽtis. Et cũ non conueniat eidẽ p̃ter naturam, (nã contrarius esset motui eiusdẽ q̃ est secundum naturam, qui non nisi circularis esset) confectum est igitur vt eidẽ competat secundum naturam, & præter corpora simplicia motu recto lata, esse alterum simplex, quod suapte natura motu torqueatur circulari. ¶ Tertio. Consentaneũ esse videtur, motũ natura priorem: corporis esse natura prioris. motus autem circularis recto natura prior est. fit em̃ secundũ circulum: rectus autẽ secundum rectam. & circulus, vt qui sit vbiq; vnus, & cui addi non possit quicq̃, prior & perfectior recta dignoscitur, q̃ nõ vbiq; vna, & cui (vt lubet) additio fiat. pfectiora aũt, natura priora. Est igitur circularis motus, corporis prioris & pfectioris, quã quibus natura competat rectus. Hoc autem esse oportet alterum a quatuor elementis, q̃ secundũ rectam naturã feruntur ignis & aer sursum, aqua & terra deorsum. Neq; quidẽm mixtorum erit. nam diximus ea moueri secundum prædominans elementum. Præter igitur quatuor corpora simplicia quæ recto motu natura feruntur, est aliud corpus simplex, quod suapte natura circulari motũ agitetur. Vnde fit vt sit quædam prior & diuinior corporea substantia, iis q̃ nos circunstant substantiis, nunc sursum, nunc deorsum latis. ¶ Quarto. Oĩs motus simplex aut est secundum naturam, aut pręter naturã. & quodvni pręter naturã conuenit, vt igni ferri deorsum, alteri secundũ naturam conueniet, vt terræ, q̃ secundũ naturam fertur in imum. At certũ est motum circularem secundũ naturã nulli quatuor elementorum conuenire. Si igiť ipsis competeret, hoc esset pręter naturã. quare & alteri secundum naturam conueniret. Ponendum igitur est præter ea corpus alterũ simplex, cui circularis mot⁹ scd'm naturã cõpetat. ¶ Quinto. Motus circularis, vn⁹ continu⁹, & perpetu⁹ (vt in physicis ostensum est) habetur. Conuenit igiť alicui scd'm naturã. Irrationabile pfecto stati apparet, motũ iugem, semper continuum, & sempiternũ, esse præter naturam. nam quæ præter naturam & violenta sunt, citissime corrupta conspiciuntur. At vero quod semper circunfertur, ignis esse non potest. quod quamplurimis visum est. nam ignis circulatio pręter naturam competeret: cũ ei scd'm naturam is competat, qui est a medio secundũ rectam. quare sempiternus esse non esset. Præter igitur quatuor corpora simplicia q̃ recto motu natura ferũtur, est alius corp⁹ simplex, quod suapte natura circulari motu agatur, tanto nobiliorem naturam gerens, quanto magis a sensibilibus semotum separatumq; est, illis supereminens.

mista sm p̃dominãs elementũ mouentur

circularis motus nulli quatuor elementorum competit

SEcundi cap. scholia. VIII. Ea tã accidit scd'm p̃dominãs moueri. Prędominãs elemẽtũ est qd'supra cętera abundat in composito, vt in terreo terra, in aqueo aqua. Detur itaq; terreũ aliqd', vt lapis, in quo sit ignea leuitas vt i. leuitas, aerea vt ij. grauitas aquea vt iij. & grauitas terræ vt viij. ponaturque moueri deorsum a cõcauo cæli lunæ vsque ad cõcauũ aqnę. Cũ mouebit per ignẽ, reluctabiť illi motui sola leuitas ignea, & mouebũt ipm cęterorũ elemẽtorũ qualitates motiuę q̃ simul erũt vt xiij. Vbi vero ad aerẽ puẽtũ fuerit, resistẽt leuitas ignea & aerea, mouebũt aũt grauitas aquea & terrea, q̃ erũt vt xi. denique qũ ad aquam puenerit lapis, resistent vlteriori motui leuitas ignea & aerea, & pariter grauitas aquea, q̃ virtutes resistẽtes erũt vt sex. mouebit aũt lapidẽ grauitas terrę violẽtior, vt q̃ posita est vt octo. Quare p aquam mouebitur lapis ab vno solo mouendi principio, scilicet grauitate terrea, & ob id motus ille corporis compositi erit simplex, cum a sola fiet elemenţi prędominantis qualitate motiua. Non erit tamen ille motus vsqueadeo simplex, sicut motus corporum simplicium. nam illi per quoduis spatium facti, vt ignem, aerem, aut aquam, sunt simplices. Is autem compositorum motus per vnum quidem spatium vt aquã simplex est, p reliqua autẽ vt ignem & aerem, mixtus, quippe qui per ea media a pluribus fiat mouendi principiũ. Sunt em̃ simplicia corpora, quorum secundum locum natura mouendi. Corpora simplicia hic dicuntur quę solum vnum habent secundum locum natura mouendi principium, aut accidentale, vt in elementis, in quibus forma substantialis & eius instrumentum accidentarium reputãtur p vno principio mouendi secundum locum, vt ignis maximam natura habet leuitatẽ, aer minorẽ leuitatem, aqua m

elementũ prędominãs i cõposito qd

corpora simplicia quæ

norem grauitatem,terra maximam grauitatem. Aut ſubſtantiale,vt ĩ cęlo, quod ſolũ actũ ſubſtantialem habet ſui motus effectiuum,& non qualitates inſtrumentarias.Ex quo liquet eos qui ponunt materiã cęli eſſe totam eius ſubſtantiam,non recte defendere poſſe cęlũ eſſe corpus ſimplex.Nam cũ materia vim agendi nequaq̃ habeat,ne vnũ quidem cęlo eſſet mouendi principiũ. Quod ſi contendant intelligentiam moderatricẽ orbis,eſſe mouendi principium,at ea principium eſt extrariũ,neq; materię cæli coniunctũ,vt cui non inhæreat.hic autem ſit ſermo de principio mouendi intrinſeco.Et ſi rurſum obiectant actum illum ſubſtantialem ſuperuacuũ eſſe,cum præter eum ſit intelligentia cæli motum regulariter intemperans,id inficiabimur.nam nulla pugnantia eſt eiuſdem effectus duas eſſe cauſas conſimiliter agentes, vnam dirigentem, & alteram directam,vt homo mouet interdum lapidem, & pariter forma ſubſtantialis lapidis. Atqui intelligentia,mouens eſt voluntarium & liberum,auctus autem cæli mouens naturale, & ab ea directum.Cõpoſita autem hoc in loco corpora dicuntur,quorum ſunt plura mouendi natura ſecundum locum principia accidentalia,vt lapis,lignum,& cætera mixta,quæ cuiuſq; elementorũ aliquam hñt qualitatem motiuam. IX. Vnius corporis ſimplicis tm̃ vnus eſt ſecundum naturam motus.Id de motu p ſe intelligendũ eſt.nam quæ per accidens ſunt a diſciplinis reijciuntur.Nempe ignis mouetur ſuapte natura ſurſum,& agitatur inſuper circulo,in ſuo loco permanens. Verum is poſterior motus igni accidentarius eſt, & duntaxat ad motum cæli in quo continetur,ei cõpetit.Ita ſphærę cæleſtes inferiores mouentur per accidens pluribus motibus,vnico tñ per ſe. Neq; vim habet ea cauillatio qua quiſpiã contendere poſſet terrã pluribus moueri motibus,ſi a concauo cæli lunę ponatur moueri, primũ per ignem,deinde per aerem,& demum per aquã,qui quidem motus videtur diuerſi. Nam tãetſi partiales illi diuerſi ſint, vnũ tñ totalem motum & continuum conſtituũt,perinde atq; ſi per ſolum ignem aut aerem fieret motus.Continuatur eñ ſine interruptione motus terrę per aerem motui eiuſdẽ per ignẽ,& motus per aquã motui p aerem. Neq; obſtat ſpatiorũ ſpecie diuerſorũ varietas.nã cum quodlibet ſit motus recti ſpatiũ,nõ facit ea diuerſitas in motu intercisionem.Nẽpe ſola ſpatiorum diuerſitas penes rectũ & circulare,vt ſi quicq̃ primũ recto ferat̃ ſpatio,& deinde circulari,aut ediuerſo, efficeret diuerſitatẽ motus,redderetq; motus ipſos ſpecie diſcrepantes. Verũ & hęc ex annotatis in quarto cap. quinti Phyſico numero xxiiij.iã perſpicua & dilucida ſunt. Et circul⁹, vt q̃ ſit vbiq; vn⁹,& cui addi nõ poteſt quicq̃.Magna eſt circuli ſuper lineã rectã ſcd'm perfectionẽ excellentia,tũ q circulus vbique ſit vnus,habens vndiq; partes adinuicẽ cõiunctas & cõtinuas.linea aũt recta nõ eo pacto eſt vbiq; vna.nã finẽ habet a principio diuiſum & diſſeparatũ. Tum q circulo nõ poſſit addi quicquã,aut ſubtrahi manente ratione denominationeq; circuli.Si eñ circũferentię circuli quãtulancunq; lineę particulã addideris aut ſubtraxeris, ampli⁹ nõ erit circularis.nã interhiabit ĩter eius ſeiunctas partes mediũ,aut ſuperfluũ quippiam abũdabit. At vero ſi lineę recte addideris aut ſuſtuleris particulã rectã,tota adhuc dicet̃ recta,& q̃ reſidua erit,rectę nomẽ nõ amittet. Et hæ duæ circuli diuinæ proprietates inſinuant ipſius primi entis(cui haud abſurde circulus aſſimilari poteſt)Præſtabilitatẽ ſuper ea quæ ab ipſo emanarunt,lineę rectæ naturam conditionemq; ſequentia.Siquidẽ primũ ens maxime eſt vnũ, imo prima & ſimpliciſſima rerũ vnitas. ipſum præterea eſt maxime idẽ, cui neque adimi quicq̃ neque adijci põt. Ea vero quæ ab ipſo profecta ſunt, ab vnitate & identitate dilabuntur,& inſtar lineę rectę ad multitudinẽ diuerſitatẽque decumbunt.

¶ Tertij cap. annotat.

¶ Corpus ſimplex quod circunfertur, cælum. ¶ Ingenitum,ingenerabile.

TErtium caput continet duas concluſiones,vnum corollari
um ad primam, & quatuor rationes ad ſecundam. ¶ Pri- 10
ma concluſio. Corpus ſimplex quod circumagi circumq; 11
ferri dictum eſt,neq; graue neq; leue eſt. ¶ Nam id graue 12
dicim⁹,quod ad medium ferri natum eſt. ¶ Id leue,quod 13
natum eſt ferri a medio. ¶ Grauiſſimum, quod omnibus 14
ſubſtat deorſum latis. ¶ Leuiſſimum vero, quod omnibus ſuperfertur ſurſum latis. Et ſiquid ſurſum aut deorſum fertur,vt leuitatem, aut grauitatem, aut vtranque habeat neceſſe eſt. ¶ Tunc ita nectimus argumentum. ¶ Omne graue, aut leue, fertur ad medium, aut a medio. ¶ At corpus quod circumagitur & circunfertur, neque fertur ad medium, neque a medio. nam aut id ſecundum naturam eſſet, aut præter naturam. Non ſecundum naturam. nam ei ſecundum naturam circunferri conuenit, & vnius corporis ſimplicis tantum vnus eſt ſecundum naturam motus. Neque etiam præter naturam: quia ſi deorſum præter naturam ferretur, cum motus præter naturam motui ſecundum naturam contrarietur, & motui deorſum contrarius ſit motus, qui euolat in ſublime, ei conueniret ſe

cundum naturam in ſublime ferri.quod mõ monſtratum eſt eſſe non poſſe. Et
ita ſi ſurſum præter naturã ferretur,ei conueniret ſcd'm naturam deorſum ferri.
15 non eſt igitur tale corp⁹ aut leue, aut graue. ¶ Corollarium. Vñ fit vt ne vna
quidem eius partiũ grauis ſit,aut leuis. ¶ Nam corporum ſimplicium idem eſt motus totius,& partis:vt totius terræ,& glebulę terræ,eadem eñ in toto & partibus ratio eſt. At totũ ipſum non graue eſt aut leue,vt dictũ eſt. igitur neq; ei⁹ partium vlla. Et ſi qua partiũ detracta eſſet(ſi id poſſibile conceſſeris)neq; ſurſum neq; deorſum ferretur.nam(vt de toto dictũ eſt)neq; natura neq; pręter na
16 turam id fieri poſſet. ¶ Secunda. Itidem rationi conſentaneũ videtur ipſum ingenitum atq; incorruptibile eſſe, non augmentũ non detrimentum ſuſtinens, neq; alterationem,vt ſenſibilia ipſa ſuſtinent. ¶ Primo, Quia gñatio & corruptio inter contraria exiſtunt,& quicquid fit,fit ex cõtrario:& quicquid corrumpitur,in contrariũ corrumpitur. At qui illi circũacto corpori nihil eſt contrarium.circulationi eñ nullus(vt poſtea perpalam euaſurũ eſt) contrarius eſt motus.eſt igit̃ ingenitũ & incorruptibile. Idq; recte factũ eſſe videtur,ipſum a contrarijs ſecretũ ſemotumq; eſſe, vt futurũ ſit perpes, ingenitũ,& incorruptibile. Sed q neq; augmentabile neq; diminuibile ſit, hoc ideo eſt, quia augmentatio fit cognato aliquo adueniente,& in materiam reſoluto,& diminutio,aliquo intrinſeco recedente. At tale corpus neq; materiam habet talem ex qua fiat,neq; ab eo fit reſolutio vlla.fit eñ per contrarium. igitur neq; augmentabile, neque diminuibile eſt.Quod ſi neq; generabile,neq; corruptibile,augmẽtabile aut diminuibile eſt:neq;(vt ſenſibilia,elementa,animalia,plantę,& ſimilia)alterabile eſt.nã alterationes in illos motus ordinant̃,vt in ipſis ſenſibilib⁹ promptũ eſt intueri. Eſt igit̃ id circũlatũ corpus ingenitũ,incorruptibile, inaugmentabile, indiminuibile,pariter & inalterabile,& impaſſibile,vt corp⁹ ſempiternũ,& omnium primũ. ¶ Secundo,Quia omnes hoĩes,& græci & barbari,& quicunq; de deo exiſtimationem habuerũt aliquam,ipſi ſedẽ & locũ attribuerũt cęlũ, quod probauimus circũagi & circũferri. Signũ eſt igitur vt ipſum eſſe perenne,in genitum,& incorruptibile, vt ĩmortali & incorruptibili ĩmortale & ĩcorruptibile eſſet aptatũ. ¶ Tertio,quia ex ijs q̃ ex pręterito tp̃e ſucceſſione quadã poſteris memoria prodita ſunt. nihil mutatũ in toto præterito tp̃e comperimus,neque ſecundum totum, neque ſecundum eius partem vllam.hoc iterum ſignum eſt, & fidem facit,ipſum ingenitũ & ĩcorruptibile eſſe. ¶ Quarto. Antiqui ipſum ęthera, vt ſempiterno tp̃e currens: & ſumma loca occupans, nuncupauerunt: quemadmodum & aliorum complures hoc noſtro ęuo ponimus. Neque enim ſemel neq; bis putare oportet, ſed infinities ad nos eaſdem peruenire opiniões, Anaxagoras autem hoc nomine male vſus, æthera pro igne ponebat.

TErtij cap. ſcholia. XIII. Grauiſſimum, quod omnibus ſubſtat deorſum latis. In ea diffinitione intelligendum eſt genus diffiniti, ſcilicet graue, alioqui centrum terræ probaretur eſſe grauiſſimum.q oibus deorſum latis ſubſtet. Sic in diffinitione leuiſſimi adijciendum eſt genus diffiniti leue,quo cælum oĩbus ſurſum latis ſuperueniens ſecludatur. Inſuper in vtraq; diffinitione intelligenda eſt fieri diſtributio ſolum pro alijs ab eo quod grauiſſimum eſt & leuiſſimum. Nam grauiſſimum,vt,terra,ſibĩpſi deorſum latæ non ſubſtat, nec ignis ſibĩpſi ſurſum lato ſuperfertur,ſed alijs corporibus ſenſibilibus,& ab eo ſpeciei diſcrimen habentibus. Itaq; diffinitiõis hic habeatur intellectus,grauiſſimum eſſe id graue, quod cæteris & reliquis ſubſtat deorſum latis. XIIII. Et ſi qua partium detracta eſſet.haud ab re adiectum eſt eo in loco, ſi id poſſibile conceſſeris. nam natura impoſſibile eſt aliquam cæli partem cælo detrahi, aut cælum ipſum diſtrahi, aut diuelli. Dimenſiones enim rebus naturalibus conceſſæ quidem ſunt ad diſtrahendum, ſed non cælo. Et cum interdum leguntur in ſacris literis aperti cæli,ea apertura in cælo aereo,ipſoque aere fiebat,tametſi videbatur fieri in corpore cæleſti. Nam propter magnam cæli a terra intercapedinem,quæ in aere fiunt,in cælo fieri videntur,quod vel ſolo nubium conſtat argumento,quas cęlo ſuſpenſas viſus iudicat. Præterea cum dominus noſter deuicta morte cælos conſcendit, nulla ibi cælorum fuit diſcuſſio.nam glorioſum eius corpus per dotem ſubtilitatis etſi longum latum & profundum fuit, non tñ locum occupauit, ſed dimenſionibus aliorum corporum ſine ali-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

qua diruptione pro arbitrio ſuo coniungebatur, quemadmodum & clauſo ſepulchro ſurrexit de tumulo, & ianuis clauſis intrauit ad diſcipulos. Verum hęc phyſicę non ſunt indagationis, licet ex ijs quę in ſecundo difficilium phyſicalium dialogo numero xxi. diſſeruntur, ea aliquantulum perſpecta euadere poſſint. XVI. At tale corpus neq; materiam habet talem. Non vult negare philoſophus cælum habere materiam, ſed ipſius materiam eſſe conſimilem eiuſdemq; naturæ cum materiam rerum ſenſibilium, a qua fit ratione contrariorum reſolutio in augmentatione & diminutione. In augmentatione quidem reſoluitur aliquid intrinſecum materiæ, vtpote aliqua eius pars cum forma ſubſtantiali & magnitudine, & aduenit noua materia, ſcilicet alimenti cum dimenſione, cui induitur forma viuentis, pluſq; reparatur quam fit deperditum. In diminutione vero reſoluitur aliqua etiam pars integralis viuentis cum forma & magnitudine, & reparatur minus quam fuerit deperditum. Atqui in cælo non eſt contrarietas quæ reſolutionem efficiat, quare neq; reſolutio, & per conſequens nec augmentatio, nec diminutio. Quia omnes homines & Gręci & barbari. Sacræ etiam literę ponunt cælum eſſe ſedem dei. ex hoc tamen non ſequitur id quod hæc ratio molitur concludere, ſcilicet cælum eſſe perpetuum & immortale, ſicut deus immortalis eſt. Nam cęlum non eſt ſedes eius quantum ad indigentiam, qñquidem ante cælum fuerit, ſed ſecundum eius voluntatem & beneplacitum quo cęlum habitare dignatur vt ſuę gloriæ ſolium. Et cælum quidem eſſe ingenitum & incorruptibile, id eſt non incepiſſe per generationem phyſicam, neq; deſiturum per huiuſmodi corruptionem, cum Ariſtotele concedēdum eſt. Ipſum autem perpetuum & immortale eſſe, negandum eſt, cum per creationem habuerit exordium, & cum ſuo conditori placuerit ſit deſiturum. Anaxagoras autem hoc nomine male vſus æthera. Æther geminam habet ſignificationem. Interdum eſt ſempiterne currens, & tunc cælū deſignat. Ouidius. Altoque ſub Æthere fixis Incurſant ſtellis. Hinc idem vnum equorum Solis vocauit Æthon, quo nomine perpetuum eius curſum inſinuauit. Secundo Æther dicitur quaſi ardens, quomodo ſignificat ignem. Ouid. Hæc ſuper impoſuit liquidum & grauitate carentem Æthera. Anaxagoras autem nomen Ætheris ſecundo ſumptum cælo, ſed perperam attribuit.

¶ Quarti capitis annotat.

¶ Circulus, cælum. ¶ A oriens. b occidens. c meridies. d primum mobile. e firmamētum. f Saturni. g Iouis. h Martis. i Solis. k Veneris. l Mercurij. m Lunæ hemiſphæria. n ſeptentrio. ¶ Hemiſphæria, dimidiæ ſphæræ.

QVartum caput continet ſex concluſiones. ¶ Prima. Motui circulari motus rectus minime abit contrarius. Nam motui recto, vt motui ſurſum, contrarius eſt alius motus rectus, vt motus deorſum: quia eorum loca adinuicem ſunt cōtraria. Sunt em̄ ſurſum & deorſum, locorum differentiæ & contrarietates. igitur motus circularis motui recto minime eſt contrarius. Poſitus eſt enim tantū vnus motus vni motui abire contrarius. ¶ Secunda. Motus diuerſorū ſemicirculorum ab eiſdem ſignis verſus eadem, vt ab a verſus b, non ſunt adinuicem contrarij. Nā hi infiniti eſſe poſſunt & qua ratione vnum vni contrarium poſueris, & reliquorum quenlibet. At tantum vnus vni ponitur contrarius. non igitur ſunt contrarij. ¶ Tertia. Motus itidem diuerſorum ſemicirculorum oppoſito modo facti, vt de a in b, & de b in a, adinuicem non ſunt contrarij. 17 18 19



¶ Eadem cum ſuperiori ratione. Nam hi infiniti eſſe poſſunt. neq; idem ſubit iudicium cum motu recto qui eſt de a in b, motui recto de b in a contrario. Nam hi recti, determinati, finitiq; ſunt. Circulares autem (vt dictū eſt) indeterminati, ifinitiq; eſſe poſſunt. ¶ Quarta. Motus eiuſdem ſemicirculi ediuerſo facti, vt vnus ab a in b, alter vero ex b in a, adinuicem non ſunt contrarij. Nam diffinita ſunt ſecundum locum contraria, quæ ſecundum rectitudinem plurimum diſtant. motus autem ſemicirculi a c b, & b c a, non plurimum ſecundum rectitudinem diſtant. non ſunt igitur contrarij. quare & minus erūt iſ qui ex eadem parte in idem ſumuntur ſemicirculi: vt motus a b c, & motus alter a c b, adinuicem contrarij. ¶ Quinta. Motꝰ eiuſdem circuli ſecundum eius diuerſos ſemicirculos ſumpti, contrarij non ſunt. ¶ Nā ſi ſumantur hoc pacto motꝰ ab a in b, qui eſt a c b, & motus qui eſt a b in a. qui eſt b n a, cōtrarij eſſe nequeunt. vnus enim & continuus eſſe poſſunt. motus autem contrarij in contrarios abeunt terminos. Neque contrarij erunt ſumpti ab a in b, a c b: & ab a in b, a n b. ſunt enim ab eodem in idem, & non ſecundum rectitudinis diſtantiam ſumpti. Motus autem contrarij ex contrarijs terminis in terminos ſecundum rectitudinis diſtantiam abeunt contrarios. ¶ Sexta. Totius circuli motus, totius eiuſdem aut alterius motui non euadit contrarius. ¶ Alterius quidem non erit. nam ſi infiniti eſſent, & infinitis eundem eſſe oporteret contrarium. Neque eiuſdem, vt motus a c b a, motui a c b a. nam ſunt ab eodem in idem, & conſimiles. aut vt a c b a, motui a n b a: qui videntur ediuerſo facti. nam iterum ſunt ab eodem in idem. contrarij autem motus ex contrarijs terminis in terminos contrarios. Quos ſi pertinaciter defendis contrarios, aut ſimul erunt in circulo a c b. hoc autem non. nam contrarij ſimul ſtare non poſſunt. aut in diuerſis circulis, & tunc aut aduenient æque fortes, & ſic ſe impedient, & neutro mouebitur mobile. Aut dominabitur, ſuperabitque alter eorum: & ſic ſemper vnum mouebitur mobile, & nunquam alterum. fruſtra igitur ponitur is quo mobile nunquam mouebitur, eſſe huic quo iugiter ſempiterneque mouetur, contrarius: vt profecto fruſtra eſſet calceamentum, cuius nunquam futura ſit calceatio. Deus autem & natura nihil faciunt fruſtra. euaſit igitur (vt arbitror) perſpicuum, motui circulari nullum motuum eſſe contrarium. 20 21 22

motus contrarij abſtinent parum rectitudinem



QVarti capitis ſcholia. XVII. Poſitus eſt enim tantum vnus motus vni motui abire contrarius. Ea poſitio, de contrarietate ſimpliciter intelligenda eſt, ſecundum quam vni motui vnicus eſt contrarius, vt maximæ lationi ſurſum dūtaxat ſimpliciter contrariatur maxima latio deorſum. Et non eſt applicanda ad motus contrarios non ſimpliciter, quia ea contrarietate vni motui poſſunt plures opponi, vt maximę lationi ſurſum maxima latio deorſum, & latio deorſum ſecundū quid, q̄ fit ad concauū aeris. XVIII. Nam hi infiniti eſſe poſſunt. Non ibi demonſtrantur, neque deſignātur eo ꝓnoīe ſoli motus corporū cęleſtium, cum illi infiniti & numero indeterminati eſſe non poſſint, ſed totidem numero quot ſunt cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pora cælestia, q̃ certo determinata numero esse ambigit nemo. Sed etiam ibidem denotãtur motus rerum sensibilium secundum circulũ aut semicirculum facti, vt gyrationes quæ fiunt in volatibus auium, vertigines rotarum, & consimiles. quib⁹ oporteret motũ semicirculi esse cõtrarium eadem penitus ratione, qua motus vnius semicirculi motui alterius esset contrarius. Nempe vt motus vnius semicirculi est alterius naturæ a motu cuiuslibet alterius, ita & a motu gyrationis aut vertiginis rerum inferiorum. Quare quęcunq; inueniretur contrarietatis ratio in vno, & in altero. Atqui rerum inferiorum gyrationes aut vertigines specie discrepantes esse possunt infinitæ, quarevni essent infiniti motus contrarij. quod est inconueniens adductum ab Aristotele. XIX. Neq; idem subit iudicium cum motu recto. Motus circulares fiunt quidem a terminis oppositis secundum situ & distanciam in oppositos, sed per spatium circulare. Mot⁹ aũt recti fiunt a terminis oppositis in oppositos non mõ secundum situ, sed & virtutem & naturam, & secundum spatij rectitudinẽ, quę ad contrarietatis rationem requiritur. hinc recti cõtrarij sunt, & non circulares. Quod autem motus sphærarũ inferiorũ dicantur contraniti motui primi mobilis, id non ob contrarietatem, sed terminorũ scd'm quos fiunt oppositã sumptionẽ contingit. XXII. Euasit igitur (vt arbitror) perspicuũ. Philosophus abunde oñdit nullã motui circulari posse dari lationem contrariam. Non em̃ rectam, vt prima ostendit cõclusio neq; circularem, vt sequentes. Secunda quidem, motus diuersorũ semicirculorum ab eisdem signis ad eadem, vt primi mobilis & firmamenti ab oriente in occidentẽ, nõ posse esse contrarios. Tertia, motus diuersorum semicirculorum ediuerso factos, vt primi mobilis ab oriente per meridiẽ in occidentem, & firmamenti ab occidente per meridiem in orientẽ, non aduersari. Quarta vero, motus eiusdem semicirculi siue ediuerso factos siue consimiliter, non esse itidem oppositos, vt motũ firmamenti ab oriente in occidentem non contrapugnare motui eiusdem ab occidente in orientem, neq; ab oriente in occidentem. Quinta ostendit eiusdem circuli motus secundum diuersos semicirculos sumptos, vt vnum ab oriente per meridiem ad occidentem, & alterum ab occidente per septentrionem ad orientem, aut alterum ab oriente per septentrionem ad occidentem, non esse cõtrarios. Sextavero demonstrat alicuius totius circuli motum non contrariari motui alterius totius circuli, neq; etiam motui eiusdẽ totius circuli, vt motũ primi mobilis non contrariari motui alicui⁹ sphęrarum inferiorum, neq; ediuerso, nec motum primi mobilis ab oriente per meridiem in occidentem, & rursum per septentrionẽ in orientem, alteri motui eiusdẽ consimiliter facto, nec motum firmamẽti ab oriente per meridiẽ in occidentẽ, & rursum per septentrionẽ in occidentẽ contrariari motui eiusdẽ ab oriente per septentrionẽ in occidentẽ, & rursum p meridiem in orientem. Nam simul his duobus motibus circunfertur firmamentũ, hoc quidem per se, illoverò per accidens ad motum primi mobilis. Ex quibus liquido colligere possumus contrarietatem cum violentia minime in cælo reperiri, sed duntaxat in concauo orbis lunæ, & corporibus naturalibus.

¶ Quinti capitis annotat.

¶ Infinitum, secundo. ¶ Angulus, est a duarum linearum contactu intercepta extensio. ¶ Cadit linea supra lineam perpendiculariter, quando anguli exvtraque parte contactus sumpti, adinuicem sunt æquales.

Vintum caput continet tres conclusiones, tres rationes ad primam, & sex ad tertiam. ¶ Prima cõclusio. Conueniens 25
est disserere an corpus infinitum sit aliquod (quemadmodum quamplurimis visum est) an id quidem impossibile sit. ¶ Primo. Quia aliquod corpus infinitum statuere, aut non statuere, multum a contemplatione veritatis distorquet: & non parum, imo in totum sic esse, aut non esse, ad veritatem percipiendam videtur referre. Expedit igitur, an sit, an non sit corpus infinitum aliquod, disquirere. ¶ Secundo. Quia infinitum esse, & infinitum non esse, est & fuit principium contradicendi pene & dissentiendi omnibus, & omnium qui de vniuersa determinauerunt natura: & adhuc erit, nisi præsto, perspectaque veritate. est igitur id discutere conueniens. ¶ Tertio. Id certe in natura discutiendum est, quod indiscussum multos circa naturæ principia aggenerat errores. Qui enim parum a veritate digreditur, tandem si longe progrediatur, decies milies a veritate magis fiet alienus: vt qui minimam asserit magnitudinem, maximam mathematicarum contemplationum aufert partem. Causa huius est, quia principium vi quam magnitudine maius est: & idcirco quod in principio est modicum, in fine euadit vel quam maximum. At vero id an sit infinitum, an non sit, indiscussum, multos in Philosophia relinquit errores. Habet enim infinitum principij

rationẽ. cõueniens est itaq; discutere an corpus infinitũ sit aliqd', vt dixerunt:
24 an hoc quidẽ impossibile sit. ¶ Secunda. Nullum corp⁹ neq; simplex neq; compositum statuendum est ifinitum. ¶ Cõpositum quidẽ, quia qd̃ ex magnitudie & multitudie finitis cõstat cõpositum, finitũ est. tm̃ em̃ est, ex quãtis & ipm̃ est cõpositum. At cõpositum oẽ ex magnitudie & multitudie finitis euadit cõpositum, vt paulo lati⁹ oñdemus. est igit̃ cõpositum oẽ finitum. Quodvero non sit sensibile simplex infinitum, ex quo cõpositum cõstituí possit, paulo post reddemus manifestum, pri⁹ id de corpore primo circulo agitato esse non posse ostendentes. ¶ Tertia. Nullũ corp⁹ circulariter motum, ifinitum esse põt. ¶ Primo, quia infinitę erunt lineę a cẽtro egredientes, & in centro angulum cõstituẽtes: & earum infinita distãtia. finitarũ em̃ sp distantia finita est: ifinitarum vero infinita. Dico infinitã, qa nullavnq̃ intercipi magnitudo possit: sp quantitatẽ accipiendo q̃ lineas assequat̃ & tangat. qp si distantia earum adinuicẽ est infinita, ipm̃ corpus circunferri circunuoluiq; non põt. nã infinitum ptrãsiri nullo pacto põt. At pri⁹ ostensum est aliqd̃ corpus circulariter moueri: idq; de cęlo sensu exploratum habem⁹. non est igit̃ qd̃ circunferatur corpus ifinitum. Et certe quẽadmodum numerũ dicer̃emus infinitũ, qp quocunq; accepto maior superfit accipiẽdus, vt nõ sit maxim⁹: ita & illa itercapedo, & duarum linearum distantia, qp sp inter eas, quacunq; accepta, supfit magnitudo maior accipiẽda, vt non sit maxima, recte posita est infinita. ¶ Secundo. Si a tpe finito tps auferas finitum, reliquum finitum est. & si tps mot⁹, habet principium: & mot⁹, & quæ fertur magnitudo. cõsimiliter em̃ hæc, vt finita aut infinita sint, sese habere ostensum est. Atqui oẽ tps quo circulovertitur corpus (qd̃ & cęlum dicim⁹) finitum est. igit̃ & mot⁹, & quę fertur magnitudo, vt finita sint necesse est: & tps quo fertur, & mot⁹, & magnitudo pariter habeãt pricipium. Sed vt manifesti⁹ huiusce rei percipiamus incõmodum: sit c b d corpus circulo (quẽadmodum cęlum vidimus) agitatum, infinitum, si possibile est: a cui⁹ centro a, egrediatur linea, c versus infinita: sitq; extra centrum, e b d f æquidistans, quiescens, & pariter infinita. quia corpus c b d circulo agitatum, suum perficit motum: abscindit lineam e b d faliquo tpe mot⁹. At quia totum tps quo cõplet motum, finitum est, vt sensuvel q̃ cognitissimum est: tps quo abscindet ptrãsibitq; lineã e b d f infinitam a tpe finito abscissum, finitum est. abitur igitur infinitũ tpe finito: quod est impossibile. Si igit̃ ipsum infinitum esset, & mund⁹ infinitus: nullo pacto circunferri circunq; volui posset: cuius oppositum p se cognitum est. ¶ Tertio. Si magnitudo iuxta magnitudinẽ lata fuerit, hę eodẽ tpe se absoluunt. q̃ si in contrarium latæ fuerint, velocius. altera vero quiescente, & altera æquali velocitate, vt cum contranitantur, tardius. Si igitur corp⁹ circulo actum, esset infinitum: tempore finito abiret finitum circulum circa centrum descriptum, quia toto tempore motus abiretur. absolueretur igitur ab eodẽ in eodẽ tẽpore, infinitum scilicet a finito, & tempore finito: quod in physicis impossibile esse demonstratum est. Et nihil refert an infinitum moueri, & finitũ quiescere intelligas: aut finitum moueri, & infinitũ esse vt quiescens, aut cõtralatũ. ¶ Quarto. Lineam cuius est finis & terminus, infinitam esse impossibile est, & superficiem, & corpus. At omne figuratum vt sphæra, circulus, tetragonus, finem habet & terminum. quod em̃ determinatur nusquã, neq; sphæra, circulus, tetragonus, aut aliquid talium (vt neq; pedale infinitum) esse potest. Quod si non potest circulus vllus esse infinitus, neq; quod circulariter agitatur. nam circularis motus is est, quo secũdum circulũ (vt dictum est) sumitur. Corpus igitur circulo agitatum, infinitum esse non potest. ¶ Quinto. A centro circuli c intelligatur ex vtraq; parte infinita linea a b quiescens: intelligaturq; itidẽ altera quiescẽs supra a b infinitã, quę sit d f. Intelligat̃ rursus tertia linea c d, sursũ erecta secãs continue e f ad circularis corporis motũ, b versus mota. Tunc sic. corp⁹ circulare suũ motum absoluere & cõplere nequit, nisi linea c d alio & alio lineã rectã e f secan-

hoc etiã in q̃to cap. iii



f
d i
h
a g b
e c

Universidad de Deusto
Biblioteca

do:vt prius in g,deide in h,hinc in signo i totam rectã absoluat. At hoc impossibile est tempore finito. Non igitur corpus circulariter motũ, suum complet motum tpe finito, quod falsum est. aut spatium secundum rectum infinitum abibitur. quod iterũ ipossibile est. Non igitur corpus circulariter motũ,infinitum esse põt. ¶Sexto. Tempus quo quod circulariter fertur, circũuoluitur finitum est.igitur & magnitudo pertrãsita.sunt em̃ equalia:ita vt medietati temporis medietas respondeat transiri,& totum toti, quod igitur circunfertur infinitum esse non posse,ex his quam manifestissimum euasit.

Vinti capitis scholia. XXIII. Vt qui minimam asserit magnitudinem.Magnitudo a physico & mathematico ponitur esse continua,& ergo diuisibilis in semper diuisibilia. Quare data quantulacunque magnitudine, potest dari minor per vlteriorem diuisionem. Qui autem minimam potentia, & qua dari non posset minor, poneret magnitudinem, negaret eam semper in minora esse diuisibilem, quare cogeretur concedere magnitudine indiuisibilem,& cum Xenocrate ponere impartibiles lineas,insuper magnitudinem ex indiuisibilib⁹ conflari,quocirca in physica primum, & deinde in tota mathematica traheret errorem. XXV. Infinitæ erunt lineæ a centro egredientes. In huiusmodi corpore infinito non poterit simpliciter & absolute assignari centrum. Nam ad centri rationem requiritur eius æquidistantia vndiquaq; ab extrema superficie. Arqui nõ poterit illi infinito corpori circulariter moto attribui extrema superficies circũdans, alioqui ipsum esset infinitum,vt quod termino intrinseco clauderetur. Sed ibidẽ duntaxat potest designari centrum ex hypothesi, & ex conditione. nam poterit signari intellectu punctum aliquod.quod cum aduersario supponatur esse centrum,a quo duę lineæ egredientes,& illic angulum constituentes,infinita abinuicem dispescerentur intercapedine magnitudineque interiecta inter illarum linearum extremitates ad circunferentiam vergentes. Nempe si earum distantia esset finita,haberet aliquam proportionem ad distantiam finitam duabus lineis finitis interceptam.sit itaque illa dupla.Sumo duas lineas finitas, quarum distantia sit duplo maior, quam linearum finitarum prius sumptarum. Erit igitur illarum distantia æqualis distantiæ linearum infinitarum,vt quæ ad eandem distantiam,scilicet finitarum linearum primo datarum,eandem scilicet duplam habent proportionem. Quod si sumerentur tertio duæ aliæ lineæ finitæ habentes distantiam duplo maiorem ea quæ est inter lineas finitas secundo loco datas,linearum finitarum distantia esset maior q̃ infinitarum.quod est inconueniens.Necesse igitur esset earum linearum,sic a centro corporis infiniti egredientium distantiam esse infinitam, quam quidem infinitam distantiam corpus circulariter motum pertransire deberet,si completam faceret reuolutionem.nam earum vtraq; intra circunferentiæ corporis ambitũ contineretur,cũ non posset,quantuncunq; protraheretur,ad eius circunferentiã peruenire,alioqui corpus ipsum esset finitum. At infinitam distantiam pertransire impossibile est:ergo illud corpus infinitum circunferri nõ põt. Non est igitur ipsum ponendũ.Et si tps motus habet principiũ,& motus, & q̃ fertur magnitudo.Per magnitudinem quę fertur hic mobile intelligendũ est quod finitũ esse debere, pariter & motum,si tempus finitum sit sextus physicorum ostẽdit.Neq; ex hoc loco sumi debet argumentum,magnitudinem dimensionẽq; esse substantiã magnam. nã in litera magnitudo ,ppter adiectam particulam quæ fertur,etsi voce abstractum sit, significatione tamen est denominatiuum. Cum vero magnitudinem vocamus dimensionem, ibi magnitudo tam nomine q̃ re abstractum est.In sexta autem ratione huius conclusionis magnitudo sumitur pro spatio motus,quod satis indicat adiectum ei denominatiuum pertransita. Nempe & tempus & spatiũ motus sunt æqualia quantum ad respondentiam, vt prior spatij pars priore temporis parte absoluatur, & posterior posteriore.Quia corpus e b d circulo agitatum,suum perficit motum. Ex eo quod corpus circulare positum infinitum, suum perficit motum in toto tpe, recte colligit Aristoteles idem corpus circulare abscindere atq; pertransire lineã infinitam e b d f,aliqua parte temporis totius motus.Est enim ea linea recta intra spatij corporis circularis metas contenta, atque toto spatio minor,cum ipsa,ex quo cadit extra centrum,sit minor diametro eiusdem corporis circularis,& diameter sit minor circunferentia, totum quod percurritur spatium suo ambitu concludente. Spatium enim motus corporis circularis sumitur secundum circunferentiam circuli in eius superficie extrema conuexaq; descripti.igitur & ea linea e b d f est minor toto spatio motus circularis.quare si in toto tempore motus abitur totum spatium,in aliqua illius temporis parte abitur illa linea infinita.Eodem pene modo in quinta ad hanc conclusionẽ ratione assumit Philosophus q; corpus circulare suum motũ perficere nequit, nisi linea c sursum erecta totã lineam e iacentem in corpore circulari supra centrum,absoluat,diuidendo eam successiue ĩ diuersis punctis,vt h,i,K. Nam linea d e infinita non exibit circunferentiam corporis circularis infiniti, imo est minor diametro. nam per hypothesin non transit per centrum sicut diameter. linea autem in circulo aut sphęra descripta per centrum transiens,lõgior in lineis in eodẽ circulo descriptis cadentibus extra centrum.quare illa linea d e quãuis sit infinita, non tm̃ tm̃ complectitur spatium quantum est corporis infiniti spatiũ.Quare non põt corpus circulare f, suum conficere spatium

g h i
e f
a b
c d

nisi linea e f pertranseat lineam infinitam d e.quod est impossibile.Si magnitudo iuxta magnitudinem lata fuerit. Hæc propositio tres cõplectitur partes, primũ declarandas in magnitudine recta,& deinde in circulari.Prima,si duę magnitudines moueantur vna iuxta aliã,& versus eãdem partem,eę eodem tpe se absoluunt,& ad eiusdẽ spatij finẽ peruenient. vt sit magnitudo a b supposita,& c d supposita,moueãturq; ambę ab e parte spatij ĩ dextrã versus f alterã spatij partẽ tunc quo tpe vt g h magnitudo a b perfecerit spatiũ e f,eodẽ tẽpore & magnitudo c d idẽ absoluerit spatiũ,& simul erũt a vnius & c alterius sub f.Ita si duo circuli b & f c moueantur a pũcto d versus e,eodẽ tpe se absoluẽt,redibuntq; simul ad punctũ d,si mõ regularitas fuerit motuum, quę hic supponitur.Secũda pars.Si duę magnitudines in contrariũ latę fuerint, vt vna in vnam partem,& altera in alterã, velocius se absoluunt quã q̃n ambę versus eandẽ partẽ mouebantur, vt sint datę priores magnitudines rectę,quarũ a b moueatur versus sinistrã,& c d versus dextrã in mediate tpis g h,scilicet g i,se absoluent,cũ scilicet peruenerint ad signũ K in medio spatij constitutum.nẽpe tunc finis vnius rñdet alterius principio,& b supereminet ipsi c.Igitur in minori tẽpore vt subduplo pertransiunt collectũ æquale spatiũ, vnũ scilicet illius spatij primã medietatem e K,& alterũ alterã medietatẽ K f.Sic si dati duo circuli mouerentur,b interior ad dextrãversus e,& c exterior ad sinistrãversus f,absoluẽt se velocius q̃ prius.nã in medietate tpis g i totũ percurrerint spatiũ,& cõuenient in puncto g. Tertia pars. Si duarũ magnitudinũ vna intelligat quiescens,& altera mota equali velocitate qua mouebatur cũ ambę cõtranitebantur, tardius se absoluẽt q̃ cũ cõtraniterẽtur,vt intelligatur magnitudo recta a b quiscẽs, & magnitudo c d moueri ad dextrã æqualivelocitate qua in secunda propositionis parte posita est moueri.tũc c d solũ in fine tpis g h peruenient ad finẽmagnitudinis a b quiescentis. quare equale spatium absoluet in duplo maiori tẽpore q̃ cum cõtranitebantur.Per diffinitionẽ igitur tardius q̃ tũc mouebitur. Eodem mõ si circulus exterior c intelligatur quiescere, & circulus interior b moueri versus e, tunc in tpe g h interior circulus redierit ad punctum d,a quo suum incepit motũ, & absoluerit quiescentẽ circulum exteriorẽ. At cũ contranitebãtur, in medietate tẽporis g h,scilicet g i, se absoluerent.tardius igitur se absoluunt nunc q̃ contranitebantur.Quo supposito sit circulus c corpus sphæricum infinitũ,& b circulus finitus,circa corporis infiniti centrum scilicet a descriptus. Si corpus circulare infinitũ perficit suum motum tempore finito,eodem tempore absoluit circulum b finitum circa centrũ descriptũ,qui toto motus tempore absoluetur.igitur ediuerso corp⁹ infinitum sphęricũ c absoluetur a circulo finito b circa centrũ descripto. Nẽpe si vna magnitudo alteram absoluit,reciproce ab eadẽ absoluitur, vt si magnitudo a b absoluit magnitudinem c d,etiam simul absoluitur ab eadem magnitudine c d,cum sit ibidẽ mutuusvnⁿ ab altero trãsitus.Quare tempore finito absoluetur circulus infinitus a finito.quod est impossibile.Et nihil refert(inquit Aristoteles(si ambo circuli & infinitus & finitus intelligantur moueri autversus eandem partem,secundũ primã datę propositionis partem,aut cõtranitendo,sed'm secundam, aut si vnus intelligatur,moueri,& alter quiescere,secundum tertiam partem,vt finitus moueri,& infinitus quiescere,aut contra infinitus admittatur moueri, & finitus quiescere. Nã semper idem quod illarum est accidet inconueniens. At oẽ figuratum,vt sphęra,circulus,tetragonus.Cum figura diffiniatur esse magnitudo quę termino vel terminis clauditur, dilucidum est figuratum omne,vt sphęram,circulum,tetragonum(q̃ hic ad substantiam denominatiua sunt,vt & alijs plerisq; in locis)finem habere & terminum quo definiatur.Nempe ex opposito, quod infinitum est mole,& nulla ex parte determinatum,neq; sphæra,neq; circulus,neque quadrangulus,aut quæuis alia figura esse potest,sicut neque quippiam pedale valet esse infinitum.huius enim ratio illi prorsus repugnat. Siquidem quod pedaneam duntaxat extensionem sortitur, quonam pacto infinita protensione porrigi intellexeris? Ex quo perspicuum satis est, nullum circulum infinitum esse posse. nam ratio circuli finem terminumque includit.



¶Sexti capitis annotatiunculæ.

¶Grauitas cõmensurata intelligitur, q̃n secundũ æquales magnitudinis partes continue æqualis grauitas sumitur. ¶Incõmensurata, q̃n inæquales æqualium magnitudinis partium sumuntur grauitates. Ita & de leuitate intelligas.

26 Sextum cap.cõtinet duas cõclusiones,& duas ratiões ad primã. ¶Prima concl.Nullũ corpus sensibile simplex infinitũ est. ¶Hoc nuper demonstrandum relictũ erat:quod ostendimus. ¶Primo, Quia nullum corpus aut a medio aut ad medium latum, infinitum est.omne autem sensibile simplex,aut a medio,aut ad medium latum est.nullum tale igitur infinitum.Quod vero nullum corpus a medio aut ad medium latum,infinitum sit,hinc liquet:quia lationes a medio,& ad mediũ, adinuicẽ cõtrarię sunt, cõtrarięvero in cõtraria abeunt loca. Et si contrariorũ vnũ determinatum est, determinatum erit & reliquũ. At contrariorum vnum,vt mediũ, determinatum est quovnũquodq; grauiũ feratur.nõ em̃ contingit medio longi⁹ ptrãsire. igitur & reliquum determinatũ est.Nullum igitur tale,infinitũ. determinatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim extremis, quicq̃ infinitũ esse ipossibile est. Quod si extrema sint determinata, media determinata esse necesse est. alioqui determinatis extremis interclusum interceptũq; esset infinitũ, & infinitus in medio motus cõtingeret: qd' impossibile est. ¶ Secũdo. Quia cum oẽ sensibile simplex leue sit, aut graue: si aliquod tale infinitum ponas, ifinitã aut leuitatem aut grauitatẽ habere concedas oportet. qd' sic oñdo. Sit a graue aliquod corpus simplex infinitũ, si possibile est. b graue finitũ. Ex a capio grauitatẽ finitam quanlibet, vt scd'm magnitudinem a e: q̃ quia sit finita & grauitas b finita, toties poterit sumi, vt totã grauitatem corporis b finiti metiatur: vt exẽpli causa sit b decupla. sumo decem partes infiniti a, parti a e ęquales: q̃ ęquam cũ b retinebunt grauitatem. & cũ semper sumendo partes tantas nõ contingat deficere, a infinitã continebit grauitatem. quod erat ostendendum. Neq; refert illas grauitates commensuratas esse, aut incõmensuratas. itidẽ eñ accidet quodvolumus. ꝙ si iterum posueris grauitatis finitæ, alia subibis incõmoda, finiti & infiniti æquã esse grauitatẽ, imo & finiti maiorẽ. Nã videmus in finitis ĩ maiori magnitudine maiorẽ geri grauitatem: vt in dupla duplã, & ita deinceps. si itaq; sit finita, sit dupla magnitudini b. sumo b & c duplã, finitã, æquã seruantẽ grauitatẽ. ꝙ si sumis b d corpus finitum, maiorẽ corpore infinito retinebit grauitatẽ. esset igitur ĩfinita grauitas, & consimiliter ĩ infinito leui ifinita leuitas. At vero ifinitã aut leuitatem aut grauitatem esse impossibile est: quia cũ grauitas aliquãto tp̃e & aliquanto mouet spatio, dupla idem eodẽ spatio mouet ĩ tẽpore subduplo. & ita semꝑ, vt quemadmodum grauitas crescat, decrescat tẽpus, & min⁹ fiat. Et cũ oĩ ꝓportione grauitas ifinita finitæ grauitatis vim superet motricẽ, oporteatq; mobile, mouenti umv irtutũ excellentias & proportiones sequi: ꝓfecto ĩ non tempore aut minimo (nullum aũt minimũ) mouebit: vt q̃ oẽm mouendi ꝓportionem excedens, nulla ꝓportione moueat. quod impossibile est. nulla siquidẽ infiniti ad finitum proportio est. ꝙ si contendas in tẽpore moueri, accidet grauitatẽ finitã & infinitam æquali tp̃e mouere: quod est impossibile. Esto eñ grauitas infinita a, b finita, quia vtraq; in tp̃e mouet, adinuicẽ mouendi ꝓportionem hñt: vt sit a dupla (quancunq; aliam dederis, idem valeat) sumo b & c duplæ grauitatis ad b, quæ duplam mouendi ad b seruat ꝓportionẽ. æqualiter igit' cũ a mouebit. quęcũq; eñ ad ídẽ eandẽ seruant ꝓportionẽ, illa vt æqualẽ inter se habeant necesse est. & non mõ hoc, verũ si b d finitam grauitatẽ sumeres, b d finita mouẽdi virt⁹ infinitam a mouendi virtutẽ excederet, & in minori tp̃e moueret, q̃ si impossibilia sunt, manifestũ est infinitũ sensibile corpus esse non posse. Sed id mentem ĩ dubiũ trahere posset, an plures sint mũdi an mũdus vnus infinitus. nã ipsum aut finitum esse aut infinitũ necesse est. ¶ Secunda. Mundus nõ est infinitus. 27
¶ Iuxta ea q̃ prius allata sunt, prõpta est hui⁹ rei demõstratio. Nã aut esset similarium partiũ, aut dissimiliũ. Nõ similariũ. nã oẽ tale simplex est. cui debetur vnus motus, aut circularis, aut rectus. Mõ vero ostensum est nullũ neq; circulo neq; recto actũ. esse posse infinitũ. nõ est igit similariũ partiũ. Neq; quidẽ dissimiliũ. nã aut esset ex specie infinitis, aut finitis nõ infinitis. nã simplices mot⁹ specie finiti sunt. igitur & simplicia corpora speciei discrimẽ hñtia, finita sunt. Cuiuslibet eñ corporis simplicis vnus est motus simplex. Neq; ex finitis erit nam aut eorũ oĩa, aut eorumvnum, infinitum esse oporteret. vt ignẽ, aerẽ, aquã, aut terram. hoc aũt esse non põt. Primo, quia aut leuitas aut grauitas daretur infinita: q̃ infinita dari non posse, monstratũ est. Secũdo, quia loca oporteret esse infinita. Tertio, quia motus esse nt infiniti: & neq; ferrentur sursum, neq; deorsum. Quod enim factum esse nõ contingit, impossibile est fieri, & in quali & quanto, & vbi, vt quod factum esse non potest album, vt albefiat impossibile est. Et quod cubitale factum esse non contigit, impossibile est cubitale fieri. & quod impossibile est peruenire in AEgyptum, proficisci in AEgyptum haud quaquam valebit vnquam. Itaque quod sursum aut deorsum esse non potest.

sursum aut deorsũ feretur nunq̃. Quarto, quia aut tale infinitũ mouereť scd'm naturã, aut preter naturã. Si preter naturã: ergo alius esset locus, in quẽ scd'm naturã ferretur. Hoc autẽ impossibile. Mundus igitur infinitus esse non potest.

Exti cap. scholia. XXVI. Quę ęquã cum b retinebũt grauitatẽ. Decẽ partes infiniti a, scilicet a e, e f, f g, g h, h i, i K, K l, l m, m n, n o (quarum quęlibet est ęqualis secundum molem & grauitatem parti a e per hypothesin) habent grauitatem decuplam ad grauitatem partis a e. Et b corpus finitum etiam habet decuplã grauitatem ad a e per hypothesin. igitur decem illę partes infiniti habent ęquam grauitatem cum b corpore finito. Quęcunque enim ad idem eandem seruant proportionem, inter se sunt æqualia. Videmus infinitis in maiori magnitudine maiorem geri grauitatem. Id de finitis corporib⁹ simplicibus & eiusdem naturæ intelligendum est, vt in terra bipedali est duplo maior grauitas quam in terra pedali, & in aqua decupedanea decuplo maior quam in pedanea. Nam in corporibus compositis contingit interdum ĩ maiori magnitudine minorem esse grauitatem, vt in multa lana minus est grauitatis quam in pauco plumbo. Similiter in simplicibus diuersarum naturarum idem vsu venit, vt in maiori aqua minorem esse grauitatem quam in minori terra. Ex quo liquet graue esse incommodum corporis infiniti secundum molem, & finiti æquam esse grauitatem, imo ipsius finiti grauitatem esse maiorem, vt ostendit Philosophus. Nam si corporis a infiniti (inquit) grauitas sit finita, cum finiti ad finitum eiusdẽ generis sit proportio, sit ipsa dupla grauitati corporis b finiti. Sumo b & c finitam magnitudinẽ, duplã magnitudini b, quare & habentem duplam grauitatem ad b. Et corpus infinitum etiam positum est duplã habere grauitatem ad b. igitur b c ęquã cum corpore infinito a seruat grauitatem. Quęcunq; etiam ad idem eandem seruant proportionem, inter se æquantur. Quod si sumis corpus b c d finitum maius magnitudine & grauitate quam b c, ipsum maiorem habebit grauitatem, quam corpus infinitum. Quicquid enim est maius vno æqualium, est maius & altero. Cum grauitas aliquanto tempore, & aliquanto mouet spatio. Si aliqua virtus mouet aliquod mobile aliquanto tempore, & aliquanto spatio, maior virtus idem mobile per idem spatium mouet in minori tempore. Nempe quantum crescit virtus mouens, tantum crescit motus velocitas, & ipsum mobile moueturvelocius. At mobile velocius diuidit tempus, vt ostendit sextus physicorum cap. secundo, numero. vi. Quanto enim mobile est velocius, tanto minori tẽpore idem absoluit spatium. Igitur quanto magis augetur virtus mouens, tanto magis decrescit tempus. Quare si virtus mouendi sit infinita, ipsa mouebit in non tempore, aut in minimo tempore. Nullum autem est minimum tempus, cum sit tempus oẽ in infinitum diuisibile, & impossibile est motũ rerum sensibilium fieri in instanti. igitur impossibile est esse grauitatẽ infinitam secundo & actu. Quia vtraq; in tempore mouet, adinuicem mouendi proportionem habent. Cum oĩs temporis ad tempus sit proportio, temporis quo mouet grauitas finita, ad tẽpus in quo per hypothesin mouet infinita, est proportio. At quæ temporis ad tempus proportio, ea est motus ad motum, & virtutis motiuæ ad virtutem mouentem. igitur si grauitas infinita & finita in tempore mouent, adinuicem mouẽdi proportionem hñt. Sit itaq; virtus mouendi grauitatis infinitę a, dupla advirtutẽ mouẽdi b. Sumo & c duplam grauitatẽ ad b, q̃ duplam itidẽ habet mouendi virtutẽ ad b. Et posita est grauitas ifinita etiam duplam habere mouendi proportionem ad b. igitur grauitas a & grauitas b c eãdem habet adinuicem mouendi vim, & æquali tp̃e mouent grauitas infinita & finita. Quod si sumatur b c d tripla grauitas ad b, illa maiorẽ habet mouẽdi virtutẽ, q̃ grauitas b c minor. ergo etiam habent maiorẽ mouendi vim, q̃ grauitas a, cuius virtus probata est ęquari virtuti b c. Quicquid enim maius est vno ęqualium, maius est & altero. igitur virtus mouendi ipsius b c d finiti excedit virtutẽ mouẽdi ipsius a infiniti, & minori tp̃e mouet grauitas b c d finita q̃ grauitas a infinita, quod manifestum est incõmodum. XXVII. Nam aut esset similarium partiũ, aut dissimilium. Similares partes dicuntur q̃ eiusdem sunt speciei, naturęq; & denominatiõis, sic quod quicquid accidentium est in vno, sit & in alio, vt partes ignis, aeris, aquę, & terræ. Et quicquid huiusmodi habet partes, est corpus simplex. Eædem partes homœomerię dicuntur & homogeneę. Partes vero dissimiles sunt quæ diuersæ sunt naturæ & denominationis, vt in vniuerso ignis & aer, in homine manus & caput, quę q̃uis eædem sunt scd'm substantiam, diuersa tñ specie habent contemperamenta, q̃ ad talem sufficiunt dissimilitudinẽ. Et eædem partes an homœomerię dicuntur, & heterogeneę. Si preter naturã, ergo alius esset locus. Si alicui conuenit posterius, & prius eidem conuenire necesse est. Atqui motus violentus posterior est, & in negatione. motus aũt naturalis prior, & in affirmatione. igitur si alicui conuenit motus violentus, eidẽ conuenit motus naturalis. Quare si corpus infinitũ moueretur preter naturã, assignandus esset alius locus in quem ferretur scd'm naturam. Atqui huiusmodi locũ esse impossibile est, quia tũc oporteret esse duo loca infinita, vnũ in quem præter naturam, & alterum in quem secundum naturam ferretur, cum non posset & in eundẽ præter naturã ferri. Id autem inconueniens, cum ratio loci infinito repugnet,

¶ Septimi capitis annotat.

¶ Pati, moueri.

Universidad de Deusto
Biblioteca



SEptimum cap. continet quatuor conclusiones, & vnum corollarium post quartam. ¶ Prima conclusio. Infinitum a finito pati impossibile est. ¶ Sit a mobile infinitum: quod patiat (si fieri pōt) & moueatur a mouente finito b, in tp̄e c: sitq; d pars virtutis mouentis b. Quæ quia minor est q̄ b, mouebit mobile min⁹ q̄ a in tp̄e c. sit illud e. capio partē finitam infiniti a, ęqualē e, q̄ sit a f. quia igitur potentiæ d finitæ ad b potentia finitā est proportio, b finita potentia maior mouebit a f ęquale e in minori tp̄e q̄ c. Mouet em̄ ęquale, idē in eodē tp̄e: & maius, idē in minori, & minus in maiori: vt sit duplum, in duplo: & ita scd'm analogiā. Quicquid igit̄ b in tp̄e c mouebit, proportionem ad partem finitā a f, & mobile æquale e seruabit. Infiniti autem ad finitum nulla cadit ꝓportio. mouebit igitur solum finitum in tp̄e c. Si em̄ d sit ad b in aliqua proportione, vt subtripla: intellígo a potētiam duplam ad d: quæ mouebit mobile duplex ad e, & similiter a f. vt a g, in tempore c. Intellígo deinde triplam, quæ sit i: quæ quia tripla ad d, mouebit mobile triplum e, & simpliciter parti finitæ a f, vt a K, in tp̄e c. Manifestū est em̄ triplum finitum esse: alioqui infiniti ad finitum proportionem dabis, & infinitū finiti triplū facies. quod impossibile est. At cum i tripla sit ad d, & similiter b prima virtus ad d tripla. b virtus æqualis est potentiæ i. quare in eodem tempore mouebit a K. Quod si mouet a infinitum in tp̄e c, in eodē tempore mouet finitum & infinitum. quod est impossibile. ¶ Secunda. Neq; finitum patietur ab infinito tp̄e finito. ¶ Hæc est conuersa præcedentis. Sit a infinita virtus: quæ moueat b finitum mobile finito tempore c, si fieri pōt. Capio quancunq; partē finitam libuerit infinitę virtutis a, vt a f, q̄ moueat minus quodcūq; q̄ b in tempore c. manifestū est oportere eam minus mouere, vt e. Et cum vtrunq; sit finitum, habet e ad b aliquā proportionem: vt exēpli causa sit b triplū. capio virtutis infinitæ partē finitam a g duplam parti a f. quę quia dupla, mouebit duplum mobile, vt h, in eodē tempore: & pars tripla, vt a K, mobile triplū, vt i, in eodē tempore. & ita semper scd'm analogiam & proportionem. quare & a K mouebit b æquale mobili i in eodem tempore c. Et cū tota virtus a ad a K nullam habeat proportionem, non mouebit b in tempore c, imo neque in tempore. quod est positi oppositum: aut infinita virtus & virtus finita idem mobile & eodē tp̄e mouebunt. quod est īpossibile. ¶ Tertia. Infinitum ab infinito aliquo tp̄e non patiet̄. ¶ Sit a vnū infinitū, & b alterū, quod patiat̄ ab a in tēpore c: patiaturq; b pars quæcunq; ab a, vt b d, in minori tp̄e, vt e. Suppositum em̄ mai⁹ in minori tp̄e mouere minus. Quia tēporis ę finiti ad totū tp̄s est proportio, a mouebit maius b d, vt b f, in tp̄e maiore & iterum mouebit maius in maiore. quare tandē deuenie t̄, vt partē aliquā acceptam finitā in tempore c moueat, in quo mouet & b: & finitum & infinitum in eodem tp̄e ab eodem patietur. quod est impossibile. ¶ Quarta. Infinitū aliquo tempore non mouebit infinitum. ¶ Non finito. nam infinitum pateretur ab infinito tempore finito, quod esse non potest. Neq; tempore infinito: quia infinitum tp̄s finē non habet, & in tempore finito rursum aliquid moueret. quod si dixeris esse finitū, oppositū est secundę. sivero infinitū, oppositū tertiæ. Si nihil mouere aliquo vllo tp̄e finito dixeris, & tempore infinito continue quiescet. ¶ Corollariū. Ex his iterū manifestū est nullū sensibile corpus esse infinitum. ¶ Primo, quia oē corp⁹ sensibile virtutē habet actiuā & passiuā. Neq; quidem extra cęlū est infinitū. nomināt em̄ intra & extra locū. extra cęlū aūt nō est locus, neq; tp̄s. Neq; corp⁹ circulariter motū. nā moueť circa mediū. Infiniti aūt non est medium. Neq; scd'm rectū motū, quia locū ad quē ferreť, infinitū esse oporteret. Quod si ferreť pręter naturā, esset ei assignād⁹ loc⁹ infinit⁹ sui motus secundum naturā: & virtutē eius motiuā oporteret esse infinitā. Infiniti em̄ vis (vt finita finiti) ifinita est. Et id a quo pręter naturā moueretur, esse oporteret infinitū, & plura esse īfinita, aut ifinitū pati a finito. q̄ impossibilia esse pmanifesta sunt. Qd̄ si dixeris ipsū a seipso moueri, ne plura esse īfinita cōcedas: erit

finitū ab infinito tp̄e finito no patietur

igitur infinitum aial. est em̄ id aialib⁹ propríum. Sed quomodo erit infinitum aial? ¶ Neq; Democriti & Leucippi determinatio approbāda est, ifinitas similares atomos positiōe & situ discriminatas, interstitevacuo infinitū cōflare. Primo, quia eas atomos dicunt esse eiusdem naturæ: vt si aurum in frustula dirimatur, auri quælibet pars diuisa cuilibet alteri eadem est. quare omnes illæ ad totius locum ferrentur: vt quo fertur ignis, & ignis scintilla: & quo terra, & terræ glebula. hoc autem impossibile. Secundo, quia si vna atomorum fuerit leuis, & vnaqueq; reliquarum. quare nihil erit graue simpliciter. Ponunt enim ex illis atomis omnia conflari, & origínem ducere. hoc autem falsum. Tertio, quia omnia ferrentur sursum, aut omnia deorsum. ꝙ si sursum, mouerentur a medio. si deorsum, ad medium. Infiniti autem non est medium: quia vbi medium fuerit, & extremum comperiri necesse est. Quarto, quia nullus erit locus quo moueatur. nam aut moueretur natura, aut præter naturam: quibus motibus determinata sunt loca. esset igitur immobile. Quod si dicas moueri præter naturam, erit alterum cui is motus scd'm naturam cōueniet. hoc em̄ in oībus inductiōe compertum est. Quod si ita fuerit, omnia leuia dicere non poteris, neq; omnia grauia, neq; illud infinitum ex similaribus, eiusdemq; naturæ atomis esse conflatum. Sed quod nullum sit corpus infinitum, satis arbitror ostensum.

SEptimi cap. scholia. XXVIII. Quæ quia minor est q̄ b, mouebit mobile minus. Virtus mouēs b est totū, & d eius pars ꝑ hypothesin, est igitur virtus d minor q̄ b. quare d mouet in tp̄e c mobile minus q̄ a, quod positū est eodē tp̄e moueri a tota virtute b. Nam si aliquod mouens mouet aliquod mobile aliquanto tp̄e, minus mouens eodem tēpore mouebit minus mobile, ex analogia quartę regulę de cōparatione motuum in fine sept. physicorū positę. Mouet em̄ æquale idē in eodē tempore. Hæc propositio tres habet partes. Prima. si aliqua virtus mouet aliquod mobile aliquanto tempore, æqualis virtus mouebit idē mobile in eodem tp̄e. Vocamus hic idē mobile, quod æqualis est resistentiæ. Idem mouens, quod æqualis est virtutis actiuę. Et idē tp̄s, quod æqualis est durationis. Ex qua quidem parte colligitur, ꝙ si aliqua virtus mouens mouet aliquod mobile aliquāto tempore, & duplum mouens mouere duplum mobile eodē tempore, & triplū mouens eodem tp̄e triplū mobile, & ita consequenter, per analogiā quartæ regulę de cōparatione motuū. Quibus modo dictis ꝓpositionibus innituntur demōstrationes primæ & secundę conclusionis huius cap. Præterea ex eadē prima parte trahitur hęc propositio. Si aliqua virtus mouens mouet aliquod mobile aliquo tēpore, eadem virtus mouens mouebit duplū mobile (mō sit virtute mouente minus) in duplo tempore, per analogiam secundæ regu. sept. Physico. in qua manente virtute mouente, mobile & tempus consimiliter variātur. Et hęc innuitur in litera per id exēplum tripartitę ꝓpositioni qua de loquimur, subiectū, vt si duplū, in duplo, & ita secundū analogiā. Secūda pars huius (q̄ explicam⁹) ꝓpositionis est. Si aliqua virt⁹ mouēs mouet aliquod mobile aliquāto tp̄e, maior virtus mouens mouebit idē mobile ī minori tp̄e quia q̄tū crescit virtus mouēs, & cū ea motus velocitas, tantum decrescit tp̄s, vt si d moueat a f in tp̄e c, b virtus mouēs maior q̄ d mouebit idē mobile a f in minori tp̄e q̄ c c, vt in l. Tertia pars. Si aliqua virtus mouēs mouet aliquod mobile aliquanto tempore, minor virtus mouens mouebit idē mobile in maiori, quia q̄tū decrescit virtus motiua, tantum debet crescere tp̄s. Et intelligitur hæc pars dūmō illa minor virtus excedat idē mobile. nam si ei ęquaretur, aut ab eo superaretur, nō moueret mobile. Nē tp̄e ab æquali aut minori virtute nō fit motus, sed duntaxat a maiori. Quidquid igitur b in tp̄e c mouebit. Æquali manente potentia mouente, qualis est, ꝓportio tp̄is vnius motus ad tp̄s alterius, talis est & mobilis ad mobile. At qui tēporis in quo tota virtus b mouet, a f (quod sit l) ad tēpus c est ꝓportio. igitur & ipsius mobilis a f ad mobile quod b mouebit in tp̄e c (quodcūq; sit illud) erit eadē proportio. At quicqd ad alterū proportionē habet, est finitū. igitur id mobile quod tota virtus b mouebit in tēpore c, erit finitū. non igitur virtus b mouebit a mobile infinitū in tēpore c. quod est positi oppositum. B virtus æqualis est potentiæ i. Hñt em̄ b & i eandē proportionē, scilicet triplā, ad idē scilicet d. ergo inter se sunt potentiæ ęquales. Quęcunq; em̄ ad idē eandem seruant ꝓportionē, inter se sunt æqualia. Sed virtus mouens i mouet partem a K in tp̄e c, ꝑ hypothesin. ergo & virtus mouens b ei ęqualis mouet idem mobile a K in eodē tp̄e c. Æquales em̄ virtutes ad idē mobile mouēt eodem tp̄e. XXIX. Manifestū est oportere eā minus mouere. Nā a f cū sit pars ipsius a, est minor quam a. debet igitur a f mouere minus mobile in tempore c quam a eodem tempore. Nam si aliqua virtus mouet aliquod mobile aliquo tempore, minor virtus mouebit minus mobile eodem tp̄e. Quare & a K mouebit b æquale mobili in eodē tempore c. Mobile i est triplum mobili e per positum. Et per idem, mobile b etiam est triplum mobili e. ergo mobile i & b inter se ęquantur. Quæcunq; em̄ ad idem eandem seruant proportionem, inter se sunt ęqualia. At virtus a K mouet mobile i in tempore c, ergo eadem virtus mouet mobile b ęquale mobili i in eodē tempore. Et tota virtus a infinita posita est mouere mobile b finitum. igitur virtus finita & infinita

idē mobile q̄ id mouēs

Universidad de Deusto
Biblioteca



mouēt eodē tp̄e idē mobile.qd̄ est īpossibile. XXX. Sit a vnū īfinitū,& b alterū. Vocam⁹ hic infinitū,qd̄ īfinitā habet mouēdi resistēdi vevirtutē,finitū vero,qd̄ finitā. Sit itaq; a mouēs īfinitū, & b mobile īfinitū,qd̄ moueat̄ si fieri p̄ ab a ī tp̄e finito c.capio mobilis b īfiniti ptē aliquā finitā vt b d,q̄ a virtute īfinita a mouebit̄ mīori tp̄e q̄ c.Suppositū em̄ est pri⁹,sicut idē mouet equale in eodē tp̄e.ita idē n.ouere minus ī minori tēpore,ex analogia secūdē regulæ.vij. Physi.& ex prima parte ꝓpositiōis tripartitę pri⁹positę.Si itaq; illd̄ tp̄s e.Cū tp̄s c sit finitū,& etiā e,habet e ad c aliquā ꝓportionē,vt exempli gratia subtriplā.Capio mobilis b infiniti partē finitā b f, duplā parti b d,q̄ ob id mouet̄ a virtute infinita a in tp̄e duplo ad e,qd̄ sit h,quartā regulā septimi physicorū.Capio deīn mobilis infiniti partē b g finitā triplā parti b d,q̄ mouet̄ ab a in tp̄e triplo ad e,qd̄ sit i. Et cū tp̄s c etiā sit triplū ad e,tēpus c & i ad idē tēp⁹ e eādem seruantia ꝓportionē, inter se equātur.at a virtus infinita mouet mobile b g in tēpore i. ergo etiā mouet idē mobile in tēpore c equali tēppori i.Et posita est eadē virtus mouere totū mobile infinitū b in tēpore c, igit̄ eadē virtus a eodē tēpore mouet mobile finitū & infinitū.qd̄ ē īpossibile. XXXI. Et ī tēpore finito rursum aliqd moueret.Si īfinitū moueret̄ ab īfinito tēpore īfinito,& tēpore finito,illi⁹ infiniti tēporis parte aliqd mobilis īfiniti moueret̄.Qd̄ qdē mobile ptiale finito tēpore motū,si finitum fuerit,tunc finitum mouebitur ab infinito tempore finito.quod est oppositum secundę conclusionis.Si vero id mobile partiale dixeris esse infinitum, ergo infinitum mouebitur ab infinito tempore finito, quod est oppositum tertiæ conclusionis. Quod siquis dixerit nihil moueri vllo tempore finito illius infiniti temporis parte,ergo & toto tempore infinito nihil mouebitur. Quod em̄ in nulla temporis parte mouet̄,neq; toto tēpore mouebitur.Id aūt est oppositū hypothesis. XXXII. Oē corp⁹ sensibile virtutē habet actiuā & passiuā.Corp⁹ aūt īfinitū non haberet virtutē actiuā aut passiuā,alioqui esset mouēs infinitū,aut mobile īfinitū,qd̄ est īprobatū. igitur nullū corp⁹ sensibile est infinitū.Neq; corpus circulariter motū.subaudiatur,est infinitū.Nā corpus circulariter motū,mouetur circa mediū.Infiniti aūt nō est mediū,quia vbi mediū, ibi extremum īueniri necesse est,vt paulopost dicit litera. Medium em̄ dicitur,qd̄ equidistat ab extremis. Quare vbi nō est extremū,illic neq; est mediū. At infiniti nō est extremū,quia caret pricipio & fine.igitur neq; eius est medium,quare, non est circulariter motū.Et cū subiūgit litera.Neq; secūdū rectū motū,etiā subaudiatur,ē infinitū .hoc aūt īpossibile,scilicet illas atomos ad toti⁹ locum moueri natas esse,quia qcquid mouetur, partibile esse necesse est. Illas aūt atomos ponūt īsectibiles,& scd̄m molē indiuiduas.Quib⁹ motib⁹ determinata sunt loca.Motib⁹ scd̄m naturā & prę ter naturā factis determinata sunt loca ad q̄ fiāt.Infinito aūt nō posset determinari loc⁹ ad quem moueretur,quia oēm excederet locū, igitur īfinitū neq; natura neq; prę ter naturā moueretur.esset igitur īmobile.Hoc em̄ in oib⁹ inductiōe cōpertū est, vt si cui aliqs motus est violentus,alteri idem cōsimilisq; motus sit naturalis,quēadmodū motus sursum violētus terrę,est naturalis igni, & motus deorsum violētus igni,est naturalis terrę.Qd̄ si mot⁹ corpori infinito violētus,sit alteri natura pri⁹ ostēsum est.nā si īfinitū prę ter naturā deorsum ferretur,ipsū esset leue,& id cui is moferretur,ipsū esset graue,& id quod natura taliter ferretur,esset leue. nō igitur oīa esset grauia,

¶Octaui capitis annotat.

¶Aequiuoca,diuersarum naturarum entia.¶Concentricorum mundorum figura. A primi mundi terra. B aqua. C aer. D ignis. E nouem cælestium orbium circulus f a secundi mūdi terra. G B aqua. H C aer. I D ignis. K e eius nouem cælestium orbium circulus.



Octauum caput continet tres suppositiones, tres conclusiones,duas rationes ad primā tres ad secundam & triū cauillarum remotiones. ¶Tres suppositiones. ¶Prima omnia physica corpora moueri & quiescere secundum naturam, violenter, & præter naturam. ¶Secunda. In quo loco natura quiescunt, in illum locum naturaliter ferri: & in quo violenter quiescunt,ī illum violenter ferri.

in quo uiolenter res quiescit illuc uiolenter ferrur

¶Tertia.Si alicui latio aliqua violenta est: quæ scd̄m naturam eidem conuenit,violentę lationi contraria est:vt lationi terræ sursum violentę, contraria est
34 latio deorsum terrę,ipsi secundū naturā conueniens. ¶Prima cōclusio. Si plures sint mundi, eos ex consimilis naturæ corporib⁹ existere,& eandē vim mouēdi obseruare necesse est:vt ignis & ignis,terra & terra,& intermedia. ¶Primo, Quia si ex æquiuocis & natura diuersis cōstarent,mundus de illis non nisi equiuoce diceretur,cōstarent igitur ex consimilis naturę corporibus. Qd̄ si ita esset & illa corpora nata essent moueri,hęc a medio,hæc ad mediū, hęc vero circa mediū. ꝙ est mouendi vim naturāq; eandē seruare. ¶Secundo. Quia motus determinati & finiti sunt ,nā aut secundū rectū,aut circulum sumptos, aut mixtos esse oportere prius dictū est, & vnius corporis simplicis vnū simplicē motū esse. Quare si qdem illic elementa essent eadem,& motus ijdem. ¶Secunda cōclusio.Non sunt plures mundi.¶Primo, quia terra vni⁹ mundi nata esset moueri
35 ad terram alterius mundi, & ignis ad ignem. Ad quencunq; em̄ locum simplicium aliquid natū est moueri, & quodlibet alterum congeneę consimilisq; naturæ ad eundē moueri natum esse necesse est. Ad terram vnius ad alterius terram & ignem ad ignem moueri natum esse,impossibile est. nā terra sursum ferretur in proprio mundo, & ignis deorsum:& terra a medio lata: ad alteram terrā natura moueretur. In quo em̄ loco natura quiesceret,& in eundem natura ferretur. Itidem & ignis per mediū ad alterius mundi ignem euolaret.quod statim īpossibile cognoscitur.Non igitur sunt plures mundi. ¶Secundo. Vnus est primus motus sempiternus,& æternus, igitur & vnū primū cęlum, & vnus mundus. Si vero plures mundos dederis,in vnoquoq; primū esse oportet. quod esse nequit.
36 ¶Tertio. Tria sunt loca triū sensibilium elementorū. Primus est subsidens & infim⁹.secūdus summ⁹ & extremus,tertius horū medius. ꝙ supfertur oībus, vt ignis est in summo.ꝙ ceteris subsidet,est in imo.ꝙ vero medio mō ferr̄,vt aqua vt aer,medium obtinet locū. Et p̄ter hęc loca non est sensibiliū locus. nam neq; secundū naturam,neq; p̄ter naturam illuc ferrentur. est igitur tm̄ vnus mundus. ¶Tres cauillorū remotiones. Si dixeris primo illa simplicia corpora ꝓpter ni miam distantiā diuersam participare naturam, hoc irrationabile est,nam distantia non facit naturę diuersitatem. ¶Secundo.Omnes motus vi quadā motis cōuenire:quare nō erit terra vnius nata ad alterius terram ferri.Hoc ipossibile est: quia mot⁹ vi quadā & p̄ter naturā factus, obnoxius & cōtrarius est motui nō vi sed scd̄m naturam facto. ¶Tertio. Terrā vnius & terrā alterius numero differre: ideo non oportere eas natas esse ad eundē locū nūero ferri. Esto numero differant,speciei tm̄ indifferentiā habent:nec ideo ꝙ diuersę numero sint,hoc impedit easdem ad eundē numero locū ferri natas esse.Qd̄ si ita est, stati rationi consentaneū apparet tm̄ vnam terrā esse:quia finita transmutatio terminos vñ motus & ad quā ꝓficiscitur,specie habet diuersos,vt quod augmentatur,terminum vnde motus ,paruitatē:quo vero ꝓficiscitur,amplitudinē, ꝙ minuitur, cōtra qd̄ alteratur,cōtraria,vt sanatio terminum vnde venit,egritudinē, quo tendit, sanitatē,quare & ꝙ fertur, vt terra ,ex terra ad terrā non feratur, & ignis ex igne ad ignem.Etsi instas de cęli transmutatione quę est ex eodem in idē hanc transmutationem quodāmō diximus infinitā:& quodammō esse ex oppositis, & ad opposita cum consideras eā accipi scd̄m diametros. cum vero secundū totum accipias,nō ita fit. ¶Tertia. Rerum sensibiliū loca finita &determiataesse necesse est.
37 ¶Nam quanto terra medio propinquior fuerit,tanto velociore motu eam ruere videmus,& ignem velociore motu ferri, quanto loco qui sursum est, vicinior efficitur.Si igitur sine termino concitaretur ferreturq;,motus infinita succresceret velocitas.quare intelligenda tandem esset infinita & leuitas,et grauitas:ꝙ est impossibile. alioqui in infinitum crescere haudquaquam intelligi posset. Sunt igitur sensibilium loca et finita et determinata.

si plures esset mūdi eos eiusdē naturę corpora esse oportet

si plures essent mūdi ele mēta omnia ad alterā alterius ferretur

si plures essent mūdi plures essent motores

distantia nō gignit naturę diuersitatē

quę numero differūt eādē numero locū nō ferūt

Universidad de Deusto Biblioteca

Octaui cap.scholia. XXXV. Nõ sunt plures mũdi. Id de mundis corporeis intelligẽdũ
est,de quibus solis Aristoteles pertractat. Nã tametsi triplicẽ machinã, cœlestium,terre
strium,& infernorũ,nomĩare solẽt nomine triplicis mundi, scilicet supremi qui entiũ est
supramundanorũ,medij qui corporeorũ,& infimi qui malarũ potestatũ, & regionis te-
nebrarũ & hinc poetæ dicũt. Triplicis cõfinia mũdi,& Ouidius, Iupiter arces Temperat ethereas,
& mundi regna triformis mundus tñ de eis equiuoce dicitur,& alia ratione q̃ de mundo rerũ sen
sibiliũ & cœlestiũ. Terra vnius mundi nata esset ferri. Hęc Aristotelis ratio applicanda est ad mũ
dos cõcentricos,vnũq; habentes cõmune centrũ, sic q̃d mundi superioris corpora cõplecterẽt suo
ambitu corpora mundi ĩferioris, vt figura literæ ĩserta mõstrat. Et nõ debet accõmodari ad mun
dos eccentricos,quorũ vnus alteri sũpeminens oĩno extra ipsum esset,& duntaxat suo cõuexo al
terius cõuexum cõtingeret, instar globi alteri superpositi. Neq; calumnianda est hęc Aristotelis
cõsequentia,si essent plures mundi,terra vnius moueretur ad terrã alterius,hac futili rõne, quod
Aristoteles supposuerit antecedens illius esse ĩpossibile, & ad ĩpossibile indifferẽter sequi q̃d li-
bet. Nã Aristoteles cũ aduersario supponit assumptũ esse possibile, vt in demonstratione ad ĩpos
sibile fieri solitũ est. & ex eo cõcesso tanq̃ possibili cõcludit manifestum ĩpossibile, ex cuius inter-
emptione deinde interimit prius assumptũ, q̃d perperã fuerat admissum possibile. Neq; Aristoteles
hoc loco aut alio quouis totius philosophiæ naturalis credendus est inniti in sua ratiocinatione
huic ppositioni, ad impossibile cõsequi quodlibet nã ea ad pbandum quicq̃ est inefficax,& disci
plinis nequaq̃ accõmoda. Neq; etiã robur habet ea cauillatio, qua diceret quispiã illius argumẽta
tionis antecedẽs esse possibile, cũ diuina potẽtia plures posset pducere mundos,& cõsequens im-
possibile,& idcirco eã argumentationẽ esse inualidã. nã inficiandũ est antecedens esse possibile, cũ
secũdum Aristotelem & in tota philosophia naturali id possibile dicatur, q̃d naturę potentia fieri po
test. Q̃d vero ab ea fieri nequit, id ĩpossibile censendum sit. Quocirca qui ad diuinã cõfugiunt po-
tentiã, nõ amplius physice agunt, sed extra illius metas & limites sunt. Quod siquis rursum obij-
ciat posita hypothesi nõ oportere terrã vnius moueri ad terrã alterius, quia in suo pprio mũdo
quiescet cõcedendũ est eã tũ cum quiescit in pprio mundo, nõ moueri actu ad alterius mundi ter
ram, nihilo minus eã esse natã moueri ad terram alterius mundi. Aristoteles aũt de motus aptitu
dine hic loquit, quę si nõ sit ociosa, tandẽ ad actum reducẽda est. Siquis em̃ dicat terrã quidẽ vni⁹
naturalẽ habere inclinationẽ vt moueat ad terrã alterius & tñ nunq̃ vnã ad alterã mouendã esse
extra cui⁹ tñ ẽ locum, cogitur concedere illã aptitudinẽ naturalẽq; & insitã inclinationẽ otiosam
esse. Neque valet subterfugium, si ponat vna terra ad alterã moueri, tunc cęlos discindi oportere
& diuelli p quos terra ferret. Id em̃ oportere sane concedimus. at sicut illud ĩpossibile est, ita & id
ex quo sequit, scilicet vni⁹ terrã ad alterius terrã moueri, q̃d Aristoteles tãtopere nititur interime
re. Nã terra sursum ferret in pprio. Si cõcedatur terra vni⁹ mundi moueri ad terrã alterius, tunc
terra, a mundi inferioris sursum ferret in pprio mundo, scilicet per sui mundi aerẽ & ignẽ, vt de
mum perueniret ad terrã f a mundi superioris. Et ignis id mundi superioris ferretur deorsum in
pprio mundo, scilicet per suã aquã & terrã, vt tandẽ perueniret ad ignẽ d mundi ĩferioris. Etiã
terra a, lata a medio, ad alterã terrã f a, natura moueret, cũ in loco terrę f a natura quiesceret. Sic
& ignis d per superioris mundi mediũ ad ignem i d moueretur: per secundã suppositionẽ, cum in
ei⁹ loco natura quiesceret. Hęc aũt manifesta sunt incõmoda. XXXVI. Eisi istas ex cęli transmu
tatione q̃ est ex eodẽ in idem. Data ppositio, finitã trãsmutationẽ terminos a quo & ad quem ha
bere specie diuersos, intelligẽda est de transmutatione rerũ naturalium q̃ in tpe incipiunt & desi
nunt. Motus aũt circularis cœli nõ est rerum naturalium, & tota tẽporis serie trahitur. Pręterea
si ea transmutatio sumatur secundum diametrum, vt de oriente in occidentẽ, aut cõtra de occidẽ
te in orientẽ, quodammõ est secundum opposita. Si vero accipiatur de eodẽ in idem secundum
totum spatium, vt de oriente in orientẽ, tunc non sumitur secundum opposita, sed secũdum idem.

¶Noni capitis annotat.

¶Forma, species. ¶Forma ĩ materia, species ĩ singularib⁹. ¶Materia, sensibile,
singulare. ¶Finiẽtes, definiẽtes. ¶Sensibilia sensui puia. ¶Sim⁹ nasus cauus.

NOnũ caput cõtinet tres cõclusiones, vnã instãtiam, eius solutionẽ. & tres
modos cęli post primã, & duo corollaria post tertiã. ¶Pria cõclusio. Nõ 38
mõ nõ sunt plures mundi, sed & plures fieri ĩpossibile est. ¶Nã vnus mũ
dus est ingenitus & æternus. Est em̃ vnus primus mot⁹ sempiternus, & ęternus.
nõ igitur fieri possunt plures mundi. Instantia oĩm natura & arte constantium
alia est forma secundum se, & forma materię mixta: vt alia sphęra: & sphæra au
rea: ali⁹ circulus, et circulus ligneus. Finiẽtes em̃ sphęrã aut circulum, aureũ aut
ligneũ sumim⁹ nunq̃, vt q̃ ad eius substantiã nõ pertineat: tametsi idẽ sit sphæ
ra, et sphæra aurea, neque intelligere, neque sumere quicquam aliud pręter sin-
gulare possimus. Nihilominus circulus et hic circulus ratiõe duo sunt, circulus
vt species, hic circul⁹ species in materia, et singulare. Tunc ita ducunt argumẽ-
tum. Cęlum est sensibile. est igit aliud cęlum, et hoc cęlum. et cęlũ species et for

ma est & hoc cęlum forma ĩ materia. At quoruncunq; sensibiliũ species est aut
forma aliqua, plura sunt, aut facta esse contingunt singularia, siue species ideas
quasdã (vt posuerunt aliqui) posueris seiunctas atq; separatas: siue re ipsa a singu
laribus nõ abiunxeris, sed ipso esse & ratiõe, sic esse oportet. Sic em̃ ĩ oĩbus quo-
rum forma ĩ materia est. prõptum est videre pluria & pene infinita eiusdẽ speci-
ei entia. Sunt igitur plures cęli, aut eẽ possunt, & plures mundi, aut esse possunt.
Q̃d si simul nõ sint, & esse possint, fieri possunt. Responsio. Id verum sit cælum
esse sensibile, & alterum esse cælum, & hoc cælũ, vt species, & species in mate-
ria: nõ tñ ex hoc plures mundos esse aut esse posse cõficiunt. nã falso assumunt,
quoruncunq; sensibiliũ species sit aut forma, plura esse aut facta esse continge-
re. Hoc eni nõ oportet vbi sensibile ex tota materia est, ex qua natũ est esse pos-
se: vt si ĩtelligis vnum incorruptibilẽ simum. cui⁹ materia esset caro, & ex oĩ car
ne esset ex qua simus esse posset: simus sensibile q̃ddã esset, & alterum, simus, &
hic carneus simus, vt species et forma, et forma in materia, et tñ nõ essent neq; es
se possent plures simi. Itidẽ si esset vnus homo ĩmortalis, ex oĩ carne, ossibus et
neruis ex quibus posset esse homo, et hæc ĩdissolubilia essent, homo sensibile es
set, et homo et hic homo different, vt forma, et forma in materia. et tñ neq; es-
sent plures hoĩes, neq; eẽ cõtingeret. Cõsimile de mundo ĩtellige. nã mundus &
cælum sensibile, & cęlum & hoc cęlum ratione diuersa, & hoc cęlũ ppetuũ, & ĩ-
mortale, ex tota materia (ex qua esse põt cęlũ) constans. idcirco vt de simo & ho
39 mine dictũ est, neq; sunt plures, neq; plures esse oportet. ¶Tres modi cæli. Cę-
lum prĩo, vltima sphæra est, supmusq; circulus, cæteros ambiens oẽs, diuinitate
plenus. Scđo corporea moles, inferiori lunæ extremo, & supmo primę sphæræ
termino contẽta. Tertio, cęlũ id totum est q ab vltimę sphærę supmiq; circuli
circũferentia contentũ conspicimus, & hoc totum, oẽ, vniuersum, cęlum dicere
40 consueuim⁹. ¶Scđa conclusio. Cælum vt idipsum est, ab vltimæ sphærę sup-
miq; circuli circunferẽtia cõtentũ, ex oĩ naturali & sensibili corpore, suaq; tota
materia constat. ¶Nã nullum extra se corpus neq; naturale neq; sensibile relin-
quit, sed ea oĩa intra suũ continet ãbitum. Quod extra se nullũ corpus relinquat
hoc ideo est. quia corpus illud physicum esse nõ posset. nã aut esset simplex aut
cõpositum. Nõ simplex, quia oẽ tale mobile est, a medio, vel ad medium. Et cũ
corpora illa q̃ circunferunt, loca sua egredi et mutare neq̃ant, nõ hoc pacto aut
a medio aut ad mediũ moueri contingeret & illic esse non posset natura, aut p-
ter naturã. natura quidẽ, quia habent sĩplicia corpora physica, alia in quibus na-
tura stent a natura deputata loca, neq; pter naturã. nam & illic aliqua esse secũdum
naturã nata essent. locus eni qui alicui simpliciũ pter naturã conuenit: alterius
simplicis secũdum naturã existit, q si vllum, neq; aliquod sensibiliũ nõ physicorũ,
nã ea sunt sphęrę, circulatiq; circuli: quorum nullũ extra supmi circunferentiã
claudi manifestum ẽ. Constat igitur cęlũ hoc pacto sumptũ, ex oĩ corpore & na
turali & sensibili: suaq; tota materia: q cum ipsum incorruptibile sit, et semper
(vt adhuc ostendemus) pseuerãs, vnũ solum esse recte affirmatum est. neq; plu-
41 res fuerunt cæli, neque plures futuri sunt, sed vnum solum et perfectum. ¶Ter
tia conclusio. Non contingit extra cælum corpus vllum factum esse. ¶Nã ne-
42 que simplex, neque compositum, neque natura, neque pręter naturam. ¶Primũ
corollarium. Vnde fit vt extra cælum neque locus neque vacuum neque tẽpus
sit. Locus quidem, quia illic nullum est, neq; esse natum est corpus. Vacuũ, quia,
id dicunt locũ sine corpore, natum corpe repleri, & in quo corpus natum est fie-
ri. Tẽpus, cum illic nullum possit esse sensibile corpus: neque mot⁹: quare neque
tẽpus. Est eĩ tẽpus, numerus motus. At extra cælum sine sensibili corpore non
43 erit motus. ¶Secũdum corollarium. Vñ fit etiam, vt quæ illic nata sunt esse en
tia, sint optimam habentia vitam, & per se quidem sufficientissimam, quã toto
cõplent ęterno, nõ senescẽtia in in tpe, non in loco transmutabilia, in alterabilia

ĩpassibilia,ab oĩ motu mutatĩoeq; aliena:vt circa diuina plerũque rationibus declaratũ est oẽ primũ,diuinũ,ĩtransmutabile,necessariũ, summũ, & quo nihil aliud melius,nihil diuinius,nihil prauũ hñs,nullorũ bonorum indignũ incessabili motu ratiõabiliter mouẽs,rerum oim finis, vniuscuiusque vitæ tps oẽ & infinitatem vt summa perfectio continens:æternum,semper ens, immortale a quo cæteris cõmunicatum est esse & viuere,his clarius,illis vero obscurius.

Nõ posse esse plures mundos.

NOni cap.scholia. XXXVIII. Nõ igit̃ fieri possunt plures mundi. Aristoteles hic de potẽtia naturę loquitur,sicut & in tota naturali philosophia loquẽdum est. quare nõ ĩfirmat̃ eius dictum per hoc quod diuina potentia posset plures mundos ꝑducere . Neq; itidẽ militat ratio qua cõtenderet quispiã cęlum mundumque esse vniuersale,& idcirco debere de pluribus singularibus aptitudine prædicari. Nã mundus ratiõe solum est vniuersale,nõ etiã re ꝙ notione cõmuni significet,sed nõ est natus habere plura numero differẽtia singularia. Vniuersale aũt de pluribus prędicari,ĩtelligendũ est de eo solum quod & re & ratione est vniuersale. Pręterea quanuis mundus nõ sit natus,prędicari de pluribus defectu ꝓueniente ex parte rei nõ tñ ex parte rationis quæ cõmunis est. Neque sp verum est multiplicationẽ plurium bonorum esse meliorẽ quã vnius pręsertĩ vbi ex ea multiplicatione cõsurget aliqua naturę inordinatio,vt otiositas. Nõ em̃ pręstat plures esse naturę prĩcipes quã vnũ,nec plures esse soles quã vnum,nec plura esse hominis capita quam vnũ quia positis pluribus alterum esset otiosum qñquidẽ vnũ per se est sufficiens. Ita si ponerentur plures mundi,alter esset superuacu⁹,cum iste corporibus oĩbus sufficiat. Nõ em̃ in multitudine,sed vnitate cõsistit perfectio maior . Et quanuis euariẽtur successiõe tẽporis res naturales per cõtinuã generationẽ & corruptionẽ, non tñ idcirco credendi sunt vicissim esse plures mundi. Nã quota mũdi pars sunt ea quę cõcauo cæli lunę cõtinẽt? Sane perquã exigua,& quota granum milij est ad arduũ mõtẽ. Idcirco a partibus illis minus pręcipuis nõ debet mũd⁹ dici diuersus sed a principalioribus partib⁹ vtpote corporibus cęlestibus manere idẽ:neque debet dici corrũpi aut generari a particulis illis sed sp perseuerans ; haud secus atque si totus hõ esset ĩcorruptibilis excepta extremitate digiti,ab ea portiuncula nõ denominãdus esset corruptibilis, sed a pluribus & maioribus partibus incorruptibilis. Insuper quis rerũ naturalium corrumpant̃ & transmutent̃ in diuidua,species tñ ex quarum numeris mundus cõsistit,sp manent eędẽ. Mũd⁹ aũt dicit̃ vn⁹ & idẽ a speciebus rerum cõtẽtarum,& nõ singularibus. Vnus inq̃ vnitate cõtiguitatis quę ẽ ꝓxima cõtinuitati,& nõ vnus cõtinuitate,nec vnitate qd' qd est,id est vnitate actus & potẽtiæ. Non em̃ habet mundus simplicẽ formã aut materiã,sed est oĩformis,oĩs em̃ forma,decor est mundi. Neq; est incõueniẽs cõtraria esse ĩ mundo tanq̃ aggregato. Imo reuera mundus iste ĩferior ex cõtrarijs coalescit,sed adeo certo a diuĩa dispositiõe fœdere cõpactis,ꝙ cõtrarietas eorũ a sũmo rerũ authore collocata videt̃ in cõcordi discordia,& grauium acutorumq; harmonico concentu. Oĩm natura & arte cõstantiũ. Forma scd̃m se siue species hic dicit̃ res quę notiõe cõmuni expressa est & intellecta,vt hõ,circul⁹. Forma vero in materia, siue spẽs in singularib⁹,dicit̃ res rõe singulari ĩdiuidua que designata,vt hic hõ hic circulus. Quod autem subiungit litera,vt alia est sphęra,& sphęra aurea:id nõ facit tãq̃ tradens exemplum formæ secundũ se,& formę in singularibus. nempe & sphęra aurea rõne communi exprimit̃. & ergo vtraq; forma est secundum se . sed id ponitur exemplũ ad denotandũ q̃ q̃admodum sphæra & sphæra aurea sunt idem re ipsa,sed diuersa ratiõe(nã sphęra figuram absolute exprimit,non denotando materiã cui inest. at sphæra aurea figurã materiæ coniunctam denotat)ita forma,& forma in materia,re ipsa idẽ sunt,vt circulus & hic circulus,sed rõne duo. Circulus quidem,vt forma & ratione vniuersali designatũ , hic circulus vero vt forma in materia & rõne singulari expressum . Quare non sunt ponẽdæ formę & species tã re q̃ ratione a singularibus seiunctæ,sicut Platonici suas ponunt ideas,sed re ipsa coniũctę singularibus , & ratione sola seiunctę,vt dicunt Peripatetici. Res em̃ oĩs singularis est,rationes aũt mentis vniuersales. Quoruncunq; sensibiliũ species est aut forma aliqua. Propositio illa vniuersalis veritatẽ quidem habet de ijs sensibilibus quę non constant ex tota materia ex qua esse nata sunt , qualia sunt hõ,equus,sed nõ de illis quæ ex tota sua materia constant,quale est cælum, vt scire ꝓbat Aristoteles refellẽdo ĩ rõne antiquorũ ꝑ analogiã ĩcorruptibilis simi,& hoĩs ĩmortalis . Quanuis em̃ natura ĩpossibile sit esse incorruptibilẽ simũ,& hoĩem ĩmortalẽ,tñ analogia cõueniens est, ꝙ ꝑ eã ĩcorruptibilis ex hypothesi simus,& ex suppositione ĩmortalis hõ ad cęlũ incorruptibile accõmodare cõferant̃,& singula vnius ĩueniũt̃ singulis alterius apte(vt requirit analogia)respõdere. XXXIX Tres modi cęli. Cælũ prĩo in primaq; ei⁹ significatione est cęlestiũ sphærarũ suprema,quæ diuinitate plena dicitur,ꝙ sicut sup̃ma,ita cælestiũ sphęrarũ perfectissima est, & diuinas properates exp̃ssius habet atq; imitatur. hinc siqua deo sedes in rebus corporeis assignanda foret,in hac assignaretur,sicut & ignis elementorũ sup̃mũ,perfectissimum itidẽ est, & diuinarũ proprietatũ ꝓpemodũ æmulum. Cęlum secundo, est aggregatũ ex oĩbus corporibus cęlestibus , contẽtum concauo cęli lunę & conuexo sup̃mi cęli. Cęlũ tertio siue mundus,est aggregatum ex oĩbus corporibus tã naturalibus q̃ cælestib⁹. Quã ob rẽ cælum prĩo est pars ĩtegralis cæli scd̃o, & cęli tertio,& cælũ secundo pars ĩtegralis cæli tertio. XL. Nõ simplex,quia oẽ tale mobile est. Nõ debet quisq̃ existimare extra cęlũ esse corp⁹ naturale simplex,ꝙ sacrę literę meminerint interdũ aquarũ q̃ super cęlos sũt & dicant tecta aquis superiora eius. Nempe illic aquarũ noĩe nõ aqua elemẽtaris ĩtelligẽda ẽ , sed

cęlum(vt aiunt)crystalinũ, ꝙ est supra firmamentum,ꝓpter ꝑspicuitatem & diaphanitatẽ, aquæ denominationẽ sortiũ,ꝙ cum ea in dictis ꝓprietatibus conueniat . Cęterum, alij quibus accedendũ potius putauerim autumant ꝑ aquas q̃ super cęlos sunt,nequaq̃ ĩtelligi debere materiales aut sensibiles vndas,aut cælũ vt (vocãt)crystalinũ. Nempe si noĩe aquarum illarum cęlũ intelligitur illud (quodcũq; tandẽ fuerit)non super cælos esse recte dicet̃ , cũ ipsum de numero cęlorũ vnum esse constituat̃,q̃admodũ ignis etsi cæteris elementis sup̃emineat , non tñ vere super elementa cõsistere ꝓhibetur. Itaq; nõ apte q̃duis cælũ appellaueris aquas q̃ supra cęlos sunt. Sed hi noĩe hmõi aquarum super cęlos existentiũ,accipi dicunt debere aquas spirituales.i.substantias cęlestes,& mẽtes angelicas,quæ cælestibus sphęris sup̃iores & sublimiores sempiterna deũ bñdictione laudant & ꝑpetua laude concelebrant. Neq; absurde aquarum noĩe cẽsent̃ angelici spirit⁹,ob largissimum atq; indeficientem inundationis diuinorũ nũerum copiã in ipsis affluentissime exuberantẽ , & ob vitalis fœcunditatis alimoniã nunq̃ illis deficientẽ,q̃amodũ diuinus sentit Dionysius. Neq; hmõi nuncupatio sacrarum literarum consuetudine est aliena,quã plerunq; mentes ipsas supramundanas aquarũ appellatione designat,vt in Apocalypsi. Et audiui vocem de cęlo tanq̃ vocẽ aquarum multarum. Verũ huiusce rei exactior discussio ad altiorẽ ptinet disciplinam,& hic fere pręter officium & magis q̃ par sit agitata videt̃. XLIII. Vñ fit etiã vt quæ illic nata sunt &c. Cum Aristoteles dicit esse entia extra cęlũ. & id intelligat de entibus supramundanis , pręepositio extra, nõ designat habitudinẽ loci,cum hmõi entia minime sint in loco,sed semotionẽ & separationẽ eorũ entium a ꝓprietatibus rerum corporearum,vtpote a materia , magnitudine, motu,loco,& tp̃e,quarum quidẽ ꝓprietatum entia supramundana sunt expertia. Quæ si dicantur esse intra cælum, particula intra non loci habitudinẽ importare intelligatur, sed coassistentiam,in mansionẽ,& p̃sentiam,qua incorporea corporeis assunt. Noĩa aũt quæ in calce huiusce capitis ordine digerũt̃,sunt primi entis noĩa,ex metaphysicis deprõpta ,ex quib⁹, quęnã sunt rerũ supramundanarum ei propius q̃ sensibilia coniunctarum ꝓprietates,haud obscurum est deprehendere.

¶Decimi capitis annota.

¶Genitum,generabile. ¶Ingenitum,ingenerabile. ¶Consistentia materia.

DEcimum caput cõtinet quatuor cõclusiones,tres rõnes,& tres ãtiquo
44 rum opiniões post primam,& duas rõnes ad secundam. ¶Prima cõ
clusio. Par est disquirendo an mundus genitus , an ingenitus,& cor-
ruptibilis,an incorruptibilis,habeatur. antiquorum de hac re addu-
cere opiniones. ¶Primo, quia contrariorũ dubitationes,causæ sunt vt sint con-
trariorũ manifestationes. Si itaq; eas non adducerem⁹ in mediũ,videri posset in
dubitationibus ipsorum oppositũ eorum q̃ ostendere volumus,esse ostensum.
¶Secundo. Quia eorum positionibus assertionibusque mõstratis inualidis,cre-
dibiliora relinquent̃ circa id qđ quærimus dicenda. ¶Tertio. Quia nos facien-
tes. minus eos gratis cõdẽnare videbimur. Oportet em̃ eos qui veritatẽ sufficien
ter iudicaturi sunt,non esse aduersarios,sed arbitros. ¶Tres de hac re antiquo-
45 rum opiniões. ¶Pria dicentiũ mundum genitũ eẽ,sed incorruptibilẽ, ĩmortalẽ
46 sem ꝑque mansurũ. & hęc Platonis existit . ¶Secunda est dicentium mundum
47 factum iteriturumque semel,sed vlteri⁹ nunq̃ reduci separique posse ad ortum
& hæc est Democriti. ¶Tertia est Empedoclis Agrigentini, & heracliti Ephe
sij dicentium mundum alternatis vicibus freq̃nter geitum,& freq̃nter corruptũ
& has ortuũ obituumque vices semper obseruaturum. ¶Scd̃a conclusio. Irrati
48 onabilis est assertio dicentiũ mundum genitum esse , sempiternum tñ manere.
nunquãque casurum eẽ. ¶Primo,quia sola ea rationabiliter dici posse vident̃, q̃ in oĩbus aut pluribus ita esse cõspicim⁹. huius autem assertionis oppositũ euenit. assertit enim & genitum,& incorruptibilẽ. Et liquido conspicimus quę generantur omnia,orta cadere. non est igitur assertio hæc rationabilis. ¶Secundo Quia si illa q̃ ip̃m constituunt,non potuerunt aliter se habere,intransmutabilia sunt. Si potuerunt aliqñ , & non semper consimiliter se habuerunt poterunt ad huc,iterũq; esse soluta. Nulla illic quam hic valentior ratio. Igitur si genitus esset,non mõ incorruptibilis non esset , sed posset infinitis euntibus seculis infinities corrumpi. Neq; ꝓdest ꝙ hęc asserentibus suppetias fere volunt aliqui,dicẽtes mundũ esse incorruptibilem,& neque verum esse ipsum esse genitũ,sed huius positionis assertores idipsum doctrinę causa (quo magis doceant) dicere , vt Mathematici descriptiões lineamẽtaque faciunt,quæ etsi non sint vt ponunt,suis tñ demonstrationibus apta veniunt. Non sic est de hac assertione , vt ponunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt de mathematicis descriptionibus. nam in illis idem est, neq; refert, hic aût nõ idem, atq; plurimũ refert, & priora dicta posterioribus sunt pugnantia. Nam ex inordinatis ordinatũ faciunt quod nõ nisi gnatione & tpe dirimẽte facere possunt aut simul est ordinatũ & inordinatũ. q̃ sunt ipossibilia. ¶ Tertia cõclusio, Irrationabile est iterum mundũ esse genitum dicere, & interitui obnoxium, sed 49
postea nunquã reparari posse. Nã confitentes ipm esse genitum vnam semp ante admittunt fuisse consistentiam ex qua fieret. quo non existente, eadem semp manebit cõsistentia. q̃ mutationis principium est, qua nõ existente, aliquid trãs mutari ipossibile est. & qua quidẽ existente, contigit. Si igiẽ genit° eẽt. & aliqñ casurus. itidem & orto altero reparari eũ contingeret. ¶ Quarta. Neq; sentien- 50
dum est cum Agrigentino Empedocle: mundũ alternatis vicibus nunc amicitia disgregante gigni, nunc vero lite congregante solui. ¶ Nam id astruere nihil aliud est quam mundum substantia facere perpetuum, sed secundum formã qualitatesq; transmutari, vt siquis ex puero sæpius fiat vir, & ex viro sępius recidat in puerum alternatis ac interpolatis vicibus, & ob id credat ipsum sępius gigni, & sępius corrumpi. sic em̃ ponunt semper eadẽ elementa manere, non aût ordinem & qualitates. Et sunt qui & qualitates manere ponunt congesto cõgregatoq; mundo, & contraria contrarijs pugnare. Non igitur mundũ (vt q̃ semp substantia sit idẽ) generari & corrumpi debent affirmare. sed mundi dispositiones. Non esse igitur (sicut scribitur in Timæo) mundum factũ, & de cætero sempiterno tpe mansurum. neq; sempiterno iteritu casurum, neq; vicissitudinibus crebro gigni, crebroq; dissolui, naturaliter est discussum.

DEcimi capi. scholia. XLVII. Tertia est Empedoclis Agrigentini. Empedocles Agrigentinus dicitur ab Agrigento vrbe Siciliç, ex qua fuit oriundus, & Heraclitus Ephesius, ab Epheso insigni vrbe Asiç. quę ab amazonibus primum extructa traditur, quod ab ea traxerit originem sicut & alij philosophi nominibus patrijs denominari solẽt. XLVIII. Et prior dicta posterioribus sunt pugnantia. Mundum esse genitum, quod prius dicunt, repugnat posteriori dicto, mundum esse ingenitum. Nam ipsi ex partibus mundi inordinatis mundum ordinatum faciunt. Ponunt enim prius inanem fuisse materiam, quæ deinde mundi formam animamque susceperit, quod non nisi per generationem & temporis successionem fieri potest, si enim sine generatione, temporisque fluore id fieri ponant, simul esse ordinatum ipsius mundi & inordinatum. quod est impossibile, cum ea repugnent. XLIX. Nam confitentes ipsum esse genitum. Quicquid naturaliter generatur, fit ex subiecto præexistente, & quicquid corrumpitur, in subiectum remanens resoluitur, vt definitio materiæ indicat. Si itaque mundus est genitus, fuit ante mundi generationem materia, quę eadem manebit post mundi coruptionem, nata mundi formam suscipere. Poterit igitur ex ea secundo gigni mundus, sicut primo genitus est, quare reparari poterit ad ortum. quod est positioni eorum oppositum. Et ipsa quidem consistentia materiaque non existente, aliquid transmutari impossibile est, quia non potest motus esse sine mobili. Existente vero materia, aliquando quidem aliquid tansmutari contingit, vt cum forma acquiritur aut deperditur, aliquando vero non, vt cum forma est tota acquisita aut deperdita & motus ipse absolutus completus & perfectus. L. Nam id astruere nihil aliud est. Cum his disgregat mundi corpora, non potest nisi ea quę prius coniuncta sunt disgregare, quare ante disgregationem (quam ponit mundi generationem) erant rerum substantiç, sicut & post. Et cum amicitia congregat eadem corpora, non potest illa congregare nisi congregatione facta maneant secundum substantiam. Igitur post huiusmodi congregationem (quam ponit Empedocles mundi corruptionem) manent eędem rerum substantiç, sed qualitates variantur. Est igitur mundus substantia perpetuus, sed secundum accidentarias affectiones euariatur & alteratur. propter quod posuerunt ipsum sæpius gigni & corrumpi, sed perperam, perinde atque siquis ex puero fiat vir, & ex viro recidat in puerum (vt canit Ouidius Aesonem Iasonis patrem ope Medeæ ex decrepito factum adolescentem) idque interpolatis vicibus sępius fiat, falso crederet quispiam illum sæpius generari & corrumpi, cum substantia idem manẽs solam qualitatum transmutationẽ pateretur. Cęterum quanuis impossibile sit quempiam ex viro recidere in puerum, hac tamen rei impossibilis analogia. Aristoteles apte eam exprimit mundi alternationẽ quam posuit Empedocles. Nam ex pueritia in virilem ętatem permutatio, assimilatur ipsius mundi generationi. Ex virili vero ætate in pueritiam relapsus, ipsius mundi (qualem ponunt) corruptioni. Sunt autem alij (vt Anaxagoras) qui dicunt non modo substantias partium mundi, sed & earum qualitates manere facta per amicitiam earum congregatione, vt ignem manere calidum, & aquam frigidã aerem humidum, & terram siccam, sicut ante congregationem. Ex quorũ sententiam dicit Ouidius

ouidius in p.mo metamorphoseos

Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

Et hi non modo generationem & corruptionem a mundo tollunt, sed ad alterationem.

¶ Vndecimi capitis annot.

¶ Talentum, octogintatrium librarum & quatuor vnciarum pondus. ¶ Talentum, talentum Atticum magnum. ¶ Libra, as, pondo. Stadium, miliarij pars octaua CXXV. passus continens. Quanta sit potentia, magna, parua, maior, minor.

51 NDecimum caput continet duas conclusiones: ingeniti, geniti, incorruptibilis, corruptibilis, singulorum tres modos post primam, & vnam instantiam post secundam. ¶ Prima conclusio. Proposito nostro congruit, modos geniti, ingeniti, corruptibilis, & icorruptibilis cognoscere. ¶ Nã hęc multipliciter dicuntur: de quibus quidem nunc intendimus determinationem. Multipliciter autem dictis, etsi ad orationem nihil referat, quin semper eandem veritatem falsitatemve obseruet, intellectus anceps & confusus relinquitur, ipso multiplici indistincto. Expedit 52
igitur proposito, talium videre modos. ¶ Ingeniti, geniti, incorruptibilis, corruptibilis, singulorum tres modi. ¶ Ingenitum primo, quod cum prius non existeret, nunc existit, sed sine transmutatione: vt est attactus & momentum. Secundo, quod non est, sed esse contingit. Tertio, quod omnino impossibile est fieri ita, vt aliquando sit, aliquando vero non sit. Impossibile enim bifariam dicitur. Primo simpliciter, quod neque est, neque fieri potest. Secundo, non facile, non cito, non bene factibile. ¶ Genitum primo, est quod transmutatione existit. Secundo, quod est, non esse autem contingit. Tertio, quod aliquo modo esse aut fieri contingit: siue id facile, siue difficile sit. ¶ Incorruptibile primo, quod cum sit ens, ipsum aliquando non esse sine transmutatione contingit. Secundo, quod nunc est, & quod aliquando non esse futurum, impossibile est. Tertio, quod simpliciter non esse non possit: aut quod difficulter non esse possit. ¶ Corruptibile primo, quod transmutatione desinere contingit. Secundo, quod cum sit, contingit aliquando non esse futurum. Tertio, quod non esse aliquo pacto, aut facile aut difficulter contingit. Et horum omnium modi consimili pene modo adinuicem sumuntur. Dicetur tamen proprie ingenitum & incorruptibile, ingenitum quidem, quod simpliciter fieri non potest, ita, vt aliquando sit, & aliquando non sit. Et incorruptibile, quod omnino non esse non potest. ¶ Secunda conclusio. Potentia, quanta ipsa sit, per maximum determi- 53
nanda est. Nam per minus non determinatur: quia quicquid potest in maius, potest & in minus: vt potens centum ferre talenta, potest & duo, & potens centum ambulare stadia, potest ambulare & duo. Determinatur igitur per maximum & excellentiam: vt virtus quæ talenta centum sustollit, & quę illam talentorum summam non superat, vt vnum & centum sustollere non possit, ab illa excellentia denominationem sumet. diceturque centum talentorum, & non plurium potentia. Et virtus quæ non potest in excellens, neque eadem in plura excellente valebit: vt siqua virtus in centum talenta aut stadia non possit, hæc eadem in vnum & centũ aut talenta aut stadia minime valebit. Est igitur quanta sit potentia, per maximum determinanda. Et si instas, potest quis videre stadium, non videns quanlibet partem minorem stadij: & quis percipere magnitudinem, & non punctum: & potest quispiam maiorem sonũ audire, non potens audire minorem, non igitur id recte assertum, vt quæ potentia potest in maius, eadem possit & in minus. Id certe, ad id quod intendimus, nihil affert difficultatis. Nam hæc instantia de excellentia & decremento rei. & quæ secundum molem attendantur, insectatur. Nos autem non de ea excellentia & decremento agimus, sed de ijs quæ secundum virtutem sunt sumpta. Visus enim vis, aut auditus, ad minora debilior, ad maiuscula vero valentior.

mi possibile qd quot modis

q omnũ qd

q d incorruptibile

simpliciter

nõ ob est uerũ qd nõ pt in minor in maior.

VNdecimi cap.ſcholia.LI. Multipliciter aūt dictis,etſi ad orationē nihil referat.Cum in oratione ponuntur dictiones ęquiuocæ, quarū multiplicitas ꝑ diſtinctionem non aperitur,quanuis in oī ſenſu oratio vera ſit aut falſa(vt canis eſt ſubſtātia, canis eſt lapis)tñ intellectus relinquitur ambiguus & dubius , neſciens in quo potiſſimū dictionis multiplicis ſignificato oratio ſit accipienda,cū non pro oībus ſignificatis ſimul ſumi poſſit,ſi oratio debeat eſſe vna,ſed pro vno ex oībus ſecundum accipientis arbitrium. Nam multiplex indiſtinctū(vt aiunt)parit confuſionē . LII. Potentia quanta ſit,per maximum determinanda eſt.Potentia hic pro virtute actiua & mouēte ſumitur,per maximūvero intelligitur mobile in quo pōt huiuſmodi potentia mouēs,quo nullū maius eiuſdē ac certe denominationis,determinatæq; ac deſignatę quātitatis mouere poſſit,vt ſiquis decem libras portare pōt,vna tñ libra adiecta amplius vt vndecim libras ſubſtollere nequeat, illa portandi vis per maximum in quod pōt,vtputa decē libras,definitur ac determinatur , vocaturq; vis portatiua decē librarū quēadmodū rei quātitas determinatur per maximū numerū partium determinatę quantitatis,& quanta ſit hoīs ætas,tota eius duratione,numeroq; partium durationis determinatę ſucceſſionis definitur.Neq; intelligitur hæc concluſio de partibus proportionalibus,alteriuſq; denominationis.nā ſecundū illas ſemper aliquid priori mobili adīci pōt,& mobile ipſum maius ab eademvirtute moueri.Nā ſi aliqua virtus mouet aliquāto tp̄e & ſpatio aliquod mobile,eadem virtus pōt & maius mobile mouere.Quod ſic oſtenditur.Sit a e virtus mouens , q̄ moueat b g mobile ī tp̄e c.dico ꝙ eadem virtus a poteſt mouere maius mobile q̄ b g,licet tardius,& in maiori tp̄e.Patet, quia cū a e moueat b g,virtus a e eſt maior q̄ b g,cum quicquid alterum mouet, aliqua vi ſuperante moueat. diuido igitur a e in exceſſum , æqualeve exceſſo, ſcilicet a d,& id quo ſit exceſſus, ſcilicet d e.Manifeſtum eſt partē d e nō eſſe indiuiſibilē,alioqui ipſa addita parti a d,nō redderet totum a e maius q̄ b g.nā indiuiſibile additum diuiſibili,nō attollit maius . Diuido itaq; partem d e per medium in puncto f. Cumvirt⁹ mouens a f ſit maior virtute a d eius parte,&virt⁹ a d ſit ęqualis mobili b g,virt⁹ mouēs a f etiā eſt maior mobili b g.Quicquid em̄ eſt maiusvno æqualium,maius eſt & altero.quare virtus a f mouet mobile b g.Supponim⁹ em̄ a qualibetvirtute maiore mobile moueri,motūq; fieri.Et cum quęlibetvirt⁹ mouēs aliquod moueat mobile,f e virt⁹ mouens,q̄tuluncunq; mobilevt g h mouebit. Tunc ſic. Virtus mouens a f,mouet mobile b g, vt oſtenſum eſt,&virtus f e,mobile g h,ꝑ hypotheſin.ergo per ſeptimā regulā cōparationum virtutis mouentis ad mobile in fine ſeptimi phyſicorum poſitam,virtus a e collecta ex illis viribus mouentibus,mouet b h mobile collectū ex illis mobilibus. At eadē virt⁹ a e poſita eſt mouere b g minus q̄ b h,vt qđ ſit eius pars. Igiť ſi aliqua virt⁹ mouet aliud mobile,eadēvirt⁹& maius mobile mouebit.qđ eſt ꝓpoſitum . Et conſimili mō demonſtratum eſt id qđ in prima concluſione ſeptimi cap.huius libri dictū eſt,ſcilicet ꝙ ſi aliqua virtus mouet aliquod mobile , minor virtus mouebit idem mobile in eodem tp̄e.Habet em̄ id veritatē ex eo ꝙ virtus mouens in infinitū diuidi poteſt,ſicut & linea,& a quantulacunq;(mō ſit maior q̄ mobile)fieri poteſt mot⁹. Cæterum ad hæc apertius intelligenda ſubīciuntur octo propoſitiones de cōparatione mouentis ad mobile penes maximum & minimum , quarum quatuor primæ ſunt de eo in quod virtus aliqua poteſt,reliquę vero quatuor de eo quod pōt.Prima.Nō eſt dabile maximū in quodvirt⁹ actiua poteſt.Maximū in quod poteſt,eſt mobile in quod aliqua virtus poteſt,quo nullum pōt dari maius ſecundum quancunq; denominationem in quod eadem virt⁹ poſſit.Patet, quia quęcunq; virtus poteſt in minus,eadē poteſt in maius quantuluncunq;,vt modo oſtenſum eſt. Neq; hęc ꝓpoſitio repugnat huic ſecūdę concluſioni Ariſtotelis,qui loquitur de certa eademq; denominatione.Secunda.Non eſt dabile minimū in quod virtus poteſt.Minimū in quod poteſt,eſt mobile in quod virtus poteſt,quo nullum poteſt dari minus in quod eadē virtus poſſit.Patet,quia quicquid poteſt in maius,vt totū , etiā poteſt in minus,vt partē . ergo dato quocunq; in quod virtus poteſt, adhuc poterit in minus,& eius medietatem. Tertia. Non eſt dabile maximū in quod non poteſt. Maximū in quod virtus non poteſt,eſt mobile in quod virtus mouens non poteſt,quo nullū poteſt dari maius in quod eadē virtus non poſſit.Patet,quia quicquid non poteſt in minus, non poteſt in mai⁹.Ergo dato quocunq; in quodvirtus non poteſt,adhuc dabitur mai⁹,vt eius duplum, aut triplum,& ſic ſemper ad maiorem ꝓportionem ꝓgrediendo, in quod illavirtus non poterit. Quarta.Eſt dabile minimū in quod virtus non poteſt . Minimum in quod virtus non poteſt , eſt mobile in quod datavirtus non poteſt,quo non poteſt dari minus,quin in illud eadēvirt⁹ poſſit. Patet,quia ī mobile ęquale mouentivirtus mouens non poteſt,& non poteſt dari minus illo mobili,quin in illud eadē virtus mouens(quia erit exuperās & valentior)poſſit.igitur mobile ęquale mouenti eſt huiuſmodi.Quinta.Non eſt dabile maximū quod poteſt.Maximum quod pōt,eſt virt⁹ actiua q̄ poteſt mouere aliquod mobile , qua nulla poteſt dari virtus maior q̄ moueat idem mobile.Patet,quia quicquid poteſt virtus minor mouere,idē poteſt & maior.Ergo data quacunque virtute mouente aliquod mobile, adhuc poteſt dari illa maior q̄ moueat idē mobile.Supponimus em̄,data qualibetvirtute mouente,aliā poſſe dari ea maiorem,ſimiliter & minorē,quemadmodum geometres poſtulat data quauis linea aliā deſignari poſſe ea maiorem,itidem & minorem.Sexta.Non eſt dabile minimū quod poteſt.Minimum quod poteſt,eſt virtus quę poteſt mouere mobile, qua nulla poſſit ſecđm quātulancunq; proportionem dari minor quæ idem moueat mobile.Patet,quia dato quocūq; mouente mobile,adhuc poteſt dari min⁹,mouens idem mobile, vt paulo ante dictum eſt.Non igiť poteſt dari minima virtus quæ poſſit mouere mobile.Septima. Dabile eſt maximum quod non poteſt . Maximum quod non poteſt , eſt mouens quod non



Regulę cōparationum virtutis mouentis ad mobile.

poteſt mouere mobile,quo nullū eſt maius quin poſſit mouere idē mobile.Patet propoſitio,quia mouens æquale mobili non poteſt mouere mobile,& non poteſt dari maius eo quin ipſum poſſit mouere idem mobile,cum exuperet ipſum. Igitur mouens æquale mobili eſt tale maximum. Octaua.Non eſt dabile minimum quod non poteſt.Minimum quod non poteſt,eſt mouens quod non poteſt mouere mobile,quo nullum poteſt dari minus,quin ipſum poſſit mouere idem mobile.Patet,quia quicquid non poteſt mouere virtus maior,idem non poterit mouere minor . Ergo data quacunq; virtute quæ non poteſt mouere mobile,quæcunq; detur minor, ipſa valentiori iure non poterit mouere idem mobile. Non eſt igitur dabile huiuſmodi minimum .

¶Duodecimi capitis annot .

¶Se mutuo conſequi,adinuicem conuerti.

DVodecimum cap.continet decem cōcluſiones , vnum corollarium ad
ſecundam,duas rationes ad quintam, quatuor ad nonā , & quatuor ad
54 decimā. ¶Prima concluſio.Siquid poſſibile eſt eſſe , & idē poſſibile
eſt non eſſe:vt eius tempus ad eſſe & nō eſſe determinatū ſit , neceſſe
eſt. ¶Hoc enim ſecundum omne prædicamentū:vt ſi quid pōt eſſe hō , & non
homo,bicubitum,ęquale,albū,& non eſſe,& ita in cæteris:vtrunq; tp̄s determi
natum.Nā ſi dederis neutrū determinatum eſſe,habebit potentiam,vt ſit tem
pore infinito,& vt non ſit alio tp̄e infinito.hoc autem impoſſibile. ¶Secunda .
55 Impoſſibile & falſum,poſſibile & verum.non omnino idē ſignant . ¶Nā non
omne falſum eſt impoſſibile. de citharizante em̄ ſi dicatur ꝙ non citharizat,&
de cantante ꝙ non cantat,falſum dicitur,non autem impoſſibile.Neq; oē poſſi
bile,verum eſt. Coincidunt tñ hęc aliqn̄:vt diametrum cōmenſurari coſtæ,fal
ſum eſt,& idem impoſſibile,non cōmenſurari vero,& poſſibile,& verū. Et nos
de impoſſibili falſo, poſſibili & vero ſimpliciter,intelligimus,& non facta ſup-
poſitione.Vnde ſi triangulus eſſet circulus,non haberet tres duob⁹ rectis ęqua-
les.& ſuppoſitione facta lineam eſſe ex punctis,diameter coſtę cōmenſurabilis
56 eſſet. ¶Corollarium.Vnde fit vt non ſit idem ſupponere falſum,& impoſſibi-
le:itidem poſſibile,& verum. ¶Nam ſuppoſito impoſſibili bene accidit impoſ
ſibile.falſo autem non impoſſibili nunquam . Et ſuppoſito poſſibili , falſum ſe-
57 qui accidit:ex vero autem nunq̄. ¶Tertia. Idē ſimul ad oppoſita habet poten-
tiam,non autem vt illa ſimul habeat. ¶Nā cū quis ſedet, potentiā habet vt ſe-
deat,& potentiāvt ſtet:non tñvt ſimul ſedeat & ſtet:ſed alio & alio tp̄e. ¶Quar
58 ta.Oē ſemper ens,incorruptibile eſſe neceſſe eſt. ¶Sit a ſemper ens. quia a eſt
ſemper ens, ſemper exiſtit.& ſi poſueris corruptibile,aliqn̄ non erit. At impoſ-
ſibile eſt,quod ſemper eſt,aliqn̄ non eſſe.igitur falſum eſt eſſe corruptibile . &
non modo falſum,ſed & impoſſibile. Eadem ratione omne ſemper ens,ingeni-
tum eſt.nam oē ſemper ens, ſemper exiſtit.genitum vero aliqn̄ exiſtit,& aliqn̄
non. Fieri em̄ nequit,vt quod poteſt oī tempore eſſe, aliquando poſſit non eſſe,
alioqui ſimul potentiam retinet ad ſimul eſſe, & non eſſe. quod eſt impoſſibile.
59 eſt igitur omne ſemper ens, ingenitum. ¶Quinta. Nullum ſemper ens, corru-
ptibile eſt,aut genitum. ¶Primo,Quia omne corruptibile , & omne genitum,
potentiam habet ad non eſſe . nullum autem ſemper ens , potentiam habet ad
non eſſe. Nam aut id eſſet tempore finito. hoc autem non : quia omni tempore
eſt quare potētiam habet vt tempore ſit & illo. Neq; quidem infinito. nam plu
ra tempora infinita eſſe nequeunt . Neq; idem potentiam habere poteſt vt ſit
vno tempore infinito,& non ſit altero infinito. Nullum igitur ſemper ens,cor-
ruptibile eſt,aut genitum. ¶Secundo . Quia ſemper ens , & ſemper non ens,ſe
habent vt contraria.ſemper ens,non ſemper ens , ſemper non ens , non ſemper
non ens,vt contradictoria.non ſemper ens,non ſemper non ens,vt ſubcōtraria.
Sit itaq; a ſp ens,b ſemper non ens,c non ſemper ens,d nō ſp non ens.De geni
to & corruptibili verificatur c & d:quia quandoq; eſt ens , & quandoq; non ens.
de genito igitur & corruptibili negantur a & b,ſemper ens , & ſemper non ens.
aut ſimul de eodem erunt & affirmatio & negatio : quod eſt impoſſibile .

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Sexta. Oē ingenitum pariter & incorruptibile, ſemper eſt ens, & imortale. 60
¶Nam dico ingenitum quod eſt ens, & nunquam nō fuit ante. Incorruptibile vero, quod eſt ens, & non erit verum ipſum non eſſe. quæ autem talia ſunt, ſemper exiſtunt. Eſt igitur ingenitum omne ſimiliter & icorruptibile, ſemper ens, 61
ſempiternum, & immortale. ¶Septima. Ingenitum & incorruptibile, ſe mutuo conſequuntur. ¶Nam ingenitum & incorruptibile, ſemper ens conſequun
tur. conſequuntur igitur ſe inter ſe. ¶Octaua. Omne genitum eſt corrupti 62
bile. ¶Nam ſi aliquod ſit genitum, quod non ſit corruptibile: ipſum eſt incorru
ptibile. Dicitur enim corruptibile aut incorruptibile, vt nō ſemper ens, aut ſem
per ens, de omni quod eſt, & de nullo eodem ſimul. Et ſi ipſum eſt incorruptibi
le, ipſum eſt ingenitum. conſequuntur enim ſe ingenitum & incorruptibile. Et
ſi ingenitum, iterum eſt ſemper ens. quare idē genitum eſt, & ingenitū, & ſem
per ens: quod eſt impoſſibile. Et eodem modo omne corruptibile genitum eſſe
oſtendas. ¶Nona. Genitum & corruptibile ſe inuicem conſequuntur. ¶Pri 63
mo, Quia ſi ſe non conſequerentur, aliquid eſſet genitum, quod non eſſet corru
ptibile: aut aliquid corruptibile, quod non eſſet genitum. quod modo falſum eſ
ſe monſtratum eſt. ¶Secundo, Quia genitū & corruptibile cōſequuntur idem,
vt quandoq; ens, & quandoq; non ens. conſequuntur igitur ſe inuicem. ¶Ter
tio. Sit a ſemper ens, b ſemper non ens, c genitum, d corruptibile. arguitur ſic, c
genitum non eſt a, eſt igitur non ſemper ens. & c genitum non eſt b: eſt igitur &
non ſemper nō ens. Similiter d corruptibile non eſt a, neq; b: eſt igitur non ſem
per ens, & non ſemper non ens. Et retroagatur, omne id quod quidē eſt non ſem
per ens, & non ſemper non ens, eſſe genitum & corruptibile. & tūc manifeſtum
erit c d genitum & corruptibile conſequi idem. quare & ſe inuicem conſimiliter
ſequentur. ¶Quarto. Sit ingenitum a, incorruptibile b, genitum c, & corrupti
bile d. diſiunctum a c ex oppoſitis conſtat: quod dicitur de omni quod eſt: vt ge
nitum, & non genitum. omne enim non genitum eſt ingenitum, & contra. Et
diſiunctum b d ex conſimilibus conſtat oppoſitis: vt corruptibile, & non corru
ptibile. & a b ingenitum & incorruptibile, ſe inuicē (vt oſtenſum eſt) conſequun
tur. Igitur & c d ſecundum & quartum ſeſe conſequētur. ¶Decima. Incōueni 64
ens eſt exiſtimare aliquod genitum eſſe incorruptibile, & aliquod corruptibile
eſſe ingenitum. ¶Primo, quia quę genita ſunt oia, quanto quodam determina
to tpe poſſunt aut facere, aut pati: aut eſſe, aut non eſſe. Infinitum autem nō eſt
determinatum. non igitur quod genitum eſt, incorruptibile erit, aut quod corru
ptibile eſt, ingenitum. ¶Secundo. Quia ens tempore infinito, factum eſſet: &
aliquo tempore nō ens, ſemper eſſet. hoc autem impoſſibile. ¶Tertio. Omne
genitum aliquando generabitur, & omne incorruptibile eſt ingenitum: & inge
nitum nunquam generabitur. igitur ſi aliquod genitū eſt icorruptibile, aliquan
do generabitur, & nunquam generabitur. Itē omne corruptibile aliquando cor
rumpetur, & omne ingenitum eſt incorruptibile, & nullum incorruptibile vn
quam corrumpetur. Igitur ſiquid corruptibile ingenitum aliquando corrumpe
tur, & nunquā corrumpetur. & idem ſimul erit factū, & non factum: corruptum
& incorruptum: quod eſt impoſſibile. Si enim dixeris genitum non aliquando
generari, & corruptibile non aliquando corrumpi: aut hoc erit caſu, aut fortuna,
aut natura. Non caſu, aut fortuna, quia non eſt eorum quæ ſemper ſunt. Neq;
natura: quia ea quandoq; ſunt, & quandoq; non ſunt, vt quæ eandem materiam
potentiam contradictionis habeant, & quæ cauſa eſt non eſſe. Et ſi itē dixeris
corruptibile habere potentiam ad non eſſe, ſed non in futuro, ſed præterito tem
pore, vt anno priore, aut quocunq; altero, & ita de genito: hoc nihil eſt: quia neq;
vna quidem præteriti potentia & virtus eſt, ſed præſentis & futuri. ¶Quarto.
Omne genitum & omne corruptibile contrariis alterantur. igitur neq; genitum
incorruptibile, neq; corruptibile ingenitum eſt.

DVodecimi cap. ſcholia. LIIII. Siquid poſſibile eſt eſſe, & idē poſſibile eſt non eſſe. De rebus naturalibus, earū motib⁹, & accidentibus q̄ tempore acqruntur & deper dūtur, hęc concluſio eſt intelligenda. In qbus horum trium, ſcilicet inceptionis, durationis & deſitionis tēpus determinatum eſt. Inceptionis qdem, quo ducatur ad or tum, ſic q̄ ſi eo tēpore quod natura acquiſitioni eius determinauit, nō acquiratur, nullo tempore erit idē nūero, imo ipſum eſſe futurū natura ipoſſibile eſt, licet bñ poſſit eſſe idem ſpecie, vt ſi quiſpiā velit admouere lignū foco ex quo gignendus ſit ignis. nō tñ admoueat vt cō ſiſtuit, ſed in aliud tempus differat, ignis ille qui ex eo ligno fuiſſet genitus, nunq̄ idem numero eſſe poterit, & ſi qñ poſtea admouerit lignum, gignetur quidem tunc ignis, ſed non idem numero qui prius fuiſſet genitus imo ſolū ei idem ſpecie. Et huiuſmodi entia vocare ſolent natura prohibita, quæ ſcilicet aliqñ potuerunt acquiri, ſed qñ aduenit tempus eorum acquiſitioni determi natum, non ſunt acquiſita, intercedente quopiā impedimento, & deinceps ea acquiri natura impoſſibile eſt. Eadem em eſt naturæ impoſſibilitas aliquid acquiri poſt ſuæ acquiſitiōis terminum conſtitutum iam tranſactum, ſicut aliquod viuens excedere ſuam periodū natura conſtitutam. At ſecundum impoſſibile eſſe concedunt omnes, ergo & primū. Pręterea determinatum eſt tem pus durationis rerum, & deniq; deſitionis, quod excedere nō licet, interdum tñ contingit ipſum ꝓpter extrinſecum aliquod præuenire. Et cum res naturalis habeat non eſſe, toto tēpore præcedente ſuam gñationem, item & toto tempore ſequente ſuam corruptionem, eſſe autem ſolū tem pore medio inter gñationem eius & corruptionem (quod admodū exiguum eſt collatione facta ad id tempus quo habet non eſſe) conſtat rem naturalem pluri tēpore nō eſſe q̄ eſſe. quare cogno ſcuntur res naturales magno interſitio diſtare a primo ente, quod eſt ſemp ens, & adeo ab eius perfectione deficere, vt comparatione ad ipſum dicantur non entia. LV. Et ſuppoſitione facta li neā eſſe ex pūctis. Facta hypotheſi q̄ linea ſit ex pūctis, cōſequēs eſt diametrū eſſe cōmenſurabilē coſtæ. nā punctus vtriuſq; lineæ eſſet cōis menſura, ſicut vnitas cuiusliber numeri. Quare in quadratis numerorū diameter non mō coſtæ commenſurabilis eſt, verum etiam æqualis, vt in deſcri pto nouenario a b c d, ternarius eſt latus, & etiā diameter. Secus autē euenit de quadratis magnitudinum. LVII. Idem ſimul ad oppoſita habet potentiā. Particula ſimul, ad excludendum ſophiſticas importunitates, & potiſſimum eā q̄ ex compoſitionis multiplicitate ſuboriri poſſet, debet determinare verbum habet potentiam, & non accuſatiuum oppoſita, vt ſententia concluſionis ſit. Idem ſimul habet potentiā ad oppoſita ſucceſſiue habenda, nihil tñ habet potentiam vt oppo ſita ſimul habeat. Pluris em facienda eſt recta intelligentia, q̄ ſophiſtica calumnia. LVIII. Et ſi po fueris corruptibile, aliqñ non erat. Nō dicitur apud Ariſtotelē gñabile cuius pōt eſſe gñatio, nec corruptibile, cuius poteſt eſſe corruptio, quomodo capiuntur in obſeruatione ſophiſtica, vbi dicuntur habere vim amplianda ad omnem temporis differentiam, ſed generabile eſt ſenſibile com pletum, quod aliqñ erit cum prius non fuerit, & corruptibile eſt ens quod cum prius fuerit, aliquando non erit. Quare ſi ſemper ens ponitur eſſe corruptibile, conſequens eſt ipſum aliqñ non fore. Hinc conſtat oē generabile neceſſario generari, neceſſitate quidem naturæ, & nō ſimpliciter & entia prohibita (quorum añ meminimus) non eſſe generabilia. Præterea liquet oē corruptibile ſecundum hanc (quam diximus) ſignificantiam neceſſario corrumpi ſecundum naturæ conſtitutum ordinem, & nullum corruptibile naturali lege perpetuo ſubſiſtere poſſe. LIX. Quia ſemper ens, & ſemper non ens, ſe hñt vt contraria. Contraria hic dicuntur propoſitiones contrarię, contradictoria contradictorię, & ſubcōtraria ſubcontrarię, non q̄ hæ dictiōes, ſemper ens, & ſemper non ens, ſunt propoſitiōes oppoſitorum oppoſitæ, ſed q̄ oppoſitarum ſequuntur naturā & condictionem. Nempe vt contrariæ propoſitiones nunq̄ poſſunt ſimul eſſe veræ, ſed bñ ſimul falſæ, ita ſemper ens & ſemper non ens nunq̄ de eodem ſingulari poſſunt verificari, ſed ambo facile de eodem falſe affirmantur. Et ſicut contradictoriarum ſemper vna eſt vera, & altera falſa, ita de quouis dicitur vel ſemper ens, vel non ſemper ens, itidem de quolibet dicitur nō ſemper ens, aut non ſemper non ens. Deniq; vt ſubcontrariæ ſimul poſſunt eſſe veræ, ſed nō ſimul falſæ, ita non ſemper ens & non ſemper non ens eidem attribui poſſunt, ſed non de eodem ſimul vere negari. Præterea in prædictis dictionibus eſt vniuerſalitas aut particularitas q̄tum ad temporis aduerbium reſpondens quantitati propoſitionum quibus comparantur. LXI. Ingenitum & incorruptibile ſe mutuo conſequuntur. Omne ſemper ens, incorruptibile eſſe & ingenitum, oſtendit quarta concluſio, & ediuerſo omne ingenitum pariter & icorruptibile eſſe ſemper ens, mōſtrauit ſexta. Planum igitur eſt ingenitū & incorruptibile cōſequi ſemper ens, & cū ipſo conuerti, quare & inter ſe conuertuntur. Quæcunq; enim conuertuntur cū eodem tertio, etiam conuertuntur inter ſe. LXII. Omne genitum eſt corruptibile. Id Ariſtotelis dictū intelligendū eſt de ijs quæ ſunt genita per tranſmutationem naturalem ſecundum materiam ſubiectam. Quocirca intelligentiæ non hic dici debent genitæ, quanuis inceperint eſſe, quia non habuerunt exordiū p̄ tranſmutationem naturalem, ſed mō ſupernaturali, & per creationē. Quod ſiquis obijciat intelligentias cū non ſint genitæ, debere eſſe ingenitas, (ſunt em genitū & ingenitū vt terminus finitus & infinitus. quare de quocūq; quod eſt, negatur vnū, de eodē vere affirmatur reliquum) & tñ non ſunt ſemper entia, non igitur videtur recte aſſertum eſſe, quod ingenitū eſt & incorruptibile, ipſum eſſe ſemper ens. Adhibenda eſt reſponſio, intelligentias quidē ingenitas eſſe primo, in primaq; ſignificatione capite præcedenti poſita, ſed non tertio, quō hic ſumitur ingenitum. Ariſtotelem præterea hic loqui de rebus ſubſtantijsq; corporeis, vt corporibus naturalibus aut cæleſtibus. Proinde hæc eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicta perperã applicari ad aĩam rõnalẽ, ſubſtantiasq; incorporeas, & cum id fit, pſeudographiam committi. Nõ itaq; ingenitum dicitur quicquid nõ cœpit eſſe per phyſicam tranſmutationem, ſed corporeum quod naturali generatione ſuum non cepit exordium, vt mundus, & cælum, & omne tale eſt ſemper ens. Intelligentias autem hoc in loco neq; genitas dicere debemus; neq; ingenitas, quia corporeq; magnitudinis ſunt expertes. LXIII. Primo. nam ſi ſe non conſequerentur. Termini qui ſe mutuo conſequuntur, vniuerſaliter de ſe inuicem verificantur. Quare ſi duo termini non conuertuntur adinuicem, alter de altero particulariter & vere negatur, vt homo & animal. Si itaque genitum & corruptibile non conuertuntur, aut aliquod genitum non eſt corruptibile, aut aliquod corruptibile non eſt genitum, quorum vtrunq; eſt præcedentis concluſionis oppoſitum. Quarto ſit ingenitum a. incorruptibile b. Hæc quarta ratio pendet ex vna regula conuertibilitatis terminorum poſita ab Ariſtotele in ſecundo priorum, quę vniuerſaliter oſtendit q̃ ſi duo termini adinuicem conuertuntur, & eorum contradictorios adinuicem conuerti debere, quemadmodum in propoſitionibus ſi duæ propoſitiones adinuicem æquipollent, & earum contradictorias adinuicem æquiualere eſt neceſſe. Et eſt hæc. Si datis quatuor terminis, duo primi ſint oppoſiti, & diſiũctum ex ipſis dicitur de quolibet quod eſt, & de nullo ambo ſimul. ſimiliter ſi duo ſecundi ſint inter ſe oppoſiti, & diſiunctum ex ipſis dicitur de quolibet quod eſt, & de nullo ambo ſimul. ſi primus terminus conuertitur cum tertio, & ſecũdus cum quarto conuertetur. Quam huic loco applicando, conſtituendi ſunt hoc ordine termini, primus ingenitum. ſecundus genitum. tertius incorruptibile. quartus corruptibile. LXIIII. Tertio. oẽ genitum aliqũ generabitur. Hæc ratio duobus ſyllogiſmis (quorum præmiſſæ aut ex prius oſtenſis aut ex hypotheſi aduerſariorum ſunt verę) concludit duas contradictorias. Primus. Omne genitum aliqũ generabitur, & aliquod genitum eſt incorruptibile, ſecundum aduerſarium. ergo aliquod incorruptibile aliquando generabitur. Secundus. Nullum ingenitum aliquando generabitur, & omne incorruptibile eſt ingenitum. ergo nullum incorruptibile aliquando generabitur. quę cõtradicit priori concluſioni. Item & duobus alijs ſyllogiſmis rurſum duæ colliguntur cõtradictoriæ. Primus. Omne corruptibile aliquando corrumpetur, & aliquod corruptibile eſt ingenitum, ſecundum aduerſarium. ergo aliquod ingenitum aliquando corrumpetur. Secundus. Nullum incorruptibile aliquando corrumpetur, & omne ingenitum eſt incorruptibile. ergo nullum ingenitum aliquando corrumpetur, quæ contradicit concluſioni prioris ſyllogiſmi, & cum vtraque ex conceſſis aut probatis inferatur, deberent ambæ eſſe veræ. quod eſt impoſſibile.

¶ Paraphraſeos in primum de Cælo & Mundo, finis.

Primi capitis paraphraſeos in

Secundum de Cælo & Mundo, annotatiunculæ.

¶ Factum, genitum. ¶ Conſummatio, finis.

Secundus liber de Cælo & mundo duodecim capita complectitur. Primum caput vnam concluſionem, ſex rationes ad eam, & tres opinionum remotiones ad quintam. ¶ Concluſio. Cælum neque factum eſt, neque corrumpi contingit: ſed vnum, ſempiternum, principium conſummationemque non habens, in ſe infinitam temporis ſeriem continet. ¶ Primo. Quia ex ijs quæ in primo libro adducta ſunt, huius rei fidem facere poſſumus.

¶ Secundo. Quia opiniones ipſum factum eſſe dicentium, rationabiliter defendi non poſſunt. hoc igitur de eius immortalitate & ſempiternitate magnam credulitatis occaſionem inducit. ¶ Tertio. Non defuerunt ſapientes patres noſtri, qui exiſtimauerunt Cælum quid immortale, diuinum, in ſe hunc motum gerens, cuius nullus ſit finis, ſed ipſe potius aliorum finis exiſtat. Etenim contentorum finis eſt, & circulatio perfecta eſt, imperfectas motiones terminum quietemque habentes continens, neque principium habens, neque finem, infinito tempore inceſſabilis, & irrequieta. quapropter ad credendum cælum eſſe perpetuum, rationabile eſt ſe exibere perſuaſibilem. ¶ Quarto. Antiqui cęlum, & locum qui ſurſum eſt, deo attribuerunt, & non alia: vt quod ſolum exiſtimarent immortale. & ob id immortali & ſempiterno attribuendum. ¶ Quinto. Ipſum impaſſibile eſt, nihil difficultatis & laboris vt moueatur afferens. nulla enim illic reſiſtentia, nullumque ipſum ferri qualiter natum eſt prohibens. Eſt igitur merito ſempiternum exiſtimandum. ¶ Vnde primum excutienda eſt antiquæ fabulę opinio, opus eſſe Atlante fultore ſubſtentatoreq; cęli, ne mole ſua procumbat, vt quod ſuo pondere ruere poſſit. ¶ Secundo, eorum qui eadem de cauſa cęlo (vt terrenis omnibus) grauitatem ineſſe ſuſpicantes, animal cælum putauerunt, & ab anima (vt pẽdula in aere volucris) in ſublimi ſuſtineri. ¶ Hoc certe irrationabile. Primo, quia talis anima continua pœna, continua affecta triſtitia miſeram traheret vitam, quam tamen (ſiqua eius eſſet) liceret potius eſſe beatam. Secundo, Quia cælum ſuſtineret & ferret violenter: quare aliter ipſum ferri natum eſſet. ¶ Tertio, Quia abſonum eſt illã animam ſine vacatione aliqua & intermiſſione mentis continue cęlum volubiliter intorquere. Videmus enim mortalium animantium, ipſis ſomno reſolutis, animarum eſſe requiem, & operæ & laboris intermiſſionem. Remitteret igitur & illa immortalis anima & æterna interdum ſuos labores, & quiete ſoluereturplacida. ¶ Tertio excutienda eſt Empedoclis aſſertio, ob celeriorem, propria inclinatione ſuperata, circulationem, cęlum, tametſi graue ſit, non cadere. Nam ſi hac cęleritate, propria ſuperata inclinatione, torqueretur: quo pacto motus eius tanto tempore ſaluaretur? Ea enim quę preter naturam eueniunt, citiſſime corrupta conſpiciuntur. ¶ Sexto. Si primę lationis melius eſt perpetuitatem ſentire, conformiuſque diuinis quæ de deo afferuntur, & magis conſonum ſapientũ aſſertionibus, cęlum perpetuum eſſe potius ſentiendum eſt. Primę autem lationis perpetuitatem ſentire, melius videtur, & diuinis quæ de deo afferuntur conformius, magiſq; ſapientum conſonum aſſertionibus. Sentiendum igitur ipſum eſse perpetuum.

Primi capitis ſecundi de Cęlo ſcholia. I. Cęlũ neq; factum eſt, neq; corrumpi cõtingit. Verum quidem eſt cælum nõ eſſe factum, per tranſmutationẽ naturalẽ ſcilicet, ſubiecto pręſuppoſito, neq; ipſum hoc modo eſſe deſiturũ. Falſum tamen eſt ipſum eſſe ſempiternũ. nãvirtute ſupernaturali incepit, & tandẽ deſinet, vt indubitato credendũ eſt. Proinde rationes Ariſtotelis diluendæ ſunt. Prima quidem, q̃ in primo libro oſtenſum ſit cęlum neque incepiſſe neq; deſiturũ eſſe naturaliter, & id quidẽ verũ eſt. Id tamen non prohibet ipſum alio modo incepiſſe. Secunda q̃ antiqui primo libro ĩprobati poſuerũt cęlum naturaliter incepiſſe, & finem habiturũ. quod ſane veritati diſcrepat. Ex eo tamen non ſequitur qui cęli ſempiternitatem, vt quod alio inceperit modo. Tertia, q̃ non eſt recipienda illorum authoritas qui poſuerunt cęlum eſſe ꝓpetuum. Nam eis repugnat maior authoritas: ſcilicet fidei, cui potius accedendum eſt & intuendũ. Quarta, q̃ deus non continetur cælo vt locatũ in corpore locante, q̃admodum res corporeæ, ſed aſſiſtendo pro ſua voluntate. hic ex ſempiternitate dei nõ arguitur æternitas cęli. Quinta, q̃ cælũ ſuapte quidẽ natura duraret ꝓpetuo, ſimiliter & eius motũ in eo nõ inueniatur reſiſtẽtia, cõtrarietas, violentũ, defatigatio. tamẽ plane ĩs non obſtantibus deſinet per voluntatem ſui authoris. Sexta quod non eſt admittendũ id quod ſecundo loco aſſumitur lationẽ ſcilicet cæli eſſe perpetuã, imo eam cum cęlo incepiſſe, vt in octauo libro Phyſicorũ capite primo declaratum eſt. Vndẽ primũ excutienda eſt antiquę fabulæ opinio. Fingunt poetæ Atlantem humeris ſuis fulcire cælum, & ipſum a caſu defendere, vt Vergilius. Axẽ humero torquet ſtellis ardentibus aptũ. Verũ id phyſica reprobatione non eget. nam ſuã ſatis prodit falſitatẽ quod cęlũ neq; graue neq; leue ſit, & ſi tale eſſe, humanis viribus fulciri non poſſet. Et tũ fabula ortũ habuiſſe credita eſt ex eo quod Atlas primus fuerit aſtronomię inuentor, vt inquit Plinius, docueritq; cælum materiali ſphęra exprimere, q̃ Hercules ab eo didiciſſe fertur, & idcirco defeſſo Atlante humerũ ſubieciſſe. Pręterea mons eſt in Mauritania eiuſdem noĩs, adeo ſublimis vt eius cacumen nubes tranſcendat, q̃ propter altitudinem credit vulgus ad cælũ vſq; pertingere, ipſumque ſuſtinere. Hinc indigenæ illum vocant columnam cæli. His aſtipulatur Ouidius, qui poſtquam deſcripſit tranſformationẽ Atlantis regis in hunc montem ex aſpectu capitis Medusei a Perſeo ei ob negatum hoſpitium oſtenſi, de eo monte ſubiungit. Et omne cum tot ſyderibus cælum requieſcit in illo. Sed neque id veritati eſt conſentaneum, cum cælum fulcimento non indigeat: & ſi indigeret, totum ab eo ſuſtineri non poſſet.

¶ Secundi capitis annota.

¶ Augur qui ex auibus diuinat. ¶ E regione, ex oppoſito. ¶ Animatũ quoddã, vt animatũ qd'dã, verba ĩ analogia. ¶ Poli, vertices. ſunt aũt extrema lineę circa quam vertitur cęlũ: q̃ linea, axis cęli dicitur. ¶ A e b f, primum cælum. ¶ A, oriens. ¶ B, occidens. ¶ Linea a b, circulus diuiſor velociſsimi motus. ¶ D, ſeptẽtrionis punctus, qui & hypogiũ, & mediæ noctis punctus dicitur: cui opponitur meridiei punctus nõ ſignatus. ¶ E, polus arcticus, & nobis apparẽs. ¶ F, antar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ticus,nobis ſemper occultus. ¶ Linea e f,axis cæli. D eius, centrum terræ.

SEcundum cap.continet quinq; concluſiones, quinq; rationes ad primam,duas inſtantias ad ſecundam,& duas ratiões ad tertiam. ¶ Prima concluſio. Dextrum & ſiniſtrũ cælo ſine ſurſum & deorſum minime(vt Pythagorici volunt)aptari debent. ¶ Primo, Quia nunq; dextrum & ſiniſtrum ſine ſurſum & deorſum reperire poſſis : vt plane licet in perfectis animantibus intueri. ſurſum vero & deorſum ſine dextro & ſiniſtro poſſis:vt in plantis: in quib⁹ ſolũ ſurſum & deorſum cõſpiciunt. Nõ igitur rationabiliter dextrum & ſiniſtrum ſine ſurſum & deorſum cęlo aſſignant. ¶ Secundo. Surſum & deorſum cæteris oĩbus ſunt priores,& vt aliarũ principiũ. Sũt em̃ dimenſionum tres,longitudo,latitudo,& profundũ. & longitudo aliis prior eſt,& vt principium:ſecundũ quã ſumuntur ſurſum & deorſum. & latitudo profundo prior,ſecundũ quam ſumuntur dextrum & ſiniſtrum,ſecũdumvero profundum differentiæ ante & poſt ſumendæ ſunt. Non igitur dextrũ & ſiniſtum ſine ſurſum & deorſum(vt neq; latitudinem ſine longitudine)reperias. ¶ Tertio. Augmentatio animalium ſumitur ſecundum ſurſum:ab ante, ſenſus : & a dextro, ſecundum locũ motus. At prior eſt in eis augmentatio motu ſecundum locum. Igitur & ſurſum prius eſt dextro. ¶ Vnde fit vt nõ in oĩbus has poſitionum differentias natura reperire queas:vt in elementis,& in animis, in quibus aliqua non inuenias a quibus has differẽtias ſumere poſſis. habet em̃ ſolũ ignis motum ſurſum, & terra deorſum. Sed ipſis illas attribuimus relatione ad nos ſumpta:vt id dextrum dicatur,quod(vt Augures aiunt) nobis fuerit a dextra: & ſiniſtrum,quod fuerit a leua.aut ex oppoſito ſitu:vt id dextrum,quod e regione noſtræ dextræ fuerit.id ſiniſtrũ,quod ex oppoſito iacuerit ſiniſtræ, aut ſimilitudine,vt in ſtatua ſolemus aſſignare. Has vero liquido potentiis,virtutibus, & officiis diſtinctas in animalibus reperias. ¶ Quarto. Pythagorici aſſignauerunt cælo tm̃ duas differentias,dextrum,& ſiniſtrũ :& quatuor dimiſerunt,ſurſum,deorſum,ante,& poſt.& quas aſſignauerunt,minus apparent,& notæ ſunt, etiam in animato.differunt enim virtute ſolum.ſurſumvero & deorſum & anterius a poſteriore non modo virtute differunt,ſed & figura. Debuerunt igitur potius magis patentes & veriores differentias cælo aſſignare. ¶ Quinto. Qui priora & pricipaliora aſſignare prætermittunt,iure ſunt obiurgandi. Id aũt Pythagorici factitarunt. Nã ſurſum, prius & principalius eſt, vt quod ſecundum longitudinem ſumatur,& ſit vnde fiat motus:dextrum,a quo:& ante ,ad quod. Sunt igitur & ob id obiurgandi, & quia neq; hoc mõ differentias cælo aſſignarunt. ¶ Secunda. Cælum, ſurſum, deorſum, & cæteras poſitionũ differentias retinet. Nã in cælo eſt mouendi principum,vt in animalibus:in quibus has diximus reperiri natura differentiarũ virtutes.eſt em̃ animatũ quoddam.igitur in cælo ſunt ſurſum,deorſum,ante,poſt,dextrum,& ſiniſtrum. ¶ Prima inſtantia. Cælum ſphęricum eſt,omnes partes ſimiles habens, & ſemper conſimilem motum exercens. Non igitur hanc potius partem ſurſum poſueris,illam deorſum:& ita in cęteris. Reſponſio. Tãetſi cælum ſphęricum ſit, figuræ diſſimilitudinem non hãs, hoc tm̃ non impedit ipſum poſitionum differentias habere. Nam partium diuerſæ ſunt virtutes. hæ autem differentiæ ſecũdum virtutum diuerſitates ſunt accipiendæ:vt animal harum habet aliquas, vt dextrum & ſiniſtrum ſub figurę ſimilitudine:aliquas,vt ſurſum & deorſum,ante & poſt, ſub figurarum varietate. Quod ſi ipſum intelligas in formam conuerti ſphæricam,nihilominus omnes habebit ſub figuræ ſimilitudine virtutum diuerſitates. ¶ Secunda. Motus cæli non incepit. non eſt igitur dextrum in cælo vnde ſit motus. Reſponſio. Quanuis cæli motus non inceperit, tamen dextrum vnde eſt motus. Et ſi motus incepiſſet,ab illa parte moueri incepiſſet. Et ſi quieſceret, & iterum motus naſceretur, ab illa naſceretur. ¶ Tertia concluſio. 4

Longitudo cæli ſecundũ polorum diſtantiam ſumenda eſt,quorũ vnus ſurſum, alter deorſum exiſtit. ¶ Primo, Quia hemiſphæriorũ differentiam per polos(q̃ nõ moueant)apprehendim⁹. ¶ Secundo, Quia partes extra polos conſueuimus dicere latera.latus autem non eſt ſurſum aut deorſum ,ſed q̃ extra ſurſũ aut deorſum eſt. Erit igitur eius longitudo ſcd'm polos ſumpta:quorũ alter ſurſum alter vero deorſũ fuerit. ¶ Quarta. Pol⁹ qui nobis ſuperpoſit⁹ apparet,deorſũ eſt: qui vero nobis ſemper occultitur,ſurſum. ¶ Patet. Quia dextrum cæli eſt a quo eius motuſeſt,vt a quo oriuntur aſtra, ſiniſtrum ei oppoſitum ,vt ibi aſtrorũ occaſus eſt.igitur ſurſum vertex nobis occultus eſt: & deorſum, qui nobis ſuperpoſitus apparet.alioqui cælum a ſiniſtro moueretur in dextrum, quod neque eſt,neque rationabile eſt. ¶ Vnde fit vt qui ſub polo noſtro habitant, in deorſum ſint cæli,& qui ſub latenti,ſint ſurſum. Et adeo vt oppoſitum eueniat quod Pythagorici putauerunt,dicentes nos ſurſum eſſe,& illos deorſum. Et hęc de primo circulo dicuntur. ¶ Quinta. In ſecundis circulationibus(vt ſunt ſphęrę planetarũ) oppoſito modo ad primam aſſignandę ſunt ſurſum, deorſum, dextrum, & ſiniſtrum differentię poſitionũ. ¶ Nam oppoſito modo hæ ſphęræ ad primam incedunt,& motus eſt a dextro in ſiniſtrum. ¶ Vnde fit vt qui ſunt deorſum,& in ſiniſtro primę lationis(quemadmodum nos ipſi ſumus) ſurſum ſint, & in dextro ſecundarum lationũ:& orbium planetarum. In ante & poſt,hoc non reperias diſcrimen. Et de his tantula ſufficiant.

SEcundi cap.ſcholia. II. Et longitudo aliis prior eſt vt principiũ. Longitudo dicitur principium magnitudinum ,quod ante ipſam nulla ſit magnitudo,ſed oĩm magnitudinum ſit prima.Et eſt prior aliis,nã ſine aliis,latitudine & profunditate, inuenitur ,vt in linea,ſed latitudo & ꝓfunditas ſine lõgitudine inueniri nõ poſſunt. Eadẽ rõne altitudo prior eſt ꝓfunditate,quia ſine profunditate reperit, vt in ſuperficie profunditas aũt ſine latitudine nequaq̃. Et trium dictarum magnitudinum vnaquęq; duas habet poſitionũ differentias,vt ſuas extremitates,quę ſecundum eã ſumuntur , vt oſtendit hæc figura.

Magnitudines	Differentię poſitionũ	Partes hoĩs ſcd'm quas ſumũt	Motus ſecundũ eas ſũpti-
Longitudo	Surſum.Deorſum	Caput pedes.	Augmentatio.
Latitudo	Dextrum.Siniſtrum .	Latus dextrum,ſiniſtrum.	Motus ſecundum locum.
Profunditas	Ante.Poſt	Pectus. Tergum.	Senſatio.

Augmentatio animalium ſumitur ſecundum ſurſum . Quanuis animalia ſecundum latitudinẽ etiam augeantur & profunditatẽ,inſignius tm̃ & excellentius ſecundum longitudinẽ. nullius em̃ animalis inuenitur latitudo aut profunditas æqua longitudini,q̃admodum & plantæ longe maiõr ſcd'm longitudinẽ crementum,quæ attenditur ſecundum ipſarum ſurſum,ſcilicet radicem,& deorſum vt pote ramos,q̃ ſecundum craſſitiem,ſecundũ quã tamen augentur aliquantulum,vt craſſitudo trunci fulciat ramorum pondus. hinc augmentatio animalium dicitur ſumi ſecundum ſurſum.Et ab ante in animalibus ſumitur ſenſus,nam omnium ſenſuum exteriorum organa in anteriori parte animalis,ſcilicet facie, ſunt ſita. ſolus tactus ſenſuum infimus per totum corpus diffuſus eſt.Et a dextro ſumitur ſecundum locum motus.nam in dextera parte eſt validior virtus, ad efficiendum motũ q̃ in ſiniſtra.Facilius em̃ expeditiuſq; homines faciunt motus animales, & quibus animalia a ſeipſis mouentur parte dextra q̃ ſiniſtra.Differunt em̃ virtute ſolum.Planum eſt in hoĩe dextrum latus,brachium,& manum,eiuſdem eſſe figuræ cum ſiniſtro & ſolum virtute diſcrepare,quod dextrum maſculum ſit & valentius, ſiniſtrum vero fœmineum & imbecilius. Pręterea in diuerſis hominibus interdum variantur dextrum & ſiniſtrum.Nam pleriſque plõr eſt roboris in dextra manu quam ſiniſtra , & illis dextra manus eſt dextrum,& ſiniſtra ſiniſtrum. In nonnullis vero contra plus eſt virium in ſiniſtra manu & brachio quam dextra ,& illis ſiniſtra manus eſt dextrum , & dextra ſiniſtrum.Surſum vero & deorſum,ante & poſt,figurę diſcrimen habent ſicut & virtutis,& vniformiter ſumuntur in omnibus.Quod enim in vuo eſt ſurſum vt caput in omnibus etiam eſt ſurſum.quare hæ quatuor manifeſtius diſtinguntur. Nam ſurſum prius & principalius eſt.Motus fit a ſurſum , potiſſimum vitalis , qui a ſuperiori parte deriuatur in omnia,& ſenſitiuus qui organa habet in ſuperiori parte conſtituta . A dextro vt efficiente fit motus.nam habet potiorẽ maiorẽq; mouendi virtutẽ. Ad anteriorẽ partẽ fit mot⁹ animalis vt ꝓgreſſio,natatio,volatio,reptio,quibus aĩalia feruntur in ante,& nõ motu retrogrado. III. Eſt em̃ animatũ quoddã Nõ vult his verbis Ariſtoteles cælumeſſe animatũ,nã p̃cedenti capite improbauit ſententiã eorũ qui dixerunt eſſe animal,ſed occulta & latente analogia(vt etiã recte monent noteę)deſignat cælũ cũ animato habere hanc conuenientiã,q̃ ſicut animatum in diuerſis partibus habet diuerſas virtutes & officia ſcd'm quæ ſumuntur in ipſo differentiæ poſitionũ,ita & cælũ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et differentię positionum in cælo per analogiam animalis sunt cognoscendæ, non minus in cælo quam animali a natura rei distinctæ, & non relatione sumpta ad nos, aut secundum situm & positionem partium cęli. sed diuersas eius virtutes. Nec obstat quod in cælo non fit augmētatio, quæ dicta est fumi secundum sursum, neq; sensus, qui sumitur secundum ante. Nam id Aristotelis dictum intelligitur solum de rebus naturalibus habentibus augmentationem & sensum. Et quanuis ea cęli pars quę prius fuit in dextro, postmodum sit in sinistro, & quæ prius in ante cæli, deinde sit in post. non tamen sequitur ex hoc promiscua istarum differentiarum confusio, nam pars cæli quæ est in dextro, non est dextrum, & ea quę est in ante, non est ante cæli. Non em̄ sumuntur differentiæ positionum in cælo secundum aliquas partes cæli, sed secundum puncta fixa & immobilia orientis, occidentis, meridiei septentrionis, quæ ibi effingūtur ex virtute intelligentię mouentis, & facientis mobiliores operationes in vna parte cęli quam in altera, sicut non attenditur in homine sursum secundum caput absolute, sed prout anima facit ibi operationes sensitiuas. Nam si anima esset separata, amplius caput non diceretur sursum nisi æquiuoce. Ex quo iterū liquet hic sursum & deorsum non capi vt sunt differētię locorum, quomodo ignis est sursum, & terra deorsum, neq; vt situm & collocationem ad nos important, quomodo sursum dicitur quod supra nos est, & deorsum quod infra, sed vt diuersas important virtutes in partibus secundum longitudinē distantibus. Quod si ipsum intelligas in formam conuerti sphęricā. Herinacium qui & hericius dicitur) animal quidem paruum, & setosum, cuius cutem setæ rigidæ acutissimę & densissimę conmuniunt, ferunt cum a canibus impetitur, se in sphęram conuoluere, & hoc pacto setis acutissimis septum, tutum euadere, nihilominus illud animal reductum in formam sphęricam, ęque habet sex differentias positionum, sicut prius quando erat explicatum secundum directum. V. Dextrum cęli est a quo eius motus est. Dextrum primi mobilis (de quo solo intelligitur prę̄sens conclusio) est oriens, & eius sinistrum occidens. Itaque intelligatur homo habens dextram manum ad orientem, sinistram ad occidentem, & faciem versus meridiem, vt ante hominis respondeat parti anteriori cęli, sicut dextrum dextro, & sinistrum sinistro. Eius caput erit cōuersum ad polū antarcticū & pedes ad polū arcticū. quare polus antarcticus respondens parti quę est sursum in homine, est sursum cęli, & polus arcticus respondens parti quæ est deorsum in homine, est deorsum primi cęli. Si em̄ ponatur caput versus polū arcticum, & pedes versus antarcticum, facie versa ad meridiē (quemadmodum effingendus est homo ad cognoscendas differentias positionum sphærarum inferiorum, in quibus polus arcticus est sursum, antarcticus deorsum, occidens dextrū, & oriens sinistrum. nam ꝓpriis motibus mouentur ab occidente in orientē) manus eius sinistra esset ad orientem, qui proinde esset sinistrū primi mobilis, & manus dextra ad occidentem, qui ob cōsimilem responsum in homine esset cæli dextrū. Primum autem cælum mouetur ab oriente in occidētem. igitur ipsum moueretur a sinistro in dextrū, quod est impossibile. Distinctio autem differentiarū positionum & primi cæli & sphærarum inferiorum, hac subiecta descriptione dignoscitur.

Differentię positionum	Sursum	Deorsum	Ante	Post	Dextrū	Sinistrum
Primi mobilis	Polꝰ antarcticꝰ	Polꝰ arcticus	Meridies	Septētrio	Oriens.	Occidēs
Sphærarum inferiorum	Polus arcticus	Polꝰ antarcticꝰ	Meridies	Septētrio	Occidēs	Oriens.

Ex qua descriptione cōstat primum mobile & sphęras inferiores in duabus differentijs conuenire vt pote ante & post, in reliquis autem quatuor discrepare.

¶ Tertij capitis annotat.

¶ Contraria, mutuo in se agentia & patientia corpora, mundum complentia atque perficientia.

Ertium caput continet vnam conclusionem, & sex ad eius probationem consequentias. ¶ Conclusio. Consideran dum est cur plures sint circulorum sphærarumque lationes. ¶ Si lationibus illis aliquid assignari posset contrarium (id autem non posse prius dictum est) in promptu esset ratio, quod contrariorū (quę vniuersi constitutionē integritatemq; respiciunt) si vnum est & alterū protinus vt sit necesse est. Et certe licet huius rei causam assignare perdifficile sit, vt quę & quorum accidentia a sensu sint remota, id tamen ostendere hac nitimur ratione. ¶ Cuiuscunque est operatio, id vt eius operatio sit, existit. Dei autem operatio est immortalitas, et vita sempiterua: et cæli operatio, motꝰ est sempiternus. Ob id em̄ circulare corpus habet: q̄ natura sempiternę irrequietęq; circummoueatur, est enim diuinum quiddam. ¶ Quod si semper circummoueatur, aliquid in medio semper quiescere (vt post probatione dilucebit) necesse est. vt terram, et id natura quidē. Nā p̄ter naturam nihil semper quiescere potest. ¶ Et si terra est. erit et ignis. Primo, quia si vnum cotrariorum natura

sit, & alterum esse necesse est. terra enim & ignis contraria sunt: & vniuersi materia. Secundo, quia si posterius est, erit & prius. Ignis aūt prior, est enim calidꝰ, leuis, atq; agitabilis: terra vero frigida: grauis, quiescens, & imota, frigiditas, autē: grauitas, & quies, caliditatis, leuitatis, & agibilitatis priuationes sunt, ac habitus priuatione prior est. Si igitur est terra vt priuatio quędam & ignem qui vt habitus & affirmatio est, esse necesse est. Et si terra et ignis sunt, intermedia elementa aqua et aer vt sint oportet. sunt enim terræ et igni contraria, et quodlibet elementorum est alteri cuilibet (vt postea amplius demonstrandum est) contrarium. ¶ Quod si quatuor sint elementa, rerum generationes ac obitus esse necesse est, quia nullum ipsorum sempiternum esse possibile est. ¶ Primo, Vt quæ sint contraria, et quę adinuicē agant et patiantur. ¶ Secundo, Quia mobile cuiꝰ motus natura sempiternus non est, vt sempiternum sit, rationabile non est, intereunt igitur et oriuntur alia. ¶ Quod iterum si sint rerū ortus atq; obitus, et aliam a prima vnam aut plures sphærarum lationes esse necesse est. Sola enī pria semper vna eadēq; existente, elemēta et omnia adinuicē consimiliter se semper habebunt. Et quō id, et vnde prodeant gn̄ationes, latius expressiusq; futura discussio est. Adiecta itaq; putetur ratio cur sphærarum, superiorumq; circulorum plures sint lationes, quia sunt generationes.

Ertij capi. scholia.. VII. Est em̄ diuinū quiddam. Aristoteles vocat circulare corpꝰ quiddā diuinum, q̄ in se ꝓprietates habeat admodū perfectas, quibus diuinis assimilatur, & potissimū motum circularem, quem posuit esse naturale vestigiū vitæ sempiternę dei, sicut lumen lucis, hinc motū illum posuit perpetuum, vt propius assimilaretur suo exēplari. Veruntā hac in re hallucinatus est. nā motus cęli nō adeo naturaliter, sed volūtarie depēdet, neq; est prima naturalisq; dei operatio, vt latius in octauo physicorū ostensum est, ex quo supponit sufficienter probatū cęli esse perpetuum, & in hac suppositione hanc primam stabilit cōsequentiā, quę quidē simpliciter nō habet probandi vim, sed ex hypothesi, qua supponit cælū esse sempiternum. & proinde motum eius debere esse sempiternum. Et id natura quidem. Necesse est si cęlum circūmoueatur, aliquid vt terram in medio quiescere, q̄admodum vltimum huius libri caput ostendit. Neq; obstat huic quieti, terræ succussio atq; tremor qui interdum fit. Nam is solum circa exiguam terræ partē cōtingit, a quo non potest tota terra denominari moueri, vt neque totus homo frigidus ab extremitate digiti frigida, Neq; ex hac diuturna quiete terrę sequetur in grauitate eius otiositas, cuius quidem operatio est mouere deorsum cū id cui inest, est extra suū locum naturalē, alias non. Nam præter hunc vsum grauitas alterū habet cum res est in suo loco scilicet efficiendi quietē, deorsum, & hoc officium exercet grauitas terræ in terra manente in suo loco, sicut leuitas igni facit ipsius quietem q̄diu manet in suo loco. Si vnū cōtrariorū natura sit. Nō repugnat huic positioni id Aristotelis dictum in prædicamentis. Non oportet si vnū cōtrariorū actu sit, alterū actu esse. Nam ibi loquitur de contrarijs accidentarijs quæ designātur per dicibilia cōtraria logica, vt de sanitate ęgritudine, albedine, nigredine, & consimilibus. Hi aūt de contrarijs substantijs completis, mutuam in se agendi vim habentibus, & vniuersum constituentibus, vt eius materia hoc est tanquam partes integrales principales mundi, qualia contraria sunt ignis, aer, aqua, terra. Quod siquis hanc ꝓpositionē ad alia contraria applicauerit, pseudographiam cōmittet, & malā principꝝ applicatiōem; Si posterius est, erit & prius. Prius hic nunncupatur, quod natura prestantius est & perfectius. Et idem dicitur esse in affirmatione siue propositione. Posterius aūt, quod imperfectius est, & natura ignobilius & idem dicitur esse in negatione siue priuatiōe. Et ignē quidem esse prius, terrā autē posterius ostendit Aristoteles per accidētia quæ eis insunt. Nā ignis leuis est, terra grauis, leuitas autem suapte natura grauitate nobilior. Sic ignis calidus, terra frigida. Caliditas autem amica vitæ ꝑfectior est q̄ frigiditas germana mortis. Denique ignis agitabilis est, & terra quiescens. Motus aūt (vt qui vitæ sit æmulus) ꝑfectior est quiete, quæ torporē, & a vitali operatione dicessū insinuat. Et in omnibus p̄dictis consequentijs per vocabula necesse & oportet, nōtatur necessitas naturæ, cuius pulchra ordinatio & dispositio ab Aristotele hic (sicut & i alijs philosophiæ locis) supponitur. Proinde calumnię quæ contra has fiunt consequentias, petentes quicquam contra hunc naturæ ordinem, nullius sunt momenti.

¶ Quarti capitis annota.

¶ Figura rectilinea, est quę rectis lineis causa ē. ¶ Oualis figura est q̄ a pte circuli incipiēs, & in acutiē tendēs, in oui similitudinē est formata. ¶ Lēticularis, q̄ ex duabus circuli minoribus ꝓportionibꝰ, lētis similitudinē exprimit. ¶ Lēs. leguminis noti semē, quo qui vescuntur, lenes ac moderatos reddi censent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVartum caput continet vnam conclusionem: & quatuor rationes ad illam. ¶ Conclusio. Cęlum sphæricam figuram sibi vẽdicare necesse est. ¶ Primo, Quia hæc figura, natura & substantia prima, cęlo conuenientissima est. quod ita ostendimus: Primo, quia omnis figura plana, aut rectilinea, aut circularis est. Et ois rectilinea multis continetur lineis: circularis tantum vna. Et in vnoquoq; genere vnum prius est multis, & simplex compositis. Secundum enim numeri seriem circulum ponunt vt vnum, trigonum vt duo: quia duobus rectis ęqualis. Est igitur merito planarum figurarum prima. Secundo idem cognoscitur. Perfectũ prius est imperfecto. At circulus perfectior est rectilinea: quia extra eum nihil relinqui, nihilque ei posse addi videtur: rectilineę autem potest. Tunc sic. Sicut circulus se habet ad reliquas figuras planas, ita sphęra ad reliquas solidas. Vt enim circularis, vna continetur linea: ita & sphærica vna superficie contenta est: & vt circulus (vt dictum est) planarũ figurarũ prima & pfectissima, ita quoq; sphæra solidarum prima est & perfectissima. At primo pfectissimoq; corpori (quale est cælum) prima debet & pfectissima figura. est igitur cælum sphęricum. Et id idẽ subit iudicium apud illos qui posuerunt corpora in superficies resolui. nam sphærã nõ diuidebant, quasi vnicam superficiem continentẽ, & pricrem & simpliciorem cæteris. Et de illa suprema perfectissimaq; hæc ratio ducitur. sic esse oportere intelligere de iis q̃ ab ipsa ambiuntur & claudunt, vt q̃ ad hanc ipsam cõtactũ, & adinuicẽ habeant omnes. ¶ Secundo. Quia si cęlum esset rectilineũ, lenticulare, ouale, aut alterius angularis figuræ: vbi corpus esset (vt eius partes) postea non esset: & esset, vbi prius nullum erat corpus. Sed quid est hoc existimare, nisi extra cælum esse vacuũ? & illic posse esse & corpus & locum? quorũ opposita determinata sunt, & id de inferioribus circulis hanc ob causam prõptius licet defendere. ¶ Tertio, Cęli latio, aliarũ mensura est. mẽsura aũt oĩm minimũ. & motuũ, velocissimus, minim⁹. est igitur lineæ in seipsã minimę, hæc aũt circularis est. erit itaq; circularis, & sphæricæ figuræ. ¶ Quarto. Aqua cognoscitur sperica, q̃ cõtactũ habet ad aerem, & aer ad ignem, & ignis ad cælũ. Igitur cęlum sphęricũ est, etiam multo magis his inferioribus. Quod aũt aqua sphęrica sit, satis deprehenditur, qa videm⁹ eã semp ad concauiores partes confluam, deciduãq; donec partes ęquantur. sunt enĩ concauiores ptes. q̃ centro sunt ppinquiores. Sit itaq; centrum a. a quo ad aquæ superficiem ducatur recta a b, & recta a c. quibus superducta in superficie basis sit b c ad quã a centro educo lineã alteram a d. q̃ si minor fuerit a c, aut a b, erit centro ppinquior. quare et illic locus pronior et decliuior, et circũfluet aqua vt ptes æquẽtur. et ita vbicunq; a centro aquæ ad supficiem eductis lineis et æquatis, quiscet Manifestum est igitur aquam sphęricã sibi aptare figuram. est enim sphęrica ea cuius oẽs rectę a centro ad circunferentiam eductæ sunt ęquales. Et non mõ vt aqua mundus sphęricus est, sed summa etiam illa diligentia et sapientia sic veluti tornatus est, vt nihil manifestũ (quod χειρόκμητον vocant) nihilque q̃ oculis nostris conspiciendũ obuiũq; sit, figurę perfectione et excellentia et regularitate tale occurrat nihil enim tanta diligentia sphęrice excoli, elaborariq; potuit, vt circulariter moti corporis natura. Nam si ꝓportionem quęris, quanto aqua perfectione, figura, et qualitate terram superat, tanto aer aquã: et ignis aerem, et longe plus ipsum cęlum hęc inferiora elementa omnia.

QVarti capi. scholia. VIII. Omnis figura plana, aut rectilinea aut circularis est. Id intelligitur de figura plana terminis vnius dũtaxat, & cõsimilis speciei cõtenta, scilicet vel sola linea curua, qualis est circularis, vel solis rectis, vt rectilinea, & non ea quæ diversarũ rationum terminis clauditur, scilicet linea recta & curua, vt est semicirculus & portio circuli. Possunt tamen dictæ figuræ sub expressis membris intelligi tanquam composita sub simplicibus, vt authorum mos est. Nihilq; ei posse addi videtur. Quanuis circulo posset aliquid eiusdem rationis vt amplioris circunferentię circulus adĩci, manente nomine pioris figurę, vt circulo minori a, circulus maior b, non tamen potest addi quicquam alterius rationis, vt angulis aut quęcunq; figuræ rectilineę partiuncula, manẽte ratione circuli. Rectilineę autem figuræ

potest addi altera figura alterius speciei manente tamen eiusdem figuræ rectilineæ denominatione, vt quadrato potest circumponi gnomo qui non est quadratum, & totũ ex vtroq; conflatũ manebit quadratũ vt in Cathegoriis adducit Aristoteles. Potest & gnomo b h e i, c f g i auferri a toto quadrato a e g i, manebitq; minus quadratũ a b c d, cui prædict⁹ gnomo erat circõpositus. Vbi corpus esset, vt eius partes, postea non esset. Intelligat cælũ a b c triangulare, cõtentũ intra cęlum circulare d e f. cum pars a cęli contenti fuerit delata vsq; ad partẽ d cæli continentis, tunc in parte a cæli continentis, nulla erit pars cæli contenti, & tamen prius ibidem erat aliqua pars. Manifestũ est itaq; vbi prius fuit corpus, postea non esse. Similiter tunc in parte d cęli continentis erit aliquod corpus, scilicet pars angularis a cęli contenti, & tamen ibi prius nullũ fuit corpus, igitur posito cælo multilatero intra sphæricum. vbi prius nullum fuit corpus, postea erit corpus. Quare intra cæli cõtinentis concauum & contenti conuexum erit vacuum, & non se contingent continens & contentũ, quoniã in solidis corporibus non sphæricum non potest habere omniquaq; contactũ ad sphæricũ. Mensura autem omnium minimum. Hoc in loco, minimum, continuæ quantitatis rationẽ nõ habet, sed simplicitatis, vt sententia literæ sit, mẽsuram esse omniũ simplicissimã, quẽ admodum vnitas numerorum omnium mensura & pars simplicissima est, & velocissimus cęli mo⁹ simplicissimus est, & maximevnus. non enim in ptes per discontinuationem distrahitur, & hinc minimus dicitur. Proinde idem motus est secundũ lineam simplicissimã, & maxime vnam, vtpote circularem, quę non est diuidua in duo extrema terminalia, sed vndiq; continua. Quare & corpus ipsum quod mouetur, sphæricũ est & circulare. Quę si minor fuerit a c aut a b. Intelligatur (supposita hypothesi literæ) linea a d protrahi in directum vsq; ad punctum e in circunferentia signatum. Cum linea a d sit pars, & linea a e eius totum, manifestum est lineam a d esse minorem linea a e, per dignitatem communem. Atqui linea a e ęquatur lineæ a b, & etiam lineæ a c. nam ab eiusdem circuli centro a ad eius circunferentiam omnes sunt eductę. est igitur linea a d minor quã linea a b, aut a c. Quicquid enim est minus vno ęqualium, minus est & altero.



¶ Quinti capitis annota.

¶ Ad. versus. ¶ Cõtigit. possibile est. ¶ A oriẽs. b occidẽs. c meridiei pũctum, d pũctũ septẽtrionis. ¶ Intueor, video: idem, tueor, obtueor, cõtueor, significãt.

QVintum caput cõtinet vnã quęstionem, responsionem quã aliqui dare possent, & eius solutionem. ¶ Quęstio. Cur potius cælum ab a ad c moueatur, quam ab a ad d? Hoc enim a casu esse non potest, nã in sempiternis casus locum nõ habet. Et id aut esse pricipiũ, aut causã habere oportet. ¶ Respõdebunt forte aliqui hãc q̃stionem vanã esse: & velle de oĩbus tẽtare aliqua afferre, & nihil ptermittere, magnę stultitiæ esse argumentum, aut arduæ excellentiæ. q̃ humanum excedit modum. ¶ Quibus respondemus. non oẽs statim increpare oportere, sed causam cur id faciant inspicere. Nam siquis vana fama illectus sine ratione loquatur. increpandus est. At si scientiæ amore motus, vltra alios necessarias veritates attingit. eas rationibus certiores efficiens, tali profecto gratia habẽda inuentori. Quæstionis itaq; adductæ quę eam aperiat rationem subnectimus. ¶ Natura, possibilium semper optimum facit, vt in lationibus secundum rectũ plane intuemur. Siquidem ignis elementorũ nobilissimum, in supernum locum sp fertur, locus enim sursum, honorabilior & diuinior eo qui deorsum est. ita & hoc modo anterius posteriore dignius est, & dextrum honorabili⁹ sinistro. Et hæc causa quęstionem exerit, sic enim se habet, vt contingit optime, & optimum, sic esse simplicem motum incessabilem, & ad hoc (vt dictum est) verti, q̃ honorabilius est.

QVinti cap. scholia. IX. Natura possibilium semper optimum facit. Quia ab optimo opifice natura est condita & instituta, hinc omnia quam optime potest disponit. & efficit. Ita enim sapientissimus eius artifex ordinauit, vt quam ꝓxime potest, illius bonitatem sapientiam & prouidentiam imitetur. Proinde ei indira est vis omnia q̃rectissime potest, & rerum coditioni conuenit, agendi. Quod plane in elementorũ motu & locis facile conspicuum est. Ignis enim quia elementorum dignissimum est, & natura perfectissimum. in supremum locum, vtpote cęli lunaris cõuacuum, natura fertur, quod is locus honorabilior & diuinior est loco deorsum. Nempe idem locorum rerum sensibilium supremus est, & eam quoq; ob rem perfectissimus. Natura em̃ ab inferioribus ad superiora in mũdo sensibili vt ab imperfectioribus ad perfectiora ꝓcedit. Ideo quæ subsident corpora, minus digna, q̃ vero superemi nẽt digniora sunt. Anterius posteriore dignius est. Id facile in cælo cõiectare per ea quę in homĩe

Universidad de Deusto
Biblioteca

comperiuntur licet.nam in parte hominis anteriori sunt operationes omnes sensuũ, quę sunt admodum perfectę.non autem in posteriore,nisi solus tactus,qui sensuũ infimus est.Prętera in homine dextrum est validius,& ad quicquã mouẽdum expeditius sinistro. Haud aliter in parte cæli anteriore nobiliores sunt & digniores operationes q̃ in posteriori,& in dextro eius valẽtior virtus atque maior,q̃ in eius sinistro. Atqui meridies pars est cæli anterior, ingeniis & animis hoim miram infundens virtutem,Septẽtrio vero pars eiusdem posterior,exors huiusce virtutis.Itaque dignius est cęlum ad meridiem ferri quam ad septentrionem.

¶Sexti capitis annota.

¶Prima latio,circularis latio,& quę scd̃m primum sumitur spatium.¶Potentia minor,quæ minorem ad potentiam motam seruat ꝓportionem. ¶Potentia mota,resistentia.¶Impotentia,imbecillitas.

Extum caput continet vnam conclusionem,& quatuor rationes ad eam. ¶Conclusio. Cæli latio,& aquæ prima lationum est,regularis esse cẽsenda est. Hoc em̃ dico ꝓpter lationes corporum inferiorũ,& quę sub ipso ferũtur, quas non oportet eẽ regulares. Et ꝙ ea sit regularis, ostenditur. Primo. Quia si prima latio esset irregularis,eius esse intẽtio,vigor &remissio. Vigor autem in omni regulari motu reperitur aut in principio,aut ī medio,aut in fine. In fine, vt in motu secundum naturam:in principio vt in motu ꝑter naturam:in medio, vt in proiectis,& violenter actis. Hoc aũt in primo motu reperiri non potest: vt qui sempiternus sit,semper durans, infrangibilis,neq; principium, neque finem,neque medium habens.est igitur cęli latio,regularis.¶Secundo. Quia si quid regulariter feratur, aut hoc propter mouens euenit, quia eius non semper sit eadem mouendi virtus.aut propter idipsum motum:quia muteturvirtutemq; ad mouens non seruet eandẽ.aut propter vtrunq;: quia vtrunque a sua virtute alí quatenus demutetur.& tunc nihil prohibet motum esse irregularem. Nihil autem tale circa cælum euenit,sed ipsum:simplex,ingenitum,incorruptibile,a sua virtute transmutabile,semper idem manens. quare & multo fortius ipsum mouens tale erit,vt simplex simplicis.ingenitũ ingeniti, indeficiens transmutabile: sp̃ idem,indeficientis,intransmutabilis,& semper eiusdem motiuum sit.erit igitur cæli latio semper regularis. ¶Tertio. Si motus cęli esset aliqua irregularitas,aut hoc in partibus cæli contingeret.hoc non iamdudũ partes cæli vt astra apparuissent maiore interuallo distantia,&aliquando minore,vt quę aliquando segnius.aliquando vero celerius moueantur. quod nunquam compertum est. Neque in toto continget,propterea ea quæ dicta sunt, & hanc adhuc rationem. Nam vniuscuiusq; remissio propter impotentiam fit: omnis autem impotentia præter naturam est,vt in animalibus senecta, & decrementum, & cęteræ. Fere enim tota animalis consistentia ex talibus constat,quæ contraria sunt, & quę in propria regione non sunt.In illis autem primis quæ simplicia sunt,& immixta, & semper in propria regione,nulla contrarietas: neque prętera naturam inuenitur quicquam:quare neque impotentia:& si hoc,neque remissio, & si non remissio neque itidem intentio,nam vbi intentio reperiatur,illic quoque & remissio, reperiatur oportet. ¶Quarto. Quia aut cęli motus infinito tempore intenderetur,& infinito tempore remitteretur.aut semper intenderetur,aut remitteret: aut alternatis vicibus aliquando intenderetur,& aliquando remitteretur. Non primum dare poteris:vt qui plura faceres tẽpora ęterna, & quia nihil prętera naturam infinito tempore durat. Impotentiam autem a qua nascitur remissio,diximus præter naturam. & nihil natura & prętera naturam æquali tp̃e perdurare videmus.Neque dabis semper intendi,aut remitti semper,quia omne quod est, ex aliquo in aliquod determinatum est. Et sicut non in quocũque tempore citharizare,aut ab aliquo loco in aliquẽ determinatum locum ire possibile est,ita neque quocunq; tempore(quãtulumcunque sit) possibile est cęlum circulationem

suã expellere.Quod oporteret,si intendere ꝗ semper. Et min⁹ certe sp̃ minuetur, & eadẽ adduceretur rõ de tp̃e illic minimo,istic vero maximo.Neq;afferes tertium, interpolatim intendi,& remitti.nã id irrationabile, & figmento simile est. Et tunc rationabilius, id nõ latere sensum, qñquidẽ ea iuxta se inuicem posita, sensibiliora sint. quod adhuc in sensu minime cõpertum est. Cælum igitur semper ęquali regulariq; motu agí,ex his haberi potest certissimum.

Exti capitis scholia. X.Cęli latio,& quæ prima lationum est.Non arguit irregularitatem motus cęlestis,tarditas partium cæli circa polum & velocitas aliarum partium circa diuisorem circulum. Nam nõ dicitur motus regularis, quod mobilis vna ps æqua velocitate mouet eodem tempore,sicut altera, sed ꝙ vna pars tantum perficit spatiũ vno tempore,quantum eadem pars alio tempore æquali, vt in motus regularitate idem sit mobile,& diuersa tempora æqualia,in quibus ęquum conficiat spatium.Et quanuis cæli motus sit naturalis, & natus suapte natura cęlo conuenire, id tamen non conuincit eum irregularem esse debere.Nam motus naturales in principio tardiores,& in fine velocio res esse debere,duntaxat de rerum naturalium motibus naturalibus intelligendum est, qui fiunt diuidendo spatium.Neque rursum infert irregularitatem motus cælestis, latio planetarum retrograda,quę (vt aiunt astronomi)est tardior,aut directa,quę velocior, quia ad sumendam apte motus regularitatem aut irregularitatem,debet consimilis motus ad consimilem conferri, vt retrogradus ad retrogradum,aut directus ad directum.Modo consimiles motus ęquis ab eodem mobili fiunt temporibus.Quod siquis moliretur ostendere motum cęli esse irregularem, quia fiat cũ resistentia,quandoquidem fit a virtute naturali quę est defatigabilis,id dictum parum roboris haberet,nam in motu cæli nihil est resistentię.Sola enim virtus animalis sensitiua aut motiua a se est defatigabilis.inanimatorum autem vt lapidis & corporum cęlestium virtutes naturales, sunt indefatigabiles.Neque oporteret cęlum si moueatur sine resistentia,moueri in instanti, aut in minimo tempore,quemadmodum res nautrales si moueantur in vacuo.Nam motus cęli non est natus fieri per spatij dissectionem,vt rerum naturalium, neque solum fit a virtute naturali, sed etiam a mouente voluntario,vt intelligentia dirigente orbem. Demum non necesse est semper diuersas virtutes circa idem mobile diuersos motus intendentes sibi inuicem resistere. Nam calor natus est quempiam calefacere, & color eundem reddere coloratum,& tamen calor & color diuersę virtutes circa idem non sibi resistunt.Sed id duntaxat virtutem habet de virtutibus contrariis. Virtutes autem quibus mouetur idem cęlum ab oriente in occidentem motu raptus, & ab occidẽte in orientẽ motu proprio,non sunt contrariæ,cum hoc motu per se,illo vero per accidens & per alterũ moueatur, scilicet ad motum primi mobilis.Eius motus esset intentio & remissio. Intẽsio & remissio in hoc capite vocabula sunt artis,& posita in analogia. intensio quidem pro velocitate ī motu locali,ꝙ ea analogia sit intentioni qualitatis,qñquidẽ vtrunq; a consimili causa,vtpote potẽtia maiorecq; virtute fiat.Et remissio ꝓ tarditate lationis sumitur,ꝙ apta similitudine respõdeat remissioni qualitatis. Vtrunque em̃ fit ab impotentia. Vt in motu secundum naturã virtus in principio imbecillior.Cum terra mouetur deorsum,non minor est re ipsa grauitas in prĩcipio motus quam fine,sed in eo & omni rerum naturalium motu virtus imbecillior secundum rationem quia minorem habeat in principio quam fine proportionem ad resistentiam.Sit enim virtus mouẽs lapidis vt xij, resistentia spatij in principio motus vt ix,in medio vt viij, in fine vt vi. Manifestũ est minorem esse proportionem ipsius xij ad ix quam ad viij.nam hæc sesquialtera est,illa vero sesquitertia,quæ sesquialtera minor est, & eius pars. Similiter minor est proportio ipsius xij ad viij quam vi.nam hęc dupla est, illa vero sesquialtera, quę duplæ pars est.habet igitur virtus mouens minorem proportionem ad resistẽtiam in principio quam fine, & eam ob rem dicitur imbecillior.Contra vero in proiectis virtus mouens est imbecillior in fine q̃ principio & secundum rem & rationem.Secundum rem quidem.nam virtus pulsiua impressa paulatim elanguescit, minuitur & lentescit,vt in vltimo cap.octaui physicorum dictum est.Secundum rationem vero.nã virtus ipsa minorem habet proportionem ad resistentiam in fine quam principio. Sit enim resistentia spatij per quod pellitur lapis sursum semper vt vi, virtus autem ĩpressa lapidi in exordio motus vt xij, in medio vt ix, in fine vt viij. Manifestum est maiorem esse proportionem xij, ad vi,quam nouem ad vi.est enim dupla maior quam sesquialtera. Rursum constat maiorem esse proportionem ix ad vi, quam viij ad vi, nam sesquialtera est maior sesquitertia. Fere enim tota animalis consistentia ex talibus constat. Animalis materia(quam hic consistentiam vocat) constat ex talibus,vt pote iis quæ sunt contra naturam.scilicet elemẽtaribus contẽperamẽtis,igneo, aereo,aqueo,& terreo,quæ contraria sunt adinuicem,& in propria regione non sunt.Igneum em̃ hominis non est in suo loco,neq; aereum.Non primum dare poteris. Si quis dicat cęlum infinito tempore intendi,& ifinito tempore remitti,cogeretur primo concedere plura esse tẽpora ęterna vnũ quidẽ in quo intenderetur,& alterum in quo remitteretur,cũ id tẽpus nõ posset esse idem cũ prĩo. Secundo oporteret eũ admittere aliquid p̃ter naturam,vt pote remissionẽ(quę ab ĩpotentia est)ꝑpetuo durare,qd̃ oppositũ est illius prĩcipij,nullũ violẽtũ,perpetuũ. Tertio aliquid secũdum

Motũ cæli regularem esse.

12
9
8
6
12
9
8
6

Universidad de Deusto
Biblioteca

naturam vt intensionem quę est a potentia, aliquid præter naturam, vt remissionem quæ est ab impotentia, æqualiter durare. nāvtrunq; infinito tempore. quod est incommodum. Quod oporteret si intenderetur semper. Si dicatur cęli motus semper intendi, tunc continue in minore tempore ęquum absolueret spatium. quare tandem quantulocunque tēporevt minuto suam expleret circulationem, quod est inconueniens. Et minus cęli motus potest dici semper minui. Nam si non cōueniat ei intensio quæ est a potentia, & secundum naturam, neque ei competet remissio quę est ab impotentia, & prȩter naturam. Et eadem ratio (inquit litera) adduceretur de tempore illi scilicet ī motus intensione) minimo, istic vero (vt pote in motus remissione) maximo. Nempe si motus cæli semper intenderetur, posterior priore euaderet velocior. fieret igitur continue minori tempore. Quantum enim motus crescit velocitas, tātum manente eodem spatio decrescit tempus, vt sextus physicorū ostēdit. Quare tandē oporteret deuenire ad tēpus minimū, ex continuo tēporis, ꝓpter concitatiorem motū decremento. Contra si motus cæli semper remitteretur, fieretque tardior, cū tardior motus eodē seruato spatio fiat maiore tempore, oporteret demū assignare maximū tempus, in quo segnius agitatum cęlū suum conficeret spatiū. Vtrunque autem impossibile.

¶ Septimi capitis annota.

¶ Eliditur, excutitur. ¶ Plaga collisione

Eptimum caput continetvnam conclusionem, vnam quę stionem, & eius solutionem. ¶ Conclusio. ¶ Rationabile est astra illius naturæ corporis esse, in quo fixa feruntur. ¶ Nam & hoc idem dicebant cælum ignem esse putātes sydera ipsa vim igneam habere, ignemq; esse. id rationi consentaneū existimantes, vt vnumquodq; illorū de illius corporis natura esset. in vnumquodque conspicimus existere, ꝓ & nos ipsi dicimus. Nos tñ ea igneesse non cōcedimus, qui cælum neque graue, neque leue, neque naturam alicuius trahere elementi iam mōstrauerimus. ¶ Quæstio. Sed quætes, quō calefaciāt igitur? ¶ Dicimus suo motu & attritu lumen & calorem in aere causare. est enim motus, calefactius, ignire valens ferrū, ligna & lapides: vt sagittę acumine plumbeę valido impetu in aerem emissę, vsqueadeo vim calorrs incipiunt: vt eorum acumina liquescant: & hoc quidem aer circunstans patitur: & ex ferro & lapide, motu eliditur ignis. igniturque aer ex plaga motu concepta. Et vnaquęque sphærarū superiorū circulo agitatur, quæ licet medios cælestes globos nō calefaciat (quia incalescere nati non sunt) calefacit tamen aerem, & maxime sphæra in qua sol ī fixus conspicitur, cum motu suo ad nos appropinquat, & ipso oriente, & supra nos existente, magnus, validusque nascitur calor.

Eptimi capitis scholia. XI. Rationabile est astra illius naturæ corporis esse. Quanuis astra sint lucida, & cęlum cui infixa sunt, minime lucidum sit, sed perspicuum, ex eo tamen colligi nō potest inter ea naturæ discrepantia. Nā accidentariæ affectiones specie diuersæ facile competere possunt ijs quę eiusdem sunt rationis, vt animalis oculus perspicuus est, lumen in se receptans, auris autem, eiusdem cū oculo naturæ, non est diaphana. Neque operationū diuersitas, quę diuersis eiusdem cæli partibus cōueniunt vt astris fixis, infert discrimen speciei inter eiusdem cęli astra & cęlum. Nam eiusdem totius partibus inter se secundum substantiam ijsdem specie, possunt accommodari diuersæ functiones & officia, vt oculus peragit visionem, auris auditionem, & diuersa animalis organa diuersas operationes. Haud aliter cęlum mediantibus astris specie non dissidentibus', varias & longe discrepantes facit operationes. Sunt enim astra, partes cæli heterogenęę. XII. Dicimus suo motu lumen & calorem in aere causari. Non eodem modo cęli motus calefactiuus est, quo rerum naturalium. Nā corporum naturalium motus localis calorem inducit, quado aut per confricationem fit, aut concitatem medijs diuisionem, quemadmodum plumbum funda iactunt, de quo Ouidius.

Cum balearica plumbum
Funda iacit, uolat illud, & incandescit eundo:
Et quos non habuit, sub nubibus inuenit ignes.

Motus autem cæli non hoc modo calefacit, cum fiat sine violentia & distractione spatij, sed quia adducit calefaciens, vtpote astrū super hemisphæriū, in quo est id quod calorr recipiat, vt per motum cęli solis sol defertur super nos, & inducit calorem in subiecta corpora.

¶ Octaui capitis annota.

¶ Quiescentibus, non motis proprio, separato, diuersoque motu.

Ctauum caput continetvnam conclusionem, & tres rationes ad eam. ¶ Conclusio. Astra non mouentur motu proprio secundum cęli circulum. ¶ Primo, Quia cumvideantur & cęlum & astra transferri: vt id eueniat vtrisq; quiescentibus, autvtrisq; suis motibus motis, aut cęlo quiescente, & astris motis, aut cęlo moto, astris vero quiescentibus, necesse est. At vtraq; quiescere impossibile est, cum terra (vt postmodum ostendemus) quiescat. Non enim fierent (qui nobis liquido constant) ortus & occasus. Neq; vtrisq; motis, vt cęlo suo motu, & astris suo. Nam ęquales essent & orbium velocitates, & astrorum inter se. hoc autem inconueniens, deberent saltem circuli qui maiores sunt, & maiores habent magnitudines, minoribus maiores habere velocitates. Et id neq; natura, neq; casu euenire contingeret. Natura quidem non eueniret: quia magnitudine maiora, velociora sunt. Neq; casu, quia in ijs q̄ semper fiunt, casus locum non obtinet. fieret autem id semper. Neque cęlo quiescente astra mouebuntur. essēt enim secundum circulos velocitates: vt quæ secundum diuisorē, velocius moueantur: quæ extra, tardius. Et ea esse extra orbem, aut itra mota exulcare, & ipsum scindere oporteret. quæ sunt incommoda. Relinquitur igitur cælum moueri, & astra infixa quiescere, atq; cum suo cælo ferri. sic enim nihil accidet incommodi. Et sic circa idem centrum, maiorum circulorū (vt rationabile est) maiores eruntvelocitates: neq; cælum diuelli, discindiq; oportebit. ¶ Secundo, Quia sphærarum duo sunt apti motus, gyratio, & volutatio. Atqui astra sic gyrando moueri impossibile est. nam quæ circungyrantur, locum situmque non demutant. quod tñ oporteret astra secundum cęli circulum mota. Et ꝓ sol oriēs & cadens videatur nutare, & quasi in gyrum se torquere, hoc non est quia gyretur, sed ob nostri visus debilitatem: quemadmodum astra fixa scintillare videntur ob nostri visus ex distantia sumptā debilitatē: & planetæ (quia prope sunt) non videntur scintillare. At propinqua enim visus potens, intremulus ipsa attingit. at longe autē distantia porrectus, tremit. Neque sane voluuntur hoc pacto astra: quæ si voluerentur, non semper nobis eadem superficies appareret. at vero nobis semper eadem superficies apparet, vt in luna maculosa facies (sic enim eam nominant) & quod in vno vt luna compertū est, in aliis similiter sese habere rationabile est. Non mouentur igitur secundum cæli circulum per seipsa. ¶ Tertio, Quia cum astra secundum cęli circulum neque gyrentur, neque voluantur: videtur ipsa progredi oportere, si secundum cæli circulum moueantur. Quod si ita esset: natura ipsis organa illi motui apta prouidisset. non enim aialium curam gerens, hæc pretiosa despexisset corpora. Atqui nulla habēt ad hunc motum organa apta, vt quæ sint (quēadmodū & sui orbes) sphęrica. quin potius ingeniose natura omnia eis ipsis organa abstulisse videtur: vt quę per seipsa non feratur. Non igitur secundum cæli circulum per seipsa feruntur.

Ctaui cap. scholia. XIII. Astra nō mouentur motu proprio secundum cęli circulum. Motus propriis hic dicitur quo quicq̄ mouetur per se atq; solitarie tanq̄ totū mobile, & non ad motum alterius, quo modo lapis mouetur in aere, & piscis in aqua. Partes autem integrales totius continui, vt lapidis, non hoc mō per se mouentur. nam mouentur ad motum totius, & toto quiescente quiescunt. Astra autem sunt partes cęli cui sunt infixa, & idcirco non mouentur vt totalia mobilia, & motu totali, sed vt partialia, motuq̄ partiali. Et quanuis moueantur motu qui sit in ipsis vt subiecto (nam totus motus in toto est mobili, & pars in parte) tamen non mouentur per se & vt separata totaq; mobilia, sed per alterum. Non tñ idcirco admittendum est ipsa per accidens ferri. nam motus particulam in se habent. Et cum Philosophus dicit, cælo mouente astra quiescere, non denotat quiescere quancunq; motus priuationem (cum non possit. si totum mouetur, pars aliqua motus esse immunis) sed duntaxat priuationem motus totalis, quo quicquam mouetur tanq̄ totum mobile, separatumq; a quouis alio mobili. Mouentur enim astra ad motum sui orbis cui sunt infixa, sicut homine motocor hoīs & oculus mouetur, & mota naue clauus infixus simul cum naue mouetur. Et non ab re adiectum est in conclusione, astra nō moueri ꝓprio motu secūdum cęli circulum. Nam astra quę

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſuis orbib⁹ contigua ſunt, vt planetę, mouentur per ſe & ſolitarie in ſuis epiciclis, & nō ad motū totius ſphęrę, id tñ non eſt ſecundum cæli circulum, neq; contra concluſionem. Sicut clauus in naui non ímobiliter infixus bñ poſſet moueri, vt verti aut volui in ſuo loco manens, non tñ de littore ad litus niſi per nauem transferri. Ita & oculus bñ mouetur in capite quieſcente, vt clauditur & aperitur, ſed non transfertur per ſe de loco. Magnitudine maiora, velociora ſunt. Id de corporibus ſimplicibus eiuſdem naturæ intelligendum eſt, quorum quodlibet per ſe & ſeparatum mouetur, & non habere locum putandum, qñ minus mouetur ad motum maioris, & in eo vt pars in toto. Lapis em̃ bipedalis eſt maior mole q̃ ſua medietas, & tñ non mouetur velocius deorſum ſua medietate, quod ea ſimul cum toto feratur. ita cælum maius eſt aſtro ſibi infixo, & tñ non fertur eo velocius, quandoquidem eodem tempore totum abſoluunt circulare ſpatium, quod aſtrum feratur orbi coniunctum, & ad ſui totius motum idem ſpatium percurrat. Eſſent enim ſecundum circulos velocitates. Si cęlo (inquit) quieſcente aſtra mouerentur, motuũ eorum velocitates aut tarditates eſſent ſumendæ diſtinguendæq; ſecundum circulos quos cõficiunt, vt quæ mouentur ſecundum æquinoctialem circulum, deberent moueri velocius, & quę ſecundum minores, vt arcticum aut antarcticum, tardius, quandoquidem æquali tempore minus abſoluerent ſpatium. Atqui in circulo æquinoctiali nonnulla fixa ſunt aſtra minoris molis quam aſtra minorum circulorum, & nonnulla æqualis molis, vt ex aſtronomia ſupponendum eſt. Igitur magnitudine minora velocius mouentur, & maiora tardius, ſimiliter magnitudine ęqualium hæc quidem velocius, illa vero tardius mouentur. quod eſt oppoſitum principij præcedentis, magnitudine maiora velocius moueri, & minora tardius. Prætetea aut oporteret ipſa aſtra eſſe extra orbem quieſcentem quo per ſe moueantur, aut orbi inexiſtentia ipſum diuidere, vt piſcis aquam per quam natet, & auis aerem. Vtrunq; autem incommodum eſt, cum aſtra partes ſint cæli ab eo inſeparabiles, & cælum diſſulcari diſcindiq; nõ ſit natum. Vt in luna maculoſa facies. Luna non vndequaque vniformis eſt, ſed vnam quidem partem habet magis perſpicuam, alteram verò minus, & vergentem ad quandam opacitatem. Eam ob rem nõ habet luna lumen vniforme, ſed maius in vna parte, vtpote magis diaphana, quę lucidior videtur, & minus in altera, ſcilicet opaciore, quæ conſpicitur ſubobſcurior. Et ratione huiuſce diuerſitatis ſuſcipiendi luminis (quę in alijs aſtris minime comperitur) dicitur in luna eſſe maculoſa facies.

¶Noni capitis annotat.

¶Harmonia, conſonantia, concentus. ¶Ingereret, inferret.

NOnum caput continet vnam concluſionem, Pythagoricorum rationem: & duas rationes ad eam. ¶Concluſio. Dictum Pythagoricorum, circunlata corpora ſonum cauſare pariter & harmoniam, irrationabile eſt. ¶Inducebantur enim ad hoc aſſerendum. ¶Primo, quia corpora apud nos minore mole & velocitate corporibus orbium ſolis & lunæ, edunt ſonos. a fortiori igitur & illa & maiora & velociora corpora. ¶Secundo. Aſtra ſunt in tanta multitudine, magnitudine, & velocitate, inconueniens igitur videtur ipſa moueri, & non cauſare ſonum: & non modo ſonum, ſed & harmoniam. Et cum ſciſcitabatur ab ipſis, quomodo nõ audimus ergo? nam inconueniens videtur tantos nos latere ſonos: aiebãt nos latere, quia nobis congeniti ſunt, conſuetudinemque traximus ipſos audiendi: & ideo nos non iudicare ipſos audire: quemadmodum malleatoribus accidit, qui cum in cudendo graues ſonos edant, ob audiendi conſuetudinem tam graues ſonos non aduertunt. Sed hanc aſſertionem vanam eſſe oſtendim⁹. ¶Primo, Quia ſi tantæ molis corpora ſonum ederent, excellentia omnes naturæ ſonos ſuperaret, & rebus ſenſibilibus violentiam maximam ingereret. Videmus enim validos ſonos, vt tonitrus, non modo animantium ſenſus corrumpere, ſed & lapides & ſolidiora corpora diffindere. At tale accidens ſenſibilibus rebus haudquaquam cognitum habemus. Non igitur edunt ſonos. Non enim ſolum inconueniens eſſet illos non audiri, ſed & ſenſus nihil pati, aut non corrumpi. Et natura melius rebus conſuluit, quod ſonos non edant. ¶Secundo. Quæcunq; ſonũ edunt, ſe vehementer collidunt. Aſtra autem cum feruntur, ſe non collidunt, ſed feruntur orbi ſuo infixa: vt malus, puppis, prora, nauis partes, cum nauis in fluuio feratur: quę ſonum (imo neque nauis) non edunt. impoſſibile enim, quod in lato plagam collisionemq; non faciente fertur, ſonare. quod tamen & de naue & de eius partibus, ſuis rationibus victi concedere deberent. Non igitur corpora cęleſtia, & eis infixa ſydera ſonum cauſant & harmoniam. 14

hoc etiam in secundo de cœlo cap: octauo

NOni cap. ſcholia. XIIII. Dictum Pythagoricorum. Antiqui per harmoniam corporum cæleſtium coniectari poſſunt intellexiſſe per methaphoram tenorẽ illum cõſtantiſſimum regularitatemq; aſſiduam motuum cęleſtium, qui cum diuerſitatem ſpeciei habeant, & velocitatis tarditatiſq; diſcrimen, nõ abſurde harmoniæ concentuſq; noie deſignari videntur, & qui tardiores ſunt orbes, grauiorem edere ſonum, qui vero velociores, acutiorem, q̃ tarditas motus grauitati ſoni, & velocitas acumini apte reſpondeat. Hinc Mantuanus illorum ſententiæ aſtipulatus inquit.

» Inſonuere poli, longeque auditus ab alto
» Concentus, mixtumq; melos, pars ocyus acta,
» Clarius, & cantu longe reſonabat acuto,
» Tarda ibat grauiore ſono.

Verum aliq̃ hanc non intelligentes methaphoram, putarunt cælos reuera ſonum edere, & innitebantur nonnullis rationibus in litera poſitis, quæ facile diluuntur. Prima quidem, q̃ magnitudo & velocitas cęlorum non conuincit eos ſonum edere, cum in iſtis inferioribus non ſemper maiora corpora ſonum edant, vt lana & fœnum, ſed dũtaxat ea quæ dura ſunt, & collidi poſſunt, qualia non ſunt cęli. ſunt em̃ longe alterius naturæ a corporibus inferioribus, & minime ſonũ efficere nati. Secundavero diſſoluitur hoc ipſo, q̃ multitudo, magnitudo, & velocitas aſtrorum minime efficaces ſunt cauſę faciendi ſonum. Nam in rebus naturalib⁹ corpora erſi magna ſint, & multa, & velociter mota, ſi tñ non colliduntur adinuicem, non edunt ſonum, vt argumento ſunt aer leuiter expiratus, & manus citra colliſionem alteram manum contingens. Aſtra autem quia ſuo orbi feruntur infixa, non adinuicem habent colliſionem, vt neque claui paſſim & interſtite quopiam interuallo naui infixi. Præterea quæ mouentur celeriter diuidendo medium, ſonum quidem faciunt, vt nauis in aqua, & ſagitta per aerem. Cæli autem & aſtra hoc pacto non mouentur, ſed per contactum ſine colliſione & diuiſione. Neque rationi conſentanea eſt eorũ ſolutio quam adhibent, reddentes cauſam quare cæleſtes illi ſoni cum a maximis fiant corporibus & idcirco maximi, a nobis non audiantur, dicentes id euenire, q̃ ſoni illi ſint nobis conſuetudinarij. Nam puer primum in lucem editus non traxit conſuetudinẽ ſonos illos audiendi, & tñ eos nõ pcipit. Preterea malleatores ſi ex propoſito velint aduertere ad eos ſonos quos in cudendo efficiunt, facile quidem eos percipient. At vero quantuncunque arrectis auribus quiſpiam aſtat volens harmoniam cæleſtem auribus haurire, non eam percipiet. Impoſſibile eſt enim quod in lato. Lato, moto, agitatoque per motum, vt ſit literæ ſententia. Impoſſibile eſt id quod tanquam pars mouetur in altero toto, moto quidem, ſed non faciente plagam & colliſionem, ſonare, vt ſi nauis lata in flumine non faciat colliſonem, impoſſibile eſt proram quæ fertur in naui, ſonũ facere. Et aſtra infixa cælo q̃ non facit colliſionẽ, itidem ſonare eſt impoſſibile. Pythagorici tñ cogerẽtur concedere proram, malũ, & puppin mota ſimul cũ naui facere ſonũ, ꝓpter ſuas rationes de cælo & aſtris factas. nam partes illę nauis & multę ſunt, & magnę, & velociter motę, ſicut aſtra.

¶Decimi capitis annotat.

¶Et in 36000 annorũ ſuum motũ cõplet, primo motui cõtranitens. f in 30. g in 12. h in duob⁹. i in vno. K & l fere eodem tpis curriculo. m in 28 diebus. omnes primo motui contranitentes. Vide figuram capite 4. primi libri de Cælo.

DEcimum caput continet de ſitu & velocitate motuum cæleſtium vnam narrationem. ¶Narratio. Orbes cęleſtes ordinem adinuicem ex aſtronomia cognitum habent: vt hi ſint priores, illi vero poſteriores. ſunt enim hi poſteriores, qui primę lationi ſunt diſtantiores. Et cum prima latio ocyſſima ſit & ſimpliciſſima: qui ei ſunt propiquiores, velociore motu ſecum rapit: remotiores vero tardiore. Et huic motui omnes inferiores contraferuntur. qui ſunt illi primæ lationi viciniores, pluri tempore: qui vero ſunt remotiores, minore: & medij, medio modo. Et hoc quidem non ſine ratione. quod mathematici liquido manifeſtant, atq; pandunt. 15

DEcimi cap. ſcholia. XV. Qui ei ſunt propinquiores, velociore motu ſecum rapit. Sphęrę inferiores duplicem hñt motum. Vnum eis accidentarium, vtpote motum raptus, quo a primo mobili raptę, quatuor & vigiti horarũ curriculo cõplẽt ſuum quęq; circulum ab oriente per meridiem in occidentem, & rurſum redeũtes ĩ orientem. At cum ſphęrarũ primo mobili propinquiorũ ſpatia ſint maiora, & diſtãtiorum minora, vt ex cęlorum magnitudine pſpicuum eſt, primum mobile ſphęras propinquiores quo tpe p maius rapit ſpatium, & diſtantiores per minus. igitur propinquiores veloci⁹ rapiat, & remotiores tardius. Alter autem motus inferiorum orbium eſt eis proprius, quo feruntur ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

occidente per meridiem in orientem, & iterũ recurrunt in occidentem, diuerso tẽ tempore. Nam propinquiores primo mobili, pluri tpe suum percurrunt spatiũ, vt firmamentum (quod in huius capitis notis designatur per literã e, & consequenter alię sphærę, eo cp disponuntur ordine, deo tantur per consequentes literas, sed m eam significantiã q̃ in quarti capitis primi de Cælo notis est posita, & hic ex eo loco supponenda) in iij. m. ccccccc. annorũ suũ cõplet circulũ. Cũ em̃ vnusquisq; circul⁹ duodecim habeat signa, & vnũquodq; signũ. xxx. grad⁹, ex ductu ipsius xij. ĩ xxx. cognoscit oĩs circulus cęlestis habere ccc. lx. grad⁹. Sed m astronomos aũt firmamentũ spatio centũ annorũ vnũ duntaxat gradũ cõficit. & ccclx. per c. multiplicata, reddũt iij. m. ccccccc. quare firmamentũ totũ suũ motũ cõplet in iij. m. ccccccc. annorũ. Cęlũ Saturni xxx. anno. interuallo. Iouis aũt, duodecim anno. Remotiores aũt cęli, pauciore tpe, pprium absoluunt motũ, vt cęlum lunę in xxviij. diebus. Et medij orbes, ppinquioribus distantioribusq; intercepti, medio modo complent suum motum, vt cęlũ Martis duob⁹ annis, cęlũ Solis, Veneris, Mercurij, vno anno.

¶Vndecimi capitis annotat.

¶A, plenę illuminationis luna: quę panselenos dicitur, latine vero pleniluniũ. ¶B, nouiluni um: quę neomenia. ¶C, d, f, g, luna maioris semicirculo illuminationis, quę dicitur amphycirtos. H, i, medię illuminationis, quæ dichotomos. ¶K, l, m, n, minoris semicirculo illuminationis: quæ dicitur menoeides. ¶O, sol.



VNdecimum caput continet vnã conclusionem, duas rationes ad eam. ¶Conclusio. Astra sphæricam sibi aptant figurã. ¶Primo, Quia diximus ea neq; nata, neq; apta progressioni. At natura nihil irrationabile neque frustra facit. dedit igitur ipsis molem ad se hoc pacto mouendum ineptissimam. Hęc autem est sphęrica: quia ad hoc organum non habeat vllum. sunt igitur mole sphærica. ¶Secundo. Vt de vno astro comperimus, & de omnibus consimile esse existimare æquum est. At vero luna per ea quæ circa visum accidunt, sphærica esse ostenditur. non em̃ fieret cum accrescit, atque decrescit, pluries quidem corniculata, quam menoeidem dicunt: aut vtrinq; curuata & gibbosa, quã amphycirton nuncupant: semel autem æqua proportione diuisa, quam dichotomon vocant: nisi sphærica esset. Et rursus per astrologiam inde comprobatur. Non enim sol cum deliquium patitur, corniculatus appareret, si illa sphærica non esset. Sunt igitur & astrorum alia omnia sphærica.

VNdecimi cap. scholia. XVI. At vero lunã apprehendimus sphæricã. Cum luna suã incipit circulationẽ, primo die penitus obscura est, & luminis expers, & noua luna dicitur, est que vt b. Deinde sex diebus sensim secundum minorem circuli portionem illuminatur, secundum dierũ ordinẽ maiore sui parte consequenter illuminata, est q; vt n & l. Septio vero die

media parte illuminata, vt i. Sequẽtibus sex diebus secundũ maiorẽ circuli portionẽ illustratur, vt g, & d. Decimoquartovero die cõpletũ assecuta est incrementũ vt a. Deĩceps alijs sex dieb⁹ eiꝰ lumen paulatim decrescit, maiore tẽ adhuc parte illuminatur, vt e, & f. Primo vero & vicesimo die, media tẽ parte illustrata, vt h. Sequentibus autem sex diebus decrescẽte secundum dierum ordinem eius lumine, secundum minorem circuli portionem illustratur, vt K & m. Demum vicesimooctauo die completa eius circulationepenitus euanescit ex oculis nostris, rursum obscura, vt b. Nam em̃ sol cum deliquium patitur. Sole deliquium patiente ob lunã nostris obtutibus & soli interpositam, luna aliquam partem sua opacitate occultans, alterã partẽ solis extra lunę extremitates apparẽtẽ abscindit secundũ arcualẽ figurã, vt id solis quod nobis conspicuũ relinquitur, arcuale & sinuosum videatur. Id aũt fieri nõ posset, nisi luna esset sphęrica. Nihil em̃ ab altero arcualẽ figurã abscindere potest, nisi ipsum abscindens arcuale & sphęricũ fuerit, vt ostẽdunt discus & tabula quadrata vicissim maiori disco & oculis nostris interiecta atque interposita.

¶Duodecimi capitis annotat.

¶Astra erratica, planetæ septẽ. Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Ven⁹, Mercuri⁹, Luna. ¶Dirigere, mouere. Astragali coi, tali siue taxilli, sic denoiati a Co insula circa Rhodũ. Est aũt astragal⁹ Cous qui senionẽ prę se fert. Chi⁹ q vnitatẽ.

17 DVodecimum cap. continet duas quęstiões, & earum solutiões. ¶Prima quęstio. Cur motus cælestium corporũ non multiplicẽtur secundum distantiam a primo? ita vt primum vno simplicissimo, secundum duobus, tertium trib⁹ moueatur, & ita deinceps: sed accidat oppositum, vt scilicet solis & lunæ sphęræ pauciorib⁹ motib⁹ agitentur, q̃ aliqua aliorũ superiorũ erraticorũ astrorũ. Visa ẽ em̃ aliqñ luna dichotomos pte sui obscura. Martis occultasse astrũ, & illd ex altera parte lunę quę erat lucida, emersisse: & de alijs astris Ægyptij & Babilonii idem obseruarunt, qui circa hæc deprehendenda olim peruigilem curam adhibuerunt, & multam de astris tradi-
18 tionem reliquerunt, quod est eam ipsam cęterorũ esse infimã, indicium. ¶Secunda quęstio. Propter quid in prima latione est tanta syderum multitudo, vt ne arithmetici quidẽ supputare possint: in inferioribus autẽ vnum singulare, vt duo aut tria in eodẽ non reperias infixa? Et certe has quęstiones mouisse (quas merito difficiles putabunt omnes) & de ipsis pauca disserere, non temeritati & audaciæ, sed verecundię potius & modestiæ dicentis (qui id ob philosophiam facit) imputandum est, tametsi paruas de magnis dubitationibus adducat sufficientias. Et has quęstiones mouere, ad maiorem faciet intelligentiam, & nihil nobis, contemplantibus quidem, sed paruas habentibus causas, oberit. ¶Primę solutio. Animalium quædam perfecta potiuntur sanitate sine motu vllo, & alia qua agitatione. alia vno motu eam assequuntur, vt ambulatione. alia pluribus, vt ambulatione, lucta, & pugna. quædam vero eam neutiq̃ assequi valent vnquam. Ita & corpora hęc de quibus inquirimus, quanuis inanima sint, ea tẽ vt vita & actione participãtia intelligamus. Dicimus igitur cp optime sese habet vita viuens sempiterna, nullo egens aut motu, aut mutatione, & aliorum finis: & post ipsum, quod vitã illam vno motu cõsequitur, vt quod est illi proximum: deiñ alia quæ duobus, & alia q̃ trib⁹. & sunt aliqua quę hanc amplius nequeunt assequi vitam: sed quanto optimo fini sunt ppinquiora, tanto ipsis reb⁹ melius est. hac de causa terra non mouetur, vt q̃ sit remotissima, neq; vitã neq; operationem agens. alia post ipsam mouentur quidẽ paucis motibus, vitã illã non attingentia. alia vero mouentur pluribus motib⁹, & vitã illã sortita, sempiternitatem ducunt. primum vero corporũ vno motu eam assequitur, vt omnium facillime corporum. Quod enim vno vitam illam consequitur, facilius: quod duob⁹ eget vt consequatur, difficile: & quod tribus, aut pluribus difficilius assequi videtur. & ex animalibus & plantis hanc quęstionem quodammodo euoluere potes. difficilius em̃ est multa & sæpe, quã pauca & raro recte agere: vt puta decies mille astragalos Coos iacere, difficile: duos autem aut tres, facile. ¶Secundę solutio. Prima latio rationabiliter hac astrorum multitudine decorata est. Primo, quia prima, & vt alijs vitę principium, excellentiam ad alias retinens. Secundo, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliæ lationes in quib⁹ vnum figitur astrũ, illam excedunt in motib⁹, & ipsa illas astrorum multitudie superat. Tertio, quia mouet oẽs inferiores ideo infixa sydera tenet, quo magis illis diuersas influat virtutes. Hęc & similia de quęstione adduci possunt, quæ an ita sint, considerationibus astrologicis relinquẽda sunt.

DVodecimi capitis scholia. XVIII. Propter quid in prima latione est tanta syderum multitudo. Primã lationem vocat hic Aristoteles sphęrã stelliferã, & astrorum multitudine conspicuã, & eam tpe Aristotelis astronomi primã sphæram mobili posuerunt, rati duntaxat octo esse orbes cęlestes, scilicet septem planetarum, & octauam quam posuerunt esse primum mobile. Posteriores autem nonum cęlum mobile (quod primum vocarunt (posuerunt, octauæ sphærę supereminens. Recentiores vero adiecerunt decimum mobile, cęlestes orbes omnes suo ambitu cõplectens, secumq; raptans, quod primum sphærarum mobiliũ posuerunt. Ita & corpora hæc de quibus agitamus. Quatuor in litera notantur aĩalium gña, per quorum analogiam præsens quęstio dissoluitur. Primum eorum quæ perfecta potiuntur sanitate sine motu aliquo sed m locum, ad illũ consequendum facto. Et illis in analogia respondet primum ens, & oĩm perfectissimum, quod sine aliquo motu & suapte natura vitam degit sempiternam. Secundum eorum quę vnico motu sanitatẽ assequuntur, vt ambulatione. Illisq; rndet primum mobile, quod vnico motu maxime regulari, simpliciter vno & simplicissimo vitã illam vtpote sempiternam assequitur. Nẽpe per vitam quę cælis attribuitur, hoc loco nihil aliud q̃ sempiternitatẽ perpetuamq; proprie operationis pfunctionem intelligere debemus, quam Aristoteles hic cõparat ad sanitatem aĩalis. Tertium eorum q̃ pluribus motibus, vt duobus aut pluribus sanitatẽ adipiscuntur. Et illa hñt collationem atq; analogię responsum ad orbes cælestes inferiores, pluribus quidẽ motibus sempiternã durationẽ (q̃ hic cęlorũ vita dicitur) assecutos. Demũ quartũ genus aĩaliũ est eorum quæ nullo pacto sanitatẽ valẽt adipisci, sed languida sunt & valetudinaria, illisq; comparantur corpora naturalia quæ nullis quidem motibus sempiternitatem valent adipisci, sed interitui sunt obnoxia. Et potissimum terra, quæ immota permanens, suoq; loco nixa, ab omni efficacia & operatione motus secundum locum est remotissima, tametsi alias naturales habeat operationes, pauciores tamen alijs. Difficilius eẽ est multa & sæpe q̃ pauca & raro recte agere. Siquidem multitudo facit indigentiam atq; impotentiam; paucitas autem atq; vnitas sufficientiam faciunt atque potentiam. Sufficiẽtia autem perfectionem arguit, cum in primo ente & supramundanis reperiatur, indigentia vero imperfectionem. nam in rebus inferioribus, in quibus imperfectio itidem locum habet, comperitur.

¶Decimitertij cap. annotat.

¶A tíchthona, contrapositã terrã. Chthõ eẽ chthonos grece, latine terrã sonat. inde Põponi⁹ Antipodas Antichthonas vocat. ¶Mediũ magnitudis, qd̃ ęquidistat ab extremis. Mediũ virtutis, qd̃ natura & dignitate ãcedit. ¶Medium virtutis, naturę perfectione. ¶Tympanilis figura est, q̃ tympani similitudinem exprimit, Crassitudo, pfunditas. ¶Trix trichos, capillus, græcũ est.

DEcimumtertium caput continet duodecim antiquorum de situ, motu, figura & quiete terræ opiniones, rationẽ secundæ, & septimæ dissolutionem, nonæ tribus rationibus improbationem, vndecimæ quinque, & duodecimæ quinque. ¶De situ, motu, figura, & quiete terræ duodecim opiniones. ¶Prima est ponentium mundum esse finitum, & terram esse in medio sitam. ¶Secunda est 19
quorundam qui circa Italiam habitantes, se Pythago- 20
ricos appellabant, dicentium terram non esse in medio, sed ignem, terram vero esse vnum astrorum circulariter motum, suo motu noctem & diẽ efficiens: cui sit altera opposita terra, quam antichthona vocant, & apparentia non curant. Quod ignis sit in medio, his inducebantur rationibus. ¶Prima. Nobiliori corpori debetur nobilior locus. ignis autem terra nobilior est. ipsi igitur debetur nobilior locus. At medius locus extremis nobilior est. est igitur ignis in medio. ¶Secunda. Principalissimum corporum maxime decet conseruari. ignis autem principalissimus est. decet igitur ipsum maxime conseruari. conseruabitur autem optime in medio. est igitur ignis in medio. Et hinc fit vt ignem vocent carcerem Iouis: quod in medio vndiq; circunclusus circunseptusq; existat. Sed falluntur Pythagorici, idem credentes medium magnitudinis, & naturæ: vt statim compertum habemus in animalibus nõ esse idem animalis magnitudinis medium, & virtutis. ¶Sed medium mundi natura & virtute, est po-

tius circa cælum q̃ in centro: & illic est ignis, & illic maxime cõseruatur, & terra in centro (quod magis vltimo assimilatur q̃ principio) illic cõtinetur, & finitur a circunstantibus. Cõtinens aũt & finiens, honorabili⁹ cõtento & finito. Est
21 eẽ cõtinens & finiens vt forma, cõtentum vero & finitũ vt potentia. ¶Tertia est dicentium quandã terrã esse in medio, & ferri circa medium, & esse aliã ter-
22 ram ex opposito (quã etiam antichthona dicunt) q̃ circa mediũ fertur. ¶Quarta est dicentium plures esse terras, hanc in centro, illã toto hemisphærio distantem: cum qua pariter circa medium plurima circunferuntur corpora, quæ propter ipsam a nobis nõ percipiuntur. & hinc nobis toties apparere Junę defectus
23 & decremẽta. ¶Quinta est asserentiũ esse vnã terrã, & continue circa & statutũ
24 mobilem polum circunferri. & hęc scripta est in Timæo. ¶Sexta est dicentí-
25 um terram esse sphæricam. ¶Septima est eorũ qui dicunt eã figura tympanilem, argumento vsi, quod in oriente & occidente videtur solis abscindere portiones secundum rectam. Secundo, quia hæc figura aptior est ad quietem. sed falluntur. Hoc eẽ non ideo est, quia tympanilis aut lata existat, quod videantur portiones secundum rectam abscindi, sed hæc faciunt videri distantia, & circulorum magnitudines. Pars enim circuli a longe visa, etiã parui, recta apparet:
26 & magni circuli pręmagna curuatura, apparet & recta. ¶Octaua est Xenophanis Colophonij putantis terram quiescere, & manere immobilem, quod deorsum crassitudinis sit infinitæ. Ingerebat eẽ hoc solutionis difficultatem, q̃ si parum terrę sustollatur, non vult manere, sed se deorsum pręcipitat & demergit: & si maius, velocius: quare fortius & tota, nisi profunditate infinita, vt base, ne rueret, defenderetur. Sed hoc dicto Empedocles attonitus: qui hæc asserunt increpat tanq̃ vana locutos, & de vniuersæ natura parum cognoscentes.
27 ¶Nona est thaletis Milesij ponentis terram quiescere, quia super aquam natet. quemadmodum lignum super aquã, aut aliquid simile non descendit, sed stat: ita aquę, terrę casum prohibent. Sed id irrationabiliter dictum. ¶Primo, quia eandem relinquit difficultatem, a quo sustineatur aqua. ¶Secundo, Quia quanto aqua aer est leuior: tanto terra grauior est aqua. non igitur aqua defendit terræ casum, vt neque aer casum aquæ. ¶Tertio, Quia videmus paruam terram per aquam cadere: & quanto maior, tanto velocius. non igitur prohibet totius terræ casum. Inquirebant enim vsque ad aliquid, sed insufficienter. Omnibus enim nobis hoc consuetum & commune est, hactenus de aliquo inquirere, quousque contradictionibus ijs quæ aduersarijs videntur, satisfactio fiat, & non quantum dubitati natura requirit. At vero bene inquirentem non hoc modo curare oportet, sed ex proprijs in rei quęsitę venire deprehensionem.
28 ¶Decima est Anaximenis, Anaxagoræ & Democriti, dicentium terræ latitudine terram a pręcipitio tutã esse. Primo, quia eius latitudo ipsum aerem diuidere non permittat. Secundo, hac de causa valide ventis obsistit. Tertio, quia non habet aer locum quo cadere possit. vnde fit vt terra cadere nõ possit, quemadmodum neque aqua in clepsydris. Sed si hæ rationes valerent, propter eandem causam ipsa existente sphærica maneret, quod postea falsum esse ostende-
29 tur. ¶Vndecima est Empedoclis, quietis terræ causam assignantis velocem cęli circungyrationem: vt quæ motum terræ prohibet: quemadmodum aquę e vase velocissime in aere circungyrato, ea cita gyratione defenditur effusio. Sed hęc assertio inualida est. ¶Primo, Quia quęrẽdum est ab eo, an terrę sit aliquis motus: & si sit aliquis, an naturalis, aut violentus. Si non est naturalis, neque erit violentus vllus: & si neque vi, neque natura motum ei assignauerit, omnino non mouebitur: quare neque quiescet. hæc prius cognita sunt. Et si dicit, natura fertur ad medium, neque motus neque quies violẽta erunt. quare circungyratio ponenda non est, vt illic quiescat. Vt enim motus naturalis, & motus violentus, ita quies naturalis atque violenta est. Et si circungyratione ad medium venerit, & illic violenter quiescet. sed vbi natura quiescet? ¶Secundo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quia si vi feratur & quiescat in medio, aliquo alio natura ferat & quiescat necesse est. Aut igitur hoc erit sursum, aut deorsum, aut vbicũq; aliubi. Si sursum vt aer supra nos existens non prohibet lationẽ sursum: neq; prohibebit aer qui subter est, eã quæ deorsum est, quo minus feratur. Eorundẽ eñ & consimilium eędem & cõsimiles sunt causę. ¶ Tertio. Dicat Empedocles, prius q̃ lis dissociasset elementa, quomodo terra quiescebat? nõ enim tunc erat circungyratio aliqua. Causa igit quietis terræ vniuersalis assignari non potest velox citaq; circungyratio. ¶ Quarto. Quia partes terræ feruntur ad medium, & omnia grauia ad terram: cuius causam assignare nõ possis circungyrationẽ. ¶ Quinto. Ignis fertur sursum natura, & non propter gyrationem: igitur & terra cõsimiliter deorsum. Non enim dicere possis gyratum, graue & leue determinare. sed hęc natura determinata sunt: vt hoc sursum euolet, illud vero in imum conetur. Non igitur terra permanet immota ob velocẽ (vt vult Empedocles) cæli gyrationẽ.
¶ Duodecima est Anaximandri terrã quiescere perhibentis, quia ęqualiter secundũ sui ambitũ se ad extrema habeat. quare vt æque libratã, nõ plus ad hanc quam ad illã eam ferri contingit. vnde hac de causa quiescit. Sed ꝓ id non verum sit (quanuis suasibilitatẽ aliquam habeat) deprehenditur. ¶ Primo. Quia hac ratione quicquid in medio locaretur, quiesceret. ignis igitur in medio quiesceret. quod falsum est: quare & id ex quo sequitur. ¶ Secundo. Terra non modo quiescit in medio, sed & fertur ad mediũ. nam quocunq; feratur terrę partícula, illuc & totam terrã ferri necesse est. & quicquid natura locus partis est, & totius natura idẽ erit. Non igit quiescit propter extremorũ ęquidistantiã. ¶ Tertio. Inconueniẽs est quęrere cur terra immota maneat ĩ medio, & non cur ignis in summo. qui si illic natura stet, & eodẽ iure terra stabit ĩ medio. Cõuenit eñ vtiq; & ei aliquis natura loc⁹. ¶ Quarto. Simile est dicere terrã in medio qescere propter similitudinis necessitatẽ. ac si dixeris quod ęquevbiq; extensum fuerit (vt de capillo quẽ tricha Græci nominant, dicitur) frangi, dissoluiq; nõ posse: vt vehementer esurientẽ, & tantundẽ siticulosum a cibo & potu æquidistantem, fame & siti interitum ire. ¶ Quinto. Irrationabile est inquirere quietis terræ causam in imo, & mentionẽ nullã de motu eius in imum facere, an vi, an natura fiat. quod facit Anaximander. Deprehendendo eñ causam cur ignis sursum, & quomodo sustollatur: protinus cur sursum quiescat, cognoscitur causa, ita & deprehensa causa cur & quomodo terra demergitur in imum, pariter causa suæ quietis in imo deprehẽsa est. Et ratio ipsius de similitudine inualida est: vt de igne posito in medio, capillo æqualiter tenso, esuriente, & sitiente refellere promptum est. Et sicut ignis si esset in medio, consimiliter ad extrema se habens euolaret ad summũ, nõ forte tot° ad vnã partẽ, sed partes ad sibi ꝓportionatas partes, vt quarta vna huc, altera illuc: sic & de terra esset: & a loco illo propter similitudinis rationẽ (quẽadmodũ & ignis) emoueret, nisi eius locus esset, & in eo natura quiesceret. Et licet idverũ sit, ipsam ad extrema cõsimiliter sese habere: non tñ verum est eam hac de causa in medio quiescere: sed hoc accidit. 30

Decimitertij capitis scholia. XX. Quod ignis sit in medio, his inducebantur rationibus. Vtraque rationum facile diluitur, admittendo medium locum secundum virtutem, vt concauum cæli lunę, esse extremo loco, scilicet aquę concauo nobiliorem, & in eo secundum virtutem medio ignem collocari. Negando tamen medium locum secundum magnitudinem esse præstantiorẽ loco extremo, & in eo secundum magnitudinem medio ignẽ esse collocatum. Nempe quemadmodũ in animali aliud est magnitudinis mediĩ, scilicet id animalis quod ab extremis partibus ęquidistat, vt in homine idipsum quod a capite & pedibus æquo intercipitur interuallo, & aliud virtutis, vt cor, quod in homine capiti q̃ pedibus propinquius est, ita in vniuerso aliud est medium secundũ virtutem, scilicet concauum cæli lunæ, & aliud medium magnitudinis, scilicet concauum aquæ, quod terram ambit. Perperam sane ignem vocabant carcerem in passiuo significatu, quod coerceatur & contineatur ab alijs elementis, cum potius dici debeat carcer in actiua denotatione, ꝓ alia elẽmenta coerceat atq; cõtineat. Et ex eo sumitur nobilitatis ipsius ignis supra alia elemẽta argumentum. nam continens est præstantius cõtento, mõ vtrunq;

totum sit compositum, vnumq; concludat alterum suo ambitu circulari, quo alteri toti superemineat secundum ordinem corporum vniuersi integritatem constituentium, vt aqua terram, aer aquam, & ignis aerem. Si enim alio modo contineret, & solum secundum eius portiunculã, quem admodum aqua piscem, & aer hominem, non oporteret continens esse perfectius cõtento. Et continens (vt inquit litera) est vt forma, contentum vero vt materia. Quæ quidem analogia designat, ꝓ quemadmodum forma præstantior est materia, ꝓ eam quodammodo limit & terminat, ita cõtinens contento prestantius esse. Ignis aũt inter elementa solum est continens, & terra solum contenta. XXV. Argumento vsi ꝓ in oriente & occidente videtur solis. Cum sol oritur & occidit, mediaq; eius pars nobis est conspicua, & media adhuc latitans, pars visa a parte non visa videtur abscindi a terra secundum rectam. nam ea solis pars quę terram videtur contingere, terminã videtur aut diametro aut chorda portionis circuli. Ita si sphæricovt disco & oculis nostri interponatur tympanum secundum transuersun, videbitur a disco abscindere portiones secundum rectum per partem suam oblongam & teretem. Verum non rectam assignabant causam, cur a sole videantur abscindi portiones. Id enim non ideo euenit, ꝓ terra est figuræ tympanillis, sed qa ꝑs circuli a lõge visa apparet recta, vt nauigãtibus videt littus procul visum esse rectũ, ꝓ acciden tibus & ꝓpinquantibus apparet sinuosum atq; curuũ. Ita ꝓ ꝓpinquis obliquũ videt, discẽdentibus explicare sese, & rectũ fieri censet. XXVI. Ingerebat eñ hoc solutionis difficultatẽ. Ratio Xenophanis inualida est quia non cõsimiliter tota terra se habet, vt eius ꝑticula sursum ꝓiecta. Nam terræ ꝑs ꝓiecta sursum, est extra suũ locum naturalẽ ad q̃ natura mouetur. Tota aũt terra est in suo loco naturali, & deorsum. quare non moueretur vnq̃ deorsum, etsi infinitã ꝓfunditatẽ nõ haberet, sicut neq; terræ ꝑticula si in ꝓprio loco quiesceret. Et tota terra si extra suũ locum esset dimota, natura ad eundẽ locũ moueret, ꝓinde atq; gleba terræ ex naturali loco pulsa, iterũ deorsum mouetur. Quare idẽ est iudiciũ de vtrisq; consimiliter se habentibus. XXVIII. Tertio qa non habet aer locũ quo cadere possit. Sicut aer in clepsydris obturato superiori foramine aquę impositis, non habet locũ in quem recipiatur. & ergo clepsydrã non exit, neq; permittit aquã subire, ita (inquiunt) neq; aer terræ subsidens locum habet in quem recipiatur, si per terram suo motu ipsum diuidentem a suo dimoueaur loco, quare terra in suo loco manet immobilis. Sed si istæ inquit litera, rationes essent efficaces propter easdẽ, si terra ponatur esse sphærica maneret in suo loco ab aere sustentata, quod falsum est. Non enim in suo loco quieta manet, quia ab aere sustẽtetur ne cadat, sed quia in suo est loco naturali, & nata ibidem quiescẽre, vt est rerum naturaliũ cõditio. XXIX Eorundem eñ & consimilium eædem & cõsimiles sunt causæ. Hæc propositio applicanda est ad causas & effectus naturales, & non ad ea quę aliunde pendent, vt ab intellectu aut voluntate. Nã consimiles cognitiones & eiusdem propositionis haberi possunt a diuersis principijs, & specie dissidentibus. Præterea intelligenda est de causis per se & proprijs. Calefactio enim facta ab aqua & ab aere in eodem corpore, vt manu hominis, sunt consimiles. & eiusdem speciei, & tamen aqua & aer specie discrepant. Verum hæ substantię non sunt propriæ & primæ causę calefactionis, sd vtriusq; caliditas prima est & præcipua causa. Planum autem est caliditatẽ aquæ & aeris eiusdem esse speciei. Demum applicari debet ad eas causas, quarum vtraq; producit effectum, transmutatione vniuoca, & vbi in vtroq; producente est consimilis specie forma ei q̃ producitur Quocirca quanuis admitteretur calefactio lapidis facta ab igne, & a sole, esse eadem specie, non tamen idcirco oprteret solem & ignem esse consimilis speciei. nam sol producit calorem transmutatiõe ęquiuoca. Et sane prædicta propositio varijs calumnijs est obnoxia, quas recta intelligentia facile diluet. XXX. Simile est dicere terram in medio quiescere. Aristoteles bifariam refellit, modũ argumentandi quo vsus est Anaximander ad probandam terræ quietam ob ęquidistantiam. Primo si sit capillus vniformis virtutis in omnibus partibus resistendũ suæ discõtinuationi, & æqualis virtus resistenss ruptioni. Aut igitur in omnibus suis partibus rumpetur, aut in nullis. In omnibus autem simul ipsum rumpi est impossibile, igitur non dirumpetur, quo nihil absurdius. Secundo, sit animal affectum extrema fame, & æque sitibundũ, ęquidistans a cibo & potu. nõ est maior ratio quare prius moueatur ad cibũ q̃ ad potũ, quia æque ipsum esurit atque sitit. Aut igitur simul mouebit ad vtrunque, aut ad neutrum. Ad vtrunque aũt simul ipm moueri est impossibile, igitur ad neutrum mouebitur. quare inter cibum potum fame & siti peribit. Neutra prædictarum argumentationum est valida, quare neque ea quæ est Anaximandri. Non forte totum ad vnam partem. Intelligatur totus ignis esse in medio mundi, in quatuor partes a, b, c, d, intellectus diuisus. Et cõcauum cęli & lunę etiam intelligatur in quatuor partes distributum, eisdẽ cõsimilibusq; notis distinctas, ignis quidem sursum moueretur, non tamen totus ad vnam cæli partem, vt a. sed vnaquęque eius pars ad partẽ cæli respondentem sibi & proportionatam atque proximam, vt a ignis ad a cęli & pars b ignis ad b cæli. Et ita vnaquęque ignis pars ad eam cęli partem euolabit, cui propinquior atque vicinior erit.



Decimiquarti capitis annota.

¶ Totius medium, medium mundi. ¶ Medium, centrum. ¶ Anguli pares anguli recti. ¶ Secundum regulam, perpendiculariter. ¶ Sphęricum rotũdum, or

Universidad de Deusto
Biblioteca

bilulare,globosum. Arctus. Vrsa minor,stellæ circa polum nostrũ, quę mõ sep tẽtriones mõ plaustrũ dicũtur. ¶Aegypt⁹,regio meridionalis. ¶Cypr⁰, insula a meridie mari Aegyptiaco terminata. ¶Horizon, est circulus diuidẽs partem cæli visam a non visa. ¶Horizon,finitor interptatur. ¶Myrias,decẽ milia. ¶Corpore circa aliquã lineã moto, ea linea axis dicitur: & eius extrema puncta: poli:qui latine dicuntur vertices ¶A,polus arcticus.b polus ãtarcticus.c h horizon habitantium in K, vt in Aegypto aut Cypro. d g, horizon habitantium in i ad arcton.e f circul⁹ meridiei equator. l arctos,vrsa minor. plaustrũ arcticum.o p stellę semper occultæ habitantibus in i.q r stellæ semper occultæ habitantibus in K. i K diuersa pũcta habitantium in terra. Totus paruus circulus niger,terra.



Decimũquartum cap. continet tres conclusiones, quatuor rõnes ad primã, duas ad secundam,& quatuor ad tertiam. ¶Prima conclusio. Tertia in medio non circulariter mouetur,circa polum vnum reuoluta. ¶Primo, Quia aut id natura esset aut violenter. Non natura,quin idem est totius & particularum motus: partes autem omnes ad medium recta ferunt. Neq; etiã violenter. nam nullũ violentũ perpetuum. mundi autem ordo sempiternus est. ¶Secundo. Quia omnia circulariter mota intra primam lationem pluribus mouentur motibus. moueretur igitur & terra pluribus. quod si ita esset, astrorum fixorum nobis fierent diuersiones, neque nobis semper seculum idem oriri (quemadmodum semper euenit) appareret. ¶Tertio,quia latio partium & totius terræ naturaliter,est ad totius medium. non igitur circunfertur in medio. nam simplicis corporis vnus debet esse motus natura simplex. ¶Et si quæras,quando terra est in medio:& idem eius fuerit centrum & totius centrum. an partes terræ & grauia alia ferentur ad medium,quia terrę an quia totius? Hoc est, quia totius & quia terræ per accidens. Accidit enim idem totius & terræ esse medium. Et quod grauia moueantur ad medium, signum est. quia procumbunt semper ad angulos pares. tendunt igitur ad vnum centrum omnia. ¶Quarto experientia cognitum est graue sursum secundum regulam proiectum, semper secundum regulam recidere,quantacunque vi & quotiescunque id factum fuerit. non igitur terra circulariter mota est. ¶Secunda. Terra quiescit in medio. ¶Primo,Quia vt ignis ex omni parte euolat a medio ad extremũ,ita ex omni parte (si extra posita fuerit) terra fertur ad mediũ: & nunquã a medio,nisi vi pultrice pars aliqua terræ quãtulacunq; moueretur. quare tanto minus & tota terra. quiescit igitur natura in medio:corporis enim simplicis tantũ vnus est secundum naturam mot⁹. motus autem a medio,& ad mediũ contrarij sunt. ¶Secũdo mathematici astronomici volentes astrorũ motũ & situm iudicare,ponũt terram in medio quiescere. quiescit igitur terra in medio. ¶Tertia. Terra sphęrica est. ¶Prio. Quia q̃libet ps terræ grauitate sua tẽdit ad mediũ: & quæ maior est, decliue descendit, & minorem pellit,quousque æquata tumorẽ relinquat,atq; omnes a medio æqui

distent,hoc autem est figuram habere sphæricam. Et hoc idem quidam physiologorum asseruerunt,sed terram ad medium violentia ferri:nos vero natura. dixerunt eã ex omni extremorũ parte & æqualiter ptes terræ in medium latas. ¶Sed dubitant,si posita sit terra in medio,q̃ in vnius suorum hemisphæriorum medietate duplã retineat grauitatem,an terra illa mouebitur a medio,fietq; centrum eius alterum & totius centrum? ¶Nos vero dicimus terram eousq; natam moueri,quousque centrum eius cum centro totius simul sit:& non amplius:neq; oportere quamlibet partem centrum attingere. Quod quidem fit aut minoribus partibus a maioribus pulsis,aut terra (vt aiunt) hoc est per segrationem, genita, & ex omni extremorum parte partibus in medium latis: ita vt sit facta terra, & figuram sphæricã retinens. ¶Secundo. omnia grauia ad angelos partes sphærales,& non iuxta se inuicẽ & equidistantes lineas procũbunt,igitur nata sunt corp⁹ efficere spæricũ. Et igitur terra sphęrica, aut natura sphærica,nos enim hic talem terram probare intendimus,qualis suapte natura existeret, & non qualis vi & præter naturã existat. ¶Tertio. Luna cum eclipsim patitur, semper curuã habet seccantem lineam:vt illam ex globo recipiens,atqui talis eclipsis,fit terra soli & lunę interueniẽte media. Est igitur signũ,terram (qui sit sphærica) illius apparentię esse causam. Quarto,quia procedentibus nobis parum ab arcto ad meridiem. fit nobis nouus circulus horizon,& stellæ nobis apparere incipiunt,quæ semper occultantur arcton: vt in Aegyto & Cypro nonnullæ apparent stellæ q̃ in arcticis regionibus sempiternę occultationis existunt:& contra in arcticis, q̃ semper in Aegypto & Cypro lateant. Id igitur signum, non modo terram esse sphęricam, sed, relatione ad astra facta esse paruam. Si enim magnæ notabiliq; molis existeret, nõ statĩ nobis paululum translatis fierent hæ occultationes, & nouæ astrorum visiones. Et quod sit exiguæ molis sentiunt dicunt ad columnas vsq; Herculeas sese porriger emare Indicũ, inter orientem solẽ solemq; occiduum interceptum: & illic, vt apud Indos, gigni elephantes, quod loca hęc vt vicinitatis affinia consimilem participent naturam. Testantur itidem Mathematici, terræ magnitudinem ratiocinatione perquirentes: cui ambitum ascribũt quadraginta stadiorum myriadas: astris vero maiorem. Vnde fit eorũ assensu non solum terram esse sphęricam, sed ad astra cõparatione sumpta, modiculam esse. Sed de his hactenus.

Decimi quarti cap. scholia. XXXI. Terra in medio non circulariter mouetur. Quãuis terra indigeat virtute recipienda a cęlo,& non ediuerso, non tamen idcirco oportet terram moueri ad virtutes illas recipiendas. Nam id quod alio indiget, moueri debere ad illud intelligendum est, quando ipsum natum est assequi id quo indiget, per motum, vt auis pastum per volationem, non autem quando non est beneficio motus illud assequi natum, vt planta alimentum. Terra autem quiescendo nata est a cęlo virtutes recipere, & non opus est eam circulo intorqueri. Prętera optime se habens, vt inquit Aristoteles, ad assequandam sempiternitatem, non indiget motu & transmutatione. Alia autem post ipsum vt vitam eam assequantur, motu indigent. Cælum autem non est optime se habens, sed duntaxat primum ens & summum quod vitæ sempiternę est origo. Primũ quidẽ cælũ vt ei proximũ vnico indiget motu, & cęli inferiores pluribus, vt sempiternitatem habeant. Terra vero a primo ente remotissima, neque sempiternitatẽ habet, neq; motũ, quare non est ipsa ponenda moueri,& cęlũ quiescere. Neq; verũ est quietem motu esse pstantiorẽ, cũ in oĩbus cõperiatur habitus priuatione dignior esse, vt lumẽ in tenebris, nã motus potissimũ naturales rerũ naturaliũ non ordinentur ad quietẽ vt suũ finẽ, sed vt suum locũ natura lẽ res per motũ assequutę, ibidem melius conseruentur. Motus autem cælestes cum irrequieti sint & incessabiles, minime ad quietem ordinantur. Hinc non opus est quietem vt quiddã perfectius & cęlo,& motũ vt imperfectius terræ conuenire. Neque quies in reb⁹ naturalibus respõsum habet & assimilationẽ ad statũ in supramundanis cui motus aduersari videtur, & idcirco quies motu esse præstantior. Nam tametsi motus ob varietatis mutabilitatisque rationẽ habeat quidem statui repugnans, tamen ob operationem, actionisque rationẽ quam designat propemodũ statui assimilatur, & eius est imago. Quies autem cum ab operatione vocationem insinuet, distantiorẽ a supramũdanorũ statu (qui iugi operationi coniunctus est) habet naturã atq; conditionẽ q̃ motus. Accidit eã idem & totius & terrę eẽ medium, q̃admodum circuli minoris b, & maioris c, idem est centrũ a re ipsa, sed ratione diuersum. Nam dicitur centrum circuli b quia vndique æquidstat ab ei⁹ circũferentia. Centrum vero circuli c, quia omnes lineæ ab ipso ad circunferentiam, c ductæ, sunt æqua

Universidad de Deusto
Biblioteca

les. Sic ipsius terrę & totius vniuersi idem est centrum, idem in quam reipsa, & ratione diuersum. Nempe dicitur terræ, quod omnes lineæ ductæ ab ipso ad conuexum terrę, sunt ęquales. Centrũ vero vniuersi, quod omnes lineæ ductę ad supremi cæli cõuexum eductę ęquantur. Grauia tamen mouentur ad medium quatenus est centrum vniuersi, & non quatenus centrum terræ. Nam si tota terra intelligatur translata in concauum ignis cum centro suo, grauia ad eius cẽtrum non mouerentur, imo & terrę partes & tota terra cum suo centro ad vniuersi centrum mouerentur. Quod autem grauia tendant ad medium, ostendit Philosophus, quia ex quacunque cæli parte & quocunque spatio moueãtur, semper cadunt ad angulos rectos, vt graue h mouetur per spatium b e a, quod constituit angulos rectos sphærales b e l, & b e f. Et graue i ad angulos c f e, & c f g, rectos & sphærales, igitur omnia grauia ad vnum tendunt centrum. Nempe si ad diuersa tenderent puncta in terra signata, nõ mouerentur ad angulos rectos & æquales, sed obtusos aut acutos atq; inęquales, vt si graue d moueatur ad punctum b, & e ad punctum c, manifestum est angulum m concauum esse acutum, & n obtusum, item & angulum o obtusum, & p acutum. Quare cũ angulos faciant rectos cadendo, necesse est ea omnia grauia ad vnum centrum (quod est mundi totius medium) cadere. XXXII. Terra quiescit in medio. Non solum tota terra est nata in medio quiescere, sed & actu quiescit, immotaque suo loco permanet. Et quãuis in se habeat grauitatem deorsum motiuam, ea tamen non fraudatur suo fine, quia non est nata suum actum exercere, nisi terra fuerit extra suum locum naturalem. Quandiu autem terra in suo loco stat, facit grauitas eius actu quietudinem & permanentiam ad ipsam conseruandam, quod principalius est eius officium, vt ad quod motus secundum locum tanquam finem ordinatur. Et ne sic quidem grauitas ipsius est otiosa, quinimmo vnum habet quod actu exerceat officium. Nihilo minus tota terra nata est deorsum moueri. Nam cuiusliber corporis simplicis vnus est natura motus simplex, non quidem actu, sed aptitudine. Et q̃uis aptitudo illa quantum ad totam terram nunquam reducenda sit ad actum, non tamen dicenda est esse frustra & incassum in terra, cum non sit nata ad actum reduci quandiu terra fuerit in ea dispositione & situ quam habet. Aptitudo autem dicenda est frustra, quæ non reducitur ad actum, cum nata est reduci, vt si terra extra locum existens propriũ, amoto obstaculo non rueret deorsum. Neque inconueniens est terram simul natam moueri deorsum, & natam ibidem quiescere. Nam horum priuatiue oppositorum actus quidẽ vnius repugnat actui alterius, sed vnius actus, potentię alterius non repugnat, neque potentia actui, neque potentia potentiæ, quemadmodum in alijs oppositis contrarijs & contradictorijs idem compertum habetur. XXXIII. Tertia sphærica est. Quãuis in terra sint aliquæ partes eleuatiores, vt montes, & alię depressiores, vt valles, id tamen prędentem conclusionem non infirmat. Nam ipsa intelligitur de terra existente in sua naturali dispositione in qua esset si tota foret aquis adoperta, & non de ea quam nunc habet, cum ad salutem viuentium aliqua eius pars est arida, in qua montium eleuationes ad fluminum productionem, & vallium submissiones ad eorum receptionem sunt. Præterea partes illæ terræ quę aut editiores sunt, aut demissiores quam sphęricę figurę admittat, sunt admodũ exiguæ collactione facta ad totã terrã, & nõ tantæ vt valeant ei sphæricæ figuræ rationẽ tollere. Habent em̃ se ad totam terrã, vt granum milij extuberans supra globum, at ob tantillam partem non amittit globus sphæræ nomen, neque igitur terra ob montium in ea extantium eleuationem sicut & linea non definit dici circularis, ob id quod parum ab ęquidistantia centri digreditur. Sed dubitant, si posita sit terra in medio. Intelligatur terra diuidi in duas medietates, in quarum vna quæ sit a habeat grauitatem vt x. & in altera quæ sit b, grauitatem vt xx. vtraque mouebitur duntaxat ad medium, quousque scilicet centrum terræ sit coniunctum centro vniuersi. Non enim contingit medio longius pertransire. Nec obstat dupla vnius partis grauitas. nam maior virtus solum nata est per maius spatium mouere, dummodo non desit spatium motus, & ipsum mobile natum sit vlterius moueri. Hæc autem parti grauiori terræ assunt. Neque idcirco sequitur virtutem minorem æque velociter mouere suum mobile, sicut maior mouet suam medietatem. Nam tametsi maior non moueat per maius spatium, mouet tamen per idem spatium in minori tempore, quod ad rationem maioris velocitatis sufficit. Secundo. Omnia grauia ad angulos pares. Quod grauia procumbãt ad angulos pares & sphærales, contentos linea recta cadente super curuam, pauloante dilucidum euasit. Et eas lineas non esse ęquidistantes planum est. nam extra circunferentiam distantiores, & intra propinquiores, ad centrũ conueniunt omnes. Id autem sufficiens est ergumentum, quod nata sint corpus efficere sphæricum. Nam si caderent super terram omnino planam in directum, & secundum angulos rectos & rectilineos, caderent secundum lineas ęquidistantes neque vnquam coeuntes in idem punctum, vt si terra sit a b plana, & moueantur grauia in n & o secundum spatia recta c i, d K, e l, non facient angulos rectos & rectilineos, & cadent secundum lineas æquidistantes abinuicem neque efficient corpus sphæricum. Tertio luna eclipsatur semper. Dicitur hic luna eclipsari non cum tota priuatur lumine, nam tunc non recipit lineam secantem vnam partẽ ab altera, sed cum sed'm aliquam partem vt maiorem portionẽ aut minorẽ obscura est, & secũdum aliã illuminata. Quod cũ fit, vna pars lunæ ab altera secatur secundũ lineam arcualem & curuam, quę ob terræ interpositionem, puenit, & ob id oportet terram esse sphæricam, q̃admodũ si quicquã visui nostro interpositum & disco, ab eo ptem sed'm arcũ abscinderet, id interpositũ deberet esse sphæricũ, vt

Terram in medio qęscere.

Terrram esse sphæricam.



vndecimo huius cap. etiam dictum est. Si em̃ esset nõ sphæricum, sed directum, abscideret a disco partes secundum rectum. Ita & terra a luna, si ipsa esset plana, & in rectũ iacens, sicut tabula. Quarto præcedentibus nobis parum ab arcto ad meridiem. Cum quis procedit ab arcto ad meridiem, vt ab i ad k fit nouus horizon circulus c h, & prius fuerat d g, & stellæ o p incipiunt sic proficiscẽti apparere, quę eidem sub arcto existenti perpetuo fuerunt occultæ: sic & in arcto apparent stellæ q r, quę ad meridiem venienti occultantur. In prędcedenti a meridie ad arcton, vt a puncto K ad i, fit nouus horizon d g, & stellæ q r apparere incipiunt, quæ ab eodem in meride existente non videbantur. Contra vero stellæ o p eidem occultantur. nam fiunt sub horizonte, quæ ad meridem habitanti apparent supra horizontem. Et id non inefficax est argumẽtum quod terra sit sphærica.

¶ Paraphraseos in secũdum de cælo & mundo, Aristotelis, finis.

Primi capitis paraphraseos in III.

de Cęlo & mundo anotatiunculæ.

¶ Disciplinę, disciplinæ mathematicæ. Grauius primo, magis graue. Secundo minus leue. ¶ Itidem leuius primo, magis leue. Secundo, minus graue. Quẽadmodum maius dicimus magis magnum: & maius, minus paruum.

1 Ertius liber de Cęlo & mundo cõtinet octo capita. ¶ Primum vnam diuisionem, vnum corollarium, quinq; antiquorum opiniones, vnam cocnlusionem, & nouem rationes ad ipsam. ¶ Diuisio. Expedita de primo simplici corpore determinatione, vt de cęlo, ipsique affixis & in eo latis syderibus, cuius naturę sint, & qualia, quodque ingenita sint, atque incorruptibilia, nosse oportet eorum quę secũdum naturã sunt. hęc esse substantias, vt simplicia, cęlum, ignis, aer, aqua, terra: eorum partes, & quęcunque ex ipsis constant, vt animalia, plantæ, & metalla. hęc operationes, vt prędictorum motus, generationes corruptiones, auctiones, diminutiones, alterationes, et secundum eorum naturam propriamq; virtutem lationes. hęc autem passiones quædam, vt prędicta, & eorum
2 aptę quantitates, affectionesq;. ¶ Corollarium. Quo fit vt naturæ plurima determinatio circa corpora atque magnitudines versetur. ¶ Nam omnis naturalis substantia aut corpus est, aut non sine corpore, magnitudineve gigni contingit. vt contemplanti determinationem quam exegimus de natura, quam manifestissimum esse potest. Et quia de cælo satis expeditum putamus quale natura sit, qd̃ ingenitum sit, atque incorruptibile: nunc ad reliquorum duorũ generum grauis scilicet: atque leuis determinationem explendã nos conuertamus & pariter an generatio & corruptio ipsis competant. Et profecto aut nihil est generatio, aut solum ipsis, & quę ex ipsis contemperata sunt, congruere potest. Sed quid sense
3 rint antiqui, nunc videamus. ¶ Quinque antiquorum opiniones. ¶ Prima est Parmenidis & Melissi, generationem & corruptionem esse negantium. neque enim quicquam gigni, quicquamve corrumpi posse putabant, sed duntaxat nobis ita videri. Nonnulla enim præclare asserebant, esse scilicet quædam entia ingenita, incorruptibilia, atque immobilia: a quibus (quod sensibilia esse putabãt) ad hæc caduca se conuertentes, consimilia de ipsis asserebant. Sed hæc physica contẽplatione nõ moliebantur. Contẽplari enim an eiusmõi naturę sint entia, immortalitatis sorte potita, superioris philosophiæ est. & primi atq; sup̃mi philosophi. ¶ Secunda est huic primæ contraria oia genita esse atque incorruptibilia.
4 nihilque omnino ingenitum, & nihil interitus obitusque immune semper manere: sed aliquando casurum, quod sensisse videtur Hesiodus, & quę fuę appropin
5 quant sententię. ¶ Tertia est dicentium omnia genita esse: sed genitorum non-
6 nulla incorruptibilia manere. ¶ Quarta est Heracliti Ephesij, omnia continuo fluxu rapi dicẽtis, & nihil fixum, nihil iuge permanensq; manere: prętęr vnum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quiddam id enim ignem esse aiebat) ex quo omnia fierent, gignerentq;. ¶Quin 7
ta est astruentium omne corpus generabile dissolubileq; esse, generabile quidē
ex superficiebus, atque in superficies resolubile. ¶Conclusio. Corpus ex super
ficiebus cōpositum abire non potest. ¶Primo, Quia q̄ id asserunt, plurima ijs q̄ 8
in disciplinis cōperta sunt, contraria dicunt. Aut igitur a proposito resipiscant,
aut fortioribus & valentioribus rationibus (quales non sunt suæ imbecilles sua-
siunculæ) quod moliuntur efficiant. ¶Secundo. Idem subit iudiciū corpora ex
superficiebus compingi. & superficiem ex lineis, & lineam ex punctis abire con
flatam. Atqui prius in ijs qui sunt de motu, demonstratum est id esse non posse.
nullamque magnitudinem ex indiuiduis & insecabilibus conflari posse. Igitur
neq; corpora ex superficiebus conflabuntur. ¶Tertio. Si corpora ex superficie-
bus, & lineæ ex insecabilibus lineis cōponerentur, īpossibilia sequunt̄. Ponit em̄
Mathematicus magnitudinē in infinitū partitione decrescere, nullam aūt ap-
positione in infinitum augeri. nunc aūt oppositum in natura eueniret. in infini-
tum enim (q̄ decumberet ad minima) decrescere non posset: addi aūt ſp aliquid
posset. ¶Quarto. Multa sunt in natura, quæ indiuisibili subsistere nequeunt: vt
passiones. Sunt enī diuisibiles dupliciter. vno modo ſcd̄m speciem: vt color in
albedinem atque nigritiem. altero vero secundum accidens: vt quod ei quod di-
uidi possit. inexistant. Non itaque linea ex punctis superficies ex lineis & corp⁹
ex superficiebus abibit compositum. Et quod passiones illæ in indiuisibili non
subsistant, vt exempli causa grauitas & leuitas: amplius ostendo. ¶Primo. Nā
quicquid est graue, grauius aliquo esse necesse est: & quicquid leue, aliquo leui
us. Non tamen contra (vt vti consueuerunt vocabulis) esse oportet, vt quicquid
grauius, graue sit: & quicquid leuius leue: vt neque quicquid maius est, simpli-
citer magnum esse oportet. sunt enim multa simpliciter parua quæ alijs, vt suis
partibus, maiora dicuntur. Sed hanc significationem (si gratum est) missam fa-
ciamus. sitque quicquid grauius est, grauitate graue. ipsum siquidem diuisibile
est in excessum, & id quo excedit. Si igitur punctum graue esset, & ipsum diui-
deretur, hoc autem impossibile. Et si punctum nullum graue sit, neque linea ex
solis coalita & conflata punctis. & si non linea, neque ex lineis digesta superfici-
es. & si non superficies, ita quoque neque ex superficieb⁹ coalitum constitutum
que corpus. Qui enim fieri possit, vt totum graue sit, cuius partium nulla grauita
tis sit particeps? ¶Secundo. Omne graue densum est, & omne leue rarum. den-
sum autem a raro differt, quod sub æquali mole plus habeat potentiæ quod autē
tale est. euadit diuisibile. Si itaque punctum graue sit aut leue, abibit diuisibile.
quod impossibile est. ¶Tertio. Omne graue molle est, aut durum. Molle autē
est quod est in seipsum cedens, quod autem in seipsum cedit, diuisibile est. Ita si
punctū molle est diuisibile est. & ita si durū est. nam durū & molle opposita sunt
& quæ circa idem fieri nata sunt. ¶Quarto. Quia grauitas non euadit ex non
habentibus grauitatem: quod tamen contingeret. Sed quomodo determina
bunt ex quot grauitatum expertibus consurgat grauitas, & consurgere ne-
queat? Enimuero ipsis vel fingere volentibus promptum non sit. ¶Quin-
to in eodem grauí, quod ex pluribus constat, grauius est, hoc & ipsi admittunt,
quod autem grauí grauius est, ipsum graue esse necesse est: quemadmodum qd̄
albo albius est, & ipsum album esse oportet. Maius igitur vno puncto (quod
pluribus constet consimilis grauitatis) grauius esse necesse est. Dempto igitur
equali grauí, qui superest punctus grauitatem habebit. non enim grauí grauius
existebat, nisi grauitatis excesu. hoc autem modo ostensum est esse non posse.
¶Sexto. Si corpora conflarent̄ ex superficiebus, vt aiūt, & superficies ex lineis,
linea lineæ cōponerentur ſcd̄m longitudinem & secundū latitudinem apposita
cur itaq; non cōponatur supposita nulla potior ratio videbitur. Quod si ita fue-
rit, dabitur corpus q̄ ex superficiebus (quas ponunt elementa) non conflabitur

vt esto a linea quæ longa est: cui compono lineam c secundum latitudinem. erit
itaq; a c lōgum & latū. & lineę a compono lineam b, ei supponendo: quæ ideo cū
a videtur facere profundum. Erit igitur a c b longum, latum, & profundum:
quare corpus: non tamen ex superficiebus conflatum. ¶Septimo. In Timęo, su
perficierū multitudine corpora gauiora determinantur. Sed qua ꝓportione cor
pora ad superficies respondent, eadem supficies ad lineas, & lineæ ad puncta.
quare pari ꝓportione hæc grauitatē habere continget. Et si ita esse non poneret,
sed grauitatē in terra leuitatem vero in igne: difficultas vrget hanc superficierū
grauem esse, & illam leuem: q̄ consimilia ponit elementa. ¶Octauo. Nullā ma
gnitudinem continget esse diuisibilē: aut futurū est oia esse puncta. qua em̄ ratio
ne in hęc diuides, illa iterum diduces, quousq; ad superficies deuentum sit. Et su
perficies eodem iure abibunt in lineas, & lineæ in puncta tandem consumma-
buntur, & omnia puncta erunt. ¶Nono. Vt est de magnitudine, ita quoq; de tē-
pore euenire, par consentaneumq; est. Si itaq; magnitudo aliquando abitura est
in puncta. & non magnitudines: & temp⁹ in nūc & non tēpora resolubile est. Id
ꝓfecto esse non pōt. Et eadem incōmoda nonnullos aliorum Pythagoricorū se
quūtur, qui cęlū & naturalia corpora ex numeris constituunt. habent enim natu
rę corpora grauitatē & leuitatem. vnitates aūt adinuicem compositę, neq; corp⁹
efficere posse neq; grauitatem leuitatemve vllam habere videntur.

PRimi capitis tertij de cęlo & mundo scholia. VIII. Primo. nā quicquid est graue, gra
uius aliquo. In huius rationis priore parte grauius & leuius capiūtur primo modo
posito in notis, vt sit sensus. quicquid est graue, est magis graue altero, non quidē
actu existente, sed potētia, scilicet sua medietate. & quicquid est leue, est leuius altero
vtpote sua medietate. Nempe in corporibus simplicibus in maiore mole est maior
grauitas aut leuitas. In reliqua autē eiusdem rationis parte grauius & leuius capiuntur secundo
modo, & improprie, cum dicit litera nō oportere vt quicquid grauius sit, esse graue. Nam aer est
grauior, id est minus leuis igni, & tamen non est grauis, sic neq; quicquid est altero leuius, est leue.
Nempe aqua est leuior, hoc est minus grauis terra, & nō est leuis. Siquidem positiuus nō sequitur
cōparatiuum hoc secundo modo expositum, sed duntaxat primo, quemadmodū (inquit) nō opor
tet quicquid altero maius est, maiorēq; habet molem, esse magnum simpliciter, ingentisq; molis,
qua ad nullum aliud comparatū, magnum vocetur. Sunt enim multa exiguę molis, & sine colla-
tione ad alterum parua dicta, quę alijs vt suis partibus sunt maiora, quemadmodum granum mi
lij maius est sua medietate. Sed hæc secunda comparatiuorum acceptio scientijs est impertinens.
Quare concedendū est, quicquid grauius est, esse graue secundum primam disciplinisque accom-
modatam cōparatiuorū acceptionem, sicut quicquid altero calidus est. ipsum esse calidum. Si igi
tur punctum esset graue, daretur & vnum altero grauius. Si itaq; punctum a b grauius quam c d.
Tunc sic. omne excedens diuiditur in excessum, & id quo excedit. Diuiditur igitur punctum a b
grauitate excedens ipsum c d per hypothesin, in excessum æqualeve excesso a e, & id quo excedit
e b. Est igitur pūctum diuisibile. quod impossibile est, cōsequens positionem grauitatis in pūcto.
Quito. In eodem grauí quod ex pluribus constat, grauius est. Sit a b graue constitutum ex quinq;
punctis, & c d alterum graue compositum ex quatuor. Quia a b ex pluribus constituitur consimi
lis grauitatis, est grauius quam c d. vno quidem puncto b. Diuido igitur a b grauius in excessum
æqualeve excesso a e & id quo fit excessus, scilicet b. Cum a b sit grauius c d, quod æquatur ipsi
a e, consequens est & a b esse grauius a e. Quicquid enim est grauius vno ęque grauium, grauius
est & altero. Tunc sic. Punctum b superaditum ipsi a e facit totum a b grauius quam a e. igitur b
punctum est graue, nam non graue additum grauí non facit totum grauius sicut punctum addi-
tum lineæ non reddit lineam maiorem. Habebit itaque punctus grauitatem, quod prius ostensum
est impossibile. Quod ex superficiebus quas ponunt elementa, non conflabitur. Elementa hic di-
cuntur rerum principia, quę in alia non resoluuntur, quod priora non habeant, sed alia resoluun-
tur in illa, vt antiqui (quos hic improbat Philosophus) dixerunt superficies esse principia essentia
lia corporum, quas non ponebant resolui in alia. Negauerunt enim superficies in lineas resolui, &
ex eis componi, hinc superficies vocabant elementa corporum.



¶Secundi capitis annota.

¶Motus, motus secundum locū. ¶ Manere, quiescere. ¶Vis violentia. ¶Sup
ponimus, potentiam continue eandem manere, & quantocunque spatio mouere
& resistentiam vtcunq; placet eidem assignari posse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SEcundum caput continet quinque conclusiones, tres rationes, & vnum corollarium ad primam, tres rationes, & vnũ corollarium ad secundam. vnum corollarium ad tertiam duas rationes ad quartam, & duo corollaria ad quintam. ¶ Prima conclusio. Simplicium corporum aliquem natura motum esse necesse est. ¶ Primo. Quia quæcũq; mo
uentur, motũ ꝓprium & secdm naturã, aut vi ꝑterq; natu 9
ram, ꝙ idem est, habere necesse est. Simplicia aũt corpora, mota conspiciuntur. hnt itaq; motũ, aut natura, aut ꝑter naturam. Atqui si cõfitebere ipsa motũ ꝑter naturam habere, & eandẽ secdm naturam aliquem habebunt: vtpote qui prior. vnꝰ & simplex existat. ꝑter naturã aũt. posterior, & multi. Vnũquodq; enim etiã multos ꝑter naturam sustinet: secdm naturam aũt vnũ solũ. ¶ Secdo. Quicquid quiescit: aut vi, aut natura quiescat oportet. Et vbi vnũ quodq; vi quiescit, & vi quoq; fertur in illud. vbi aũt naturam, itidem & natura fertur in illud. Videtur autem in medio aliquid natura manere. natura igitur fertur ad medium. Si aũt quicq̃ vi quieuerit, ipsum ꝓhibet aliquid illinc emicare, inq; suum locum sese ꝓtinus restituere. ¶ Tertio. Si quiescentia rimaberis: aut tandẽ ad vnum natura quiescens, decumbes, aut in infinitum ꝓgredieris. ꝙ emm̃ præter naturam est, ad aliquid secdm naturã reducere oportet. Sed esto dicas cũ Empedocle terram rapida cæli vertigine, velocissimaq; illa circungyratione vi quadam sustineri atque quiescere. ergo aliquo moueri nata est. Cessante enĩ circungyratione (a qua coacte fulcitur, sustentaturque) moueret. & nõ in infinitũ. Nihil enim ipossibile, fieri natũ est. Infinitum aũt trãsilire spatiũ, ipossibile est. est igitur nata alicubi tandẽ natura manere. Ad illum igitur locum, quisquis is sit, naturalẽ motum habet. nam, vt dictum est, vbicunque quicq̃ natura quiescit 10
in idẽ natura ferri contingit. ¶ Corollarium. Qua ꝓpter minime Democriti & Leucippi sententia ꝓbanda est, corpora moueri in vacuo, pariter & moueri in infinito. Nã id docere debuerunt, quisnã ipsorũ in vacuo, & in infinito motus, quis secundum naturã, & quis præter naturam. Si enĩ, vt aiunt, alterum ab altero violentia pellitur, ipsis alterum motum natura conuenire necesse est: & primũ mouentem non vi mouere (mouet enim sempiterne) & primum motum non ꝑter naturã esse. est enim sempiternus. Et si non primum mouẽs secundum naturã deerit, violentia mouẽtium series, vt nullibi tandẽ casura. ifinita ꝓcedet. ¶ Secunda cõclusio. Neque stare põt Timæi sentẽtia elemẽta ipsa sese iordinate agitasse prius q̃ mundi opifex mundum ipsum condidisset. ¶ Primo. Quia aut is inordinatus motꝰ naturalis erat aut iniuria, ꝑterque natura factus. Si naturalis, 11
mundus igitur erat antequam conditus fuisset. nunc enim primum mouens natura mouisset, & grauia ad medium depressa fuissent, & leuia a medio emicassent. quæ mundi iam facti ordinatio est. fuisse itaque mundus. Liceret & quærere. an in illa motus inordinatiõe potuissent necne in talẽ mixtionẽ cõtemperãti amq; incidere, qualia videmus nunc corpora facta, vt osa, carnes, & neruos adinuicem compactos: quemadmodum canit Empedocles, cum multa capita sine ceruice & sine corporeo trunco iacerent, amicitia factum fuisse. Si ita fateamur & animalia & plantæ illic erunt. quare mundi ordinatio, aut hęc, vniuersali præcurrent mundo. ¶ Secundo. Qui aiunt infinita inordinato motu ferri in infinito, aut vnum ipsorum motum faciunt, si ita: & omnia vna latione feruntur, & nõ iordinata. Sin minus, infinitę erunt lationes. quod est impossibile: Si enim finitę, ordo dabitur aliquis. Non ei quod non ferantur in idem, iordinato dicitur quemadmodum & nunc mundo (vt videmus) perpulchre ordinato, non omnia feruntur in idem, sed ea quæ consimilis congeneæque sunt naturæ. ¶ Tertio. Inordinate, nihil aliud quicquam. præter naturam esse videtur. ordo enim sensibilium, vniuscuiusque propria natura est. Atqui incommodum est infinito motu longissimoq; tempore pręter naturam quicquam motum fuisse: quin po

tius naturę hę conditiones cõpetunt. esset itaq; potius inordinatio secundũ naturam, vt q̃ infinito, lõgissimoq; tpe fuerit: ordinatio autẽ pręter naturã. quod
12 q̃ sit absurdum, ipsi viderint. ¶ Corollariũ. Quo fit vt ob idipsum Anaxagoras
13 belle excogitasse videatur mundũ ex imobilibus primũ inchoatũ fuisse. ¶ Tertia. Etsi aliqui ex segregatis motum admittant, gnationem tñ nõ inueniunt ra-
14 tionabilem. Nam cęlum ipsum segregatione (vt quod delituisset imersum) rationabiliter gnare nequeunt. ¶ Corollariũ. Ob id itaq; ipsum Empedocles cęlum non ex segregatione gigni voluit, sed ex segregatorũ iterum cõgregatiõe. Confinxit emm̃ amicitiã, quę quędam abvno (vbi oia congregata fuerant) dissociante lite, discollecta iterum colligeret, conuiret, atq; cõgregaret. sicq; genitũ
15 factumq; fuisse cęlũ. ¶ Quarta. Quod sursum aut deorsum mobile est, ipm aut leue, aut graue esse necesse est. ¶ Primo. Sit a non graue, b vero grauitatem habens: feranturq; simul deorsum, si fieri põt: absoluatq; b spatiũ d e in tpe f. In eodem tpe a aliquid spatij d e abibit. sitq; d g. Diuido enim grauitatem b, sumoq; partem, quę sic se habeat a d g, sicut totum b ad d e. id emm̃ possibile est. Cum itaque b per totum d e moueretur, pars ea (quęcunque fuerit) solum per d g mouebitur, & per idem spatium d g: & in eodẽ tpe positum est a moueri. feruntur igitur deorsum per ęquale, & in æquali tempore, non graue, & grauitatem habens: quod est impossibile, & ita de leui (si gratum est) argumentetur. ¶ Secundo. Si quid moueatur quod neque leuitatem neque grauitatẽ habeat, mouebitur vi, & infinita velocitate: aut graue, & grauitatis leuitatisq; expers, ęquale & in æquali tempore absoluunt. sit itaque a non graue, & b grauitatem habens: & moueatur a per spatium d e: & in eodem tpe, vt verbi causa f, virtus aliqua pellat b grauitatem habens: spatio d g: quia si aliqua potentia maius in aliquo tempore & aliquanto spatio moueat, eadem potentia in eodẽ tpe maiore spatio pellit minꝰ. Diuido ergo graue b, capioque partẽ quancunque, q̃ sic se habeat ad potentiam motricem ipsius b, sicut d g ad d e. quia potentia data mouet b per spatium d g in tpe f, eadem potentia mouebit partẽ illã grauitatis participẽ in eodẽ tpe, & toto spatio d e: & i eodem tpe & spatio ferebatur a neque leue aut graue. quare graue, & grauitatis leuitatisque expers, ęquale & i ęquali tpe absoluũt. quod est impossibile. Et si iterum infinito motu ferebatur, graue infinito motu & eo
16 dem spatio ferebat, quorũ vtrũque impossibile est. ¶ Quinta. Aliquis motꝰ natura, & aliquis violẽtus existit. Nã natura principiũ est motus & quietis eius in quo est. Vis aũt virtus est ab alio secundũ quod aliud. Motꝰ igitur q ab eo quod intra est principio existit, iure natura dicitur. q vero ab altero exteroqne, vt alterum est, iure dicatur violẽtus. Et hic quidẽ violẽtus non omnino est: vt motus lapidis deorsum, quoties velocior ꝓcreatur, q̃ naturę suæ sit accõmodꝰ, ꝓpriaque pariat virtus. Ille vero omnino pręter naturã est, vt lapidis sursum propulsus. Et vis ipsa ad hos vtrosque aere tanq̃ apto vtitur organo: ꝙ vt grauis & vt leuis, ancipitisque naturę natus sit esse, & virtutẽ ab ipsa vi velut impressam retinens: qua nunc vt grauis deorsum præcipitat, nunc vero vt leuis agitat sursum.
17 ¶ Primum corollarium. Vnde cognoscitur euenire violenter agitatum ferri
18 principe mouente ipsum non assequẽte, sed sepato, abiũctoque. ¶ Secundum. Fit etiam vt nullo tali existente medio corpore, nullus violentus omnino procrearetur motus, neque secundum naturam vllus. vniuscuiusque enim motum eodem modo promouet. Sed ꝙ graue, ꝙ leue esse oporteat, quis secundum naturam motus, quisve contra dicatur violentus, hactenus dictum est.

Secundi capitis scholia. IX. Vnunquodq; emm̃ etiam multos pręter naturã sustinet. Cum dicit litera, corpus naturale vnũ solum habere motũ secũdum naturam, id secundum materiã subiectã intelligitur de corpore naturali simplici, vt igne, aere, & cęteris, & non de composito. Aial enim plures habet secundum naturam motus, vt anser volationem, progressionẽ, & natationem, quanuis vnunquodq; compositum tantum vnum habeat motũ naturalem secundum locum, factum a qualitate elementari, vtpote

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſecundum naturã elementi prędominantis, vt homo deorſum ſimpliciter mouetur. XIIII. Confinxit enim amicitiam.quę quędam ab vno. Etſi amicitia vniuerſalis apud Empedoclem mundi corruptionem efficiat, per congregationem rerum in confuſam molem, particularis tñ amicitia ſecundum ipſum concurrit etiam ad rerum productionem. Poſitq̃ enim lis diſſociauerit aliqua corpora ab vno aceruo, ponit amicitiam illa diſcollecta vnire atq; congregare, ſicq; factum eſſe cælum, & ita litem prędparare materiam, amicitiã vero formam ſuperaddere, perinde atq; in arte materia ſegregata diſponitur, deinde compacta formam accipit. XV. Diuido em̃ grauitatem b. Sumatur pars grauitatis b, ſcilicet c, quę ita ſe habeat ad d g partẽ ſpatij, ſicut tota grauitas b ad totum ſpatium d e. Exempli gratia, ſicut grauitas b ad ſpatium d e eſt dupla virtute, ita c particuli grauitatis ad d g partem ſpatij ſit dupla. Tũc ſic. Sicut ſe habet b ad totũ d e, ita c ad d g p̃ hypotheſin. ſed b ptranſit totum ſpatium d e in tempore f, ergo c pertranſit ſpatium d g in eodem tempore. Æquali enim exiſtente proportione, ęquali tp̃e fiunt motus. Et per idem ſpatium d g, & in eodem tempore f, poſitũ eſt a non graue moueri, igitur c graue (cum ſit pars grauis b) & a non graue in eodem tempore per idem mouentur ſpatium, quod eſt inconueniens in litera adductum. Quia ſi aliqua potentia maius in aliquo tempore. Hęc propoſitio (ſicut admonent etiã notæ) intelligitur dummodo non deficiat ſpatium. nam ſi deficeret ſpatium, id non oporteret, vt ſi grauitas vt xij. pellat pedale terræ vſq; ad centrum mundi, non oportet eãdem grauitatem, propellere ſemipedale eius vltra centrum. non enim contingit medio longius pertranſire. Atqui a (vt data propoſitio huic loco applicetur) eſt minus mobile, b vero maius, ſiue magis reſiſtens, ergo ſi a mouetur in tempore f per totum ſpatium d e, b ab eadem virtute mouetur parte ſpatij eodem tempore, vt d g. Itaq; capio ipſius grauis b partem quancunq; vt c, quæ ſic ſe habeat ad potentiam motiuam b, ſicut d g ad d e, vtpote ſecundum ſubquadruplum. Cum virtus c ſit quadruplo minor quam ipſius b, quadruplo minus reſiſtit potentiæ motiuæ ſurſum q̃ b, quare eodem tempore f per quadruplum feretur ſpatium, vt d e. Nam ſi aliqua potentia maius mobile aliquo tempore & aliquanto mouet ſpatio, eadem potentia in eodem tempore maiore ſpatio pellet minus. Et per idem ſpatium d e, eodemq; tempore f ferebatur a, neque graue neque leue. mouentur igitur æque velociter non graue & graue, quod eſt impoſſibile.

¶ Tertij cap. annotat.

¶ Dictum Anaxagoræ, omnia in omnibus eſſe, intelligendum eſt ſecundum ſpeciem, & non ſecundum numerum, eſtque idem ac ſi dicatur quælibet eſſe in quibuslibet. ¶ Alterum, alterum elementum.

TErtium cap. continet tres queſtiones, & reſponſiones ad ipſas. ¶ Prima queſtio. Quibus corporibus conueniat generatio? ¶ Secunda. Cum prima corporum ſint elementa, quid elementum, quot & qualia ſint? ¶ Tertia. Vtrum elementum (vt volunt nõnulli tantum vnum eſſe ponentes) ſpecie ſit indiuiſibile? ¶ Primæ reſpondet Empedocles, quatuor eſſe elemẽta, ignem, aerem, aquam, pariter & terram, ingenita atque incorruptibilia, ex quibus oia alia generantur, componuntur, ac fiunt. Eidem quoq; queſtioni reſpondet Anaxagoras Empedocli contrari⁹, aduerſatusq;, ponens homœomeras atomos oſſis, carnis, & nerui, prima principia, omniumq; ſemina rerum: ex quarũ commixtione ætherem & ignem (hæc enim eadem putat) aerem, aquam, & terram gigni putauit: & ob ſui paruitatem, atoma carnis & oſſis, oculis inuia, imperceptibiliaq; eſſe, omnia tamen omnib⁹ ineſſe congregata, & omnia ex ipſis genita eſſe, coalita atq; conflata. Sed poſteri⁹ cum de gñatione & corruptione exactius pertractabimus, noſtrum afferemus iudiciũ. ¶ Secundę hanc adhibemus reſponſionem. Elementum eſt in quod intus exiſtens aut potentia aut actu, alia corpora diuiduntur: ſpecie quidem irreſolubile in alterum. Quo fit, vt ſi tale ſit elementum, & carni & ligno inſint elementa potentia, vt ignis & terra: quandoquidem a carne & ligno diſgregabilia ſunt. caro autẽ aut lignum neq; igni actu, neque potentia ineſt: vt quę nunq̃ ſegreganda ſint ab igni. Quot autem ſint, & qualia ſint, poſtea futurus eſt accommodatior ſermo. ¶ Tertiæ præterea reſpondere licet, elementum in diuerſa ſpecie ſecabile diuiduumque eſſe, multaque eſſe elementa. ¶ Hoc profecto ſimplices motus liquido monſtrant. ſunt enim motuum hi ſimplices, hi vero mixti. ¶ Simplices autem ſimplicibus corpo-

19
20
21

ribus accommodantur: compoſiti vero, compoſitis. & vnicuiq; naturali corpori proprius eſt motus. Atqui manifeſtum eſt motus ſimplices plures eſſe, erunt igitur plura elementa.

TErtij capitis ſcholia. XXI. Secundæ hanc adhibemus reſponſionem. Elementa bifariam diffiniri poſſunt. primo, ꝓ ſunt corpora ſimplicia quę cum non ſint ex alijs, neq; ex alterutris, ex ipſis omnia alia fiunt. Omnia inquam alia corpora naturalia mixta fiunt, non quidem ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum qualitates elementorum contemperatas. Secundo, elementum eſt, quod cum ſit in mixtis aut actu, aut potentia, corpora mixta in ipſum diuiduntur, quod quidem in alterum elementum ſpecie reſolubile eſt. Eſſet quidem elementum in mixtis actu, ſi ſecundum ſuam ſubſtantiam in mixtis exiſteret, perinde atque materia in re naturali. At cum impoſſibile ſit eiuſdem rei naturalis plures eſſe formas ſubſtantiales, manifeſtum eſt elementum non eſſe in mixtis actu. Elementum vero eſt in mixtis potẽtia, cum elementorum qualitates in mixti potentia & materia contemperatæ ſunt, vt ignis in homine eſt, quia contemperamentum ignis, & ita de alijs. Et hoc modo elementum concedi debet eſſe in mixtis, ſicut & mixta ex elementis componuntur, quia in ſua materia debitum ſuæ naturæ habent qualitatum elementarium contemperamentum. Et elementum prædominans dicitur in mixto, cuius in illo mixto contemperamentum excellentius eſt & exuberantius quam aliorum elementorum. Sic in elementa, ipſa mixta diuiduntur, quando ipſorum elementorum qualitates adinuicem contemperatas reſoluuntur, vt in igneum contemperamentum, aereum, aqueum, & terreum. Et elementum eſt irreſolubile in alterum elementum, vt ignis non reſoluitur in aerem, neque aquam, neque terrã, licet bñ diuidat in idẽ ſpecie, ſcilicet particulas ignis. Similiter elemẽtũ eſt irreſolubile in corpora mixta, vt ignis non reſoluitur in carnẽ & lignũ, cũ hęc non poſſint ab igne ſegregari.

¶ Quarti capitis annotat.

¶ Democritus, Abderites dictus eſt ab Abdera vrbe Thracię (quæ nunc quoque Clazomene dicitur) clara quidem, ꝓ olim ab Abdera Diomedis ſorore condita fuerit: at ortu Democriti phyſici longe clariore. ¶ Quid pyramis rotunda, quid rectilinea, quę & laterata dicitur, ex ſeptimo naturalium require. ¶ Sphæra vero ſolidum eſt, a centro ad circunferentiam omnes rectas eductas lineas æquales habens.

22 OVartum cap. continet duas concluſiones, quatuor rationes ad primã, & nouem ad ſecundam. ¶ Prima. Non ſunt infinita elemẽta homœomera, quẽadmodum poſuit Anaxagoras. ¶ Primo, quia falſa vtitur dignitate, malave ſuppoſitione: quicquid homœomerũ eſt, eſſe elementũ. Nã videmus multa mixtorum corporũ homœomera eſſe, vt lignum, vt lapis, in homœomerasq; partes ſolui: quæ manifeſtum eſt non eſſe elementa. Nõ itaq; erit oẽ homœomerum corpus elementum: ſed (vt diximus) irreſolubile, indiuiſibileq; in alterum ſpecie. ¶ Secundo. Ita ſumentes elementum, nulla neceſſitate vrgentur ponere infinita: ſed omnia etiam finita faciẽdo, æque vt ex infinitis ſaluare moliuntur, ſaluare poterunt: vt ponendo duo, tria aut quatuor, aut quocunque alio numero: quemadmodũ facere conatus eſt Empedocles. ¶ Tertio. Ipſi accidit non omnia ex homœomeris quibuſcunq; facere: vt faciem non facit ex faciebus: nequevnunquodq; ſecundum naturam figuratorum. ſatius igitur ipſa poſuiſſet finita. infinitum enim nihil excludere videtur. Et ſane melius finita, quæ vt minima omnium ex eiſdem futurorum oſtendiſſet, conformior diſciplinarum authoribus, qui proloquium dignitatemq; accipiũt, principia finita eſſe aut quantitate, aut ſpecie. ¶ Quarto. Corp⁹ a corpore ſecundũ proprias differentias differt. Corporum autem adinuicem differentiæ finitę ſunt: vt alio manifeſtandũ eſt loco. Differunt em̃ affectionibus ſenſibilibus. Sunt igitur elementa finita.

23 ¶ Secunda concluſio. Neque recte putat Democritus Abderites, eiuſdemque conſectator Leuciippus, primas eſſe magnitudines multitudine quidem infinitas, magnitudine autem indiuiſibiles: & ex vno nõ multa, neq; ex multis vnum: ſed horum complicatiõe confuſioneq; omnia gigni. ¶ Primo. Quia modo quodam omnia faciunt numeros, & ex numeris: tametſi id plane non dicant. ¶ Secundo, quia corpora figuris differre aiunt, & quia infinitas ponunt figuras, itidem & infinita ponũt ſimplicia corpora. ¶ Tertio. quia quę elementis figuræ

Universidad de Deusto
Biblioteca

accommodandę ſint,niſi igni,cui ſphæram attribuunt, non determinauerunt: ſed aerem,aquam,& terram magnitudine,& paruitate diſcreuerũt:tanq̃ ea ſint omnium quę elemẽta nuncupamus,velut panſpermia,ſeminariumq;. ¶Quarto. Sic dicentes,infinita rebus faciunt principia:& hoc quidẽ abſurde.nam elementorum differentiæ non ſunt infinitę,neq; infinitę videtur. ¶Quinto. Qui corpora,magnitudinesve ponunt inſecabiles,mathematicas tollũt diſciplinas, ſenſum negant,multaq; ipſis eiſdem de motu & tempore concedere accidit incommoda,quę alio a nobis adducta ſunt loco. ¶Sexto. Pugnantia dicunt. Qui enim fieri poſſit,vt elementa,ignis,aer,aqua,terra,magnitudie &paruitate differant,ſi inſecabilia ſint,vt ipſi aſſerunt? ¶Septimo. Dicũt aerem,aquam,terram,ex ſe inuicem fieri.Sed quomodo? deficiunt enim ſemper maxima corpora ſegregata.non itaq; fiũt ex ſe inuicem,ſi inſecabilia ſint. ¶Octauo.Horum profecto ſuſpicione,quod corpora differant figuris,haudquaquam elementa poni debent infinita.Ponunt enim figuras omnes ex pyramidibus componi, rotundas quidem ex rotundis,& rectilineas ex rectilineis. & ſphærã ex octo partibus.neceſſe enim eſt aliqua eſſe figurarum pricipia,quę ſi duo fuerint, & duo erunt elementa,principiaq;.ſi tria,erunt tria, & ita de numero alio quocunque. quare & totidem & finita quidem aſſignare debuiſſent ſimplicia corpora.
¶Nono.Vnicuiq; ſimplicium corporum eſt vnus proprius motus & ſimplex. motus autem ſimplices finiti ſunt.nam ſimplices lationes duę ſunt,& non plures,circularis,atque recta.Neque quidem infinita ſunt loca, ad quę infinitę lationes eſſe poſſint.Non ergo infinita erunt elementa.

Varti capitis ſcholia. XXII. Et ſane melius finita, quæ vt minima. Proprium eſt cuiuſuis diſciplinæ, aut rei elementis, atque principijs, q̃ ſint minima atque ſimpliciſſima eorum quę ex ipſis componuntur,vt literę ſunt elementa in grammatica,& minima eorum quæ tractat grammaticus. dicibilia ſunt logicę elementa, & eorum minima quæ conſiderat logicus. materia & forma ſunt principia rerum phyſicarum, & minima atque ſimpliciſſima phyſicæ, vt vnitas arithmeticæ. Vtuntur præterea diſciplinæ & hac dignitate. Principia finita ſunt aut quãtitate,aut ſpecie. Quantitate quidem,& magnitudine & multitudine,quemadmodum literæ in grammatica finitæ,& extrema in logica.Specie vero, quando ipſa principia explicantur rationib⁹ communibus numero quidem finitis,vt principia phyſica his ſpecialibus rationibus materia & forma.Mixtorum principia hiſce quatuor rationibus ſpecificis(vt aiunt)igne,aere,aqua,& terra.Itaque quantitas in hac dignitate rem ipſam reſpicit,ſpecies vero principiorum rationem. Quarto. Corpus a corpore ſecundum proprias differentias differt. Propriæ differentiæ hic dicuntur accidentia ſenſibilia,quæ vni conueniunt,alteri vero non, vt grauitas terræ, & leuitas igni. Et huiuſmodi differentiæ finitæ ſunt numero atque determinatæ.Sumuntur enim ſecundum quantitatem, vt raritas,leuitas,ſecundum qualitatem,vt caliditas,frigiditas,& ſecundum vbi,vt latio ſurſum,& latio deorſum.Et in vnoquoque accidentium genere totidem ſunt accidentarię differentiæ,quot ſunt elementa. XXIII. Ponunt enim figuras omnes ex pyramidibus componi. Perperam aſſerunt omnes figuras ſolidas componi ex pyramidibus, quandoquidem ſphæra ex pyramidibus minime conſtituatur,vt quæ ſit prior & ſimplicior.Sicut enim circulus ad trigonum,ita ſphęra ad pyramidem.Circulus autem ex trigonis non componitur,neque in eos reſoluitur.nam planarum figurarum eſt prima.igitur neque ſphæra(quæ ſolidarum itidem eſt prima)non cõpacta eſt ex pyramidibus,haud aliter quam vnitas non conflatur ex ternario.

¶Quinti capitis annotat.

¶Paruarum partium,ſubtiliorum partium,pauciorisque ſecundum extenſionem potentiæ. ¶Magnarum vero, pluris ſecundum dimenſionem potentiæ. ¶Ratio,proportio.

Vintum cap.continet quatuor antiquorum opiniones,tres concluſiones,& tres rationes ad primam,tres ad ſecũdam. ¶Quatuor antiquorũ opiniões. Prima eſt ponentium tm̃ vnum eſſe elementũ,& ipſum eſſe ignẽ. ¶Secũda eſt ponentiũ ipſum eſſe aerẽ. ¶Tertia eſt ponentiũ eſſe aquã. ¶Quarta itidem tm̃vnum eſſe aſſerẽtiũ,aquę,aeriſq; medium,& aqua ſubtilius,& aere denſius,cęlos & omnia con-

25 tinens, magnitudine infinitum. ¶Prima concluſio. Perperã aſſerunt tale aquę aeriſq; medium,cęteris eſſe elementũ. ¶Primo,Quia ex ipſo dẽſitudine & raritate alia igni volunt.Verum eũuero ita dicentes,ſibi ipſis repugnãt,aliquid ipſo elemento principioq; prius facientes. Eteñ rarius,incõpoſitius, & in quod potius dẽſiora reſoluantur,denſius autem compoſitius, quare cum cõpoſitio ſit ex elemento.reſolutio vero(quẽadmodum aiunt)ad elementum, potius ipſum rarius, vt aerẽ,ponere debuerunt elementũ,imovero cum ipſi fateantur ignem eſſe oim rariſſimum,ipſum maxime omnium ponere debuerunt elemẽtum.Et nihil refert an ignis rariſſimus ſit admittant,necne, nã alterũ rari⁹ admittunt, quare aut ipſum,aut tandẽ vnum aliud dabitur,quod principium erit,& non ipſum medium. ¶Secundo.Nil differt denſitudine & raritate alia igni, groſſitie & ſubtilitate,eſt eñ groſſum,denſum:ſubtile vero,rarũ.Rurſum quid groſſitie & ſubtilitate,illa igni ſit,niſi magnitudine quadã & paruitate? Groſſum eñ,magnarum partiũ eſt: ſubtile vero,paruarum, quod eñ in multum extenſum fuerit,ſubtile eſt,& ex paruis conſtare dicitur partibus.Sed tunc quid obſecro aliud facere videntur,niſi rerum ſubſtantias magno, & paruo diſcriminare, & omnia ad aliquid facere? ſunt eñ magnum & paruum ad aliquid,quare nihil ſimpliciter abſoluteque ignis,aer,aqua,aut terra,quod ipſi viderint. ¶Tertio. Præterea ſi ipſa magno & paruo diſcriminant, erit quędam ratio proportioque magnitudinum adinuicem. quare quæ rationem aeris ad aquam habet, aer eſt: & quæ aquę ad terram,aqua.Sit itaque ignis in maiori ad aerem ratione,aer ad aquam,aqua vero ad terram, quia in maioribus minorum rationes inſunt. erit igitur aliquid ignis ſic ſe habens ad aquam,ſicut aer:& aliquid ad terram, ſicut aqua,quare ipſius hoc erit aer, illud vero aqua. Hoc idem oſtendere liceret de
26 terra,ſi maiores in denſioribus adſciſcant rationes. ¶Secunda.Qui ignem omnium ponunt eſſe elementum,tametſi hæc diffugiant incommoda, in noua tamen incidunt,atque peculiaria. ¶Nam hi bifidi bipartitique ſunt,hi enim figuram vt pyramidem igni accommodant,illi vero nullam. Qui figurã accommodant,hi ineruditius &(vt ita dixerim)craſſiori Minerua id faciunt,cauſam ſubdentes,quod acutiſſima figurarum ſit pyramis,ignis autem acutiſſimũ corporum ſit. Alij paulo perſuadentiore nituntur ratione, q̃ corpora omnia ex eo q̃ ſimpliciorum ſubtiliorumq; partium eſt, cõponuntur, & figuræ ſolidę ex pyramidibus abeunt cõpoſitę.Quare cum ignis corporeũ ſubtiliſſimum,& ſimpliciſſimum ſit,& pyramis itidem ſolidarum figurarum ſimpliciſſima,iure igitur primo & ſimpliciſſimo corpori aſciſcenda eſt. Qui vero igni nullam aſcribunt figuram,ipſum ſolum ſubtiliſſimarum partium eſſe ponunt, ex quo vt cõpoſitionẽ accipiente alia igni dicunt, perinde atq; auri arenę cõflãtur coaleſcunt-que. ¶Sed ita dicentibus accidere incõmoda nunc aperiamus. ¶Primo.Quia ſi partes illę ex quibus ipſum conſtituũt, indiuiſibiles eſſe ſtatuantur,rationes prius poſitę ita eſſe vetant,& iterũ quod ſubiungim⁹.Si itaq; indiuiſibiles ſunt, cum ex ipſo conſtituatur aer,aqua,terra,talia corpora ſibijnuicẽ partium ꝓportione reſpondent.Quę eñ magnitudines ſimilium partiũ(quales erunt indiuiſibiles oẽs)conſtituunt,ꝓportionaliter adinuicẽ ſeſe hñt,vt oẽs partes aquæ ad partes aeris atq; ignis,& totũ ad totum, & ita in cęteris,q̃uis forte aer plus aqua habeat,& ſubtiliſſimũ dẽſiſſimo. quare ſi minor magnitudo ĩ maiore exiſtit,& ignis magnitudo ſit maxia,reſolubilis erit in aerẽ,in aquã,& reliqua,quare elementũ nõ erit.Et ita ſi poſueris aquã maioris magnitudis, & ipſa erit, & aer,& ignis.Et cur etiã,cum oia ęque ſimplicium partium fuerint,hoc q̃ illud potius ſtatuatur elementũ. ¶Secundo,eſto,nunc agamus,dicant eſſe diuiſibile,qui figuram ei ꝓpriã aſcribunt.Pars igitur ignis nõ erit ignis,quia pyramis ex pyramidibus nõ conſtet,imo corp⁹ erit,quod neq; elementũ, neq; ex elemẽto erit vt pars ignis,quę elementũ non eſt, cum minime ſit ignis, neq; aliud elementorũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quicqua m, neq; ex elemento est. Et qui figuram ipsi non adsciscunt, magnitudi ne determinant, quare aliquid elementi potius elementum erit, cũ sit minorum partium, & hoc abibit in infinitum, aut tandem ad indiuisibile decumbetur, ele mentum em̃ id erit ꝙ minimarũ partiũ fuerit. Erit itẽ illa magnitudinũ ratio, quã supra arguim⁹, & hoc, ad hoc ignis, ad hoc aer, ad hoc aqua, atq; terra. ¶ Ter tio. Et hi & cẹteri q vnum solum ponunt elementũ, cõmune vitium atq; repre hensionem incurrunt, ꝙ vnum solum faciant naturalẽ motum. Oẽ em̃ naturale corpus motus habet principiũ, oibus igitur existentibus vnũ, vnus erit motus, & ad eundem terminum, vt si oia sint ignis, sursum, & quanto maiora fuerint, plusq; ignis habuerint, tanto velocius sursum emicabunt, quẽadmodum maio ris molis ignis velocior sursum latio est, nunc autem huius oppositum videmus in multis, quẹ maiora mole, velocius deorsum corruunt. Nõ igitur oim elemen tum erit ignis, aut aliud qu odcũq;, tum ob prẹdictas, tum ob alias a nobis prius adductas rationes. ¶ Tertia conclusio. Plura & finita esse elementa necesse 27
est. ¶ Nam infinita esse non posse probatum est, nũc autem probatum est non tantum esse vnum. Sunt igitur plura & finita.

QVinti capitis scholia. XXV. Quare cum compositio sit ex elemento. In oi disciplina arte & natura id compertum est, compositionem ex elemento, & resolutionem ad elementum fieri. In grãmatica em̃ syllabarum ex literis compositio, & rursum composi tarum in literas fit resolutio, quẹ sunt elementa grãmatica. In logica propositionum ex terminis constitutio, & reuocatio in terminos, quẹ sunt elementa logica. In geometria propo sitionum ex principijs demonstratio, & in ipsa principia reductio. In Physica demum rerum na turalium ex materia est compositio & in materiam resolutio. Quod & ĩ arte quoq; exploratum est. Sit itaq; ignis in maiori ad aerem ratione. Sit ignis ad aerem in proportione quadrupla, & vt xxiiii. ad vi. aquã in tripla, & vt vi. ad ii. aqua vero ad terrã in dupla, & vt duo ad vnum. Tunc sic. In maioribus proportionibus sunt minores, tanquam in totis suæ partes, erit igitur aliqua pars ipsius ignis (quæ sit a) sic se habens ad aquã, sicut aer ad aquam. quare a pars ignis erit aer. Quod enim eam habet magnitudinis proportionem ad aquam, q̃ aer ad aquam, est aer. Similiter erit aliqua pars ignis vt b, sic se habens ad terrã, sicut aqua ad terrã, igitur b erit aqua. Quod em̃ proportionem magnitudinis habet ad terrã, quam aqua ad terram, est aqua. Igitur ipsius ignis vna pars erit aer, & altera aqua, quod est impossibile. Sic & de terra ostendere promptum esset, si densiorum corporum ad cẹtera maiores ponat proportiones, vt præsens ostendit figura.

Maiores rariorum ad cætera proportiones.				Maiores densiorũ ad cætera proportiões.			
Ignis	xxiiii	A pars ignis	vi.	Ignis	i.	A pars terræ	vi.
Aer	vi.	B pars ignis	ii.	Aer	ii.	B pars terræ	ii.
Aqua	ii.	A vt aer		Aqua	vi.	A vt aqua	
Terra	i.	B vt aqua		Terra	xxiiii.	B vt aer.	

XXVI. Causam subdentes, ꝙ acutissima figurarum sit pyramis. Qui hanc contexunt rationẽ ex solis affirmatiuis in secta figura syllogismum constituunt, & insuper multiplicatẹ fallũtur. Nam pyramis, acuta est figura, ꝙ in acumẽ erigatur. Ignis autẽ dicitur acutus, quia facile sensũ pene tret sua virtute actiua. Alij vero aliam rationẽ astruentes, assumptionem falsam, ꝓponunt, pyra midem scilicet solidarum figurarũ esse simplicissimã. nam sphærica figura quæ vnica superficie cõtinetur, simplicior est pyramide, quẹ pluribus clauditur superficiebus, sicut circul⁹ triangulo. Prẹterea constituunt & hi syllogismum in secunda figura ex solis affirmatiuis. Quare si minor magnitudo in maiore existit. Sit magnitudo ignis vt viii. aeris vt vi. aquẹ vt iiii. & terrẹ vt ii. In magnitudine ignis maiore, est magnitudo aeris minor, scilicet vi. & aquẹ iiii. & terræ ii quẽ admodum in octonario est senarius, quaternarius & binarius. Et igitur ignis in aerem, aquam, & terram, vt suas partes resolubilis, & per consequens non est elementum, non elementum est irre solubile in alterum specie. Et si aqua ponatur maioris magnitudinis q̃ ignis, eadem ratione osten ditur ꝙ aqua resoluetur in ignem, aerem, & terram, vt hæc ostendit descriptio.

Ignis	viii.	Ignis	vi.
Aer	vi.	Aer	iiii.
Aqua	iiii.	Aqua	viii.
Terra	ii.	Terra	ii.

¶ Sexti capitis annotat.
¶ Corpus, corporeum. ¶ Non corpus, incorporeum.

SExtum cap. continet duas conclusiones, duas rationes ad primam, & 28
duas ad secundã. ¶ Prima conclusio. Elementa sempiterna esse im possibile est. ¶ Primo, quia videmus ignem, aerẽ, aquam, & terram resolui. Aut igitur aliq̃ resolutio stabit, eritq; aliq̃ totũ resolutum, aut ipsum infinitum erit. Si infinitũ, & ei⁹ resolutio tpe erit infinito, & ei⁹ com positio tempore infinito. Et cum vnunquodq; natura constantium alio tempo re componatur, & alio dissoluatur. accidet vnũ tempus infinitum extra alterum infinitum existere, & vnum pri⁹ altero esse, est em̃ cõpositio dissolutione prior, hoc autem impossibile. Et si dissolutio alicubi stabit, aut hoc indiuisibile erit, hoc autem non, propter prius adductas rationes, aut diuisibile, sed nunq̃ dissolu bile, vt ipse dicebat Empedocles. hoc iterum non. Nam si maius dissolubile cor ruptibile est, itidem & minus erit. Videmus em̃ in eisdem quod maius est, diffi cilius, minus vero, facilius corrumpi. Quare cũ maius corrumpatur, vt volũt, & ipsum quoq; minus rationabilius est aliq̃ corrumpi, atq; dissolui. Duob⁹ autẽ ignem corrumpi videmus. Primo, cõtactu cõtrarij, vt cum disperit extinctus. Secundo, cum in seipsum marcescens tabescit, deficitque, hoc autem minor (vt parua flãma) patitur a maiori, & quanto minor, tanto velocius absumitur. Opor tet igitur elementorum corpora corruptibilia esse, atque eadem incorruptibilia corrumpi. ¶ Secundo. Cum constet elementa gñabilia esse, aut igitur gñabun tur ex non corpore. At qui dicit ex incorporeo ignẽ gñari, nihil aliud dicit, q̃ si vacuum intro ducat separatum. Omne em̃ quod fit, in aliquo fit, & in illo, vbi prius existeret idipsum ex quo fit, quod si nullum corp⁹ existebat vbi genitum est, vacuum ergo erat. Si vero alterum corpus posueris præter id incorporeum ex quo fit, duo igitur corpora simul erunt, scilicet quod factum est, & quod illic añ factionem gñationẽq; prẹexisteret, quod est impossibile. Manifestum itaq; esse puto elementa in corpora resolui, & ex corpore reparari, atque gigni. ¶ Se 29
cunda. Haud tñ existimandum est vnum commune corpus esse alterum ab ip sis, ex quo ipsa gignantur, & in quod ipsa resoluantur. ¶ Primo, Quia illud cor pus prius esset elementis. Atqui ipsis elementis nulla sunt priora corpora, sunt enim sensibilium corporum prima. Non igitur est tale vnum aliquod commu ne corpus. ¶ Secũdo, Quia aut grauitatem aut leuitatem habebit. Quod si sic, aliquod elementorũ erit, oẽ em̃ simplex, aut leue, aut graue, aliquod elemento rum est. Aut prorsus grauitatis & leuitatis expers est, & tunc corpus illud vt mo ueatur, nullam retinet aptitudinem. Immobile igitur erit eiusmodi corpus, & mathematicum, nec in loco vspiam erit. Si enim in loco esset, aut moueretur, aut quiesceret, & si natura quiesceret, & in eum locum natura ferretur, & si vi quiesceret, & vi, & præter naturam ferretur in eundem. Et si non est in loco, ex eo nihil fiet, quod enim fit, in ei⁹ ex quo fit loco fieri necesse est. Quo fit, vt per manifestum relictum sit, cum elementa non fiant ex non corpore, neque fiant ex altero ab ipsis corpore, ipsa ex se inuicem fieri.

SExti capitis scholia. XXVIII. Est em̃ compositio dissolutione prior. Bifariam composi tio dissolutione prior est, tempore, & perfectione. Tempore quidẽ, nam prius res ipsa com ponitur antequam dissoluatur, vt in arte & natura exploratissimum est. Perfectione vero, nam compositio tendit ad esse, dissolutio vero, ad non esse. At esse natura perfecti⁹ est quam non esse. Motus autem qui ad perfectionem tendit, terminum est perfectior. Videmus em̃ in eisdem quod maius est difficilius. Ea propositio intelligenda est in ijs quæ sunt eiusdem speciei & natu ræ, vt maiore igne & minore. Nam non inconueniens est maius lignum citius corrumpi paruo ferro, quod diuersæ sunt naturæ. Prætera intelligenda est vbi omnia vnius cæteris alterius sunt paria. nam si paruus ignis esset in suo loco, & magnus extra suum locum, quid prohiberet ma gnum ignem citius corrumpi? quod non consimiliter se habeant maius, & minus. Et ratio est in promptu, quia quod maius est, habet valentiorem virtutem resistendi extero corrumpen ti, quod vero minus, inualidiorem. Proinde hoc facilius, illud vero difficilius corrum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pitur. Et minor vt parua flamma patitur a maiori. Quanuis parua flāma coniūcta maiori cōserue tur per eam ab extero corrūpente, ne adeo facile corrumpatur sicut si esset separata, corrūpitur, tñ per accidens a maiori velocius q̄ per se corrumpetur, propter subtractionem alimenti quo parua flāma diutius aleretur, & ꝙ maior flāma minori tp̄e absumit. Et eam ob rem minor flamma tempore minori perducat maiori coniuncta, q̄ per se subsistēs. Et cum duo sint modi quibus ignis corrumpitur, prior quidem per actionem contrarij, posterior vero, per absentiam conseruantis, minor flamma priore mō a corruptione defenditur, posteriore vero, ad corruptionem citius disponitur per maiorem flammam, quæ cito exedit minoris flammę materiam.

¶Septimi cap. annotat.

¶Corruptibilium principia, elementa, & corpora simplicia. ¶Intelligibilia corpora, corpora mathematica. ¶Positio, opinio.

Eptimum cap. continet tres conclusiones, quatuor rationes ad primam, & sex ad tertiam. ¶Prima conclusio. Mod⁹ quo Democritus & Empedocles gñationem elementorum ex se inuicem saluare nituntur, irrationabilis est. ¶Primo, Quia sua dicta ignorare videntur, cum vnunquodque inquirāt ex vnoquoq; segregari, sicq; apparere gñari, non gñationem ex se inuicem facientes, sed apparentem gñationē, perinde ac si res in vase deliteant, quas in lucem & apparentiā proferas, dicasque eas idcirco genitas. Sic autem gñatio minime fit, sed ex quadam subiecta substractaq; materia. ¶Secundo. Eadem magnitudo cum arctior strictiorq; fiat, nō videtur idcirco fieri debere grauior, quod quidem ipsi volunt, quoties ex aere fiat aqua. ¶Tertio. Quod pacto imixtum quod separatum fuerit, maiorem locum occupare necesse sit? & maius corpus in minorem contineatur? quod tñ semper oporteret quoties ex aqua fit aer, ampliorem enim locum semper factus occupat, & vnunquodq; rariorum & subtiliorum partium, quod aqua feruore intumescens ostendit, quæ adaucta mole, constricta vasa, continentia etiam perfringit. Aut igitur erit vacuum, aut non extendentur corpora, quod & ipsi volunt. Sed certe irrationabile est existente vacuo semper quod extrahitur, ampliore mole se diffundere necesse esse, quod tñ oportet cū ex aqua fiat aer. Et ꝙ cōfugium suum nullum sit, ope vacui confidentium, alio quoq; demonstratum est loco, eum nihil prorsus esse queat vacuum. ¶Quarto. Si eo pacto, segregatione gñatio fieret, tandem ex se inuicem gñatio casura defecturaq; esset. Nam in magnitudie finita, infinita cōtineri ipossibile est, si itaq; ex terra aquā dempseris, aliquid ab ea distractum est, & generatione factum. Deinde iterum demendo, aut tandem absumitur, stabiturque aliquo, aut sub mole finita, infinita sunt contenta, quod est impossibile. Non igitur semper ex se inuicem generari quibunt, non est igitur, quomodo Democritus Empedoclesq; volunt, elementorum ex se inuicem generatio. ¶Secunda, Elementa se inuicem transfiguratione non fiunt (quemadmodum ex eadem cera transfiguratione fit circulus & sphæra) vt nonnulli volunt. ¶Nam ipsa elementa indiuisibilia esse oporteret, propterea quod non semper pyramis diuidatur in pyramidem, neq; cubus in cubum, neq; pars ignis erit ignis, neque pars terræ erit terra, aut corpus dabis prius elemento, & quod non resoluetur in elementum, & quod non erit elementum, quandoquidem figuram nulli elementorum habuerit accommodā. ¶Tertia. Neq; item superficierum resolutione elementa ex se inuicem gignuntur. ¶Primo. Quia inconueniens est non omnia ex se inuicem gigni posse, sed eorum vnum (vt dicunt) transmutationis esse expers, ꝙ paucioribus constet triāgulis & superficiebus, ex quo ideo gigni non pōt, ꝙ pluribus eget triangulis. Tum quia negāt ea quę certa sensuum experientia cognita sūt. Et huius quidē causa est, ꝙ ex non bñ sumptis principijs oia ad quasdā statutas opiniones defendendas reducere volunt. Atqui æternorum principia æterna esse videnť, sensibiliū sensibilia & corruptibilium corruptibilia. Tum quia qui vsq; adeo suorū defendendorū sermonum sunt pertinaces, ipsorū sunt amatores: & quodlibet accidens tanq̄ vera hñtes principia sustinent, ex consequentibus, & maxime ex fine recte iudicandi occasionē non sumentes. Vt em̄ disciplinę factiuę finis, opus est, ita & sensibilia cognoscere, & quę circa sensum versantur, naturalis disciplinę finis est. ¶Scdo, Accidit ipsis terra m maxime oīm esse elementum fateri oportere. vt quæ sola icorruptibilis existat, & in quā alia resoluantur: q̄ potiores videntur esse elementi conditiones. Tertio. Accidit eis triāgulos, superficiesq; remanere superfluas: vt cū ex illo ꝙ plures triangulos habet, gignitur id quod pauciores habeat, super sunt residui: qui ꝓfecto non constituunt elementū simile ei ex quo genitum est, ꝙ longe plures requirat, neq; aliud quodcunq;. Erunt igitur remanentes, superflui ociosiq;. ¶Quarto. Quia gñationē ex non corpore faciunt, quia ex superficiebus. ¶Quinto. Aduersa certissimis scientijs ꝓmulta confiteri coguntur: vt nō omne corpus diuisibile esse. ꝙ irrationabile est: qñquidem vel intelligibilia illa corpora disciplinæ ipsę mathematicę diuisibilia esse concedunt: & hi vt suam tueantur positionem, non omne sensibile corpus diuisibile esse admittunt. Sexto. Quia elementa, substantiasq; elementorū figuris determinant: vt ignem Pyramide, aut sphęra. quare sicut diuisa sphęra aut pyramide, partes sphęra aut pyramis non existunt, ita ꝓtes ignis non erunt ignis: & ita de aere, a qua, & terra: quare aut ipsa indiuisibilia sunt: aut, vt iam diximus, aliquid est prius elemento.

Eptimi capi. scholia. XXX. Secundo, eadem magnitudo cum arctior strictiorq; fiat. Quāuis interdum res naturalis fiat grauior, quando arctiori strictioriq; clauditur magnitudine, ꝙ in ea materia angustioris molis recipiatur forma substātialis nata grauitatē efficere, vt cū ex aere fit aqua aut terra, id tamen non semper oportet, nempe cū ex igne fit aer, magnitudo fit minor, sine grauitatis accessione. Prēterea in ñs quę angustiori moli coniunctā hñt maiorē grauitatem, minor magnitudo solū est causa per accidens maioris grauitatis, nihil ad illū effectū causalitatis rōnisq; hñs, neq; ad ipsum natura ordīata. Sed minor magnitudo atq; cōstrictior, causa est per se condensationis, & forma substantialis causa ꝑ se grauitatis. XXXI. Aut corp⁹ dabis prius elemento. Hæc inconuenientia facile cōspiciūtur sequi accepta cuusuis elemēti ꝑte integrali, vt ignis. Nam nulla pars pyramidis est pyramis, pars autē ignis, est pars pyramidis, scilicet totius ignis, q̄ ponunt pyramidem, ergo pars illa ignis non est pyramis. Rursum. Ipse ignis est pyramis, vt concedunt, & nulla pars ignis est pyramis, vt ostensum est, ergo nulla pars ignis est ignis. Neq; etiam pars ignis est aer, aut aqua, aut terra, & multo minus est aliquid mixtū, igitur huiusmōi pars (quæ est corpus) est prior elemento, & non resolui pōt in elementū cum ex ipso non cōponūtur, imo neq; ea pars ignis est elementum. Nam secundū eos vt quicquam sit elementum, debet habere figuram illi elemento accommodam. pars autem ignis non habet figuram cuiquam elementorum conuenientem. neq; enim pyramidalem, neque sphęricam, & ita de cæteris. igitur illa pars ignis non est elementum, quod est absurdum. XXXII. At qui æternorū principia & ęterna esse videntur. Id nō de principijs ratiocinationis cognitionisq; intelligendum est. nam ea siue ęternorū sunt, siue sensibilium, siue corruptibilium æterna sunt, ꝓpetuæq; veritatis, vt ex posterioribus anaclyticis ꝑspicuū euasit. Sed de principijs cōpositionis atque constitutionis illud est accipiendū, q̄ si fuerint æternorū, vt supramundanorum & corporum cælestiū sunt ęterna. Si vero sensibilium rerū & corruptibiliū, sensibilia sunt & corruptibilia, aut secd'm rem, vt formæ substantiales, aut secd'm rōnem solum, vt materia, quæ corrumpitur subiectiue, & desinit esse illius cuius prius fuit subectum. Præterea per principia corruptibilium (vt etiam monent notæ huic loco respondentes) intelligi possunt elementa & corpora simplicia, quę corruptibilia esse ambigit nemo. Tertio. Accidit ei triangulos superficiesque remanere supfluas. Requirat ignis (quia rarissimus est?) viginti triangulos ex quibus cōstituatur, aer quindecim, aqua decem, & terra sex, & ex aqua decem triangulorum fiat terra complectens sex triangulos, manifestū est quatuor triangulos manere, qui non constituunt aquā similem ei ex qua genita est terra. nā aqua per hypothesin requirit vt fiāt decem triangulos, neque illi residui trianguli constituunt terram, ꝙ pauciores sint q̄ terra posita est requirere. Et multo minus constituunt aerem aut ignem. ꝙ hic viginti, ille vero quindecim requirat superficies. Ergo ex illis quatuor triangulis nullū constitui potest elementum, & per consequens sunt otiosi & superflui, quod inconueniens.

¶Octaui capitis annota.

¶Octaedra figura est q̄ octo habet superficies & bases. ¶Dodecaedra vero q̄ duodeci supficierū est, atq; basium. ¶Cubica autem, quam tesserarū figurę ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

primunt. ¶ Angulus acutissimus, qui ex sphęrę exteriori cõtactu causatur, is est qui causatur ex linea recta regulariter super diametrrum cadente, & circunferẽtiæ parte, quod decimaquinta tertij demonstratur geometrię.

OCtauum caput cõtinet duas conclusiones, quatuor rationes ad primam, & septem ad secundam. ¶ Prima cõclusio. Irrationabiliter 15 figuras elementis adaptant, vt igni sphæram aut pyramidem aeri dodecaedrã, aquæ octaedram, terræ vero talarem & cubicã. ¶ Primo. Quia accidet eas non replere totum spatiũ. In planis eñ adinuicẽ nexæ trigonę, tetragonæ & hexagonę, totum replere videtur. In solidis autem tantum duæ pyramis atq; cubus. & tamen cum plura duobus sint elementa plures solidas atque corporales totum replentes sumere oporteret figuras. ¶ Secundo. Omnia simplicia corpora a loco & continente figura videntur: maxime autem aer & aqua. Non igitur elementi seruant figuram. alioqui non vbique assequerentur ac tangerent continens: quod est impossibile. ¶ Tertio. Si transproportionetur aqua, vt si quoquo pacto in pyramidem aut cubum figuretur, non erit amplius aqua, si elementa figuris differant. Hoc certe falsum est, & hoc nos docere videtur natura, & non præter rationem euenire. nam vt & in cæteris subiectum & materiam oportet esse informem, & sine vlla suapte natura specie. Sic enim vt scribitur in Timæo melius adaptari poterit, quod speciem recipit omnem. ita & de elementis putare oportet, quæ compositis futura sunt vt materia: vt sine huiusmodi figuris adinuicem pati, alterari, atque transmutari queãt. ¶ Quarto. Et os & caro & alia continua, ex elementis esse non poterũt. nam elementa ex superficierum compositione gigni ponunt, non autem ea quæ sunt ex elementis. Quo fit vt siquis acute velit intueri, & eorum rationes pensiculate examinare, ex entium natura generationem auferre videantur: nisi trassumptione quadam, elementi generatione & cæterorum generationevti dicantur. ¶ Secunda. Neque quidem figuræ elementis adscisc ẽdæ sunt ob ipsorum motus affectionesque. ¶ Hanc enim ob causam faciunt hi ignem sphęram, hi vero pyramidem: quod hęc maxime sint mobilia, tangantque minima. & nequaquam firmiter iacentia, ignis autem maxime mobilis, & minime fixus est. Et anguli vt aiunt, est calefacere, & maxime calefactione incẽdere. ignis autem calefactiuus & incensiuus est. ideo hi pyramidem esse dicunt, quod tota sit angulus. Hi autem sphęram, quod angulum extra tangendo, constituat omnium acutissimum. Et terræ cubum ascribunt, quod hęc figurarum ad bene manendum aptissima sit: maneat autem omnium firmissime terra. Sed hęc non recte dicta esse apparet. ¶ Primo, Quia tametsi sphæra motui sit aptissima, non tamen motui qui igni proprius est (est enim motus sursum rectus igni proprius) sed circulationi, aut volutationi: & terra non vbique manet, sed in loco suo, quemadmodum & elementorum cætera. Quare illorum ratione vnunquodque elementorum extra suum locum, pyramis erit aut sphæra quod bene moueatur, & in proprio loco, quod fixe maneat & stet, erit cubus. ¶ Secundo. Si ignis calefacit & vrit, quod angulos habeat, omnia elementa calefactiua erunt, licet forte alterum altero minus. nam omnia habent angulos, & cubus, & octaedrum, & dodecaedrũ & pyramis. Inquit enim Democritus, sphęra quidem vt angulus quidam exurit, & ardorem excitat. ¶ Tertio. Id permanifeste falsum esse mathematica pandunt. Nam si sphęra & pyramis calefacit, & vrit, corpora mathematica calefacient & vrent. habẽt enim illa & sphęras & pyramides, & angulos, & indiuisibilia. Quę si ita sese habeãt, & in mathematicis sint magnitudine indiuisibilia, cur ergo non calefaciant, vrantve, & tamen ꝓpter easdem causas ignis calefaciat, & exurat? Differentiã adducant, caussamq; assignent oportet. Manifestũ ergo esse videtur, non vt dicũt. ita esse dicendũ. ¶ Quarto. Si ignis, sphęra, pyramisve est, & quod ardet, ignitur: protinus quod ardet, sphęram pyramidemve fieri necesse est: ꝙ quam falsum sit, vel viderint ipsi. ¶ Quito. Cum partes ignis sint ignis, si ipsum diuisibilem statuant, vt eius incisionẽ & diuisionem quancunq; ratio figuræ sequatur necesse est, si ignis partes ignis esse debeant: quod tñ accidit. Dicere enim sphęram non nisi in sphęras, & pyramidem non nisi in pyramidas solui posse, persimile est ac siquis proloquatur, dignificet aut ponat gladium, non nisi in gladios, & serram non nisi in serras diuidi posse. ¶ Sexto. Ridiculum certe est: igni pyramidem attribuere, ꝙ figurarum aptissima sit ad secandum, diuidẽdum, & separandũ. Nam magis igni proprium est congregare: & ad continua reuocare. congregat eñ ea quæ eiusdẽ tribus sunt: & hęc congregatio, per se est: est eñ continuatio & vnitio: segregatio aũt per accidens. Congregat enim vt dictũ est, quod eiusdem generis fuerit atq; tribus (quod dicunt homophylon) & segregat alienũ. Debuerunt igitur horum duorum ei figurã magis aptare, quod magis et ꝓprium est competit: hoc aũt est congregare, & non dissipare & disgregare. ¶ Septimo. Calidũ & frigidum virtute contraria sunt. Atqui frigido contraria assignare nequimus figuram. nam figuræ nihil est contrarium. Et certe ipsi figuram assignare prætermiserunt omnes, & tamen conueniebat aut oia determinare figuris, aut nullum attentare, cur enim potius hoc, quam illud? Sibi ipsis dissident quidam, suppetias ferre volentes. Aiunt enim frigidum magnarum esse partium: quapropter constringit, & per poros trãsire, expirare & difflari neqt. Erit igitur calidũ transiens. tale aũt omne subtilium est partium: quare calidum & frigidum, magnitudine & paruitate et non figuris (vt defendere volunt) determinant. Quam rem si pertinacius deffendere pergant, et igne magnæ sint et in paruę pyramydes, magnę nõ erunt ignis, et figura illa non erit causa caloris, qui potius contrarij effectiua. magnum enim, vt aiunt, frigefacit. Ex his itaq; ꝓmanifestum esse putamus elementa, passiones affectionesve elementorum, nõ esse figuris discriminandas. Sed quæ eorũ proprijssimæ differentiæ sint, et a quibus passionibus, operibus, et virtutibus pẽdeant (habet enim eorum vnumquodque a natura ꝓprias passiones et opera, et virtutes isitas et determinatas) futurus sermo indicabit. Quod cum cognitum fuerit, vniuscuiusque advnumquodq; alterũ differentias accipere quam facillimum erit.

OCtaui capi. scholia. XXXIII. Secundo. Omnia simplicissima corpora a loco & cõtinente figura videtur. Noiantur potissimũ aer & aqua, ꝙ hęc corpora sint simplicia & humida, humidum aũt male proprio continetur termino, & bene alieno, hic cuiuis figurę corporis continentis se facile accõmodat, quod in aqua sensui est peruiũ. Si qꝫ enim aquã in vase quadrato posuerit, ipsa in figurã quadratam se disponet. Deinde si eandem in sphæricum vas transfuderit, figurã suscipiet sphæricam. Et intelligitur dicta propositio de ijs corporibus simplicibus, quæ ob mollitiem possunt, facile de vna figura in alteram trãsferri, non autem de ijs quæ ob suam duritiem inepta sunt vt exteræ rei figurã induant, vt de terra quæ sicca & dura bene terminatur termino proprio, & male alieno. XXXIIII. Hi aũt sphærã, quod angulum extra tangendo cõstituit oĩm acutissimum. Sit datus circulus a g b f, cuius centrũ sit c, & diameter a b, super cuius vnum terminum a cadat linea recta d e orthogonaliter, vt cum diametro duos angulos rectos constituat, scilicet d a f, & e a g. Angulus d a f constitutus ex parte lineæ d a, & parte circunferentiæ a f, est acutissimus, qui fit ex circuli exteriori contactu. Similiter angulus e a g constitutus ex parte lineæ rectæ e a, & parte circunferentiæ a g, etiam est angulus acutissimus, qui fit ex contactu circuli exteriori, vt decimaquinta propositio tertij geometriæ demonstrat. Quinto. Cum partes ignis sint ignis. Cum ignis diuiditur, nomen totius quamlibet partium sequitur. nam quælibet pars ignis est ignis. Si igitur ignis sit sphæra aut pyramis, quamlibet ignis partem eadem figurę sequetur denominatio, & quęlibet pars ignis erit pyramis aut sphæra, & per consequens quęlibet pars pyramidis erit pyramis. hoc autem manifestum est inconueniens. Nam dicere pyramidẽ non nisi in pyramides esse diuisibilem, simile est ac siquis ꝓ proloquio, dignitateque & positione asserat gladium non nisi in gladios diuidi posse, & serram solum in serras esse partibilem. Nam magis igni proprium est congregare, & ad continua reuocare. Congregatio & ad continua reuocatio per se potius est ad deperditionẽ, cum omnis res magis cõseruetur cõtinua q̃ distracta. Cõtra vero segregatio per se est ad cõseruaitonẽ. nã ꝑ disconinuationẽ res disponunt ad corruptionẽ. Et ignis quidem cõgregat ea quæ sunt eiusdẽ naturæ & speciei, vt vaporem vapori, fumum fumo, & cinerẽ cineri. Separat autem ea quæ diuersę sunt speciei & na-

Universidad de Deusto
Biblioteca

turæ, vt fumum a vapore, & aqueum a cinere. Potius igitur debuerunt antiqui attribuere figurã igni qua congregaret, quod ei magis est proprium & perfectius, quam qua segregaret (vt pyramidem (quod eiminus est proprium & imperfectius.

¶ Paraphraseos in Tertium de Cęlo & mundo Aristotelis, finis.

Primi capitis paraphraseos in IIII.

de Cęlo & mundo annotatiunculę.

¶ Posse natura moueri, esse aptum natura moueri. ¶ Sursum simpliciter, extremum cæli lunę. ¶ Sursum ad alterum, extremũ ignis. ¶ Extremum, concauũ. ¶ Deorsum, simpliciter, terra. ¶ Deorsum secundum alterum, aqua, naturali rerum serię, situq; seruato. ¶ Antipus, ex opposito ad alterum pedes habens.

QVartus de Cælo continet sex capita. Primum vnam conclusionem, duas rationes ad eam, duas diuisiones, & quinq; definitiones. ¶ Cõclusio. Quid graue, quid leue, & quæ vtriusque natura existat, disquirere conueniens est. ¶ Primo, Quia hæc contemplatio, sermonibus qui de motu sunt, propria est. Definiemus em̃ graue & leue per posse natura moueri: quorum actibus nomina nulla posita sunt. Nos autem hoc in loco de eorum motibus intendimus. conueniens igitur huiusmodi disquisitio est. ¶ Secundo. Quia omnes antiqui virtutibus grauium & leuium vsi sunt, sed perpauca determinarunt. Conueniens itaque erit, quę ab alijs dicta sunt adducendo, tantum de ipsis cõsiderare, quantũ nostro seruiat proposito, & nostram aperiat sententiam. ¶ Prima diuisio. Grauium quoddam est simpliciter graue, & quoddam graue ad alterum: quemadmodum es ligno dicimus esse grauius. Itidem leuium hoc simpliciter leue, illud vero ad alterum. Et de grauí simpliciter, & simpliciter leui nihil meminerunt, neque definierunt, quid aut graue aut leue ad alterum, sed habentiũ grauitatem aut leuitatem quid grauius aut leuius. ¶ Secũda. Quędam semper a medio ferri nata sunt, & hæc sunt quæ sursum feruntur. quędam vero semper ad medium. sunt quæ feruntur deorsum. ¶ Sed existimauerunt quidam (& absone quidem) non esse sursum aut deorsum in vniuerso, quod ex omni parte similes habeat partes: vt siquis tantum ambulet, vt suo primo loco fiat antipus, consimiles habebit mundi partes: quare non prius erat sursum, tunc vero deorsum. ¶ Nos dicimus sursum & deorsum non relatione ad nos sumpta accipi oportere: sed vbicunque fuerit cæli extremũ, ibi sursum: vbi vero eius medium, ibi deorsum. Quare qui antipus ita ambulando fieret, semper esset deorsum. ¶ Neque id verum est, q̃ putauerunt aliqui, hemisphæriũ cæli supra nos, sursum: sed totum quod pedib⁹ nostris e regione subsitum est, deorsum esse: quia credebant ex opposito non esse aliud cæli occultatum hemisphęriũ: quod falsum est. Ex his, quid graue, & quid leue, elicere poterimus. Prima definitio. Graue est quod ad mediũ ferri natũ est. ¶ Secunda. Leue, quod ferri natum est a medio. ¶ Tertia. Simpliciter graue est quod simpliciter deorsum, & ad medium fertur. ¶ Quarta. Leue simpliciter est quod simpliciter sursum fertur & ad extremum. ¶ Quinta. Graue ad alterum est quo datis duobus æqualis molis leuibus, quorum alterũ velocius, & alterum tardius feratur: alterum velocius sursum natura fertur. Leue ad alterum quo datis duobus æqualis molis grauibus, quorũ alterum velocius, & alterum tardius feratur: alterum velocius deorsum natura fertur.

clinatio i propriis locis nõ huiusmodi neq; grauitat
leue ad alterũ qd & graue

PRimi capitis quarti de cælo scholia. I. Quorũ actibus nomina nulla posita. Graue & leue sunt motus deorsum & sursum causæ potestate, q̃ nõ semper simul sint cum effectu. Causis aũt eorum actualibus, & quæ solum simul sint cum effectu, nomina simplicia non sunt imposita. Possumus tn̄ ea circũloqui per actu graue, & actu leue, non quidem appellando actu graue, quod in præsentia grauitatem habet. nam terra quiescens haud minus grauitate participat, q̃ si moueretur. Neq; vocando actu leue, quod nunc habet grauitatem. nam ignis in suo loco manens leuitatis est particeps. Sed id graue actu vocando, qd̃ grauitatẽ habet mouentẽ actu deorsum, siue q̃ nunc deorsum natura mouet. Et leue actu, q̃ leuitatẽ habet actu mouentẽ sursum. quodq; inpræsentiarũ sursum emicat. Et hæ manifestę sunt causæ actu. II. Quẽadmodũ æs ligno dicimus esse grauius. Id exẽplũ analogicũ est, & nõ de eo q̃ proponit diuisio. Nã diuisio intelligitur & datur de corporib⁹ simplicib⁹. Æs aũt & lignũ sunt corpora cõposita. Verũ q̃admodum æs terram participans grauius est ligno ꝓticipante aquam, ita terra quæ est grauis simpliciter, grauior est aqua grauí scdm alterum. Et id ipsum literæ exẽplũ insinuare credẽdũ est. Esse aũt aliquod graue simpliciter, & ad alterum, item & aliquod leue simpliciter, & ad alterũ, tanq̃ principiũ supponendũ est, & minime in quæstionẽ trahendũ. Simpliciter q̃dẽ leui nullũ aliud corpus simplex & alterius naturę est leuis. licet alterũ eiusdẽ naturæ leuius dari posset, vt ignis decupedane⁹ leuior est igne pedaneo, q̃ in maiori mole plus est, leuitatis. Ita simpliciter graui, vt terra, nullũ aliud corp⁹ simplex & alterius naturæ est graui⁹ et ãetsi vna terrę pars maior mole possit altera minore dari grauior, vt decupedanea q̃ pedanea. Id em̃ nõ arguit terram nõ esse grauẽ simpliciter. Neq; etiã idipm. q̃ dari posset mixtũ, vt plũbum aut ferrũ, grauiꝰ terra Et si q̃uis aqua decupedanea plus habeat põderis. & veloci⁹ moueat p̃ aerẽ, q̃ terra pedanea, id tn̄ non cogit aquã esse terra grauiorẽ, aut eã debere dici grauẽ simpliciter. Nam maior grauitas hoc in loco non determinatur põdere, aut velociorẽ efficiendi motũ virtute, sed duntaxat loco ad quẽ natura mouet. Dicitur em̃ maior grauitas, quę magis mouet deorsum, scilicet deorsum simpliciter Similiter & maior leuitas nõ attenditur hic penes põderis leuitatẽ, aut maiorẽ sursum emicandi velocitatẽ sed penes locũ ad quẽ natura mouet. Siquidẽ maior leuitas dicitur, quæ magis sursum mouet, vtpote sursum simpliciter, q̃admodũ ignis. Neq; dicitur hic quippiam leue simpliciter, quia leue dicatur nullo adiecto. aut quia sit leue sine ꝑmixta grauitate, vtrũq; em̃ horũ aeri cõuenit, sed quia leuitatẽ habet natã mouere sursum simpliciter. Sic neq; graue simpliciter hic dicitur quicq̃, quia sine cuiuspiã adiectione dicitur graue, aut quia non habeat grauitati admixtam leuitatẽ, cũ ea ambo aquæ conueniãt, quæ tn̄ non est grauis simpliciter, sed quia grauitatẽ habet natam mouere deorsum simpliciter, vt terra. Cõsimiliter nõ dicit̃ aqua grauis ad alterũ, q̃ grauitatẽ habeat leuitati permixtã, ĩ aqua em̃ sola est grauitas, sed quia nata est sua grauitate moueri deorsum ad alterũ, scilicet ad extremũ aeris. Ita neq; aer dicitur leuis ad alterum, quia leuitatẽ habeat quippiam grauitatis participantem, est em̃ aer omnino grauitatis expers, sed quia paruitatẽ habet natã mouere sursũ ad alterũ, vtpote ad extremũ ignis. Et hæc cũ ad prænotationẽ quid est attineãt, supponẽda pori⁹, & ex literę definitionib⁹ desumẽda sunt, q̃ calũnns cauillisq; exagitanda.

causa motus sursũ et deorsum

¶ Secundi capitis annotat.

¶ Eisdem, similis naturæ. Trigonis, triangulus. ¶ Solidum, corpus plenum.

SEcundũ caput continet quatuor cõclusiones, quatuor de grauí & leui opiniones excludentes, & quinque rationes ad tertiam. ¶ Prima conclusio. De graui & leui in Timæo insufficiens determinatio est. ¶ Scripsit enĩ in Timeo Plato id grauius esse, quod ex pluribus eisdem vt superficiebus aut trigonis constat, vt plumbum plumbo, & æs ære, vt vnumquodque aliorum, altero eiusdem speciei & naturæ: & id leuius q̃ ex pauciorib⁹ eisdẽ. Sed hanc determinationẽ insufficientẽ esse cõstat. Nã hęc determinãtes, nihil adducunt de graui simpliciter & simpliciter leui, vt terra, quæ semper grauis est, & quæ semper fertur ad medium: & igne, qui semper leuis est & semper sustollitur ad summum. Non enim id dicere possunt, nunc paucitate nunc multitudine triangulorum. nam maior ignis (quandoquidem ex pluribus consimilibus constaret) grauior esset, & tardius sursum agitaretur. cuius oppositum euenire videmus. Quanto enim ex pluribus constet, & maior fuerit, sursum ferturvelocius, & paucus magno citius præcipitatur deorsum. est igitur huiusmodi insufficiens determinatio. ¶ Secunda conclusio. Neque probandum est quod antiquiores senserunt, id esse grauius, quod mole esset maius. ¶ Nam vt in diuersis statim non ita esse oportere apparet, vt modica terra, & magno igne, paruo aere, & multa lana, ita & in consimilibus, vt mixtis, mino-

platonis optimo de grauiori et leuiori

nõ mdiq̃ paruum sol cuius assumit modicam tam magno igne esset leuior

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra quandoque percipimus grauiora. alioqui essent omnia ex æque grauibus constituta, & æque densa omnia: quod falsum esse satis cognoscitur. Non igitur probandum est quod sit altero maius, semper id esse grauius. ¶ Tertia. Neq; id Democriti approbandum est, grauius esse, cui minus interceptum fuerit vacui: & leuius, cui plura intercipiantur vacua. ¶ Ponebat enim Democritus ex solidis & insecabilibus corpusculis ortum trahere omnia, & vacuum rebus immisceri. Et ideo illa quæ ex æqualibus constarent atomis, interdum se habere vt hoc maius vt ignis, & illud, minus vt terra existeret: quod solida ignis plus interstite vacuo distarent. & hinc fieri vt ignis leuior, terra vera grauior fiat. Sed satius asseruisse fuisset, non id esse leuius, quod plus vacui haberet, sed quod plus vacui, & minus solidi. alioqui multum terrę (quod plura intercepta contineat vacua) igne paruo erit leuius. Sed hæc non sane defendi posse ostendimus. ¶ Primo, Quia aut determinant graue per solidum, & leue per vacuum: vel graue per minus vacuum, & leue per maius, aut vtraque ratione quadam & proportione solidi ad vacuum. Non graue solido, & leue vacuo. Nam in multo igne plus solidi adest, quam sub terræ pusilla quantitate, & in multitudine aquæ plus vacui quã paruo aere, quare multus ignis parua terra grauior, & multa aqua paruo aere leuior, q̃ est impossible. Neq; graue minore vacuo, & leue maiore determinabunt: Nam tunc multa terra (vt quæ plus vacui habeat) quæ semper deorsum fertur, leuior esset paruo igne semper sursum lato, & leui simpliciter. q̃ est impossibile. simpliciter enim leue, semper leuius quibuscunq; habentibus grauitatem. Neque determinabunt vacui ad plenum facta proportione. nam accidit immixtũ vacuũ concedentibus, minoris ignis vacuũ ad suũ plenum eandem seruare proportionem, quę & in maiore seruatur, & ita de modica & multa terra, quare magnus ignis & paruus aquę leuia & ęqualiter sursum lata, & magnum graue & paruum deorsum. Ita autem ferri non potest, nam maior ignis minore velocius sursum fertur: & maius graue minore velocius deorsum, vt maius aurum aut plumbũ, minore auro aut plumbo demergitur velocius. ¶ Secundo. Quia inconueniens est dicere vacuũ mouere sursũ, & ipsum non potius moueri, ita & solidũ. Qd̃ si dixerint moueri satis erat de motu vacui & motu solidi per se determinasse, & non de compositorũ motu. qd̃ minime aliquis eorũ fecit. ¶ Tertio. Si vacuũ tenderet sursũ, & solidũ deorsum: qd prohiberet ea seiũgi atq; separari? ¶ Quarto. Inconueniens est vacuo sursum regionem facere at potius esset regio. & si moueretur, eius esset locus, quæ omnia alibi patefacta sunt non esse. ¶ Quinta. Quia quæreretur quæ vacui motus causa esset, & quę causa solidi: & eadem soluendi vrgeret difficultas. ¶ Quarta conclusio. Neque existimandum est, plꝰ materię, maioris causam esse grauitatis, & minus minoris siue omnium vnam faciant materiam, siue contrarias, vt vnam quę faciat vacuum, & alteram quæ plenum. ¶ Nam omniũ vnam faciant, nihil erit simpliciter leue: quia continget & minꝰ materię habere, neq; simpliciter graue. sed omnia simpliciter aut graui aut leui deficiet. Et multus ignis pauca aqua erit grauior: quod impossibile est, quid enim prohibet multum ignem plus materiæ modicula aqua habere? Si fecerint contrarias tantũ ponunt graue & leue simpliciter, & intermedia negant. Nõ igitur vt dicunt, ita existimare oportet.

Secundi capi scholia. IX. Et vnũquodq; aliorum altero eiusdem speciei & naturæ. Inter ea quę sunt eiusdem speciei, inuenitur quidem maior grauitas aut minor secundũ pondus, aut vim mouendi velocius, vt inter terrã decupedaneam & pedaneã, sed nõ maior secundum rõnem mouendi ad locũ inferiorem. vtraq; em̃ terra nata est moueri deorsum simpliciter. Inter ea vero quę sunt diuersæ naturę inuenitur maior grauitas secundum vim mouendi diuersam, & ad alterum natura locum. Et hæc quidem speciei discrimen habet a minore grauitate, vt grauitas terræ ab ea quæ est aquę. Illa vero quæ alijs determinatur modis, nõ habet a minore speciei discrepãtiã, vt terræ decupedaneæ grauitas ab ea quę est terræ pedaneæ non habet naturę dissiduũ. X. Alioqui essent omnia ex æque grauibus constituta.

Si in mixtis mole maiora semper essent grauiora, & minora minus grauia, æqualia secũdm molem essent æque grauia, & quę magnitudinis ad magnitudinẽ ꝓportio, eadem esset grauitatis ad grauitatẽ quare vnius & eiusdẽ rei mixtæ, diuersæ partes, vt ramus & truncus, aut folium, & radix eiusdẽ molis, essent æque graues, & æque densę, & in omnibus rei naturalis partibus integralibus eiusdẽ magnitudinis, idem esset cõtemperamentũ grauitatis, quod manifeste est falsum. Et quantis tum in simplicibus tum cõpositis eiusdem naturæ grauibus, quod mole est maius, iterdum sit grauius, id tamen vniuersaliter nõ oportet accidere. neq; maior moles causa est per se maioris grauitatis vt posuerũt, sed solũ accidentaria. XI. Primo, quia aut determinant graue per solidũ. Determinaret Democritus graue per solidũ, & leue per vacuũ, quando definiret id esse graui? quod plus habet solidi, & id leuius quod plus habet vacui, determinaret autẽ graue per minus vacuũ, & leue per maius, cũ id grauius esse, diceret q̃ minus habet vacui, & id leue quod plus vacui fortitur. Demum determinaret graue & leue proportione certa pleni ad vacuum cum id leuius esse deseri beret, cuius vacui ad plenum esset maior proportio, id vero grauius, cuius vacui ad plenũ est proportio minor. Vt si ignis a dati vacuum ad suũ plenũ habeat ꝓportionem vt xij, ad vi, terræ autem b vacuũ ad suum plenum ꝓportionem habeat vt ix ad vi, ignis ille esset leuior terra, est em̃ dupla poportio maior sesquialtera. Quod si tertium illud membrũ daretur, accideret ignem maiorem mole & minorem esse æque leues. Sit enim a ignis maior, cuius vacui ad plenũ ꝓportio sit vt xij ad vi, & b ignis maior, cuius vacui ad plenũ proportio sit vt viij ad iiij. Cum maior proportio vacui ad plenum causa sit maioris leuitatis, ęqua proportio est causa æquę leuitatis. At in igne a maiore, et igne b minore, æqua est proportio vacui ad plenũ, vtpote dupla. Essent igitur ambo ignes dati æque veloces, quod est inconueniens. XII. Nam si omnium vnam faciãt, nihil erit simpliciter. Cũ data quacunq; materia possit dari minor, neq; vnq̃ perueniatur ad minimã, nihil dari posset simpliciter leue, qnquidẽ secũdm eorum sententiã id est leuius, quod minus habet materiæ. Simpliciter datæ quantæcunq; materiæ potest alia materiæ particula adiici. igitur nihil erit grauissimũ, aut graue simpliciter. nẽpe eorũ sententia id grauius est, quod plus habet materiæ. Et licet interdũ cõtingat id quod plus habet materiæ, grauius esse, tũ id non ĩoibus ita sese habere conspicitur, & materię pluralitas non est causa per se grauitatis, vt ponebant antiqui, sed dũtaxat accidẽtaria & indeterminata, Si vero dicãt antiqui non vnã & vnius speciei esse materiã, sed specie diuersas atq; contrarias, vt vnã q̃ facit vacuum, & alterã q̃ plenũ, igitur solũ erit leue simpliciter compositum ex materia q̃ facit vacuũ, & graue simpliciter cõpositum ex materia q̃ facit plenũ & negabuntur intermedia, scilicet graue secundũ alterum, & leue secundum alterum, q̃ est incoueniens.

¶ Tertij capitis annota.

¶ Ad speciem, ad formam, ad perfectionem. ¶ Secundum substantiam secundum perfectionem.

13 Tertium caput continet vnam conclusionẽ, vnum corollarium & duas differentias mobiliũ secũdum locum ab alijs. ¶ Conclusio. Vnunquodq; sensibilium in suum locum consimiliter fertur vt ad speciem. ¶ Nam tres sunt motus species, secundum quantitatem secundũ qualitatẽ, & vbi. & secundum quãtitatem & qualitatem fit mutatio ex determinato in determinatum, vt ex contrario in contrarium, aut secundum media, & non indifferenter in quodlibet: vt augmentabile, vt augmentabile est, crescit, & non alteratur & alterum augmentabile, & alterum augmentatiuũ, & alterabile, & alteratiuum. ita loco mutabile vt tale, loco mutatur vt leue sursum, & graue deorsum. Et sursum motiuũ suapte natura leuifactiuũ, & deorsum grauifactiuũ & sursum mobile (si liceat nominibus vti) leuificabile, & deorsum mobile grauificabile. Sed quod hoc pactovt ad speciem natum sit ad suum locum moueri hinc sumitur indicium, quod omnia quę i hunc modum feruntur, cõtinent sursum & deorsum: & hoc modo, vt continens sit vt species contenti (semper certe quod superius est, ad id quod sub eo est. vt species ad materiam sese habet) vt cælum continet ignem ignis aerem, aer aquam & aqua terram: et hunc in modum mouentur, et ita mota quiescunt. Mouentur igitur omnia consimiliter et suapte natura ad sua loca, et vt ad speciem. Quærere certe propter quid leue, vt ignis fertur sursum, et propter quid graue fertur deorsum, & non alio: perinde est atque si quæ sieris propter quid sanabile in sanitatem transmutatur, & non in albedinem. & cur augmentabile in magnitudinis incrementum, et non in sanitatem.

14 Simile enim & in quanto, & in quali, et in loco. ¶ Corollarium. Vnde fit manifestum non esse, vt antiqui voluere, hæc in rerum ordine sic moueri, quia simi

Universidad de Deusto
Biblioteca

lem moueatur ad suũ simile. ¶Nam si intellexeris terram in orbem lunæ trãslatam, partes eius non idcirco de mundi centro, quia eis ipsis sit similis, mouebũtur ad illam. sed si de centro demutentur relabentur ad centrum. nam vbi totum & totius partes ferri natæ sunt. ¶Duę differentiæ mobilium motus secundum locum, & aliorum. ¶Primo, Quia secundum locum mobilia leue & graue, habent in scipsis principium sui motus. augmentabile & alterabile, principium sumunt ab extra, quanuis & aliquando ab intra. ¶Secundo, Quia mobilia secundum locum vt graue & leue habent sua principia substantiæ propinqua, alia vero remota. cuius signũ est, quia latio absolutorum atque consecutorum complementum est, & generatione vltimus motus. quare erit secundum substantiam primus. cum enim fit ex aqua aer, ex graui fit leue, ferturque quamprimum sursum, iam actu existens, & quantum, & quale, & vbi. Conueniunt tamen, quia quemadmodum amoto impedimento, pręsente nutrimento augmentabile augetur, & præsente alterante alterabile alteratur, ita graue extra suum locum positum, amoto impediente suum locum fertur, & leue in suum. mouet enim primum impedimentum remouens, & vnde resilit. Sed de ijs in physica auscultatione discussum est sufficienter.

Ertij cap. scholia. XIII. Vnumquodq; sensibilium in suum locum cõsimiliter fertur. Locus naturalis dicitur hic esse vt species rei naturalis. q̃ sicut forma substantialis, ipsius rei perfectio est. ita & locus sui corporis locati, quod conseruat & cõtinet. Hæc quidem accidentalis & extrinseca, illa vero essentialis & intrinseca. Proinde locus dicitur causa eius quod ad ipsum natura mouetur, non quidem materialis, aut formalis, aut efficiens procedens, sed finalis. nam gratia loci assequendi mobile mouetur. vt in quo melius conseruetur. Neq; credendum est mobile aut a cælo in suum locum agi, aut a virtute attractiua loci. Alioqui motus grauium deorsum esset violentus, vt qui fieret a principio extrinseco. Et magis graue segnius deorsum rueret, cum illi virtuti attractiuæ magis resisteret, sicut maius ferrum magneti. Et quãuis locus non sit forma locati, aut pręstantior ipso locato, id tñ non prohibet ipsum dici finem locati. Nam formam & finem coincidere, & finẽ pręstantiorem esse ijs quæ sunt ad finem, intelligendum est de fine substantiali & pręcipuo. Locus autem finis est locati accidentarius, & minus præcipuus. Et sursum motiuum suapte natura leue factiuum. His verbis insinuat Aristoteles grauitatem & leuitatem non prouenire ab ijs quæ in p̃cedenti capite dicta sunt, sed a forma substantiali producente grauitatem aut leuitatem, vt sit instrumentum ad mouendum sursum aut deorsum. Dicitur enim sursum motiuum suapte natura esse leue factiuum, quod forma substantialis nata efficere motum sursum, pducit leuitatem in ꝓpria materia tanquam instrumẽtum quo sursum moueat. Et deorsum motiuum est graue factiuũ, quia forma substantialis nata mouere deorsum, producit in sua materia grauitatem, quavt instrumento vtatur ad mouendum deorsum. Sursum autem mobile, siue completum, vt ignis, siue incõpletum, vt materia, est leuificabile, id est natũ fieri leue, & in se leuitatẽ recipere. Eadẽ quoq; ratione deorsum mobile, siue completum & totum naturale corpus, siue incompletum, vt eius materia, est grauificabile, id est natum fieri graue, atque in se grauitatem recipere tanquam subiectũ suum, accidens. XV. Secundum locum mobilia graue & leue habent. In mobilibus secundum locum, principium ipsius motus est affectiuum est intrinsecum, tam substantiale & præcipuum, vt forma substãtialis, q̃ acidentale & instrumentum, vt grauitas & leuitas. In ijs autem quæ angentur, principia sunt extrinseca, vt alimentum, & in ijs itidem quę alterãtur, vt homo frigore torpens incalescit ab extrinseco, & ęgrotus ab extrinseco potionibus & medicamentis sanatur. In his tñ mobilibus pleraque principia sunt ab intra, vtpote forma substãtialis cum calore naturali augmentationis effectiua, productiua itidem qualitatis sibi natura conuenientis. Habent sua principia, substãtiæ propinqua. Dicuntur mobilia secundum locum habere sua principia substãtię perfectionique propinqua, quod ipsa completa & perfecta sunt, neque per motum eis quicquã substantię adijcitur aut aufertur. Augmentabilia autem & alterabilia non omnino completa & perfecta sunt, sed hisce motibus ad perfectionem tendunt, aut ab ea deficiunt, & a substãtia sua demutãtur aut nouæ partis additione. aut prioris ablatione. Hinc dicuntur habere principia sua substantię remota. Huius signum est quod latio conuenit substantijs absolutis, perfectisq;, & complementum assecutis, & vltimo rebus naturalibus ascisciturquare executione vltimus est, & perfectione primus. Solet enim natura ab imperfectioribus ad perfectiora procedere, & posteriora prioribus perfectiora reddere

¶Quarti capitis annota.

¶Omnibus, cęteris oĩbus alijs. ¶Substat, natũ est substare. ¶Mina siue mina.

libra. ¶Grauitas aeris in igne, minor leuitas. ¶Leuitas aquę i terra, minor grauitas. ¶Plus trahere, plus ponderis habere.

16 Vartum caput continet quatuor definitiones duas cõclusiones, tres rationes ad secundam. ¶Prima definitio. Graue
17 simpliciter est quoibus substat: vt terra. ¶Secũda. Leue simpliciter, quod oibus supereminet: vt ignis. ¶Tertia. Grau-
18 ue secundum alterum, graue est cui ambo conueniunt: vt
19 aqua, quæ substat aeri, & superminet terræ. ¶Quarta. Leue secundum alterum leue est quod substat & supereminet vt aer igni substans, & aquæ supereminens. Et hęc ipsis secundum seipsa & eorum quantascunq; particulas conueniunt modo qui dictus est aut substare, aut supereminere. & quæcunq; mixtorũ grauia sunt aut leuia, ab his sue grauitatis et leuitatis sortiuntur naturã. Et non q̃ in aliquo, altero grauius fuerit: in quocunq; eodẽ grauius esse oportebit. nã lignum vnius talenti plũbo vnius minæ in aere grauius est: in aqua aũt leuius, & contra. Et hoc ideo est, quia oia elementa præter ignem videntur quodammõ habere grauitatem: aer i igne, & quodammõ in seipso: vt vtrem inflatum aiunt plus trahere non inflato. aqua in igne & aere: & terra in igne, aere, & aqua. Hic fit vt quod plus terræ alio rum ꝓportione habeat, vt plũbum: cum peruenerit ad aquam, inueniatur grauis & quod plus aeris, vt lignum, quam aquę, & quam terrę, bene in aere inueni-
20 tur grauius, & in aqua minus graue. ¶Prima conclusio. Est aliquod graue simpliciter & aliquod simpliciter leue. ¶Nam est aliquod, vt terra, quod semper nõ prohibitum fertur deorsum, vbiq; grauitatem habens. & aliquod quod semper sursum, vt ignis, & vbiq; leuitatem habens. Est igitur graue aliquod simpliciter
21 & simpliciter leue. ¶Secunda. Determinatum est medium quo grauia ferãtur, & extremum, ad quod feruntur & leuia. ¶Primo, Quia non contingit graue in infinitum ferri, neque leue. sunt igitur ea ad quæ feruntur determinata loca. Hæc autem sunt ad medium & extremum, sunt igitur determinata. Secundo. Quia grauia ruunt ad angulos pares, & leuia ita ascendunt. est igitur determinatum medium, quoversus grauia feruntur. quodam fit vniuersi medium, an terræ (quia idem esse contingit) dictum est prius. quare & extremum determinatum. ¶Tertio. Simpliciter graue omnibus subsidet. simpliciter igitur leue ei cõtrarium oĩb⁹ superfertur, & locum habebit contrarium. nam contrariorum contraria sunt loca. Quod si contraria determinata sunt, & hęc medium sunt & extremũ: confectum est propositum. Vnde iterũ recte euenit, vt quia duo sunt contraria loca, mediũ & extremũ, duo sint extrema contraria, simpliciter leue, & simpliciter graue, quæ in ipsa ferantur: inter quæ media sint, quę extremorum naturam ad alterũ participare videantur. Fit etiãvt quę sursum ferantur, perfectiora sint. nam continent, grauia vero & deorsum lata continentur, & continere, formę est: contineri vero, materiæ.

Varti capitis annotatiunculæ. XIX. Aer in igne, & quodammodo in seipso. Non habet grauitatem suæ leuitati admixtam, sicut tepidum frigiditatem admixtam caliditati, sed solum leuitatem. Illa tamen minor est respectu leuitatis ignis. quia minus mouet sursum. nam solum sursum secundum alterum. Proinde comparata ad leuitatem ignis, grauitas quodammodo dicitur, quia per eam aer ab extremo lunæ ad concauum ignis descendit, qui etsi deorsum non moueatur, tamen motui deorsum aliquid habet simile. Et cum minor aeris leuitas appellatur grauitas, medium comparatum ad vnum extremum, nomine alterius extremi (cuius naturam participare videtur) nominatur, perinde atque fuscum comparatum ad album, diceretur nigrum Neque leuitas aeris & ignis, eiusdem sunt speciei, quia ad eundem locum natę mouere non sunt, neque consimiles specie lationes efficere. Efficit em leuitas ignis lationem sursum simpliciter, & leuitas aeris lationem sursum ad alterum, quæ quidẽ duæ lationes inter se speciei discrimen habent. Proinde non differunt leuitas aeris & ignis, vt minor caliditas & maxima caliditas, sed vt minor raritas, & maxima raritas, inter se quidem specie discrepantes. Et cum leuitas aeris dicitur minor leuitas, non intelligitur esse minor secundum molem, quemadmodum leuitas ignis pedanei comparata ad leuitatem totius ignis, dicitur esse minor secundum molem, nam hoc

Ignis & aeris leuitates specie differre.

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo minor leuitas, & maxima leuitas, speciei interuallo inter se non distãt. Sed leuitas aeris est minor secundum sursum mouendi rationem, quia non ad summũ extremũq; locum sursum mouet, sed ad eũ qui ,pxime illi subest. Sic leuitas aquę in terra, est ipsius aquę minor grauitas, quia aqua nihil habet leuitatis suę grauitati admixtũ. Alioqui nõ esset corp⁹ simplex, sed cõpositum, vt quod plura haberet mouendi secundum locũ principia. Dicitur aũt aqua minus grauis, quia minus deorsum mouet, & solũ ad alterum, & quia aqua per suam grauitatem ascendit ad cõcauitatem aeris naturaliter, vt in suo loco quiescat. qui motus etsi non sit sursum, quia nõ est ad locũ sursum, habet tñ quiddam simile motui sursum, q; a loco demissiore ad supereminentiorem fiat, perinde atq; motus sursum factus p leuitatẽ. Et ergo grauitas aquę in analogia dicitur leuitas, ipsaq; cõparata ad vnũ extremũ, alterius cui intercipitur, natura participare videtur, & nomẽ retinet. Et grauitas terrę & aquę diuersę sunt natura, vt maxima dẽsitas, & minor dẽsitas, quia natæ sunt ad diuersa loca mouere, hęc ad extremũ aeris, illa ad extremũ aquę. Efficiuntq; lationes specie dissidentes, vtpote lationẽ deorsum simpliciter, & deorsum secdm quid. Quod si eiusdẽ essent speciei, consimilę natura motũ efficerent. Cõsimiles em causę cõsimiles ,pducũt effectus. Neque valet subterfugiũ quo quispiã causari posset aquã minoris esse molis q̃ terrã, & idcirco minus mouere deorsum. Nã q̃tuncunq; augeatur aquę moles, semper eius grauitas solum mouebit ad deorsum secdm quid, sicut q̃tulacunq; accipiatur terrę particula, grauitas eius mouebit deorsum simpliciter, sicut & totius terræ. Nã in corporibus simplicibus, totius & partis penes hæc eadem est ratio. Vtrem inflatum aiũt plus trahere nõ inflato. Quod vter inflatus aere plus habeat ponderis, deprimatq; grauius q̃ vesica non inflata, intelligendũ est de vtre pleno aere mixto siue corpore aereo, quale aspiramus, & alternatim respiramus, & non de vtre pleno aere puro, simplici ac elementari. Alioqui aer elementaris esset grauis, vt qui additus vtre redderet ipsum grauiorem. Corpus autẽ aereum, cum mixtum sit, aliquid grauitatis habere concedendum est. Hinc fit, vt quod plus terrę in aliatum proportione habeat. Sumatur libra plumbi habens leuitatẽ ignis vt i. aeris vt ij. grauitatem aquæ vt iij & terræ vt ix. ipsa mouebitur per ignẽ & aerem & aquam, quod plus terrenæ grauitatis habeat, q ęcterorum elementorum. Deinde capiatur talentum ligni habens leuitatem ignis vt i. aeris vt iij. grauitatem aquæ vt v. & terræ vt iij. mouebitur quidem per ignem & aerem, sed non per aquam, quod minus habet grauitatis terræ motum non promouens, plus autem aquæ motui per aquam obluctans atque resistens. Hinc paruum plumbum per aquam demergitur, lignum autem magnum aquæ supernatat.

¶Quinti cap. annotat.

¶Vi, difficultate.

Vintum cap. continet duas conclusiones, duas rationes ad primam, & duas ad secundam. ¶Prima. Quatuor sunt elementa. ¶Primo. Quia vnum est elementũ semper natum ferri sursum, & ei cõtrariũ semper natum ferri deorsum. & sunt duo quę mõ sursum, modo deorsum comparatione sumpta ad alterũ, feruntur. sunt igitur quatuor. ¶Secũdo. Est vnum graue simpliciter, vnum simpliciter leue: vnũ graue secundum alterũ, & vnum secundum alterum, leue: quæ mõ qui dictus est prius, feruntur, nunc hic, nunc illic grauitatem & leuitatem seruantia. sunt igitur quatuor elementa. Quare & tot sunt particulares materiæ: vna tñ omnium naturæ similitudine communis est. nam ex altero fit alterũ. Et q; terra solum grauitatem habeat, & ignis leuitatem solam, aer & aqua leuitatem & grauitatem secundum alterum: hinc sumitur indicium, quia terra p oia alia grauitate sua premitur deorsum: & ignis per oia leuitatis bnficio facile conscendit ad extremum. Aqua autem per ignem & aerem descendit sua grauitate depressa: & per terram non, sed per eam potius vt non oino leuitatis expers conscendit. Et aer per terram & aquã sua leuitate intus ascendit, non per ignem, sed per ignem vt grauitatis vtẽs officio descendit. Et quod in suis locis grauitatem possidere videantur, hinc videtur posse sumi argumentum, quia detracta terra, facile aqua ad locũ terrę descẽdit: & detracta aqua, ad locũ aquę facile aer. Detractavero aqua, nõ sic facile terra: & detracto aere, nõ sic facile aeris locũ subit aqua, sed difficultate quadã: vt quẽadmodum qñ simul cũ superficie eã tangente eleuatur, superficiẽ secuta vt vacui impossibilitatẽ fugiens ascẽdit. Et subtracto igne, nõ sic facile aer conscendit, sed difficultate quadam: vt quẽadmodum subtracto aere ipse ignis difficile descendit. 22

¶Secunda. Non oim elementorum vna est materia, vt vacuum, solidum, aut trianguli: q̃ diuersitatum motuum eorũ causa esse possit. ¶Primo, quia oia aut 23

essent grauia, aut leuia: & oia sursum aut deorsum ferrentur. ¶Secundo, quia si ponant solidum causam, magnus aer velocius parua terra ferretur deorsum. Si vacuum, magnus aer velocius paruo igne sursum. Nam hunc plus vacui, illum vero plus pleni habere contingeret: & ita si triangulos posuerint. huius autem oppositum semper in natura compertum est.

Vinti capitis scholia. XXII. Secundo, est vnum graue simpliciter, vnum simpliciter leue. Elementa non solum grauia sunt aut leuia, cum actu mouentur, verum etiam cum in suo loco quiescunt, non quidem capiendo graue & leue vt nomina sunt actuum, denotantia actualem motus sursum aut deorsum productionem, sed vt nomina sunt habituum qualitatumq; habitualium, aut veri⁹ potentialium. nam grauitas & leuitas sunt naturales potentiæ, elementis ad proprios motus efficiendos insitæ, & non minus inexistentes qñ non mouentur, q̃ quando mouentur, perinde atque color non minus adest parieti qñ non videtur, q̃ qñ videtur. Et quanuis aqua fluens in suo alueo super caput alicuius stantis intra aquam non percipiatur grauis, quæ tñ imposita capiti eiusdem existentis in aere facile grauis esse deprehenditur, id tamen non arguit aquã in suo loco grauem non esse. Nam id euenit ex eo q; aqua suo contenta loco, actu non grauat neq; deprimit (etsi grauis sit) q; in suo sit loco naturali. Superpositavero capiti cuiuspiam in aere, actu grauat & deprimit, q; extra suum locum naturalem existat, ad quem conatur sua grauitate moueri. Sunt autem prædictę qualitates per se quidem motiuæ, & non per se mobiles, neq; subiectiue neq; determinatiue neq; completiue, sed duntaxat mouentur per accidens, vtpote ad motum rei naturalis cui insunt, sicut formæ substantiales grauium & leuium. Quare non oportet eas ab intrinseco aut extrinseco principio moueri, aut a se, aut ab alio. Nam ista solum requiruntur in ijs quæ per se mouentur. Quare & tot sunt particulares materiæ. Sicut quatuor sunt elementa, ita ipsorum quatuor sunt materiæ numero abinuicem diuersæ. si enim eorum esset eadem numero materia, contraria tum substantialia, tum accidentalia simul essent in eodẽ. Vna tñ & eadem specie est omnium elementorum materia, vt eiusdem naturæ materia aquæ & ignis. Nam si diuersæ essent naturæ, non posset ex aqua fieri ignis, cum materia aquæ non esset nata suscipere formam ignis. Quare elementa non possent ex se inuicem generari. quod est incõueniens. Sed per eam potius vt non omnino leuitatis expers conscendit. Non dicitur aqua conscendere, quia moueatur sursum. nam ab imo terræ ad concauum aeris sublata, deorsum secundum alterum mouetur, haud minus q̃ ab extremo cæli ad idem concauum aeris depressa, sed quia ab inferiori loco ad supereminentiorem fertur, quod cum cõscensu magnam habet affinitatem. Et ille mot⁹ aquę ab imo terrę ad concauum aeris, fit ab eadem qualitate motiua numero, a qua fit motus aquę ab extremo cæli aut ignis ad extremum aeris, vtpote a grauitate secundũ alterum, cuius natura est aquam vñcunq; ad suum locũ naturalẽ mouere. Et vterq; dictorum motuum aquę naturalis est, & eiusdem speciei atq; naturæ, q; sint ad eundem terminum ad quem, tum extrinsecum, scilicet aeris concauum, tum intrinsecum, scilicet lationem deorsum secundum alterum. Si em illę lationes essent specie diuersę corpus simplex diuersis specie motib⁹ ageretur. quod in primo de Cęlo libro dictorũ est oppositũ. Aer itidẽ nõ dicitur descẽdere, qñ ab extremo cęli ad cõcauũ ignis mouetur, quia feratur deorsum, fertur em sursum, secdm alterum, perinde atq; ab extremo aquę ad ignis concauũ perlatus, sed quia a superiore loco ad demissiorẽ trãsfertur, quod descensui admodũ est persimilime. Et motus ille aeris a cõcauo cęli lunę ad cõcauũ ignis, fit ab eadẽ nũero qualitate motiua, a qua fit eius mot⁹ ab extremo aquę ad ignis extremũ, vtpote a leuitate secundum alterum, cuius officium & munus est aerẽ a quouis loco violento ad suum locũ natiuũ traducere. Si em diuersę essent illorũ motuum qualitates effectiuę, aer non esset corpus simplex, cũ plura haberet secundum locum natura mouendi principia. Et tam hic q̃ ille motus aeri naturalis & ,pprius est, consimilisq; speciei atq; naturæ. nãvtriusq; termini ad quẽ, speciei identitatẽ & cõuenientiã inter se hñt, vt de aqua dictũ est. Neq; illi obstat diuersitas termĩorum a quibus. nã ab illis non sumendũ est iudiciũ contrarietatis, diuersitatis, aut identitatis motuũ, vt quintus physicorum oñdit. Vt quemadmodũ qñ simul cum superficie eã tangente eleuatur. Ponatur tabula plana in aqua vndiq; eam contingens, quæ secundum omnes suas partes consimiliter eleuetur (si em prius secundum vnum q̃ alterum lat⁹ sustolleretur, pateret via qua subire debeat aer ad impediendum vacuum) tunc aqua sequetur superficiem tabulę eleuatę ad fugiendum vacuam, quia non potuit aliud corpus vt aer subire locum quem relinquit tabula, propter æquã partium eleuationem, quin aliquo tempore fuisset vacuum, cum prius deberet aer extremas quã medias tabulæ partes cõtingere. At natura summoperevacuum refugit. Et huiusmodi motus corporum ad impediendum vacuum plane violenti sunt, quia quanuis a principio fiant intrinseco, illud tñ principium violenter, contraq; suam naturalem conditionem adactum est vt illum motum efficiat, cum si alterum ei esset proximum corpus, nunquam hoc modo moueret. Sed potius res naturalis contra suam moueretur naturam, quam vacuum admittat.

¶Sexti capitis annotat.

¶Adminiculum, adiumentum. ¶Angusta, stricta. ¶Fusam, amplam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SExtum cap. continet vnã conclusionem, vnã questionẽ, respõsionem Democriti, & propria solutionẽ. ¶ Cõclusio. Figura motum sursum 24
aut deorsum nõ efficit: sed causa vt motus velocior aut tardior sit, exi
stit. Nam corpora mouentur diuidẽdo mediũ, figura autẽ tãetsi vim
mouendi non habeat, medij diuidendi prębet nunc adminiculũ, nunc prępedi-
mentum, vt quæ acumẽ angulũq; habeat, facile penetret: quæ vero lata, expan-
sa, obtusa, ad diuidendũ sit hebes. Non est igitur figura, motuũ aut sursum aut
deorsum effectiua: sed potius motus velocitatis aut tarditatis causa. ¶ Questio. 25
Cur corpora lata, vt ferrea & plumbea, ꝑ aquã non descendant? & eadẽ rotunda
aut longa, vt acus, cita velocitate mergantur? Et ita quęreretur cur minuta cor-
pusculą, vt pulueres, descendant per aera, & maiora maneãt pendula? Respon-
debat Democritus huius causam esse vaporũ multitudinem, quæ ab aqua emit
titur, & quæ corpori lato in superficie obuiãs, ipsum sustinet, & eiꝰ casum defen
dit. angusta vero corpora ob paruitatẽ non impedit. Et cum instaretur, cum ex-
piret tanta ab aqua vaporum multitudo in aere recepta, quõ illiꝰ corporis casum
in aere non ꝓhibet: cũ si hæc causa esset, deberet potius id in aere percipi? Sol-
uebat id esse, quia vapores in aere se nimis diffundãt & segregent: visq; illa dis-
persa & disgregata mouere minus sufficiat, sed eiꝰ solutio debilis est, poteritq;
hæc aptari conuenientior. Corporum quædã sunt facile diuisibilia, vt quę sunt
bñ terminabilia: & quę magis, & magis: vt aer magis terminabilis est aqua, ideo
magis diuisibilis, & aqua magis terminabilis terra, ideo diuisibilior. terra vero
ad diuidendum inepta. & eiusdẽ corporis paucitas, diuisibilior multitudine exi
stit. Hinc fit vt fusam latitudinem hñtia, plus sub se cõprehendant, & ideo diffi
cilius seccent & diuidant. rotunda vero minus, & lõga, & acuta, & ideo insit eis
quędam diuidendi habilitas, & velocius ferantur mota: lata vero (modo paria
sint) tardius. & talia per aerẽ velocius agitãtur: quia diuisioni peruior. ꝑ aquam
tardius. Cum tñ lata ipsa suspensa, ĩmota hęreant, ex virtutum comparatione
cognoscitur. nã grauitas virtus quædã est, & medij distractio virtus altera, quã
cum grauitas superet, mouet deorsum. Si vero superetur, & fiat debilior: non di
uidit, neq; distrahit. & tunc suspensa sine motu, superfusaq; manẽt corpora. Sed
de graui & leui, suisq; accidentibus dictum hactenus putetur sufficienter.

SExti cap. scholia. XXIIII. Figura motũ sursum aut deorsũ non efficit. Figura ipsiꝰ mo-
bilis, neq; cã est principalis, neq; instrumẽtalis motꝰ sc̃dm locũ. Nã absente causa ꝑ se mo-
tus, non fit motus. At deperdita quacũq; figura mobilis, & alia ei inexistiẽte, æque fit mo-
tus, ac añ fuerat, vt si quis dicat terrã moueri deorsum a figura sphęrica, id falsum esse conuinci-
tur, ꝙ deperdita figura sphęrica ab illa glebula, & acquisita ĩ ea figura quadrata, ęque mouet deor
sum atq; priꝰ. nõ est igit figura, causa motꝰ. Et q̃uis sine figura nõ possit mobile moueri, vt neq;
sine magnitudie, id tñ nõ arguit figurã motũ efficere, sicut q̃uis sine hũiditate nõ possit aqua mo
ueri (quia nõ subsistere) id nõ efficit hũiditatẽ esse motus authorẽ. Fatendũ est tñ figurã cõduce-
re vt mobile expeditius, aptiꝰ & facilꝰ moueatur, vt figura globi sphęrica cõfert ad faciliorẽ glo
bi volutationẽ & agitationẽ, q̃ non haberet si esset quadratus, nõ habet tñ figura vim aliquã per
se mouẽdi. XXV. Et ita quęreret cur minuscula corpora. Si exigua corpora non hñt vim diui-
dẽdi mediũ, q̃ tñ habẽt maiuscula, ipa minutula manẽt pẽdula in aere, & maiora descẽdũt. Ve-
rũ de talibꝰ non loquitur hic Aristoteles, sed de ijs minusculis q̃ sufficientẽ hñt medij diuidendi
virtutem, q̃ itidem haberẽt maiuscula, si non essẽt adeo lata & ampla superficie, q̃ tm̃ sub se cõ-
prehẽderẽt spatij q̃tũ diuidere nõ sufficiat ea virtus. Itaq; de talibꝰ maioribꝰ agit corpusculis, quę
ꝓpter suę figurę amplitudinẽ nõ sufficiũt diuidere id spatij ꝙ eis subiacet. Corporũ quędã sunt
facile diuisibilia. Hic fit sermo de corporibꝰ q̃ sunt bñ terminabilia termino alieno atq; extrinse
co, & q̃ se facile accõmodant cuiusuis corporis recepti figurę, & hinc facile quoduis in se corpus
receptãt, qualia sunt aer & aqua. Cũ primũ eñ lapis in aere aut aqua collocatur, protinus ea sese
coaptãt figurę lapidis, & eũ ambiũt. corpora vero bñ terminata termino ꝓprio, ob suã duritiem
nõ hñt hanc facilitatẽ adaptãdi se corpori recepto, & hinc nõ sunt facile diuisibilia, vt terra. Ve-
rum de huiusmodi terminatione nõ loquitur prędens litera. Cur autem eiusdem corporis pauci-
tas diuisibilior est multitudine, in promptu ratio est, ꝙ paucum corpus minus, multum vero ma
gis suæ resistit dissectioni, perinde atque paruus exercitus resistit debilius q̃ copiosus.

¶ Paraphraseos in quartũ & vltimũ de Cęlo & Mundo Aristotelis, finis.

Primi cap. paraphraseos in primũ

de Generatione & Corruptione, annotatiunculæ.

¶ Panspermia, seminarium. ¶ Alteratio, accidentalis mutatio, secundum ac-
cidens facta mutatio. ¶ Mixtio, congregatio.

1 Ibri de generatione & corruptione duo. Primus continet
decem cap. Primum cap. tres conclusiones, duas antiquo-
rum de gñatione opiniones post primã, & sex ratiões post
tertiam. ¶ Prima conclusio. De gñatione & corruptione,
natura genitorum & corruptorum, de causis eorum, quid
alteratio, quid augmentatio, & vtrum gñatio & alteratio
idem sint, necne, determinandum est. ¶ Nã de his variæ
fuerunt antiquorum dissensiones, quæ per hanc (veritate
conspecta) tollentur determinationẽ. ¶ Duæ de hac re antiquorum opiniones.
2 ¶ Prima est ponentium oia esse vnum, & omnia ex vno gñari: & hi ponunt ge-
nerationem alterationẽ esse, & generari alterari. ¶ Secunda est ponentium plu
3 ra materialia principia, ex quibus omnia conflentur. Et hi sunt Empedocles,
Anaxagoras, Democritus, & Leucippus. Empedocles eñ posuit quatuor ele-
menta simplicia, rerum materias: & litem & amicitiã, efficientia pricipia. Ana
xagoras infinitas homœomerias atomos, vt os, carnẽ, neruum (quorum quæli-
bet pars, totius naturã atq; nomen retinet) rerum materias: Democritus & Leu
cippus infinita insectilia corpora (ex pluribus oia parentur) positione, figura &
ordine dissidentia. Et hi oẽs volunt aliud esse generationẽ, & alterationem: prę
ter Anaxagoram (qui propriam vocẽ ignorauit) dicentem generari & corrum-
pi idem esse ꝙ alterari. Et maxime aduersatur Empedocli. nam Empedocles
quatuor elementa ponit, & carne, & osse, & neruo, & similibus simpliciora. Illæ
autem contra, os, carnẽ, neruũ, & similia, elementis, igne, aere, aqua, & terra, sim
pliciora, vt quę sint horũ grecovocabulo pãspermia. ¶ Secunda. Qui oia dicũt
4 esse vnum, & ex vno constituũt oia: gñationẽ ab alteratione differre defendere
non possunt. Nã semper vnum eiusdemq; naturæ subiectũ est. Mutationẽ au-
tem q̃ subiecto vno eodẽq; manẽte aduenit, alterationẽ nuncupamꝰ. ¶ Tertia.
Qui plures rerũ ponunt materias. gñationẽ ab alteratione differre dicũt: quam
5 tñ, alterationẽ inquam, ex suis dictis saluare impossibile est. ¶ Primo, Quia di-
cunt gñationem & corruptionẽ mixtionem esse segregationẽ: & calidum, frigi
dum, hũidum & siccũ, album, nigrũ, molle, durum, & cęteras passiones propri-
as esse elementorũ, & (ex qbus cætera pariant) principiorũ: vt Empedocles di-
cit ignem calidũ & album, aquã frigidam & nigrã. Sed cũ diuersæ sint horum
materiæ, ex igne nõ fit aqua, aut vnũquodq; reliquorũ ex reliquo. igit neq; fiet
ex calido frigidũ, ex molli durũ, aut vnũ aliquod taliũ ex altero sc̃dm ꝓpriam
alterationem. Oppositum tñ horũ videmꝰ. nam re & a concretione & secretio-
ne cessante, eã videmus nunc augmento excrescere, nunc decremento minui se
cundum quantitatẽ, nũc calidã nunc frigidã fieri sc̃dm qualitatẽ. ¶ Secundo.
Quia in oi mutatione cõtrariis subiiciẽda est eadẽ natura: siue hęc transmuta-
tio secundum quãtitatẽ, siue sc̃dm qualitatẽ, siue secundum locũ sit sumpta. id
aũt, plures variasq; subiiciẽdo materias, facere nõ possint. ¶ Tertio, quia si alte
ratio est, rerum adinuicẽ trãsmutatio est. Quod si est, multę (vt dicũt) diuersęq;
naturę nõ sunt materię. nam oim adinuicẽ trãsmutationẽ hñtium, materiã esse
vnã necesse est. ¶ Quarto, quia Empedocles pugnãtia dicit. dicit eñ ex elemẽ-
tis mixta gñari, & alterum in alterũ nõ posse trãsmutari: sensui manifestis con-
tradicens. Videmꝰ eñ & aquam ex terra, & terrã ex aqua gigni. qui item cum

quorũ adinuicẽ mũ mutationem unam habent materiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

concedat alterationem secundũ passiones, & ignem dicat calidũ & album. aerẽ leuem & molẽ, aquã frigidam & nigrã, terram grauẽ & duram: his perditis differentijs (separabiles enim sunt) vt etiã vnum gñetur ex altero, cuius proprias habebit qualitates, concedat oportet. ¶ Quinto. Quia dicit Empedocles adueniẽte amicitia oĩa abire in chaos, suis passionibus spoliata: & adueniẽte lite, separari ab ipso, nouis acquisitis passionibus. trãsmutantur igitur adinuicẽ. ¶ Sexto. Quia Empedocles non determinat an quatuor elementa principium sint ipsius chaus, & confuse molis: an potius ipsum principium sit elemẽtorum. Insufficiẽtem igitur facit determinationem: quod & reliqui alij factitarunt.

empedoclis sententia de generatione & corruptione

PRimi capitis primi de generatione scholia. IIII. Mutationem autem quæ subiecto vno eodẽq; manente aduenit. Subiectum hic sumitur pro subiecto completo. Nam de eo solo loquuntur primę opinionis assertores. Manifestum autem est mutationem quæ fit manente eodem completo, ante trãsmutationem & post, esse accidentalem, vt augmentationem, alterationem, aut lationẽ. At in ea quam ponunt generatione, idem manet subiectum completum ante transmutationem & post, alioqui plura essent entia. Quare generatio quam asserunt, neutiquam ab accidentaria transmutatione discrepat. V. Sed cum diuersæ sint horum materiæ. Si diuersæ sunt corporum naturalium materiæ, vnius materia non erit nata suscipere alterius formam, vt neq; materia cęli formam rerum naturalium, neq; rerum naturalium materia formam cælestem, ꝙ diuersæ sint specie. quare ex vno non fiet alterum, & non erit rerum generatio. Quod si non est generatio, neque erit alteratio. Nam si prius non est, neq; erit posterius. generatio autem alteratione prior est. Præterea si non est finis, neque medium ordinatum in finem. Alteratio autem in generationem ordinatur. Cæterum cum non existente generatione dicitur non esse alteratio, non de actuali aut generatione aut alteratione id accipiendum est, sed de ea quæ nata sit esse, vt sensus sit huiusmodi. Si non est nata esse generatio, neque nata est esse alteratio. Sumenda item in ea proportiõe est alteratio pro alteratione proprie dicta, quæ fit secundum qualitates actiuas & passiuas, caliditatem, frigiditatem, humiditatem, siccitatem. nam eę sunt instrumenta accidentaria generationis efficiundæ. Quare non debet prẽsens propositio applicari alterationibus cæli, aut animę rationalis, vt quę neque propriæ sint, neque secundum qualitates huiusmodi fiant. Nam omnium adinuicem transmutationem habentium, materiam esse vnam necesse est. Omnium rerum naturaliũ materia eiusdem est speciei, & vna specie. Et quancunque formam vna est nata suscipere, & altera. Hinc vnius rei ad alteram est transmutatio, quod vna eademque materia vtriusque formę successiue nata est subijci. Quod autem non mutetur quodliber promiscue in quodlibet, cum materia cuiusuis rei naturalis formam nata sit suscipere, non ob materię repugnantiam euenit; sed naturę determinationem, quæ cuique rei suum designauit cõtrarium, in quod corrumpatur, & insuper ob efficientium dispositionem, quæ materiam ad hanc, & non ad illam disponunt formam, eique qualitates inducunt vni formæ, & non alteri conuenientes. His perditis differentijs, vt vnum generetur ex altero. Sit ignis calidus & albus, aqua vero (vt ponit Empedocles) frigida & nigra, altereturque ignis secundum vtranque suam qualitatem. Deperdetur quidem a materia ignis caliditas, & acquiretur in ea frigiditas, & depulsa item albedine, acquiretur in ea nigredo. erit itaq; post alterationem illud nigrum & calidũ. Igitur deperdita erit forma ignis a materia, & in ea acquisita forma aquæ, cuius assunt passiones. quare erit ibi facta trãsmutatio secundum substantiam. Aut si dicatur remanere post alterationem forma ignis in materia, ignis erit frigidus & niger, perinde atque aqua. quod est impossibile.

q̃ ꝗlibet nõ trãsmutatur in quodlibet a natura ut nõ x materie

¶ Secundi capitis annot.

¶ Comœdia, fabula est affectum ciuilium ac priuatorũ continẽs: qua discitur quid in vita vtile sit, quidve contra fugiendũ. ¶ Tragœdia, est heroicę fortunę in aduersis determinata cõprehensio. ¶ Positio, opinio. ¶ Rationabilior, minꝰ absona, minusq; irrationabilis. ¶ Αὐτοῦργον ὄρ, ipse idealisq; triangulus.

SEcundum caput continet duas conclusiones, duas rationes ad primam, duas ad secundam, quatuor rationes ad tertiam, tres opinionis Democriti rationes, earum solutiones, duas generationis & alterationis differentias post tertiam. ¶ Prima conclusio. Plato de generatione & corruptione insufficientem executꝰ est determinationem. ¶ Primo, quia quõ fiant mixtorum gñationes, vt ossium, carniũ, & neruorũ: nihil meminit. ¶ Secundo, quia de augmentatione & alteratione nihil determinauit: quæ huic negocio subser- 6

uiunt. Et certe nullus præter Democritum videtur oĩm quæ necessaria sunt, aliqua tetigisse: qui de oĩbus videtur curã egisse, vt de gñatione & corruptiõe, augmentatione, alteratione, actione, passione, & mixtione. Dicebãt eñ Democritus & Leucippus, ex atomorum cõcretione gñationẽ, secretione corruptionem fieri: diuerso situ & ordine alterationem: quẽadmodum eædẽ literæ varium situm atq; ordinẽ habẽtes comœdiam cõponunt, & tragœdiã: & cæterarum mutationum, augmẽtationis, diminutionis, actionis, & passionis, & mixtionis causas in atomos reducebant. ¶ Secunda. De gñatione & corruptione apta incumbit determinatio. ¶ Primo, quia oẽs hæc tractant, dicuntq; gñationẽ & corruptionem aliud esse, & aliud alterationẽ: quia generatio, quędam sit congregatio corruptio vero, disgregatio, & alteratio eorum cõpluribus visa sit passionũ translatio. ¶ Secundo, quia de hac re rationabiles quędam mouentur quæstiones: vt vtrum gñatio sit cõgregatio: vtrũ corruptio, segregatio: vtrum gñatio, alteratio sit: an nulla prorsus. Et ad has quæstiões, rationes adducuntur, hæ cogentes, hæ vero dissolui difficiles. expedit igitur eiusce rei deprehendere veritatẽ, & considerare an entia generentur, alterentur, augeantur, & horum contraria: an corruptionem, detrimẽtumq; patiantur: & an ipsorũ pricipia sint insecabiles magnitudines, superficies, vt dicebat Plato: corpora, vt dicebat Democritus. democrito & leucippo

7

¶ Tertia. Positio Platonis positione Democriti irrationabilior est. ¶ Primo. quia irrationabilis est ad supficies vsq; indiuisibiles corpora resoluere, q̃ ea resoluere in indissolubilia corpora: quanuis: & hoc nõ modicã itidẽ habeat irrationabilitatẽ. resoluebat autẽ Plato corpora in superficies, Democritus autẽ in corpora. ¶ Secundo. Quia Democritus ex suis corpusculis conabatur & generationẽ & alterationem saluare: vt colores ex diuersa atomorum positione. Plato autẽ ex suis superficiebus neq; gignebat neq; alterabat. est igitur Platonis determinatio irrationabilior. ¶ Tertio. Quia Democritus (vt qui circa naturalia magis insudauerat) principia talia supponebat, ex quibus multa in philosophia saluare videretur. Plato vero minus impẽdit operæ, minusque fuit naturaliũ expertus. multorũ eñ ĩexperti, & ad pauca respiciẽtes, facile enunciãt. Merito igitur Democriti positio, Platonis positione rationabilior existimanda est. ¶ Quarto. Quia Plato logicis agit rationibus, nisi, inquit, vsque ad superficies resolutio fieret, q̃ essent indiuisibiles, aut otrigonum esset multa. Democritus aũt magis physicis rationibꝰ insistit. ¶ Tres Democriti rationes. ¶ Prima. Corpꝰ est magnitudo oĩno & vbique diuisibilis. Hoc eñ possibile, qd̃ quidẽ cũ possibile sit, si ponat factũ, nihil accipit ipossibile. Ponatur igitur oĩno esse diuisum. q̃ superant igitur, aut sunt pũcta, lineæ superficies, passiones aliquę, nihil, aut atomi. Non autem superant puncta: quia punctũ puncto additum non attollit maius, neque terminus a terminato diuelli põt. Neque lineæ, superficies, aut passiões, nam corpꝰ ex non corporibus cõpositũ abiret: & passiones separari impossibile est. Neque dixeris nihil manere. Nã fuisset corpꝰ ex nihilo cõflatũ, & nonvere existens, sed tm̃ apparẽs. Quę superant igitur diuisione facta, corpora sunt: quæ quia nõ sunt diuisibilia (nã non esset oĩno diuisum, vt positũ est) sunt igitur atomi. Est igitur corpus ex atomis cõflatũ. ¶ Secunda. Quia si contingeret corpus ꝓ diuidi, & ꝓ in minores resolui magnitudines, tandẽ perueniretur ad magnitudines insensibiles, quare iterũ ad indiuisibiles. Secamus igitur ipsum solum vsque ad aliquid, vt atomos, & non semper. ¶ Tertia. Gñationes & corruptiones nõ nisi atomorũ cõgregatiõe & segregatiõe saluare possumus. Rationabiliter igitur positũ est corpꝰ ex atomis esse compositũ, & in atomos resolui. ¶ Primæ solutio. Oẽ sensibile corpus quodãmodo secundum quodlibet signum diuisibile est, & quodammodo non. diuisibile quidem potestate est, non autem actu. quia tñ punctus puncto attiguus non est, fit vt nõvbique in linea sit punctꝰ, alioqui exiret ex punctis. neque vndiq; & vbique diuisibilis est, sed quẽadmodum platonis resolutio

9

Universidad de Deusto
Biblioteca

puncta habens. ¶Secundę. Sensibile in partes insensibiles diuidi, quę tñ minimę simpliciter non sint, inconueniens non est: quę etsi p se nō percipiant, cum alijs tñ iunctę simul sentiuntur. ¶Tertię. Gñatio & corruptio congregatione & segregatione atomorum non fiunt. nā corp⁹ vbiq; (ac si ex pūctis exiret compositum) diuisibile esset, & in minima segregatio, & ex minimis congregatio. sed perfecta gñatio fit, quia sit eius totius in hoc totū mutatio, quā falso existimant alterationē. Nā gñatio & alteratio bifariā differunt. primo subiecto. nam gñationis subiectum, materia est: alteratiōis autem, ens actu. Secundo, quia generatio scd'm substantiā sumitur: alteratio vero secundū qualitates. & de corruptione vt de generatione dicatur. Id tamen liceret cōcedere, segregatione generationes & corruptiones fieri velociores, cōgregatione vero tardiores: vt aquę in minutulas guttas diuisæ, velocior cōcitatiorque corruptio, & aeris accelera-

generationis & alterationis differtię

tior generatio, connitę vero, atque in vnum congestę, tardior.

SEcundi cap. scholia. VIII. Primo, quia irrationabilius est. Resolutionem corporis indiuisibilia corpora, vnicum sequitur inconueniens, scilicet partibile ex impartibilibus componi, & in talia resolui. Resolutionem autem corporis in superficies insecabiles, idem sequitur inconueniens, vtpote magnitudinem non semper esse diuisibilem in diuisibilia, & insuper aliud, scilicet corpus componi ex superficiebus. Est igitur resolutio Platonica corporis in superficies, irrationabilior quam dissolutio corporis in corpora, vt quamplura sequantur incommoda. Plato logicis agit rationibus. Rationes logicæ dicuntur, quæ non fiunt ex proprijs terminis illius disciplinæ in qua fiunt, sed ex alienis, quemadmodum ratio Platonis qua in physica voluit probare resolutionem corporum in superficies (quia nisi ea fieret, ante trigonum essent multæ figuræ polygoniæ priores, quod falsum est, cum trigonus sit rectilinearum figurarum prima) logica est, quia non componitur ex terminis physicis, sed geometricis, quod admodum vitiosum est in disciplinis. Nam cuiusque disciplinæ ex proprijs, & non alienis est ratiocinatio, cum cuique disciplinæ sui sint termini quib⁹ vtatur. IX. Prima. Corpus est magnitudo omnino & vbiq; diuisibilis. Falso assumit Democritus corpus esse omnino diuisibile, & in ea partibile quæ vlterius diuidi non possint. Nam id magnitudinum conditioni repugnat, quæ sine statu & termino diuidi natæ sunt. Insuper falsum est corpus esse vbiq; diuisibile. Nam diuisio corporis fit secundum superficiem mediam, vt lineæ secundum media puncta. At non vbique in corpore est media superficies, alioqui esset superficies superficiei proxima. non est igitur corpus vbiq; diuisibile. Præterea tametsi corpus sit diuisibile, non est tamen admittendum id omnino esse factum, nam corpus diuisibile est potentia, quæ nunquam completum consequi potest actum. quacunque enim & quotiescunque facta diuisione, semper restat vlterior facienda diuisio, vt non possit vnquam dari postrema. Nihil autem impossibile sequi, si quippiam possibile ponatur factum, intelligendum est de eo possibili, quod natum est assequi completum actum. Nam vbique ac si ex punctis exiret compositum, diuisibile esset. Si generatio fieret atomorum congregatione, & corruptio earum segregatione, vt ponebat Democritus, ipsum corpus vbique in impartibilia esset diuisibile. Nam possent vbique sumi corpuscula illa atomalia, secundum quæ fieret partitio in ea, quę vlterius dissectionem nō admitterent. quemadmodum si ex punctis esset compositum. Et ex minimis simpliciter (vtpote atomis quæ in minora diuidi non possunt) esset facta congregatio, & in minima simpliciter secundum magnitudinem, scilicet in corpora atomalia, facta resolutio. Modo impossibile est esse magnitudinem minimam simpliciter, cum omni magnitudine supponat physicus minorem dari posse.

¶Tertij capitis annotat.

¶Non ente aliquo, non ente secundum quid. ¶Non ens, non ens simpliciter. ¶Passiones, accidentia. ¶Ens actu, ens simpliciter, hoc aliquid. ¶Generatio simpliciter, formę substantialis acquisitio. ¶Generatio secundum quid, accidentis acquisitio. ¶Spiritus, ventus.

aliquid simpliciter generari aut corrupi nō contingit

TErtium cap. cōtinet sex quęstiōes, tres q̃ nihil simpliciter generet, ad primā ratiōes, earū solutiones, & reliquarū sequentium quęstionū p ordinē. ¶Prima quęstio. Vtrū contingat aliquid simpliciter gñari aut corrumpi? ¶Tres rationes q̃ nō. ¶Prima. Quicquid transmutatiōe existit, semper ex aliquo est: vt ex magno paruum, aut magnum ex paruo, ex laborante sanum, & ex sano laborans. & ita in cæteris. & si quid simpliciter generetur, ex non ente gñabitur. Erit igitur non ens, aliquid. ¶Secunda. Quod generatur secundum quid, ex non ente secundum quid generatur

vt ex non albo album: & ex non bono bonum. q̃ igitur simpliciter generabitur, ex non ente simpliciter generabitur, quod est impossibile. ¶Tertia. Aut simpliciter generatio est ex non ente simpliciter, vt non ente aliquo: aut non albo, non bono. Non ex non ente aliquo: quia hęc secundū quid generatio est. erit igitur ex simpliciter non ente. Et tunc aut non ens negat substantiam aut vniuersaliter secundū vnumquodq; prædicamentorum: vt substātiam, quantum, quale, & ita in cęteris neget ens. Si neget substantiam, erit substantiæ ex non substantia generatio. & cū sit substantia ipossibile est aliq̃d aliorū esse ex quo fiat. alioqui essent passiones a substantijs separatæ, & ex nihilo aliquid fieret: quod est ipossibile. Et id idē manifestus sequatur si nō ens vniuersaliter neget. ¶Rationib⁹ adhibenda responsio. Dicimus vno mō ex non ente simpliciter, non quidē q̃ omnino non sit ens, aliquid simpliciter generari, sed q̃ nō sit ens actu. Alio vero mō ex semper ente, sed potestate quidē, non ente aūt actu aliquid simpliciter gñari dicimus. Sed de illo ente quærunt, cum alicuius subāsttiæ fuerit gñatio an illud ens potestate ex quo fit, non sit actu substantia, sed potestate? actu tñ aut quantū aut quale, aut aliquod aliorū? Si neq; substātia actu, neq; quantū, neq; aliq̃d aliorum actu, sed solum potestate: ex nihilo aliquid generari concedere oportet, q̃ omnes concedere abnuunt philosophantes. Dicimus illud ens neq; simpliciter esse substantiam, neq; ens simpliciter quantum, aut quale, & ita in cęteris. nam hoc aliquid non est sed potestate incōpeletaq; substantia existēs, taliter & quāta

11 & qualis. ¶Scd̃a q̃stio. Quare semper fiunt, semperq; p̃durant & simpliciter & secundum gñationes? ¶Responsio. Vna causa est materia, secunda est mouens: sed hoc duplex est. vnum em̄ omni tempore mouens & imobile existit. alterum vero semper mouens & mobile, quod perpetuo succedentium generationū, corruptionum, & aliorum motuum causa existit. Et cum quid corrumpitur, in non ens actu corrumpitur, ens potestate, & materiam relinquens, ex qua alterum generetur. Neq; ideo generationum successio perpetua est, quia materia vt putauerunt aliqui, infinita sit. nam infinitum actu existere: impossibile esse, sępius mōstratum est. ¶Et cum instant. Si materia finita esset, cum quodlibet genitorum particulam materiæ accipiat: iam consumpta esset, aut tādem consumenda, defecturaq; cessationis generationum causa. finitum enim omne per finiti ablationem tandem absumitur. ¶Prompta responsio est. Nunquam consumendam, defecturamq; esse: quia corruptio vnius, generatio est alterius. quod enim materię in vnius corruptione dimittitur, ab altero in generatione sumitur. quod cū hoc iterum corruptione resolutioneque adueniente dimiserit, ab altero vno aut pluri-

12 bus primum ad ortum deductis rursus assumetur. ¶Tertia quæstio. Cur aliquid simpliciter. & aliquid secundum quid generari & corrumpi dicatur? ¶Responsio. Hoc aliquid est simpliciter, ideo eius generatio & corruptio dicitur simpliciter generatio & corruptio, accidens vero, ens secundum quid, & ad substantiam vt non ens. ideo eius generatio (vt cum fit aut quātum, aut sciens, aut vbi) dicitur secundum quid generatio: itidem & eius corruptio, quem admodum Parmenides duo ponebat, ignē ens, & terram vt non ens. Ideo ignis generatio, si ita esset, simpliciter generatio diceretur: & terræ generatio, secundum quid generatio. Et hoc existimauerunt generari magis, quod se vt species haberet: vt ignis, terra: & calidum frigido. est enim caliditas vt species frigiditas vero vt eius priuatio: & ignis & terra adiuicem hoc sese habent modo. Neque valet quod huic quæstioni exoluendę afferebant, huius simpliciter generationem & corruptionem esse, quod magis esset sensibile, quod vero minus, eius esse secundum quid, & generationem & corruptionem. Putabant enim magis sensibile, magisque scibile (sensus enim scientię virtutem habet) magis ens esse. & quo modo res se haberet ad sentiri, ita ad essendi veritatem, quod falsum est. Nam spiritus & aer, minus sensibilia sunt terra. cum enim transmutantur in terram, fiunt bene tangibilia & sensibilia: & tamen veriora quā terra sunt entia: vt quæ plus actus speciei q̃

causę alterationis & ęquiuocis generationis

infinita generationū materiam esse

non dominus quia propter generationis

Universidad de Deusto
Biblioteca

habeāt.ſed diuerſitas(vt dixímus)venít ob prędicamentorū diuerſitatem:quia
quę eſt ſecundū ſubſtātiam aut generatio aut corruptio ſimpliciter dicitur. Quę
vero ſecundum aliquod prædicamentorū accidētium.ſecūdum quid. ¶Quarta 13
queſtio. Cur ſp aliquo corrupto fit generatio? ¶ Reſponſio,Quia corruptio eſt
in nō ens,& gñatio ex nō ēte,qđ quidē eſt ens pura poteſtate.Hic merito nunq̄
caſura eſt generatio:vt quę ſit ex nō ente,quod ſine ſpecie eſſe nō poſſit. ¶Qui
ta. An illud non ens in q̄ fit corruptio,& ex quo fit generatio,alicui ſit contrari 14
um.¶Reſpōſio.Non.nā id nō ens, materia eſt ſed cōtrariorū ſucceſſiue eſt ſu-
ſceptiuum.¶Sexta.Nonne eadem eſt materia vtriuſque, & quod corrumpitur, 15
& quod gignitur? ¶Reſponſio. Eſt vt eadem,& eſt vt diuerſa.ſubiecto enim ea-
dem,ratione non eadem,vt cum ígnis corrūpitur,& generatur aqua:nūc eſt hoc
cōtrarium,nunc autem illud habens.ſunt enim ígnis aer & aqua,contraria.

Ertij cap ſcholia. X. Tres rōnesq̄ non. Tres illę rationes quas adduc-
it litera,ſigillatim atq̄ ſpeciatim ita diuidendæ ſunt.Prima quidē,ad
mittēdo quicquid tranſmutatione exiſtit,ſemper ex aliquo eſſe vt ſub
iecto.Et quod ſimpliciter generatur,ex non ente actu, vtpote materia
(quę non eſt res naturalis) generari, neq̄ inconueniens eſt huiuſmodi
non ens eſſe aliquid.Negandum tñ eſt quod generatur oīno ex nō en
te fieri,nam incōmodum eſt huiuſmōi non ens eſſe aliquid. Secūda ad
mittēdo id qđ generatur ſecundum quid, ex nō ente ſecundū quid(vt
pote ſubiecto explicato per nomen accidens negatū) gñari vt ex non
albo albū,ex nō calido calidū. Admittendo ſimiliter id quod gñatur
ſimpliciter,fieri ex non ente ſimpliciter,id eſt ex eo q̄ non eſt ens ſimpliciter ſiue res naturalis,ſci
licet ex materia.non tamen ex nō ente ſimpliciter,hoc eſt ex quod nullo modo eſt ens,& quod eſt
omnino non ens. Tertia,admittendo generationem ſimpliciter fieri ex non ente ſimpliciter,ſecun
dum intelligentiam modo datam. Et ibi non ens ſubſtantiam negat, non quidem omnem, ſed
completam duntaxat. nam generatio ex eo fit quod non eſt ſubſtantia completa, vtpote ex ma-
teria.Neque inconueniens eſt ſubſtantiæ completæ,ex non completa ſubſtantia generationē eſſe,
modo ea ſit ex incompleta.Neque oportet ſi non ſit ſubſtantia completa,nihil aliorum eſſe.nam
in generatione,materia eſt ſubſtracta formæ & accidentibus,& tamen ibi necdum eſt ſubſtātia cō
pleta ,ſed acquiritur.Ea autem quę adduci videntur inconuenienta,haberent locū ſi non ens om-
nem ſubſtantiam tam completam quam incompletam negaret,quod non eſt admittendum. Dici
mus illud ens neq̄ ſimpliciter eſſe ſubſtantiam.Bifariam quicquam eſt actu ſubſtātia.Primo,quia
ſit ſubſtantia completa,ſiue ſubſtantia ſimpliciter,quod idem eſt.Secundo,quia ſit ſubſtātia actu
exiſtens.Sic ſubſtantia poteſtate primo,eſt ſubſtantia incompleta,nata formis ſubñci.Secūdo, q̄
nondum eſt ſubſtantia,ſed poteſt eſſe.Itaq̄ illud ens ex quo vt ſubiecto fit generatio, non eſt actu
ſubſtantia primo,ſed poteſtate.Neque eſt ens ſimpliciter quantum, cum non ſit corpus naturale
habens quantitatem aut qualitatem, ſed poteſtate eſt quantum aut quale,quia incomplera eſt ſub
ſtantia ſuſcipiens in ſe quantitatē & qualitatē.Illud itidem ens eſt actu ſubſtantia ſecundo,cū im-
præſenti arū exiſtat,quare hoc modo non eſt ens poteſtate.Et incōueniens in litera adductum, ex
nihilo aliquid debere fieri,locum haberet,ſi id ens non eſſet ens actu ſecūdo. XI. Quod ob materi
am corruptionis vnius.Nō vult Ariſtoteles his verbis corruptionem vnius eſſe generationē alte-
rius, cū generatio & corruptio quę ſimul fiunt in eodem ſubiecto,mutationes ſint oppoſitæ,hæc
quidē deperditiua,illa vero acquiſitiua.Imo vero duę illæ formæ ſubſtantiales quarūvna corrum
pitur,& altera in eodē ſubiecto ſimul acquiritur,ſunt inter ſe contrarię.Sed innuit p̄dicta ſenten-
tia,q̄ quando fit vnius formæ ſubſtantialis corruptio,ſimul & in eodem ſubiecto fieri debere alte
rius formæ ſubſtantialis generationem.Alioqui facta finitaque corruptione,materia maneret ſine
forma,quod naturæ repugnat, vt cum fit corruptio formę ligni in eadē materia fit generatio for
mæ ignis.Et ediuerſo cū fit vnius generatio,neeſſe eſt ſimul alterius fieri corruptionem. Alioqui
duæ formæ ſubſtantiales ſimul manerent in eodem ſubiecto poſt generationem, aut ante genera-
tionem materia fuiſſet ſine forma,quod ſummopere natura abhorret.Itaque quāuis generatio &
corruptio motus ſunt diuerſi,vna tñ ſine altera,natura fieri non poteſt.Et ſit hic dūtaxat ſermo
de generatione & corruptione ſimpliciter,& quę eſt ſecundū ſubſtantiam, nō aūt de generatione
& corruptione ſcđm quid, & quæ eſt accidens, nam poteſt vnū accidens acquiri ſine alterius de-
perditione,vt oſtendit illuminatio. Ediuerſo poteſt vnum accidens deperdi ſine alterius acquiſi-
tione,vt facile declarat luminis deperditio. Verum hęc prædictis minime aduerſantur. XII. Hoc
aliquid,ens eſt ſimpliciter.Omne corpus naturale eſt ſubſtantia. Atqui ſubſtantia prior eſt & na-
tura perfectior accidente.hinc res naturalis ad accidens collata,dicitur ens ſimpliciter.Accidēsve
ro comparatum ad ſubſtantiam, ens ſecundum quid,& non ens,quod imperfectiorē habeat ſub-
ſiſtēdi modum q̄ ſubſtantia,cuius ſolum & vmbra eſt & imago,quomodo frigiditas caliditati col
lata dicitur eſſe eius priuatio,& terra ignis.

¶Quarti capitis annota.

¶Senſibile ens cōpletum totum. ¶Corruptio eſt a toto in non totum mutatio.
¶Diaphanitas,perſpicuitas,tranſparentia. ¶Paſſio primo,accidens. ¶Paſſio
ſecūdo,ſenſibilis qualitas. ¶Subiectū,ſuſceptibile,ſubiectum inhęſionis. ¶Su
ſceptibile,ſuſceptiuū. ¶Aliquo modo,vt cui tranſmutationes inhærent.

16 Vartum caput continet duas concluſiones. ¶Prima cōcluſio.Ge
17 neratio & alteratio,tranſmutationes diuerſæ exiſtunt. ¶Nam al alteratio q uid
teratio eſt quando ſenſibili manente vt ſubiecto eodem,ipſum in
ſuis aut contrarijs aut medijs tranſmutatur paſſionibus: vt cū cor-
pus ſanum eſt,& deinde idem manens fit ægrum:quemadmodum
ęs idem manens,nunc rotundum,nunc angulare eſt.vnde aliud eſt ſenſibile ſub
iectum,& aliud paſſio:vt quæ illi ſubiecto ineſſe nata eſt. Et generatio eſt muta generatio q uid
tio totius in totum,nullo ſenſibili vt ſubiecto eodem manente:vt cum ex toto ſe
mine fit ſanguis, ex tota aqua fit aer, & ex aliquo aere fit aqua:ſanguinis,aeris
aquę eſt generatio:& ſeminis,aquę,& aeris corruptio. Et maxime deprehēditur
generatio,quando id totum in quod quippiam tranſmutatur, multum tactu aut
18 ſenſibus omnibus perceptibile eſt :vt cum ex aere fit aqua. ¶Secūda, Si in geni
to manet aliqua paſsio quæ fuit in corrupto: ſecundum illam non eſt tranſmuta
tio. ¶Vt ſi ex aere fit aqua & frigiditas quę fuit in aere,eadem maneat in aqua:
aut aeris diaphanitas in aqua maneat. Nam ea,alteratio non erit: cū non fiat al-
teratio toto in totum mutato : quod ibi accidit.neq; generatio. nā non fit genera
tio ſuſcepta paſsione vt ſi immuſicus homo fiat homo muſicus,eodē ſemper ho
mine manente,& muſica exiſtente paſsione,alteratio eſt. Si vero nullo vt ſubie
cto manente eodem ſenſibili fieret mutatio, & muſica & imuſica paſsiones non
eſsent: eſset huius generatio,illius vero corruptio. At cum fit ſecudū paſsionem
aliqua mutatio.generatio nō eſt:ſed ſecundū quātitatem eſt augmentatio, aut di
minutio:ſecundum qualitatem,alteratio:& ſecundū locum,loci mutatio. Et ge-
nerationis ſubiectum maxime proprie materia eſt:alijs mutationibus aliquo mo
do: quandoquidem omnes in ſe ſuſcipit contrarietates.

Varti capi.ſcholia. XVII.Et generatio eſt mutatio totius in totum. Hæc generatio-
nis ratio terminum eius a quo exprimit per genitiuū totius. Is enim eſt ens naturale
completum quod corrumpitur.Inſuper & terminum eius ad quem inſinuat per acu-
ſatiuum totum,quo deſignatur ens completum quod acquiritur.Quod autem ſubne
ctitur nullo ſenſibili vt ſubiecto manente eodem diſcrimen ponit inter alterationem & generatio
nem.Nam alterationis(vt hic ſumitur)ratio exigit idem corpus naturale manere ante tranſmu-
tationem,cum fit tranſmutatio,& poſt alterationem.Proinde mutationes factæ ſecundum quali-
tates quæ generationi aut corruptioni coniunctę ſunt, vt calefactio coniuncta tranſmutationi a-
quæ in ignem,& frigefactio facta cum tranſmutatione ignis in aquam,non ſunt hoc in loco cen-
ſendæ alterationes. Ratio vero generationis efflagitat atque expoſcit nullum ſenſibile corpuſ-
que naturale manere idem vt ſubiectum ante generationis exordium,& cum fit generatio,& ip-
ſa finita atque exacta.Nam id totum ſubiectum quod eſt ante generationē,deſinit, id vero quod
poſt generationem completum conſpicitur, iam primum ſurgit ad eſſe. hinc perſpicuum eſt in
omni corruptione ex parte formarum ſubſtantialium fieri reſolutionem vſque ad materiam pri
mam, id eſt nihil formę ſuſtantialis præexiſtentis in materia ante corruptionem, ea completa in
materia ſuperſtitem eſſe,imo vero nihil ſubſtantiæ rei naturalis quę corrumpitur, ſupereſſe fini-
ta corruptione prēter materiam.Nam ſi forma prēexiſtens concedatur manere, cum per corru-
ptionem altera & ſpecie quidem diuerſa forma aduenīat, duæ formæ ſubſtantiales ſimul eſſent
in eadem re naturali.q̄ aduerſatur prīcipio phyſico,vnius rei naturalis tm̄ vnam eſſe formā ſub-
ſtantialem.Quo circa nō eſt effingenda forma(vt plerīq̄ vocant)corporeitatis,materiæ coæterna
& cuiuis alteri formæ coniuncta.Nec ponenda in eodē primū anima vegetatiua, deinde ſenſitiua,
& demū intellectiua.Neq̄ partiū heterogenearum, vt oſſis, carnis & neruis aſſerendę diuerſę for
mæ,neq̄ elementorū formæ ponendę ſunt manere in mixto ſcđm ſubſtantiā.Nā hæc oīa phyſicis
principis ſunt pugnantia. XVIII. Si in genito manet aliqua paſſio q̄ fuit ī corrupto. Supponit Phi
loſophus hoc loco aliquā paſſionē quæ fuit in corrupto,manere in genito,q̄ verum eſt,prēſertim
cum paſſio quæ fuit in corrupto,non diſcōuenit naturę geniti,vt caliditas ignis nō obeſt aeri ,nec
aeris humiditas aquæ.Cum vero affectio quę fuit in corrupto,diſcōuenit naturæ geniti,generans

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut ipsius geniti forma eam expellit vt sibi inimicam,& oppositam ad sui conseruationē inducit; vt si ex igne fiat aqua depellitur ignis caliditas & siccitas,inducitur q; earum loco frigiditas & humiditas. Perinde atq; rex occupata vrbe,illius indigenas partes suas tuentes seruat incolumes,nec emigrare cogit,inimicos vero & sibi aduersos trucidat,aut vrbe propellit. At cū qualitas corrupti manet eadem ingenito,ipsa quidem emigrat de subiecto completo & denominationis, in alterum subiectum completum & denominationis. Id autem non est censendum inconueniens. nā principium physicū,impossibile esse accidens migrare de subiecto in subiectū,intelligendum est de subiecto incōpleto & inhæsionis,quod ipsi qualitati est idem numero,vtpote materia. Et quod materia habeat in se tum cum fit generatio, actum accidentarium,ipsamq; passionē quę manet eadem nō efficit subiectum generationis esse ens in actu. Nam a sola forma substantiali totum cōpletum ens actu dici debet. Similiter q; ipsa qualitas manens eadē sit sēsibilis sensuq; percipi nata,non concludit in generatione idem manere sensibile. Nam in diffinitione generationis, sensibile pro ente naturali subiectoq; completo & toto sumitur. Neque incommodum putandum est,accidens tēpore substantiam præire,vt eam passionem aliquanta temporis mora formam substantialē acquirendam antecedere. Nam substantiam accidente priorem esse debere natura, dignitate atq; perfectione censendum,& non tempore. Natura si quidem plerunq; ab imperfectis ad perfecta ꝓgreditur. Quanuis autem ea passio quæ manet,sit remissior in corrupto,& intensior in genito,aut contra vehementior in corrupto,languidior in genito,vt caliditas cum ex aere fit ignis,aut ediuerso id tamen non arguit eam qualitatem non manere eandem. Nam intensio & remissio non reddunt qualitatem numero diuersam,tametsi in vno vt totum,in altero vero solum vt pars existat.

¶Quinti capitis annota.

¶Separatum,non quantum. ¶Augmentatio est cum nutricatione quatitatis incrementum. ¶Diminutio vero consimili modo quantitatis diminumentum. ¶Nutricatio,alimenti est in aliti substantia conuersio. ¶Nutricatio,nutritio, alitio. ¶Additamentum,maioramentū. ¶Quęlibet pars,pars homœomera,vt os,neruus,anomœomera:vt caput,pes,manus. Pars homœomera est quę omnes sui partes similis secū habet denominationis. ¶Anomœomera,q̄ non habet suas partes similis secum denominationis. ¶Esse,ratio.

Vintum caput continet octo conclusiones,vnam quæstionem & duas rationes ad primam, vnam quæstionē ad secundam,duas rationes, & vnam instantiam ad tertiā,vnā quęstionem ad quartam tres rationes,& sex augmentationis conditiones,&vnū corollarium ad octauā. ¶Quęstio. 19
An augmentatio ab alijs motibus differat? ¶Prima conclusio. Augmētatio ab alijs motibus differt. ¶Prio. Quia 20
gñatio & corruptio sunt secundum substantiā. Generatio quidem vt cum ex potentia substantia fit actu substantia. corruptio, e diuerso. alteratio secundum qualitatem.& motus localis secundum vbi,augmentatio vero & diminutio secundum q̄ualitatem. Est igitur augmentatio ab alijs mutationibus altera. Conuenit tñ cum cæteris: quia sicut in illis ex eo quod erat potentia,fit vt sit actu:ita & in augmentatione. ¶Secundo. Secundū transmutandi modorum diuersitatem:quia quod generatur,quod corrumpitur,quod alteratur,omnino non oportet mutare locum,quod autem augetur. oportet aliquo modo.& quod secundum rectum fertur,omnino locum demutat,& quod circunfertur. semper eundem locum seruat. Quod vero augetur:neq; omnino demutat,neque eundem semper seruat:sed primo habet arctiorem,postea vero ampliorem. & quod diminuitur,ediuerso ab ampliore euadit in arctiorem. differt igitur augmentatio ab alijs mutationibus. ¶Secunda quæstio. Cum augmentatio & dimi 21
nutio sunt circa quantitatem vt magnitudinem: an fiant ex corporeo potentia, & incorporeo actu? & si ex corporeo,an illud corporeū ex quo fiant,a subiecto & materia sit seiunctū,an ne potius materie coniunctū? ¶Secunda cōclusio. Augmentatio non fit ex aliquo separato. ¶Non em̄ fiet ex aliquo separato non exi- 22
stente in aliquo.nā nō esset in loco,vt neq; punctū. sed tūc qui erit? an vacuū? an insensibile corp^9? Sed id ex quo aliquid gñatur,in loco est. igitur id ex quo aliquid augetur,minime separatum est. Neq; quidē id separatū in aliquo existit: Primo,quia augmētatio fieret ab illo separato abstracto ab illo in quo esset:cū nihil esset illius in quo esset:vt neq; vas aliquid vini q̄d in ipso est, cū ipsum ab ipso vase extrahatur,hoc aūt nō.nā non fit sine partiali corruptiōe,& partiali gñatione. Secundo,quia nihil ꝓhiberet hoc mō simul infinitas esse materias, quare
23 & idem ex infinitis simul gñari,si admittāt augmentationem adiectā gñationi. ¶Tertia. Melius est sentire augmentationē & gñationem ex vna nūero, eadēq; inseparata materia fieri:ratione vero nō vna. ¶Primo,quia vt fiat augmentatio aliquo adueniente corporeo aut incorporeo,necesse est. nō autē fit ex icorporeo. fit igitur ex corporeo. & hoc quidem,coniuncta inseparataq; materia est: ex qua pariter fit gñatio. Fit em̄ gñatio ab aliquo ente actu aut homogeneo,aut heterogeneo. vt ignis ab igne, & hō ab hoīe:& substantiæ corporeæ materia,re ipsa & actu inseparata est,ratione atq; cogitatione separabilis. ¶Secundo. Augmentatio est prēexistentis quantitatis additamētū nutritioni coniunctū: & diminutio, prēexistentis quātitatis minoramentū. Igit̄ quod augetur, corporeū est:& quod ei aduenit,corporeum. Incorporeum siquidem corpori aduenens, maius ipsum non efficit. Et quod in diminutione subtrahit̄, corporeum. nā incorporeo subtracto non fieret min^9. ¶Instantia. Si quid augeretur,& quęlibet pars maior fieret: & si minueretur,minor:& si quid augeretur,pariter aliquo aduenientе aut corporeo aut incorporeo augeretur. & si quid minueretur, pariter aliquo corporeo aut incorporeo distracto & recedente minueretur. Sed non augetur aliquo incorporeo aduenientе.esset em̄ quid separatū.& materiā a magnitudie separatā esse impossibile est. Neq; fiet aduenientе corporeo.nā duo corpora simul erunt:vt quod augetur & auget. Neq; per idem minuetur subtracto incorporeo, neq; corporeo. nam & corpora se occupassent,aut relinquerēt vacuū. Nō igitur vllo pacto aliq̄d aut augebitur aut minuetur. ¶Rñderunt aliqui augmentationē fieri nullo extrinseco aduenientе: quēadmodum cū ex aqua fit aer, nullo extrinseco suscepto fit aeris maior moles. & cum ex aere fit aqua,nullo subtracto fit minor. Sed hoc pacto insufficienter responderunt. Primo,quia illic nulla augmentatio vel diminutio,sed vnius generatio,& alterius corruptio est. Secundo, quia saluare oportet id quod augetur esse.& eius quanlibet partem efficí maiorem:vt carnem,neruum,& quæ ex illis constant.& quod augetur,non perire, sed manere. id autem
24 ipsi non saluant. ¶Tertia quæstio. Quid augetur cum apponitur aliquid? an id quod apponitur,vt cibus? an corpus cui apponitur? aut vtrunq;? quemadmodum
25 cum aquam vino immisces,totū simul redditur maius. ¶Quarta cōclusio. Animatum corpus cui cibus aduenit, augetur. ¶Primo. Quia id augetur,quod ante & post substantia manet idem.hoc autem est animatum corpus,& non cibus,neque vtriusq; congeries.augetur igit̄ animatum corp^9 cui aduenit cibus:& solum quidem:quēadmodum si parum aquę fundas in vinum, quæ corrupta nō maneat,non dices aquam effectam maiorem,neq; vniet aquę aggregatam molem,sed vinum,vt quod solum maneat. ¶Secundo. Quia si carni aduenit passio, fiatq; carnis alteratio,semper carne eadem manente, caro cui aduenit passio, alterari dicitur, & non ipsa passio. dicetur igitur & animatum corpus augeri, cui aduenit cib^9,& non cib^9 ipse. ¶Tertio,id augetur, in quo est præcipuū mouēs, in corpore aūt animato præcipuum mouens est corrumpens cibum in cōsimili specie animato:fitq; ingrediens simile specie,& corpus hoc accipiens,maius. au-
26 getur igitur corpus animatum:& non qui corrumpitur cibus. Sex augmentationis conditiones. ¶Prima. Idem manet ante augmentationē, & post. Secunda. Quod augetur,aliquo aduenientе augetur: & quod minuitur,abeunte aliquo minuitur. Tertia. Eius quod augeī: quęlibet pars augetur: & eius quod minuitur, quęlibet pars minuitur. Augentur em̄ anomœomera,cum homœomera augentur.nā ex homœemeris anomœomerū vnumquodque compositum est. Quarta

augmentatio ab alijs differt motibus

q corporeo fit augumentatio & diminutio

augmentatio q̄d z diminuto

ratio probas augumentationē a corpore

corpus cui aduenit non ipse cibus augetur

illud augetur in quo aliquid aduenit

vt aliquid augeatur,non eſt conſtituendum vacuum. Quinta. neq; vt ſit augmentatio, corpora ſe in eodem loco occupare neceſſe eſt. Sexta. augmentatio non fit incorporeo adueniente. Et his ex ſequentibus clarioribus factis, obiectionis propoſitæ patefacta erit ſolutio. ¶ Quinta. Augmẽtatio fit aliquo adueniẽte ſecundum ſpeciem, & non ſolum ſecundum materiã. ¶ Nã adueniente aliquo ſecundum ſpeciem, maius totum efficitur. ſecundum autem materiam, non. Aduenit enim aliquid ſecundum ſpeciem, cum ſimilem formam & ſpeciem rei cui aduenit, obtineat. ſecundum materiam vero, quod ſimilem retineat materiã, ſpeciem vero non. Quemadmodum ſi aliqua menſura continue aquam aquæ ſuccedentem metiatur, quæ continue aduenit, idem ſecundum ſpeciem eſt: ita ſi aduenens oſſi, oſſis formã accipiat, & carni, formã carnis: quod aduenit, dicitur ſecundum ſpeciem. Quod ſi ſuccederet aquæ non aqua, & oſſi non os, carni non caro: quod aduenirет, ſecundum materiam diceretur, & non aliquid ſecundũ ſpeciem & formam. Et quæ ſunt ſecundum formam, & quæ ſecundum materiam, in aliquibus facilius deprehenditur: vt anomœomeris: vt viuentis manus cũ augetur. Et hinc fit vt motui magis videatur eſſe caro & os, quam manus & brachium, quod ſpeciei diſcrimen in anomœomeris apertius manifeſtiuſq; ſit. ¶ Sexta. Cibus, aucto contrarius eſt. Nam aucti ſpecie, ipſum in conſimile ſpecie tranſmutari oportet: vt ſi ſicco aduenìat humidum, tranſmutabitur in ſiccum. fit eñ augmentatio, aliquo ſecundum ſpeciem adueniente. Id autem eſſe non poteſt cibo non exiſtente contrario. nam contrariorum proprium eſt adinuicem agere atque pati. & alterum ab altero corrumpi. Cibus igitur aucto exiſtit contrarius. ¶ Corollarium. Vnde fit vt quod augetur, vt ſimili & vt diſſimili augeatur. ¶ Nam augetur diſſimili in principio, quia contrario: & in fine, ſimili: quia ſecũdum ſpeciem. ¶ Septima concluſio. Cibus talis eſt potentia, quale quod incremẽtum ſuſcepturum ſit, actu. ¶ Quia ſi ex cibo augenda ſit caro, ipſum ſpeciem carnis accipere oportet, & ſi os, ſpeciem oſſis, & ita quicquid agendum ſit, illius rei ſpeciem. fit enim augmentatio aliquo ſecundum ſpeciem adueniẽte. Eſt igitur cibus potentia talis, quale quod augetur, actu eſt: attamen actu aliud. Fit eñ augmentatio, quemadmodum ſi in vinum fundatur aqua, quæ mixta in vini ſpeciem corrumpi poſſit, vini quantitatem adaugens, ita digeſto alimẽto, & in corpus diſperſo, corporis naturam ſumit, corpuſq; adauget. Et ſicut ignis appoſita ligna vrendo facit ignem, atque in ſimilem ſubſtantiam tranſmutat, quia generat: ſic corpus animatũ, & coctum cibum in ſuam conuertit ſubſtantiam. ¶ Octaua. Et ſicut quod generatur, non eſt vniuerſale quantum aut ſingulare, ſed hoc vniuerſale, aut hoc ſingulare, vt animal homo, hic homo: ſic quod augetur, non eſt hoc vniuerſale, aut hoc ſingulare: ſed vniuerſale aut ſingulare quantum. Caro enim vt caro carni aduenìens non auget, ſed illic potius generatio attenditur. ſed vt caro quanta quantæ carni aduenit, auget, fitque totum maius. fit enim augmentatio, actu adueniente corporeo. Oportet igitur generari & carnem, & quantã carnem. ſed ſecundum quod caro, nutrit: ſecundum quod quanta, auget. Et ſic nutriens & augens etſi ſubiecto ſint vnum, ratione tametſi diſſentiunt. ¶ Corollarium. Vnde fit vt nutriatur quandiu ſaluatur animal: non tamen ſemper aut augetur, aut minuitur. ¶ Nam quãdiu ſaluatur, aduenit potentia caro. quæ vt caro, nutrimentum eſt: non autem ſemper maius efficere valens. vt enim dictum eſt, augmentatiuum & nutrimentum re ipſa ſunt idem: eſſe aut non idem. Nã ſecũdum quod aduenit potentia quanta caro, augmentatiuum eſt: ſecundum vero quod ſolum potentia caro, nutrimentum. Et ſicut aquę abũdantia vino infuſa & mixta, vinum aqueum facit, & aquam: ſic adueniente formę multa potentia, virtus eius debilitatur, & fit diminutio. & quanto plus potentiæ, tanto materialior. & quanto minus, virtus eius valentior: fitque tunc augmentatio. ſemper tamen & in aucto & diminuto ſaluatur ſpecies. Sed de augmẽtatione & diminutiõe hactenus.

27 28 29 30 31 32

QVinti cap. ſcholia. XX. Augmentatio ab alijs motibus differt. Non ſolum putanda eſt augmentatio ab alijs motibus ratione diſcrepare, verum etiam re ipſa, & quidem genere, poriſſimum autem a generatione & nutritione. quãuis enim ſit idem re ipſa nutriẽs & augens, nutrimẽtum & augmentatiuum (vt oſtendit litera in fine præſentis capitis) vtpote cibus aucto adueniens, & in aucti ſubſtantiam conuerſus, qui quidem nutrit ſecundum ſubſtantiam, & auget ſecundum quantitatem, tamen nutritio & augmentatio re ipſa prorſus diſcrepant. Nam nutritio eſt formæ partialis viuentis in materia cibi acquiſitio, & eſt ad ſubſtantiam. Augmentatio vero eſt maioris quantitatis in viuente acquiſitio, & eſt ad magnitudinem, quæ a ſubſtantia re ipſa diſſidere in philoſophia ſupponenda eſt. Et quod augmentatio nutritioni ſit cõiuncta, eodemque tempore fiant ambo dati motus, & in eodem ſubiecto, quodque ſi non ſit nutritio, non erit augmentatio, haudquaquam efficit augmentationem nutritioni re eãdem eſſe. Non enim oportet ſi duo motus tempore & ſubiecto coniuncti ſunt, ipſos protinus eſſe eoſdem, præſertim cum termini ad quos proficiſcuntur, ſunt inter ſe longe diuerſi. Siquidem generationi ſemper coniuncta corruptio natura comperitur, & plerunque ambulationi calefactio. Non tamen protinus conſequitur corruptionem generationi eandem eſſe, aut ambulationem calefactioni. Nutritio vero & generatio re ipſa idem ſunt, hoc quidem communius, illud vero minus commune. XXII. Non enim fiet ex aliquo ſeparato non exiſtente in aliquo. Non poteſt augmentatio fieri ex aliquo magnitudinis experte, quod non ſit in aliquo vt continente. nam tale ſeparatum non eſſet in loco, quemadmodum neque punctum, cum non haberet magnitudinem, quæ requiritur vt quicquam loco contineatur. Et tunc huiuſmodi ſeparatum, nihil aliud eſſe poterit niſi vacuum, aut iſenſibile corpus, quorum vtrunque eſt incommodum. Nam id ex quo aliquid generatur, eſt in loco, at id ex quo quicquam augetur, etiam eſt id ex quo aliquid generatur. igitur id ex quo aliquid augetur, etiam eſt in loco. non eſt igitur illud ſeparatum, & a magnitudine ſeiunctum. Neque huiuſmodi ſeparatum ex quo poneretur fieri augmentatio in aliquo exiſtit vt ſuo continente. Primo, quia huiuſmodi ſeparatum nihil eſſet illius in quo contineretur, quemadmodum vinum nihil eſt vaſis quo continetur, cum ab eo poſſit ſeparari. Poſſet igitur conſimiliter & id ſeparatum abſtrahi ab illo in quo continetur, & augmentatio ab illo ſic abſtracto fieri. quare augmentatio fieret tunc ex illo ſeparato non exiſtente in aliquo. quod eſt ad prius relabi inconueniens, & impoſſibile, cum generatio & corruptio ex huiuſmodi ſeparato fieri non poſſint, augmentatio autẽ ſemper generationi & corruptioni ſit coniuncta. Secundo, quia ſi duæ materiæ magnitudinis expertes ſimul eſſe poſſent, eodem iure & tres, & quatuor, imò multitudine infinitæ, atq; numero ideterminatæ, cum maius non attollerent. ſicut mille puncta ſimul non faciunt maius quam vnum. Augmentatio autem ſemper eſt coniuncta generationi, igitur idem corpus naturale ex infinitis materijs & numero indeterminatis (ex quibus fit augmentatio eodem tẽpore) ſimul generaretur. Id autem impoſſibile. XXIII. Neq; fiet adueniente corporeo. Admiſſis omnibus quæ præſens obiectio ante adduxit, negandum eſt ſi augmentatio fieret adueniente corporeo, idcirco deberet fieri penetrationem dimenſionum. Nam ſi ea fieret, per aduentum magnitudinis accedentis non redderetur totum maius, ſicut duo pedalia ſe occupantia non ſe magis expanderent quam vnum. Ad euitandam autem hanc dimenſionum penetrationem, natura poros ordinauit ſubtiliore corpore plenos ad diffugiendum vacuum, in quibus recipitur alimentum, cedentibus ſolidiori cibo corporibus molliuſculis inibi contentis. Ita in diminutione cum recedit corporeum per defluxum a corpore animato, ſubtilia corpora poros relictos opplent. quare naturæ timendum non eſt, ne aut fiat vacuum, aut prius fuerit penetratio dimenſionum. XXVI. Prima. Idem manet ante augmentationem & poſt. Quanuis partes animati continue defluant, aut a materia ſola, vt in homine, aut ab vtraque parte ſubſtantiali, vt in cæteris animatis, nihilominus ſimiles in figura, ſitu & ordine partes continue reparantur, vt in alueo fluente. Et idipſum ſufficit vt auctum dicatur manere idem ante augmentationem & poſt, coidentitatis modo quo res naturalis eadem diuerſis partibus dici poteſt. Cum vero tertia conditio proponit eius quod augetur quanlibet partem augeri, id de parte ſecundum dimenſionẽ ſumpta intelligi ſolum debet, & neq; de omni quidẽ tali, ſed ea dũtaxat quę totalis, propiqua, & principalis eſt corporis aucti, quęq; nõ partis eſt pars, ſed imediata toti⁹, vt de capite, manu, pede, oſſib⁹, carne, & neruis. Quãobrẽ non rite applicatur hæc proprietas ad partẽ remotã, partialẽ, & min⁹ principuam, vt milleſimam digiti particulam, cum de eiuſmodi partium gñe non debeat pręſens litera intelligi. XXVII. Nã adueniente aliquo ſecundũ ſpeciẽ maius totũ efficitur. Cũ corpori aĩato aduenit aliquid eiuſdẽ cũ eo formę atq; ſpeciei, totũ ex adueniẽte & eo cui aduenit cõtinuitatis adinuicẽ, fit maius ſecundũ molẽ, quod augmentationẽ potiſſimũ efficit. Si vero ei quod augetur, aduenit aliquid ſecundum materiã, diuerſæq; ſecundũ formã ſpeciei, vt cibus anteq̃ in aliti ſubſtãtiam eſt conuerſus, nõ efficitur totũ maius. Nã cũ ſpecie diuerſa ſunt adueniẽs, & id cui aduenit, nõ continuantur adinuicẽ, ſed ſeiuncta & ſeparata ſunt. Ipſis autẽ ita ſeiunctis, minime augmentatio fit, cũ in ea fieri debeat continuatio magnitudinis aduenientis cũ ea cui aduenit, & nõ ſolũ iuxta poſitio eorũ quę ſunt adinuicẽ diſcõtinua, quẽadmodũ in aceruo granorũ. XXXI. Et ſicut quod gñatur, nõ eſt vniuerſale quantum aut ſingulare. Præſens concluſio oſtendit quo pacto gñatio recte

Universidad de Deusto
Biblioteca

explicanda est per proprium eius terminum ad quem proficiscitur, vtpote per terminum substantiæ pronomine hoc designatum, aut vniuersalem, rationeq; communi designatum, vt homo, animal, aut particularem, rationeq; indiuidua expressum, vt Socrates, Plato. Declarat item quo pacto augmentatio apte debeat exprimi per terminum explicantem propriam quantitatis rationem, quo effectui per se sua causa per se respondeat. Et is quãtitatis terminus aut vniuersalis est, & communi ratione explicatus, vt caro quanta augetur, aut particularis, & notione singulari expressus, vt hoc bicubitum accrescit. Sicut ergo non recte dicimus, caro bicubita generatur, q̃ ratio bicubiti a ratione generationis sit aliena atq; extranea, ita sane neq; recte dixerimus, caro augetur, aut hæc caro imminuitur. nam ratio carnis substantiam respicit, nihil habens cum quantitate commercij. sed e diuerso dicendum est, carnem quidem generari, & carnem quantam augeri.

¶ Sexti cap. annotat.

¶ Actio, factio. ¶ Agens, faciens.

SExtum caput continet duas cõclusiones, & quatuor modos tactus. ¶ Prima conclusio. Determinare conuenit de ipso facere atq; pati. ¶ Nam de generatione elementorum hic intendimus. nulio autem faciente & patiente, non contigit ea generari. Dicunt em̃ aliqui ea per congregationem generari: & qui plura admittunt, vno (vt recte vult Diogenes) communicantia, faciendo & patiẽdo generant. Nam si ex vno non essent, non adinuicem agerent & paterentur: vt calidum non frigefieret, nec frigidum calefieret. caliditas enim in frigiditatem non transmutatur, sed horum vnam subiectam naturam, quæ ea in transmutatione recipiat, esse necesse est. Non tamen hoc necesse est esse quocũq; in alterũ agente, sed quibuscunque adinuicem agentibus & patientibus, ita euenire necesse est. ¶ Secunda. De tactu itidem agendum est. ¶ Nam de actione & passione determinandum est. At aliqua adinuicem agere & pati proprie nequeunt, quæ adinuicem tangibilia non sint. Determinãdum igitur est de tactu. Et quia tactus actione & passione communior est (nam quæcunque proprie agunt & patiuntur, tangunt, agere: non autem quæcunque tangunt, agere & pati adinuicem necesse est) priorem tactus facimus determinationem. Et quia homonymum est, vt fere vnunquodque aliorum nominum, modos eius declarabimus. ¶ Quatuor modi tactus. Hæc se tangunt primo, quæ adinuicem determinatas magnitudines & positionem habentia, simul habent vltima. Et ad tactum hoc modo, hæc tria, positio, locus, & eorum vltima simul esse, requiruntur: quo pacto & mathematica, siue separata sint, siue non, tactum habere concedendum est. ¶ Se tangentia secundo sunt, quæ diuersas magnitudines habentia, & sua vltima simul adinuicem agunt & patiuntur. Et hic modus tactus est proprius: & ad hunc modum hęc quatuor requiruntur, diuersarum magnitudinum positio, locus, eorum vltima esse simul, & adinuicem esse actiua & passiua. Et quia grauia & leuia diuersas habent magnitudines & loca, leue sursum, & graue deorsum, & simul vltima, & simul adinuicem sunt actiua & passiua: idcirco talia proprie tangere dicuntur. Et quemadmodum mouentium quoddam est quod mouetur, & quoddam est immobile: ita facientium quoddam est mobile, & alterum immobile. nam (vt inquiunt) faciens & mouens, & facere mouere. Differunt tamen vt faciens dicitur ad patiẽs. nam omne mouens, hoc pacto faciens esse, impossibile est. Faciens em̃ solum secundum passiones dicitur (sic hoc in loco vtimur) est autem faciens secundum passiones mouens. & mouere, in plus & magis commune est. ¶ Tertio se tangunt, quorum diuersarum magnitudinum vltima sunt simul, & alterum mouet, ab altero immobile manens, & alterum mouetur. ¶ Quarto, tangit id, cuius vis in alterum transit, etsi tactum hoc modo tangens non attingat: quo pacto solemus dicere molestiã & tristitiæ amaritudinem nos tangere: nos autem nõ tangere tristitiã. Et hæc de modis tactus. De factione & passione nunc agendum est.

SExti capitis scholia. XXXIII. Caliditas enim in frigiditatem non transmutatur. Cum vnum contrarium non transeat in sui contrarij naturam, manifestum est caliditatem in frigiditatis substantiam non transire, sed horum, vtpote caliditatis & frigiditatis, vnam esse subiectam materiam, quæ ea successiue in transmutatione recipiat, necesse est. Non tamen quandocunq; vnum agit in alterum, necesse est ea in eiusdem speciei materia conuenire. Nam cælum agit in aerem ipsum calefaciens, & tamen cælum & aer minime eandem specie habẽt potentiam, quia inter ea non est reciproca actio secundi in primum, siue patiẽtis in agẽs. Sed quando duo adinuicem & mutuo agunt & patiuntur, vt primum in secundum, & contra secundum in primum, vt eiusdem naturæ materiam sortiri sint oportet. XXXV. Et quemadmodum mouentium quoddam est quod mouetur. Mouens quod mouetur, est totum compositum, resq; naturalis. Mouens autem immobile, forma substantialis. Faciens quod est mobile, est totum elementum, vt ignis, aqua. Faciens autem immobile, est forma substantialis, elementi, vt forma ignis aut aquę. Etiam quemadmodum mobilium quoddam est mouens, vt tota res naturalis, quoddam vero non mouens, vt eius materia, ita plane patientium quoddam etiam est faciens, vt totum elementum. quoddam vero non, vt elementi materia. Habet autem se faciens ad mouens, & facere ad mouere, vt minus commune ad communius, & perinde atq; homo ad animal. Nam omne mouens esse faciens impossibile est, cum mouens, secundum substantiam quantitatem & qualitatem dicatur, & vbi, faciens vero solum secundum qualitates adinuicem actiuas & passiuas. Est enim faciens, secundum qualitates adinuicem actiuas & passiuas transmutans. Patiens vero, est secundum qualitates adinuicem actiuas & passiuas transmutationem suscipiẽs. Et actio siue factio hoc in loco, est secundum qualitates actiuas & passiuas a mouente facta alteratio. Passio vero, est secundum huiusmodi qualitates in mobili suscepta alteratio. Et hæc de modis tactus. Quatuor se tangentium modorum primus ad secundum & tertium superior est, vt ipsæ modorum diffinitiones aperte commonstrant. secundus autem ad tertium repugnans, quod in secundo ambo adinuicem mutuo agant & patiantur, in tertio vero agat vnum solum, & alterum patiatur sine reciproca actione. Quartus vero primo impertinens est, quod aliqua se tangentia primo, tangant se quarto, vt ignis & aer proximus. aliqua vero non, vt duæ partes eiusdem lapidis, aut lineæ adinuicem continuæ. Primus enim modus non requirit actionem vnius tangentium in alterum, cum magnitudines cogitatione & intellectu a materia seiugatæ, hoc modo se tangant, quæ tamen nihil agunt. Sic aliqua se tangentia quarto, tangunt se primo, vt ignis, & aqua ei proxima. nam vis ignis in aquam transit. aliqua vero non, vt forma substantialis, & materia sua. Formæ enim vis in materiam transit, & tamen determinatas non habent & diuersas magnitudines, neque positionem, neque simul habent vltima. quare forma & sua materia se tangunt primo. Demum quartus modus se tangentium, secundo & tertio modis est superior. Nam in secundo & tertio modo vnius vis in alterum transit, & vnum attingit alterum secundum magnitudinem. In quarto vero modo nihil refert siue se tangant secundum vltima, siue non, vt ipsa posterior diffinitionis quarti modi particula admissiue sumenda satis patefacit.

¶ Septimi capitis annotatiunculæ.

¶ Agit, facit. ¶ Media, sub contrarijs (quæ extrema sunt) comprehendimus. ¶ Homogenea, quæ sub eodem genere collocata sunt. ¶ Principium vnde motus, efficiens. ¶ Habitus, species, forma. ¶ Calidum separatum, caliditas a materia seiuncta.

SEptimum caput continet duas de actione & passione opiniones, octo conclusiones, duas rationes ad primam, duas ad secundam, & vnum corollarium ad octauam. ¶ Duæ de actione & passione opiniones.
36 ¶ Prima est dicentium omne simile a simili passionis esse immune: quia non est cur vnum potius agat, & alterum patiatur. dissimilia autem adinuicem facere & pati. hinc paruum ignem a magno pati concedunt: quod paruum & magnum contrarientur. ¶ Secunda est solius Democriti dicentis simile facere in simile, & simile pati a simili. & si qua alia adinuicẽ faciant & patiantur, hoc non est vt dissimilia sunt, sed vt eis aliquid commune existit. Et hæ opiniones sunt quodammodo subcontrariæ, & verum est quodammodo, omne simile a
37 simili impassibile esse, & quodammodo pati posse. ¶ Prima conclusio. Omnifariam simile, omninoque indifferens, a suo omnino simili pati, irrationabile est. ¶ Primo, Quia nõ est cur hoc potius agat, & illud patiatur. quare idem et secundum idem oporteret agere et pati. ¶ Secundo. Eadẽ ratione cõcedas idẽ agere in seipsum, et pati a seipso, hoc autẽ falsum. Na quicquid mouetur, vt ab alio moueatur necesse est. Et si omne simile, secundum quod simile, actiuum esset,
38 omne seipsum moueret, et nihil daretur immobile. ¶ Secunda. Omnifariam

dissimile atq; alterũ, in suum omnino dissimile non agit. ¶Primo, quia albedo non agit in lineã, neq; linea ĩ albedinem: & hoc quia sunt omnino dissimilia. nisi forte dixeris per accidens, quia accidat lineã esse albam aut nigram. Non igitur omnino alterum & dissimile agit in omnino dissimile. ¶Secundo. Quęcunq; exterius agunt, aut cõtraria, aut ex contrarijs sunt. non igitur omnino dissimile agit in omino dissimile. ¶Tertia. Quęcũq; adinuicẽ agunt & patiuntur, talia esse debent, vt sint quodammõ similia & quodãmodo dissimilia. ¶Nã quęcunq; nata sunt agere & pati adinuicẽ, aut sunt contraria, aut cõtrarietatẽ habentia. Debent igitur gñe esse similia (sunt em̃ contraria. in eodẽ gñe) & specie dissimilia. nam contraria, specie sunt dissidentia. Videm⁹ em̃ hoc pacto semper corp⁹ a corpore, colorem a colore, saporẽ a sapore, & homogeneũ ab homogeneo, quodque similem generis sortiatur denominationẽ, pati. ¶Quarta. Rationabile est faciens assimilare sibi passum: vt rationabile est calefaciens calefacere, & frigidum infrigidare: quia agens & patiens sunt contraria (vt quę sunt in eodẽ gñe) & specie diuersa. & agens agit vt transmutet. transmutatio autem in contrariũ. Agendo igitur, contrarium in suum contrariũ quale ipsum est, transmutat. quare agendo, passum sibi assimilat. ¶Quinta. Antiqui ad diuersa respicientes dixerunt. hi similia a similibus, illi dissimilia a dissimilibus pati. ¶Nam aliqua aliqñ dicim⁹ pati per modum subiecti: vt hõ dicitur calefieri, frigefieri: & aliqñ exprimimus ea pati per modum termini, vt calidum frigefit, frigidum calefit. Qui respexerunt aliqua pati vt subiectum, viderunt plerunque simile pati a simili, vt hominem ab homine. & qui aduerterunt ea pati vt terminus a termino, viderunt dissimile & contrarium pati a contrario. & ita bifariam facere dicimus, vt hominẽ facere, & calidum facere. Ad diuersa igitur respicientes, dixerunt hi similia a similibus illi dissimilia a dissimilibus pati. ¶Sexta. Primum faciens, impossibile est. vltimum vero, & faciens & patiens. Nam vt est de mouente & moto, ita & de agente & patiente. sed quoddam est mouentium primum: vt quod est principiũ motus, & quod non mouetur. & alterum quod ab altero mouetur: vt est totũ & completum & vltimum, pariter & mouens & motum. igitur & de faciente & de patiente ita erit. Sanat enim medicus vt primum, & vinũ vt sanans, & faciens vltimum: quod & sanando fit patiens. ¶Septima. Quę non cõmunicãt in materia, in agẽdo non repatiuntur. quęvero cõmunicãt, sunt repassibilia: vt medicina cũ sanitatem facit, nihil a recipiente sanitatẽ repatitur: quia in materia cũ sano nõ communicet. & cibus repatitur: quandoquidẽ eandem participet naturam. Et huius causam assignamus, quia forma principiũ est faciendi, & materia principiũ patiendi, & eadem contrariorũ susceptiua est: & pręsente calefaciente ipsam calefieri necesse est, & frigefaciẽte frigefieri. Quę igitur materiã non habent, principium non habent patiendi. quę vero habent eandẽ, principiũ vnũquodq; habet patiendi. Contigit igitur illa dum faciãt repati. ¶Octaua. Principiũ vñ motus, effecit, et non finis. ¶Nam efficiens in passum inducit speciem, qua pręsente cessat motus. Pręsentibus em̃ habitib⁹, non trãsmutatur amplius aliquid, sed iã cõsummatum existit. Finis autem vt sanitas non efficit, nisi secundum metaphoram. ¶Corollarium. Vnde fit vt elementa, ignis, aer, aqua, terra, habeant suas passiones, calidum, frigidum, humidum, et siccum in materia. Nã agunt, quia speciem habent: et adinuicem patiuntur, quia materiam. est enim materia, vt materia, passiua. Et si esset aliquod calidum separatum, aut aliquid talium (quod forte ipossibile est) ipsum impassibile esset, neque talia abinuicem essent repassibilia.

Septimi cap. scholia. XXXVI. Et hę opiniones sunt quodammodo subcontrarię. Non sunt prędictę positiones secundum enunciandi modũ subcontrariæ, cũ non sit earum vna particularis affirmatiua, & altera particularis negatiua, eorundẽ extremorũ, sed secundum veritatis habitudinẽ, quia simul in veritate stant. nã verum est quodammodo omne simile a simili esse impassibile, vtpote simile secundum speciem, & quodammõ omne simile a simili pati posse, scilicet simile secundum genus. Id tamen primæ opinionis dictum, paruum ignem pati a magno, neutiquã est verum. nam paruus ignis magno continuatur, vt aquæ aqua, & ab eo conseruatur. Neque eorum ratio satis valida est, quia magnum & paruum sint contraria. nam siue illa relatiue siue absolute sumantur, minime contraria sunt, quia eiusdem speciei & naturæ quantitatem significant. Et quãuis essent contraria, non tñ eam haberent cõtrarietatem, quæ ad actionem & passionem requiritur, vtpote contrarietatem secundum qualitatem. XXXVII. Omnifariam simile, oĩnoque indifferens. Omnino simile est, quod eiusdẽ est speciei specialissimę secundũ qualitatem, de qua quicquid hic dicitur, secundũ materiam subiectam est intelligendum, cum secundũ eã fiat actio & passio. Quod si calidũ decem graduum agat in calidũ quadrigraduale, vt ignis in aquam cœptam calefieri, non protinus omnino simile agit in oĩno simili. Nam tãetsi vtriusq; caliditas eiusdẽ sit speciei, non tñ eiusdem intensionis. nẽpe calido quadrigraduali permixta est frigiditas, quã alterũ calidum expellit. Quare non agit ignis in aquã quatenus igni similis est, sed quatenus dissimilis. Cum vero anima mouendo corpus seipsam loco mouet, & forma grauis mouendo graue deorsum seipsum præcipitat, ibi neq; simile a simili, neque idẽ a seipso mouetur. Nã vtrunq; mouẽs solũ per accidens mouetur, non quidẽ secundũ qualitatem, secundum quã solũ est actio, sed secundũ vbi. At cũ aqua se reducit in natiuũ frigus, nec ibi quidem patitur idem a seipso. nã aliud illic est agens, & aliud patiẽs, hoc quidẽ aquę materia, illud vero forma. Vt aũt idẽ in seipsum agere dicatur, deberet idẽ & secundũ idẽ oĩno agere & pati. XXXVIII. Omnifariã dissimile atq; alterũ. Omnino dissimile est quod ab altero, genere diuersum est, & alterius prædicamenti, vt albedo & linea. aut alteri⁹ gñis sensibilis, vt albedo & dulcedo. Quare cum ignis agit in aquã, aut forma ignis in materiã aquę, non est actio omnino dissimiliũ. nam eiusdem sunt generis, scilicet elementi, & substantię incõpletæ. Et quãuis contraria albedo & nigredo magis adinuicẽ distent repugnãtia naturæ q̃ albedo & linea, nam hęc simul eidẽ inesse possunt, illa vero nequaq̃, non tñ oportet si illa cõtraria adinuicem agant, & hęc repugnãtia adinuicẽ agere. Nã albedo & linea magis distant distantia gñis, q̃ albedo & nigredo, quæ sub eodem genere colore cõtinentur, illa vero diuersorum sunt generũ. Ad actionẽ aũt requiritur gñis cõsortium atq; cognatio. Quod demum caliditas ignis agat in materiã aquę diuersam gñe, non conuicit omnino dissimile pati ab omnino dissimili secundũ Aristotelicã intelligentiã. Nam Aristoteles vult omnino dissimile non agere in omnino dissimile, vt terminũ in terminum. Caliditas aũt ignea agit ĩ materiam vt efficiens in subiectũ cui qualitatem inducit. XL. Rationabile est agens assimilare sibi passum. Id de agente naturali intelligendum secundum materiam subiectam, & non de supercælesti aut cęlesti. Præterea de agente cõpleto id accipi dictum debet, & non incõpleto. Forma enim aquæ non assimilat sibi materiam, cum ipsa nullam habeat qualitatem in se. Insuper & de agẽte actione vniuoca, qua producens inducit in passum qualitatem similem specie ei quam in se habet. Quod si qs hanc propositionem ad ęquiuocam transmutationem applicaret, pseudographiam incideret. Demum intelligendum est huiusmodi agens naturale completum assimilare sibi passum secundum eam qualitatem secundum quam agit, non autem secundum alias, vt ignis assimilat sibi aquam secundum caliditatem, non autem secundum siccitatem, quia secundum illã non agit in eam. XLIII. Quę non cõmunicant in materia, in agendo non repatiuntur. Non vult hoc loco Aristoteles omne agens agendo repati, cum manifeste dicat ea quæ eiusdem speciei materiam non habent, etsi agant, non tamen agendo repati, vt cælum agit in hæc inferiora, non tamen reciprocam ab illis suscipit passionem, quod alterius naturę materiam habeãt. Sed duntaxat proponit ea quæ agendo repati debent, corpora naturalia completa, illa eiusdem naturæ materiam sortita esse debere. Non tamen idcirco astruenda est vniuersalis, quæcunque eiusdem naturæ materia participant, ea ĩ agendo repati, sed debent illa ita esse disposita, vt vtriusque virtus actiua, alterutrius resistentiam exuperet & vincat. Hinc magnus ignis in aquam superpositam agit, ab ea tamen non repatitur, quod aquæ vis non exuperet ignis resistentiam.

¶Octaui capitis annotat.

¶Transparentibus, transluentibus, perspicuis, diaphanis. ¶Positio, opinio.

46 Octauum caput continet quatuor de modo agẽdi opiniones, quinq; conclusiones, quatuor rationes ad quartam, & tres ad quintã. ¶De modo agendi & patiendi quatuor opiniones. ¶Prima est Empedoclis dicentis passionem fieri per poros, illos principali subeunte agente: & sic visionem, auditionem, & sensationem omnem fieri, vt aere & aqua transparentibus, nostros subeuntibus poros: & mixtionem rerum adinuicem fieri cum ipsarum adinuicem sint commensurabiles pori.

47 ¶Secunda est Democriti & Leucippi facientium corpora indiuisibilia om-
48 nium principia. ¶Tertia est Melissi asserentis tantum esse vnum ens immobile, & infinitum. Immobile quidem, quia si moueretur, reciperetur in vacuo. vacuum autem nihil est. Infinitum autem. nam si finitum esset, ipsum ad vacuum finiri oporteret. Vnũ vero, & nõ multa, quia si diuersa essent, oporteret

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsa intercepto vacuo esse diuisa. & si diuisibile esset, oporteret ipsum vbiq; diuisibile esse. & sit nihil esset vnum: quare neq; multa. His & cõsimilibus rationibus mouebatur Melissus. Sed persimile dementiæ esse videtur, vnum, & glaciem & ignem existimare. & quæ bona apparentia, & cognoscendi cõsuetudo facit diuersa videri, tanta mentis insania volunt nihil differre videri. ¶ Quarta est Platonis ponentis corpora ex superficiebus, & in superficies resolui. ¶ Prima conclusio. Leucippus Melisso rationabiliores habet sermones. ¶ Nam Leucippus cognita sensu non negabat, neque generationes, corruptiones, & alios motus, & entium multitudinem: quanuis admitteret vacuum: quod non esset principaliter ens, sed plenum. dicebat enim infinitas esse atomos, ob suæ molis, suiq; tumoris paruitatem visui imperuias: quæ collectę generant, & dispersę corrumpunt: & quæ attactu patiantur & agant, & quæ volitent in vacuo. Hæc autẽ Melissus negabat omnia, & neque motus vllos saluare moliebatur, neque rerum apparentias. ¶ Secunda. Itidem & Empedocle. ¶ Nam Empedoclis dicta sequividentur Leucippum, & sentire quod sentit Leucippus. Dicit enim Empedocles passionem & alterationem omnem fieri per poros, ne corpora se occupẽt: & augmentationem per poros subintrantibus solidis. & hoc est introducere vacuum, vt fiat actio & augmentatio: vt fecit Leucipp⁹. Et Leucippus elementorũ, ignis, aeris, aquę, & terræ, nitebatur saluare generationem & corruptionem. Empedocles vero solumvsq; ad elementa generationes & corruptiones concedit. elementorum autem (cum ipsa prima sint, & priora non habeant ex quib⁹ fieri queant) non concedit generationem. ¶ Tertia. Plato & Leucippus diuerso modo sentiunt. Nam Plato ex indiuisibilibus & finitarũ figurarũ superficiebus corpora cõponit: & generationem ipsarum concretione, corruptionem vero secretione saluare intendit: & hoc per contactum fieri, vacuum non concedens. Leucippus autem ex infinitis solidis, infinitis figuris terminabilibus, corpora componi dicit: & ipsorum collectione generationem, disiunctione autem corruptionem fieri. & duobus modis agere, vacuo, & contactu, sed non esse magnitudines (vt superficies) indiuisibiles, alias determinatio facta est. Amplius tamen hæc adijciemus. ¶ Quarta. Leucippi positio irrationabilis putanda est. ¶ Primo. Quia ponit indiuisibile pati per vacuum, quod esse non potest: & indiuisibile, nullius passionis actiuum est. Et figuræ vt circulari attribuit calidũ. sed sui frigidũ eius cõtrarium aptabit: cui humidũ, siccum, durum, molle, graue, & leue, & vnanquanq; reliquarum passionum: Et solas figuras putare actiuas, & contrariis determinatas inconueniens est. nam aut eadem determinaret sibi contraria: & sic contraria essent in eodem. aut diuersa: & sic ostenderent illa impartibilia solida nõ esse natura similia. Hæc itaque incõmoda sequuntur eos qui ponunt ipartibilia corpora. Et Plato superficies ponens impartibiles, rarefactionẽ non interueniente vacuo saluare non poterat. ¶ Secundo. Quia inconueniens est ponere parua corpora indiuisibilia, & magna non quãuis magna facile constringantur atq; diuidantur: parua autẽ difficile, indiuisibilisq; naturam magis imitẽtur. ¶ Tertio. Aut omnium talium solidorum vna est natura, aut diuersa. Si vna: cur non omnia simul coeunt (vt aqua aquæ apposita, nulla figuræ varietate præpediẽte) & vnius naturæ corpus conflant: vt ignem, aerem, aquam, aut terram? Sin diuersa ipsis fuerit, potius ipsa actionum & passionum, quam suæ figuræ causa ponenda est. Quæ enim diuersa sunt natura, adinuicem agunt & patiuntur approximata. ¶ Quarto. Leucippus inquit ea moueri in vacuo. Sed quęritur, an moueantur a se? non id afferet: quia aliud est mouens, & motum. & ita diuidetur in partem mouentem, & motam: & sic pugnantia admittet circa idem atomũ esse partibilem. & impartibilem. & non erit (volunt) materia hoc aliquid, & vnum numero: sed solum potentia. Neque quidem ab ijs quæ extrinsecus sunt, mouebuntur: cum sint omnium prima. ¶ Quinta conclusio. Passionem per poros fieri

non est cum Empedocle sentiendum. Primo. Quia aut sunt pleni: & tunc superflui sunt. potuit enim & per alterum corporis plenum eadẽ rõne fieri. aut vacui, hoc non concedit Empedocles. Sed quõ per poros contingit sentire, vt videre, audire: cum per plenũ (vt dicunt) nõ contingat transparere? Igitur neq; per poros, si plenus fuerit vnusquiq;. Neq; valet dixeris poros illos esse vsq; adeo exiguos vt corp⁹ aliquod recipere nõ possint. Nã ridiculum est paruũ existimare vacuũ & nõ posse esse magnum, nihil eñ aliud esset vacuũ, quam corporũ regio. quare quanta corporis moles, quantusq; tumor fieret tñ & ipsum vacuũ esse necesse est. ¶ Secõdo, Quia si passio nõ fiat contactu, supfluunt pori. introducũt eñ eos ad hunc finẽ. & si contactu, identidẽ. nam sine poris contingit fieri cõtact⁹. ¶ Tertio. Corporа sunt diuisibilia: igitur non sunt introducendi pori, vt agant & patiantur. nam diuisione separari possunt, & non minus corpora pati.

Octaui capi scholia. XLVIII. Immobile quidẽ, quia si moueretur, reciperetur in vacuo. Rationes Melissi quibus suam fulcit opinionẽ, parũ habent roboris, vt ea qua probat ens illud esse immobile, quia si moueretur, reciperetur in vacuo, Id enim non oportet. Nempe corpora naturalia loco mouentur, & tamen non recipiuntur in vacuo, sed pleno, non quidem subeunte id quod mouetur, sed cedente, & ab extrinseco circũstante. Similiter neq; oporteret si tale ens finitũ esset, ipsum ad vacuũ finiri, quia vnũquodq; finitũ magnitudinẽ intra se habet qua finitur, vt secluso omni circũdante extrinseco etiã si in vacuo esset, per suã magnitudinem finiretur, & non per vacuum. Demum non oportet si diuersa essent entia, ipsa mediante vacuo debere esse diuisa. Nam multa corpora sibi inuicem proxima sunt nullo intermedio. multa itidem interueniente pleno, vt aere, abinuicem diuiduntur. Et summatim suis magnitudinibus non vacuo res abinuicem dirimuntur. LIII. Et indiuisibile nullius passionis actiuum est. Id intelligendum est de actione productoneq; qualitatis vniuoca qua agens consimilem in se habet qualitatem, qualem passo inducit. Et ratio in promptu est, quia indiuisibile non est natum in se passionem quampiam habere, vt principium tertij de cęlo mõstrauit. Igitur non est natum transmutatione vniuoca alterationem efficere in alio. Aequiuoca autem actione nihil vetat indiuisibile passionem efficere, vt anima rationalis, quę impers est & indiuidua calorem inducit corpori humano. Prętera id quod passionem efficit aut suscipit, diuisibile esse oportere, de corpore naturali cõpleto intelligendũ est, quod in partes integrales dissecabile est. Si vna, cur non omnia simul coeunt. Quę eiusdem sunt naturæ atq; speciei, adinuicem continuari nata est se, aer & aqua liquido monstrant. Si igitur illa corpuscula atomalia ponantur esse eiusdem naturæ consequens est ipsa adinuicem coalescere atque vniri debere, & vnius naturæ corpus constituere, quod positioni Leucippi repugnat. Si vero diuersa ipsis atomis sit natura, alteraq; species atq; forma, cum ea foret substantia figura autem accidens, deberet potius huiusmodi natura poni causa effectrix actionum & passionum, q̃ figura. Nempe substantia potior est transmutationũ causa q̃ accidens. Et corpora naturalia quę diuersam habent naturam actũq; substantialem, vbi adiuicem propinqua fuerint, agunt & patiuntur, non quia diuersam habent figuram, cum eadem manente figura non minus ignis & aqua adinuicem agerent, sed quia diuersam habent formam substantialem, qua facta eadem non amplius adinuicem agerent. Sed quæritur an moueantur a se. Non potest Leucippus asserere corpora atomalia moueri a se. Nam aliud re ipsa est mouens, & motum, & quicquid mouetur, ab alio moueri est necesse. Quod si concedat in atomo aliud re ipsa esse mouẽs & motum, cogetur admittere vnamquanque atomorum diuidi in patem mouentem analogã formæ & partem motam analogam materię, sicut vnaquęque res naturalis partitionem recipit. Quare atomi ex hypothesi impartibiles, concedendæ erunt partibiles. Neq; potest dicere Leucippus ipsa moueri ab extrinseco, nam sunt secundum ipsum prima omnium. Priora autem a posterioribus moueri non possunt.

¶ Noni capitis annota.

¶ Pars, pars secundum dimensionem sumpta, pars quantitatiua.

Onum caput continet quinque actionis & passionis conditiones, positiõibus, quinq; explicatas, & tria corollaria. ¶ Quiq; actiõis & passionis conditiones. ¶ Prima. Patiens tale est potentia, quale agens actu. ¶ Secũda. Patiens non mõ secũdm hanc partẽ pati, & non secũdm illam: sed secundũ quodlibet sui. ¶ Tertia. Magis dispositũ magis patiť, fitq; magis tale: & minus dispositũ min⁹. ¶ Quarta. Nullũ patiens cũ agente continuũ, coalitũq; acvnũ est. ¶ Quinta. agens sic ꝓpinquũ factũ

quo magis paros dispositus est magis patitur agentiq; assimilatur

Universidad de Deusto Biblioteca

debet esse passo, vt tangat ipsum, aut ea quę inter se illud sita sunt. nam tametsi
ignis longe distet, calefacit tamen, calefaciendo prius sibi coniunctum aerem, &
deinceps aeris medio distantia corpora. ¶ Primum corollariū. Vnde fit vt con- 56
tinui pars quælibet diuisibilis existat. Nā scdm quodlibet sui pati natum est. ꝙ
aūt tale est, vt diuisibile sit necesse est. est igit continuū scdm quodlibet sui diui
sibile. nō igitur erunt insecabiles superficies, & indiuisibilia solida continua &
physica corpora constituentia. ¶ Secundum. Fit etiam vt inconuenienter cre- 57
dant nihil generari, nihilq; corrumpi posse non scisis corporibus: vt vbi sit cor
porum congregatio atq; segregatio. ¶ Nam videmus idē corpus indiuisum ma
nens & continuum, nunc humidum nunc coagulatum, nūc durum. neq; oportet
(vt etiam fatetur Democritus) apponere, remouere, aut tactū cōuertere & trans
mutare cum ex humido fiat coagulatum. ¶ Tertium corollarium. Non fit eti- 58
am atomorū collectione. ¶ Nam non quælibet pars aucta redderetur: & augmē
tatio non esset nisi quędam iuxtapositio: & neq; corpus vllum esset transmutan
te: quę falsa sunt. His positis de generatione, corruptione, alteratione, augmen-
tatione, actione & passione, nunc ad mixtionem nos transferamus.

Oni cap. scholia. LV. Prima patiens tale est potētia. Prima actionis proprietas su
mitur ex hoc principio cōmuni. Mobile tale est potentia, quale mouēs est actu. Est
ēm omne patiens mobile, & agens mouens. Quod quidē principiū sicut intelligen
dum est de mutatione vniuoca, ita & hæc prima conditio de passione vniuoca in-
telligi debet, cum agens similē specie in se habet qualitatē, qualē, in patiente ꝓdu-
cit. Præterea hęc conditio (sicut & cæterę) de agente naturali, totali, & patiente cō
pleto intelligitur, & nō de incōpleto vt materia aut forma. Secūda vero actionis cōditio de parte
secundum dimensionē sumpta & integrali intelligēda est, non aūt de substantiali. Insuper & de pa
tiente per se siue secundū se, ꝙ totū patitur, & quælibet eius pars secundū quātitatem sumpta. &
non de patiente scdm partem q̄ꝗdmodū homo diceretur calefieri cū sola manus eius incalesceret.
Agens, ꝓpinquum factum debet esse passo. Hęc conditio agenti immediato siue proximo dunta
xat est applicanda, inter quod & passum, nullū sit corpus interstes mediū. Nā agens mediatum nō
debet esse passo mediato ꝓpinquū, vt ignis homini aliquantulum distanti & ab igne calefacto nō
est ꝓpinquus. Tamen in rebus naturalibus omne agens agit per contactum, non quidē a quoduis
passum, sed ad aliquod, vt sibi immediatū. Quod si agens non egerit per contactū in proximū, in
nullū distans aget. Nā nō agunt res naturales in remota quin etiā agant in ꝓpinqua, cū eiusdē na
turę materia participent omnia. Idcirco quicquid est agens naturale mediatum alicui⁹ patientis,
alterius debet esse imediatū. Secus aūt euenit de cælo agēte in aerē mediatū, & nō in cęlum imme
diatū, cū cælū non sit qualitatum actiuarū & passiuarum susceptiuum. Et sumitur hęc cōditio ex
illa ꝓpositione septimi physicorum. Mouens primū & immediatū simul est cū moto. LVIII. Non
fit etiam atomorū collectione. Subaudiatur augmentatio & passio, vt approbatio subiuncta osten
dit. Nam si ita fieret, non quælibet pars aucti redderetur aucta, sed ea duntaxat cui extrinsecus ad
iacentes aduenirent atomi. Perinde atq; si glaciei circūponeretur aqua quę continue in glaciē mu
taretur, nunq̄ interiores glaciei partes augerentur, sed tantū exteriores. Et si manui aduenirēt ato
mi, manus tantum augeretur, & non pes. Et augmentatio nō esset nisi partiū eiusdē rōnis iuxtapo
sitio sine gnatione & corruptione, neq; esset opus præcipuo augmentante, vt forma substantiali,
sed solū congregante atomos, atq; in vnum colligente. Hęc autem sunt perq̄ absurda.

¶ Decimi capitis annota.

¶ Virt⁹, species, forma. ¶ Mixtiōe cōtēperatum, mixtū. Est aūt mixtum, ꝙ ex
miscibiliū contēperamento consurgit. ¶ Medicina ars medēdi. ¶ Potētiæ & vir
tutes dicuntur æquatæ, qn̄ vnum alterum non sufficit corrūpere. ¶ Bene termi
nabilia quæ male ꝓprio clauduntur termino, sed bene alieno: suntq; facile diuisi
bilia. ¶ Mixtio miscibilium alteratorum in vnum tertium transitio.

Ecimum caput continet septem conclusiones, & quæ sint be
ne miscibilia post septimam. ¶ Prima conclusio. Scrutari op 59
portunum est quid mixtio, quid miscibile, sit ne mixtio, aut
id quidem impossibile: & si sit, quomodo sit. ¶ Nam demix
tione determinare nos ante promisimus: cuius quidem his
solutis facile dilucebit cognitio. Sunt enim quæ ipsam non
esse apparere faciant. Ita enim argumento id moliuntur ali
qui ostendere. Si mixtionem possibilem posueris: aut ea quę miscentur matent:

& tunc non plus mixta q̄ prius dicere possis. aut corrumpuntur oia: sed quomo-
do ea quę non sunt, dices esse mixta? aut vnum saluatur, & alterum non: neque
hoc quidem. nam quod non est, misceretur, & miscibilium. vt consimiliter sese
habeant, consimilis eademque ratio. non videtur igitur quo pacto possibile exi-
stat vt sit mixtio. Ita argumentantur, sed huius ex sequentibus prompta depre-
60 henditur solutio. ¶ Secunda. Mixtio differt a generatione, alteratione & aug-
mentatione. ¶ A generatione quidem, quia materia suæ formæ non miscetur:
vt ignis cum exardescit lignum, ligno non miscetur: sed hic generatur, illud cor
rumpitur. fit enim generatio, forma potentiæ adueniente. Ab alteratione, quia
passio suo subiecto non miscetur: vt albedo corpori, figura ceræ, tumor figurę, di
sciplina animæ. Vniuersaliter ēm passiones & habitus rebus mixta esse impossi
bile est. Ab augmentatione itidē. nam cibum corrūpi oportet, simileq; aucto ge-
nerari. Vnde fit vt male senserint qui crediderunt omnia qn̄q; simul fuisse mix-
ta. nam non omnia sunt miscibilia, sed ea tantum quę sunt separabilia. Passio-
61 nem autem a subiecto separari, impossibile est. ¶ Tertia conclusio. Mixta, in
tertio non actu manent, sed potentia. ¶ Nam quędam sunt actu, & quędam po-
tentia. & quod miscibilia actu manere non debeant, vt actu album: hoc prętactū
conficiebat argumentum. Quod vero potentia maneant statim est perceptum,
quia sunt separabilia. neque enim corrumpuntur ambo, nec alterum: sed salua-
62 tur virtus eorum. ¶ Quarta. Iuxta positio paruorum, vt granorum hordei & tri-
tici, neque secundum quantitatem minimorum, neque minimorum secundum
sensum, mixtio est. ¶ Nam in tali iuxtapositione paruorum, iuxtaposita actu
manent. non igitur sunt mixta. & quælibet pars mixtione contemperati, homo-
genea est, nomenque sortitur idem, & mixta dicitur. quod hic non fit. Et non est
secundum quantitatem minimum. non igitur fiet per iuxtapositionem talium.
Neque quidem secundum positionem minimorum ad sensum. nam quæ debi-
63 lem visum habenti mixta essent, acute vidēti, vt lynceū hn̄ti oculū nō esset mix
tio. Non fit igitur aliquo horum trium modorū. ¶ Quinta conclusio. Quorum
non est eadem materia, non est mixtio. Diximus entiū quædam esse actiua, quę
dam passiua: & q̄ in eadem cōmunicant materia, adinuicē esse actiua & passiua.
quęcunq; aūt sunt mixtione contemperabilia, adinuicem sunt actiua & passiua.
eorum igitur est eadem materia. Etem̄ quibus eadem non communis existit po-
64 tentia, non patiuntur adinuicem, neque miscentur: vt medicina facit sanitatem:
sed neq; patitur, neq; miscetur sanitati. ¶ Sexta conclusio. Multa paucis, & ma-
gna paruis opposita, nō faciunt mixtionē. ¶ Nā alterum trāsmutatur, corruptū
65 que abit indominans: vt gutta vini mille millibus amphoris aquę non transmu-
tetur, quia ꝓtinus soluatur species transmuteturq; in aquā. ¶ Septima cōclusio.
Quæ potentijs æquantur, contrarietatem hn̄tia, & bene terminabilia, miscibilia
sunt. ¶ Quia cum potentiæ sunt equatæ, non transmutabuntur a sua natura, sed
contēperabunt idem tertiū, vtriusq; naturam quodammō in se retinens. Et quia
contraria adinuicē erūt & actiua & passiua, & quia bene terminabilia facile erūt
diuisibilia, & facile se iuxtaposita contēperabunt: & facilius parua paruis. nā par
ua paruis adiacentia, facilius se commiscent, & se diuidendo transeunt. multum
66 vero multo coniunctum, tardius id operatur. ¶ Quæ sunt bene miscibilia? ¶ Be
ne miscibilia sunt hæc, bene terminabilia, vt humida, non glutinosa vt vnctuo-
sa, & bene contrapatientia. Quorum enim vnum fortiter contrapatitur & resi-
stit, & alterum tenuiter: non sunt bene mixtioni apta. Hinc fit, vt æs stanno non
bene misceatur. nam stannum ari debiliter contrapatitur resistendo, in tenues-
que fumos euanescit, solum colorem relinquens. Et ex his, quid mixtio, quę
miscibilia, quomodo possibilis existat, contemperantiaque non corrumpi, non
actu manere, neque esse corporum compositionem, neque minimorū secundum
molem, neque ad sensum, dictum est sufficienter

Universidad de Deusto
Biblioteca

DEcimi capi. ſcholia. LIX. Si mixtionem poſſibilem poſueris. Hæc obiecto diſſoluitur admittendo vtrunq; mixtorum manere in ipſo tertio potentia. Nam neutrum mixtum ſuas partes ſecundum dimenſionem ſimul habet, natum eſt tamen habere. Non tamen manere actu, cũ non habeat vnum mixtorum item nec alterum ſuas partes integrales adinuicem continuatas & vnitas, ſed abinuicẽ ſeiunctas & diſcontinuatas. Diuiduntur enim partes vini cui tantundem aquæ infuſum & cõmixtum eſt, a partibus aquę, & aquæ particulæ partibus vini, & vini particulis identidẽ partes aquæ interiacent mediç. Et per huiuſmodi partium diſtractionem, totum priorem perdit denominationem, neq; amplius vocatur vinum a, nec aqua b, quo prius nomine vocabantur. Nam corpus naturale continuum per ſolam partium integralium diuulſionem, priorem perdit denominationem, quanuis & partes eſſentiales maneant eędem, & partes integrales ſeparatæ eędem. Neque idcirco ſequituryi num corrumpi, quanuis amplius non ſit, nam ad corruptionem requiritur, formę ſubſtantialis a materia ſeparatio, quæ non fit in mixtione. Præterea, corruptum, idem numero natura redire nõ poteſt. Modo partibus ſeparatim ſubſiſtentibus rurſum continuatis, idem redit vinum numero quod fuit ante mixtionem, ſicut dicendum eſt de aqua in partes multas per ſeparationem diuiſa, quæ tunc amplius non dicitur eſſe, cum ſint multæ aquę totales illis autem iterum coniunctis, eadem aqua numero eſt quæ fuit ante diuiſionẽ. Quod ſi miſcibilia in mixto manent actu, & partibus adinuicem continuatis, non eſſet potior ratio cur magis poſt mixtionem quam ante mixta dicerentur. Nunc aũt eſt potior ratio, cum alio modo ſint miſcibilia poſt mixtionem, quam ante fuerint. Itaq; admittendum eſt neq; ambo miſcibilia neq; alterum corrumpi, imo neutrũ ſecundum ſubſtantiam corrumpitur, vt oſtendit tertia concluſio. LX. Mixtio differt a generatione, alteratione, & augmentatione. Non ſumitur hoc loco mixtio pro contemperatione qualitatum elementarium in re naturali, neq; mixtum pro re naturali habente qualitates elementorum in materia contemperatas, vt animali aut planta. nam de huiuſmodi mixtis Ariſtoteles hic nullam facit determinationem, ſed in ſequentis libri ſeptimo & octauo capite. Verum hic mixti nomine accipi debet aggregatum ex rebus fluidis, vt vino & aqua adinuicem commixtis, quæ ſe mutuo non corrumpunt, ſed adinuicem agunt & patiuntur ſecundum qualitates. Et ad huiuſmodi actionem & paſſionem, mixtio(quę miſcibilium motus eſt localis & vnio) multum pręſtat adiumenti. Nã ea fit per diuiſionem mutuã miſcibilium, quę cauſa eſt velocitatis, & alterationis eorũ faciliorisq; & commodioris actionis, perinde atq; figura motum ſecundum locum non efficit, eſt tamen velocitatis eius cauſa. Si enim eodem invitro coniungantur aqua & vinum impermixta, vnum ſubſidens, & alterum ſupereminens, aut pauca aut nulla percipietur facta ſaporis alteratio in vino & aqua, quod partes vnius non cõmode potuerint in alterius partes agere. Si vero commixta fuerint vinum & aqua, diuiſionis medio partes vnius partibus alterius erunt immixtę & facile tum coloris tum ſaporis alterationem facient. LXI. Nam quędã ſunt actu, & quędam potentia. Dicuntur quidem illa eſſe manereq; actu, quę partes ſecundum dimenſionem ſumptas adinuicem continuatas habent, vt aqua indiuiſa, vinum continuum. Ea vero manent potentia, quę etſi partes eſſentiales manent eædem, & partes integrales ſecundum ſubſtantiam eædem, non tamen partes dimenſionis adinuicem coniunctas habent, ſed diſtractas, quemadmodum miſcibilia facta mixtione, quorũ virtus formaq; ſubſtantialis ab iniuria corruptionis ſaluatur, tametſi diſpoſitiones accidentariç vt ſapor & color demutentur. Verum ſaporis quę in vino percipitur mutatio, haudquaquam arguit mutatam vini ſpeciem, ſicut nec accidentis variatio ſubiectum mutatum. Si enim vinum repoſitum in vitro non adoperto exponatur ſoli, poſt aliquantum tempore interuallum deprehendetur ſaporem mutaſſe, non tamen ſubſtantiam. Et non eſt mixtum vnum actu & potentia, cum non ſit vna res naturalis, nec vnam habeat formam ſubſtantialem, ſed vtriuſq; miſcibiliũ formas quæ manent confuſas, ſed eſt vnum ſecundum quid, vt pote loco & contiguitate. & in eodem continente vtrunq; mixtum partes habeat extra ſe, proximas & attiguas. LXII. Neq; quidẽ ſecundum poſitionem minimorum ad ſenſum. Socrates debilem habens viſum, percipiat quidem granum milij, ſed eo minus videre non poſſit. Plato vero acutiorem habens oculorum aciem, viſu deprehendat medietatem grani milij. Tunc iuxta poſitio granorum milij eſſet mixtio Socrati, ſi mixtio fieret hoc tertio modo, cum illa ſint ei ſecundum ſenſum minima. Et tamen illa nõ eſſet mixtio Platoni, cum non ſint ipſi minima ſecundum ſenſum. igitur quod vni eſſet mixtio, alteri non eſſet mixtio, quod eſt inconueniens. Lynceum quidem oculum habere vulgo dicitur qui acute videt. Nempe lynx animal eſt adeo acutam hãs oculorum aciem, quod in aere (vt ferunt) rerũ ſpecies deꝑhendat, perinde atq; hõ in ſpeculo. Et phibent aerem eieſſe tanq̃ ſpeculũ, rebus etiam in proſpectu non apparentibus, viſu dignoſcendis. Hinc creditur oculorũ acie muros, montes, & obiecta corpora opaca viſu penetrare, quod illa ſibi obſtaculo non ſint rebus percipiendis.

¶Paraphraſeos in primum de Generatione & corruptione libri Ariſtotelis, & in eundem ſcholiorum, finis.

Primi capitis paraphraſeos in

Secundum de Generatione & corruptione, annotatiunculę.

¶Planicies, ſuperficies.

SEcundus liber de Generatione & Corruptione cõtinet vndecim capita. Primum continet tres concluſiones, de materiali principio nouem opiniones poſt primam, tres rationes ad tertiam, & Ariſtotelicam de materialibus principijs rerum naturalium ſententiam. ¶Prima concluſio. Poſt ea quæ de mixtione, facere, & pati, tactu, augmentatione, alteratione, generatione, & corruptione, quomodo fiant, & quomodo differant,
1 dicta ſunt, reliquum eſt de vocatis elementis conſiderare. ¶Nam generatio & corruptio omnibus natura conſtantibus non ſine illis conuenit ſenſibilibus cor-
2 poribus. ¶Nouem de principio materiali opiniones. ¶Prima eſt ponentium ignem omnium eſſe materiale principium. ¶Secunda eſt ponentium illud eſſe aerem. ¶Tertia, aquam. ¶Quarta, ponentium id ignis aeriſque medium: & hi tantum vnum ponebant materiale principiũ. ¶Quinta ponẽtiũ duo, vt ignem, & terram. ¶Sexta, ponentium ignem, terram, & aquam. ¶Septima, ponentium itidem tria, ignem, terram, & tertium aerem. ¶Octaua eſt Empedoclis, quatuor eſſe ponentis, ignem, aerem, aquam, atq; terram: ex quibus adinuicem congregatis & ſegregatis fit generatio & corruptio, & vniuerſaliter ex primis principijs debere fieri generationem & corruptionẽ. ¶Nona eſt Platonis, dictis quatuor elementis ab Empedocle nominatis ponentis in Timæo materiã priorẽ (quam dicunt Pandeches) omnibus receptaculum rebus. ¶Secunda concluſio. Peccãt
3 corpus ſenſibile præter quatuor elementa medium ponentes. ¶Quia illud ponunt infinitum. & nullum ſenſibile corpus ſine cõtrarietate eſſe põt. erit igitur aut leue, aut graue, calidum, aut frigidum, aut aliquid talium, quod impoſſibile
4 eſt. ¶Tertia. Platonis determinatio in Timęo inſufficiẽtiam habet. ¶Primo. Quia non determinauit an ſua ipſa materia differat ab elementis. ¶Secundo. Quia dicit eam rebus ſubiectam: vt aurum operibus aureis. & de ea vt ente actu & alterationis ſubiecto loquitur. at generationis ſubiectum, hoc aliquid & actu eſſe, impoſſibile eſt. ¶Tertio. Quia eam videbatur velle eſſe planitiem, ꝙ corpora in ſuperficies reſoluebat. At vero rerum matrem, primordialẽq; materiam planitiem eſſe impoſſibile eſt. ¶Ariſtotelis ſententia de materia, & rerũ prin-
5 cipijs. Nos dicimus eſſe rerum ſenſibilium aliã materiã, inſeparabilẽ, ſemperq; vni contrariorum coniunctã, viciſſim contrarijs ſubijci natã, & ex qua generentur vocata elementa: & neq; calidum materiã eſſe frigido, neq; frigidum calido: ens potentia. Et hinc fieri, vt primo, primum rerum ſenſibilium principium ſit potentia, ſecundo cõtraria: vt caliditas & frigiditas. & tertio res ſenſibiles, ignis, aer, aqua, terra, quæ tranſmutantur adinuicem. Non quidem vt vult Empedocles, & alij. nam ſemper generatio eſſet alteratio: ſed quia ſubijcitur viciſſim eadem natura contrarijs. Et hæc alias diligentius ſumus executi.

PRimi capitis ſecundi de Generatione ſcholia. III. Nullum corp⁹ ſenſibile ſine contrarietate eſſe poteſt. Manifeſtum eſt omne ens naturale qualitatẽ habere alteri contrariam, vt caliditatem, frigiditatem, aut aliquam cęterarum, quare tale corpus ignis & aeris medium, aliquam huiuſmodi qualitatum haberet. Et cum ipſum ponant ſimplex & infinitum, illa qualitas tota corporis magnitudine erit diffuſa, & ſecundum molem corporis infinita. Et qui qualitatem per accidens & ſubiecti extenſione infinitũ eſſe, inconueniens eſt, quemadmodum primus liber de Cælo oſtendit non poſſe eſſe infinitam grauitatem aut leuitatem, & tertius Phyſicorum, qualitatẽ corporis infiniti ſimplicis non poſſe eſſe infinitam. Igitur impoſſibile eſt eſſe huiuſmodi corpus infinitum, quale ponunt ignis aeriſq; medium. V. Aliam materiam inſeparabilẽ. Non dicitur materia inſeparabilis, quia ab ea cui coniungitur forma ſeparari nõ poſſit, ſeparat em a quauis forma per corruptionẽ. Sed quia ſine forma ſubſtantiali

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo materia dicitur informata

esse nō possit, q̄uis sine hac, & sine illa esse facile valeat. Nō em̄ pōt natura subsistere materia, quin aliquā in se formā habeat, alioqui esset otiosa. Secundo, cōtraria, vt caliditas & frigiditas. Particula, vt nō est hic nota exēpli. nā caliditas & frigiditas cū sint accidētia, nō ea sunt cōtraria quę rerū naturaliū sunt principia, sed nota est analogiæ, designās quēadmodū caliditas & frigiditas aduersantur adinuicem, ita principia rerū naturaliū formalia, vtpote formam quę acquiritur, & eā quæ deperditur, adinuicem contrariari. imo tanto verius, quanto substantia accidente prior est. Et apte contrarietatē substantialē per accidentariā licet imperfectiorem insinuat, ꝓ ea sensui sit peruior & manifestior. Elementa autem quæ tertio loco ponit principia, alio modo atque ratione principia sunt, q̄ ea quę prēnoiata sunt. Nā quę primo & secūdo loco sunt posita, vtpote materia, & rerum substantiales formę, principia sunt rerū naturaliū oīm & compositionis, ꝓ substantiā eorū quibus sunt principia, constituant. Quæ vero tertio loco numerantur, principia sunt mixtorum & cōtemperationis, ꝓ contemperamenta suarum qualitatum cęteris rebus sensibilibus suggerant.

¶ Secundi capitis annotat.

¶ Homogenea, syngenea, cognata, & eiusdem tribus ac generis. ¶ Aliena, non naturalis. ¶ Propria, naturalis.

principia elementorum

Secundum cap. continet tres conclusiones, & duas rationes ad tertiam. ¶ Prima conclusio. Qualitates tangibiles, principia sunt & differentię elementorum. ¶ Nam hic quęrimus ipsorum vt sensibilia sunt: principia & differentias. Sensibile autē: tangibile: & tangibile, cuius est sensus tactus. Eorum igitur differentiæ secundum qualitates contrarietatem tactus facientes, sumendę sunt. Vnde fit vt neq; albedo & nigredo, neq; dulcedo & amaritudo, neq; vlla talium sensibilium qualitatū contrarietas sit, penes quā sumenda sunt elementa. Et quāuis visus tactu prior, & visibiles qualitates tangibilibus priores: quia tn̄ sensibilibus vt tangibilia sunt, & generationi corruptioniq; obnoxia non conueniunt: neq; secundum eas elementa sunt. ¶ Secunda. Secundum grauitatē & leuitatem hic non sunt sumenda elemēta. ¶ Qualitates em̄ tangibiles sunt hæ, caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas, graue, leue, viscosum, aridū, durum, mole, asperum, leue, grossum, subtile. Et ꝓ non sumantur secundum grauitatem & leuitatē, hoc ideo est, quia leuitas & grauitas non sunt tangibiles qualitates adinuicē actiuæ & passiuę, secundum quarum actionem & passionem elementa adinuicem transmutentur. Elementa autem adinuicem agunt, & patiuntur, & transmutantur: & eas qualitates secundum quas agant, & patiantur, & trās mutentur, quęrimus. non igitur secundū grauitatē & leuitatē sumuntur. ¶ Tertia. Secundum calidum, frigidum, humidum, & siccum, sumenda est differentia numerusq; elementorum. ¶ Primo. Quia secundum has qualitates tāgibiles adinuicem agunt & patiuntur. secundum illas igitur eorum differētia sumēda est, atq; numerus. Est enim calidum, quod cōgregat homogenea, & heterogenea seiungit: vt ignis, quēadmodum aiunt, congregat ea quæ sunt eiusdē tribus atq; cognationis: & quæ aliegenæ sunt naturę, separat. Frigidum, quod & syngenea & heterogenea counit & congregat. Humidum, indeterminatum termino proprio bn̄ terminabile alieno. Siccum, bene terminatum termino proprio. & male alieno. ¶ Secundo. Quia aliæ contrarietates, & tangibilium qualitatum differentiæ ad has quatuor reducuntur: vt hæ. subtile grossum, viscosum, aridum, mole, durum. subtile enim reducitur ad humidum, ꝓ sit bene repletiuū, quemadmodum humidum tangentia sequens. & grossum. ad siccum humidi oppositum. Et viscosum humidi est. dicitur enim viscosum, humidū aliquid passum, vt oleū. & aridū quod est humidi patiens defectū, est sicci. Et durū vt coagulatū, est sicci. & mole quod ī seipsum cedit. est humidi. ¶ Multifarie tn̄ dicitur & humidū, & siccum. Primo humidū, quod alienā humiditatē ī superficie tenet: & idvdū dicatur. Secundo ꝓ humiditatē alienam tenet in profundo: & id dicatur perfusum. quodvero propriā in ꝓfundo tenet, atq; occultā. dicat coagulatū. Et hi modi ad humidū simpliciter reducūtur: ꝓ propriā & ī superficie & profundo retinet humiditatē. Et tot modis oppositis dicitur siccū, qui modi ad proprie siccū habent reductionem. Sunt igitur calidū, frigidū, humidū, & siccum, primę contrarietates, & tangibilium differentiæ: quare & primis corporibus rationabiliter accommodandę.

Secundi cap. scholia. VI. Nam hic quærimus ipsorum vt sensibilia sunt, principia & differentias. Qualitates tangibiles principia sunt non constitutionis, sed distinctionis elementorū, quibus eorū numerus & diuersitas cōperta habetur. Sunt item differentiæ eorū accidentariæ, quibus inter se accidētario discrepant, & differimē habēt. Porro sensibile hic nō cōmuni ratione sumitur, ꝓ eo qd̄ sentiri natū est, sed pro corpore naturali generabili & corruptibili. quod litera satis exprimit cum inquit, quia tamen sensibilib⁹, vt sensibilia sunt, generationi corruptioniq; obnoxia. vbi posterius dictum exponit prius. Tangibile vero id est, cuius non quidem vt subiecti, sed tanquam obiecti est sensus tactus, quodq; tactu natum est percipi, vt ignis, & aqua. VII. Secundū grauitatem & leuitatē hic non sumenda sunt elementa. Nō ab re dicit conclusio nō esse hic in præsentiq; loco sumenda elementa secundum grauitatem & leuitatē, tametsi quartus de Cælo ostenderit quaternariū elemētorū numerum secundum grauitatem & leuitatem. Nam illic elementorum numerus inuestigatus est quatenus sunt mobilia secundum locum, & ideo accommodate per qualitates eorum motiuas id factitatum est. Hic vero elementorum peruestigatur numerus quatenus generabilia sunt & corruptibilia, quod sane non cōmode fieret per dictas qualitates, quibus nō cōuenit actio & passio. Et quod prima cōclusio proposuit qualitates tangibiles esse principia & differentias elemētorū, particulariter solum accipiendum est de ns quę actiuæ & passiuæ sunt. IX. Est enim calidū quod cōgregat homogenea. Cum lignum admouetur igni, experientia cōpertum habemus fumum fumo coniungi, vaporem vapori, humorem aquęum humori, & cinerem cineri, ꝓ hęc eiusdem sint naturę. Fumū autem a vapore, vaporemq; ab humore per extremitates effluente segregari, ꝓ ea diuersæ sint naturæ. Frigore vero vt congelatione nō modo aqua aquæ concrescit, & terra terræ, quæ eiusdē sunt naturæ, sed & aqua terræ, quæ naturæ habent discrimē. Quod vero aqua quia humida est, ægre suo continuatur conuexo, extremaq; superficie, & facile alieno termino, vt cōtinentis cui se prorsus afformat, & ꝓ terra suo termīo extremo bene terminetur ob siccitatem, sed vix bene alieno ob suam crassitiem, notius est q̄ vt declarationem requirat. VIII. Quare & primis corporibus rationabiliter accommodandę. Ex hoc loco haud difficile est coniectare & sumere rationem qualitatum primarum, videlicet hanc, ꝓ sunt qualitates tangibiles adinuicem actiuæ & passiuę, secundum quas corpora naturalia simplicia adinuicem agunt, patiuntur, & transmutantur. Et non dicuntur primę, quia perfectissimæ sint. nam & infimi sunt sensus qualitates, & imperfectissimis attribuuntur corporibus. hinc colores, soni & odores illis longe natura præstantiores sunt. Neque etiam primę dicuntur, quod cęteras affectiones tempore anteecedant, sed quod primis attribuantur corporibus atq; simplicibus, quodque secundum eas primo fiat actio, passio, elementorumque transmutatio. Et earum duæ, caliditas, frigiditas, actiuæ dicuntur, quod plus agant quam patiantur, etsi interdum eas pati contingat. Duæ vero reliquę, passiuę, quod plus patiantur quam agant, quanuis nonnunquam easdem agere non sit incongruum.

¶ Tertij cap. annotat.

¶ Qualitatum coniugatio, est duarum qualitatum in aliquo eodem conuentio.

Tertium caput continet vnam conclusionem, duas rationes ad eam, & sex elemētorum proprietates. Conclusio. Numerus elementorum quaternarius est. ¶ Primo. Quia quatuor qualitates, calidum, frigidum, humidum, & siccum (secundum quas diximus sumi debere elementorum numerū) solū quatuor coniugationes sustinent possibiles. quę sunt, calidum & siccum, calidum & humidum, frigidum & humidum, & frigidum & siccū. Nā calidum & frigidum, humidū & siccū, simul coniungi combinariq; non possunt in aliquo elementorum, sunt enim contraria, & experientia cognitum est quodlibet aptare sibi duas: vt ignis apparet calidus & siccus, aer calidus & humidus, aqua frigida & humida, terra frigida & sicca. Est igitur numerus elementorū quaternarius. ¶ Secūdo. Quia nullus antiquorū excessit quaternariū elementorū: etsi aliqui tn̄ vnū, alij duo, alij tria posuerit, & insufficienter quidē. nā par est quatuor simpliciū cōiugationū differētias, quatuor simplicibus accōmodare corporibus. Est igitur numerus elementorū quaternarius. Et qui vnū ponebant, dēsitate, raritate, caliditate & frigiditate, vt formis omnia gigni volebāt, quibus id vnū quod ponebāt, vt subiectum et materiam substituebant. qui duo, vt ignem et terram, duo dicebant ex vtriusque simul cōtemperamento nasci, aerem, et aquam. et qui tria posuerunt, tantum vnum medium ex eorum contemperamento nasci voluerunt. Empedocles autē posuit quatuor:

ratio nō nisi quatuor elementa cē probans

Universidad de Deusto Biblioteca

elementorũ pr proprietates

¶Sex elementorum proprietates. ¶Prima. Vnunquodq; elemẽtorum inueni- 10
tur non purũ, non ſimplex. & ſi ſimplicia talia ſint, non tñ eadem ſunt: vt quod ſi
mile igni, non ſit ignis, ſed igneum. & quod ſimile aeri, aereum. quod aquę, aquę-
um & terrę, terreum. ¶Secũda. Ignis eſt in excellentia calidus, vt glacies in ex-
cellentia frigida. & vt glacies dici poteſt frigidi & humidi coagulatio, ita & ignis
dici poteſt calidi & ſicci arſio. ideoq; proprium eſt ex ipſis in ſuis excellentijs ma
nentibus nihil poſſe gigni. ¶Tertia. Ignis & aeris loca ſunt ſurſum, & ſemper
ſurſum tolluntur. & aquæ & terræ loca deorſum, & ſemper deorſum feruntur.
¶Quarta. Media magis extremis mixta & impura inueniuntur: vt aer, & aqua.
Ignis vero in ſummo, & terra in centro, ſyncerior atq; purior. ¶Quinta. Secun-
dum vtranq; qualitatem ignis & aquæ, & aer terræ abit comperiturq; cõtrarius.
Et hæc ex contrarijs colliguntur qualitatum coniugationibus. ¶Sexta. Vnum-
quodq; elementorum vnam quatuor qualitatum ſibi primo & magis determinat:
vt ignis eſt magis calidus quam ſiccus, aer magis humidus quã calidus, aqua ma
gis frigida quam humida, & terra magis ſicca quam frigida.

Tertij capitis ſcholia. IX. Primo, quia quatuor qualitates. Quatuor qualitates digeſtę eo ordine quo in litera nominantur, ſex efficiunt combinationes, ſumendas ex compa ratione præcedentium qualitatum conſequenter ad omnes ſequentes, vt primæ ad re liquas tres ſigillatim, deinde ſecundæ ad cæteras duas, & demum tertiæ ad quartam, vt ſubiecta monſtrat formula.

	Coniugationes	Prima	Secunda	Tertia	Quarta	Quinta	Sexta
1. Calidũ	Qualitates	Cali. Fri.	Cali. Hu.	Cal. Sic.	Fri. Hu.	Fri. Sic.	Hu. Sic.
2. frigidũ	Elementa	●	Aer	Ignis	Aqua	Terra	●
3. Hũidũ							
4. Siccũ.							

Ex qua deſcriptione liquet primam & ſextam cõbinationes inutiles eſſe gignendis elemẽtis, quod qualitatum ſint cõtrariarum, quæ nequaquã eidem ineſſe poſſunt. Et quanuis quatuor cõiugatio- num poſſibiliũ vnaquęque duas cõplectatur qualitates, non protinus oportet octo eſſe qualitates, ſecundum quas ſumatur numerus elementorum. Nam quatuor datarum qualitatum vnaquæque bis ſumitur, vt dictas quatuor cõbinationes expleat, & eadẽ cenſetur qualitas primo & ſecũdo lo- co ſumpta, potiſſimũ ob eam rationẽ, quod in diuerſis elementis qualitates eodem nomine expreſ ſę, vt caliditas ignis & aeris, eiuſdem ſunt ſpeciei & naturæ. Neque illi obſtat quod caliditas ignis ſumma ſit, & aeris nõ ſumma nã ſicut intenſum & remiſſum nonvariãt ſpeciẽ, ita neq; ſummũ in qualitate & non ſummũ. Præterea ex eo quod leuitas ignis & aeris ſpecie dictę ſunt diſcrepare, nõ conueniẽs ſumitur argumentũ caliditatẽ quoq; vnius & alterius ſpecie differre. nam leuitati aeris & ignis diuerſa ſpecie cõpetũt officia, vtpote mouere ſurſum ſimpliciter, & mouere ſurſum ſecun dum alterum, quæ diuerſæ ſunt lationes. Caliditas autem ignis & aeris faciunt omnino eiuſdẽ ra- tionis opera. X. Prima vnũquodq; elementorũ inuenitur non purum. Elementum purum & ſim plex eſt, quod ſuę coniugationis ſolum qualitates habet, & ex plurium contemperamentis nõ con ſtat, vt ignis elementaris. Non purum vero & non ſimplex, quod non vnius ſolum, ſed plurium contemperatas habet qualitates: vnius tamen elementi vſqueadeo inſigniter qualitates retinet, vt eodem quoque nomine ſed homonymo nuncupetur, vt ignis, aer, aqua, & terra, quæ in noſtrum & animantium vegetabiliumq; vſum & nutritionem cedunt, non plura ſunt elementa, ſed igneum, aereum, aquęum, & terreum. Vnunquodque tamen eorum propter qualitatum conuenientiam, ele menti dominantis ſeruat nomen. Et quanuis elementa ſimplicia tali ſint ſecundum qualitatẽ, qua lia elementa non ſimplicia, non tamen ſunt eiuſdem ſecundum ſubſtantiam naturæ & ſpeciei, vt ſimile igni non eſt ignis, ſed igneum. Et ita in alijs. Quarta. Media magis extremis mixta & impu ra inueniuntur. Ratio huius proprietatis aſſignari poteſt, quod elemẽta omnino ſimplicia nõ ſunt apta animalium vegetabiliumq; conſeruationi & naturæ. In medijs autem elementis aere & aqua verſantur animalia, & magis ipſa cedunt ad vſum hominis. Præterea per aerem & aquam trãſeunt exhalationes & vapores, cęteraque id genus ſpiramenta, quorum naturam aer in centro, ad vſum viuentium minime applicantur, & a permixtione ſemotiora ſunt, hinc maiorẽ ſynceritatẽ & puri- tatem ibi ſeruant. Ex quo conſtat aliquod inueniri elementum ſimplex, vt ignem in ſummo, & ter ram in imo. Quod ſi nec aer nec aqua inuenirentur ſimplicia, id nullã argueret naturę iperfectionẽ, cum aqua mixta vt mare, & aer quo reſpirationẽ alternatã exercemus, ſimpliciũ elementorũ vicem locumq; obtineant. Sexta. Vnũquodq; elementorũ vnã quatuor qualitatũ. Loco ſuppoſitionis ha bendum eſt hoc loco, ignẽ eſſe primo & ĩ excellentia calidũ, aerẽ autem humidum, aquã frigidam, terramvero ſiccã. Neq; oportet ignẽ eſſe ſumme ſiccũ, tãetſi nihil habeat humiditatis admixtum, ſicut nec opus eſt aerem eſſe ſumme leuem, quanuis nihil in ſe habeat grauitatis. Quod autem aer minus ꝓcipitur humidus q̃ aqua, non eo venit quia minus habeat humiditatis, ſed quia tactu faci-

lius eſt cedẽs, & minus imprimẽs virtutis humectatiuæ, haud aliter q̃ ignis minus videtur calidus ferro ignito. Ea quãuis ab aliqua ſeparari poſſit frigiditas, & nõ eius humiditas, non protinus cõſi citur frigiditatẽ nõ eſſe ſummã, ſed humiditatem, quia frigiditas validę virtutis habet qualitatem corrumpentem, nõ autẽ humiditas, ideo cętera non ſunt paria, neque ſemper oportet eam quę abeſ ſe non poteſt elemento, ſummam eſſe qualitatẽ. Quod demũ terra ſumme ſit ſicca, neque quicquã habeat humoris, non arguit eam debere eſſe diſcontinuam. Nam ſicca ſine humido continuari non poſſe, de mixtis corporibus intelligendum eſt, & non de ſimplicibus, qualis eſt terra.

quar minus humi dus q̃ aqua ꝓcipi tur aer

¶Quarti cap. annotat.

¶Symbolum, conuenientia. ¶Elementa ſymbolica, elementa ſymbolum habentia. Sunt autem ea quæ altera qualitate diſcrepant, & altera conueniunt. ¶Qualitates, calidum, frigidum, humidum, ſiccum. ¶Non ſymbolum habentia, quę vtraq; diſcrepant. ¶Vno corrupto, vna qualitate corrupta. ¶Vnum alterum, vnum alterius rationis & naturæ. ¶Duo, duæ qualitates.

11 Vartum cap. continet quinq; concluſiones, duas rationes ad primam, & vnum corollariũ poſt quintã. ¶Prima concluſio. Corporum ſimplicium alterna eſt gñatio. ¶Primo. Quia id ſenſu cõpertum habemus, vt elemẽtum ex elemento gigni cognoſcamus. ¶Secundo. Quia eorũ eſt mutua alteratio: vt quę adinuicem agant patianturque. igitur gñatio. Sed quę-
12 ras, an quodlibet gigni queat ex quodlibet? ¶Secunda. Elementorum quolibet gigni põt ex altero quolibet? ¶Nã oia adinuicem contraria ſunt, nata adinuicem agere & pati. differentias enim hñt contrarias. igitur oia adinuicem ſunt tranſmutabilia, tranſmutatio em̃ vt gñatio in contraria eſt, & ex cõtrarijs. Et quanuis quodlibet alteri cuilibet contrarietatem habeat, hoc tñ intereſt, ꝙ vnum vni ſecundũ duas ſuę coniugationis qualita tes contrarium eſt, alijs vero ſecundũ alteram tm̃: vt ignis aquæ (eſt em̃ calidus & ſiccus, aqua vero frigida & humida) & aer terrę. nã aer calidus & humidus, ter ra frigida & ſicca. ſed ignis aeri altera vt ſiccitate, & terrę altera vt caliditate diſ
13 crepat: & aqua aeri altera vt frigiditate, & terrę humiditate: quæ cũ altera quali tate diſcrepent, & altera conueniãt, vocamus ſymbolica. ¶Tertia. Elementorũ adinuicem ſymbolũ habẽtium cita tranſmutatio eſt. nõ hñtium aũt ſymbolum, difficilis atq; tarda. ¶Nã facilius eſt vnum q̃ multa trãſmutare. In habentibus autem ſymbolum vnius eſt trãſmutatio: vt ex igne calido tranſmutante, vincen teq; humido, erit aer: & ex aere aqua, dominãte ſuperãteq; frigido: & ex aqua ſo- lo humido ſuperato fiet terra, & ex terra ignis, frigidũ ſuperãte calido. erant em̃ hęc altera ſemper qualitate cõformia. Eſt igitur elementorum ſymbolũ haben- tium velox citaq; adinuicem trãſmutatio. At ſi ex igne debeat gigni aqua, quia ſymbolica non ſunt, hoc non fiet altero tm̃ vt calido tranſmutato, aut ſicco, ſed vtrunq; ſuperari vinciq; neceſſe eſt. eſt em̃ aqua & frigida & humida. itidem & ſi ex aere fieri debeat terra. Eſt igitur in non habentibus ſymbolum gñatio tardior
14 atq; difficilior. ¶Quarta concluſio. Ex duob⁹ elementis adinuicẽ nõ ſymbolicis poſſunt aliqua gñari: vt ex igne & aqua poſſunt generari aer & terra, & ex aere & terra ignis & aqua. ¶Nam ignis corrupta caliditate, & aquæ humiditate, gene- rabitur terra, remanebunt em̃ ſiccum & frigidum, terræ qualitates. Et ignis con- ſumpta ſicci, & aquę frigiditate, generabitur aer. nam ſuperant calidum & humi dum, aeris qualitates. Et ſimiliter ex aere & terra generabuntur ignis & aqua: ae ris enim corrupta caliditate, & terrę ſiccitate, gñabitur aqua. nã hui⁹ relictũ eſt humidũ, illius vero frigidũ. & corrupta aeris humiditate, et terrę frigiditate, ge- nerabitur ignis, remanentibus ex aere calido, et ex terra ſicco, ignis qualitatibus. Et id fit ignis gñatione ſenſui perſpecta, maxime in ignis flãma. eſt em̃ hæc fu- mus ardens: fumus autẽ ex aere et terra. Ex duob⁹ igitur adinuicem ſymbolum non habentibus reliqua generantur elementa: et ſupra hęc, alterutrius vtraq; ſu-
15 perata qualitate, fit reliquũ. ¶Quinta. In elementis ſymbolum conſequentiãq;

gn ſibolica dicũt eiusmodi

ex nõ ſibolicis cetera elemẽta generãt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

habentibus alterum ex altero gignitur, & non reliqua. ¶ Vt ex igne & aere, & aere & aqua, aqua & terra, itidem igne & terra: quæ se ordine non consequuntur. ¶ Nam altera qualitate superata fit reliquum: vt ab humiditate aerea ignis superata siccitate, fit aer. remanent enim calidum & humidum. & a siccitate ignis aerea superata humiditate, fit ignis. nam remanēt calidum & siccum. & ita in cæteris. est igitur manifestum in talibus alterum ab altero gigni. Sed ꝙ non generētur reliqua ex igne & aere, aqua & terra, hoc ideo est. quia aut maneret caliditas in qua conueniunt, & corrumperētur ignis siccitas, & aeris humiditas, & tunc solum calidum maneret, ex quo nullum generatur elementum: aut corrumperetur caliditas, & manerent ignis siccum & aeris humidum contraria, quæ nullius elementorū generationi aptaveniunt: et ita de aere et aqua, aqua et terra, igne et terra ostende. Manifestum igitur est ex duobus elementis symbolum consequentiamq; habentibus non generari altera. ¶ Corollarium. Vñ pariter fit notum, ꝙ cum conuenientia elementa in se inuicem transeunt, alterum in alterum, vno corrupto gignuntur: et cum ex duobus non symbolicis fit vnum alterum, duo corrūpuntur. Hoc ex demonstratis cognoscitur: dictūque est sufficiēter quō ex quolibet contingat omnia gigni, et quomodo adinuicem generentur.

16

Varti capitis scholia. XII. Et quanuis quodlibet alteri cuilibet contrarietatem habeat. Vnunquodq; elementum duobus sibi proximis elementis & altrinsecus iacentibus est symbolicum. Vnum autem tantum vni est non symbolicum, vt secundo loco ab eo distans, & vno intermedio dimisso sumptum, vt hæc ostendit formula.

Symbolica	Non symbolica	Symbolica	Qualitates elementorum.	
Ignis Aer	Ignis Aqua	Ignis Terra	Calidum	Ignis
ca.sic.ca.hu.	ca.sic.fri.hu.	ca.sic.fri.sic.	Humidum	Aer
Aer Aqua	Aer Terra	Aqua Terra	Frigidum	Aqua
ca.hu.fri.hu.	ca.hu.fri.sic.	fri.hu.fri.sic.	Siccum	Terra

Ex qua descriptione liquet quatuor esse elementorū symbolicorū combinationes, & duas elemētorū nō symbolicorū, scilicet intermedias, extremas vero vtrinq; symbolicorū. XIII. Elementorum adinuicem symbolū habentium cita trāsmutatio est. Hanc conclusionē declarat prēsens formula.

Symbolicorum generatio			Non symbolicorum generatio		
Ignis	Ignis	Aer	Aqua	Ignis	Aer
CS	CS	CH	FH	CS	CH
Aer	Terra	Aqua	Terra	Aqua	Terra
CH	FS	FH	FS	FH	FS

In hac figura ex elemento superiori elementū e directo inferius gnando, aut ediuerso, manifestum est in symbolicis vnā duntaxat qualitatē transmutari, in non symbolicis aūt vtrāq;. Constat etiam in symbolicis qualitatē manentē qua cōueniunt. ex summa fieri nō summā, aut ex nō summa summā. Ea autē quę deperditur, si summa fuerit, a nō summa deperdi, & si nō summa a summa. In non symbolicis autem, summā maximamq; natura qualitatem, a summa & in excellentia constituta sibi contraria, & non summam a non summa corrūpi. Quod aūt in symbolicis ab vna tm̄ qualitate fit actio, & in non symbolicis a duabus, non arguit faciliorem esse nō symbolicorum gnationem. Nam quāuis plura agentia in vnum & idem facilius expeditiusq; agant q̄ vnum in vnum, plura tm̄ agentia in diuersa & distincta nequaq̄ celerius agūt. Mō in non symbolicis est actio plurium in plura, in symbolicis vero actio vnius qualitatis in vnam, & ergo hæc longe factu est facilior. Et hoc loco facilitas celeritasq; transmutationis attendenda est penes qualitates actiuas & passiuas duntaxat, & non penes alias qualitatum contrarietates. Proinde concedendus est ignis facilius in terram q̄ aquam conuerti, ꝙ cum in terram conuertitur, sola transmutetur caliditas, cum vero in aquā, & caliditas & siccitas. quāuis aliarū qualitatum gratia maior sit difficultas transmutationis ignis in terram q̄ aquā, vt maximę leuitatis, raritatis, subtilitatis, perspicuitatis, & mollitiei, quæ conuertendæ sunt in maximam grauitatem, densitatem, grossitiem, opacitatem, & duritiem. Quanuis enim qualitates motiuas & cæteras mō nominatas attendendo, ignis terrę aduersetur, vt extremum extremo. & aquæ vt medio, attendendo tm̄ qualitates actiuas & passiuas (quarum hoc in loco duntaxat habenda est ratio) ignis aquæ vt extremum extremo contrariatur. Et licet ignis & terra maxime adinuicē distent distantia loci, aut repugnātia qualitatū non actiuarū & passiuarum, tm̄ ignis & aqua maxime distāt repugnātia qualitatum actiuarū & passiuarum. Cōtingit aūt in trāsmutatione symbolicorum fieri intensionē aut remissionē qualitatis qua cōueniūt, non tm̄ idcirco illius fieri transmutationem. nam transmutatio est de contrario in cōtrarium. Et q̄uis in materia aeris aliquæ acquirātur frigiditatis partes cū ignea caliditas diminuitur, illę tm̄ adeo languidā cōstituūt frigiditatem, vt ab ea nō possit denoiari fieri trāsmutatio. Hinc dicitur in ea gnatione manere calidum.

Quod in symbolicis q̄ non symbolicis sit facilior transmutatio.

XIIII. Vt ex igne & aqua possunt generari aer & terra. Hoc subiecta descriptione fit apertius.

Ignis	Aqua	Aer	Terra
CS	FH	CH	FS
CH	FS	CS	FH
Aer	Terra	Ignis	Aqua

In hac figura ex duobus elementis nō symbolicis superne locatis fiunt cętera elemēta inferius constituta. Primum quidē, & ad manum ęquam vergens, si qualitates puncto signatę suas corrumpant contrarias. Cōtra vero, si cæteræ duæ agunt, & suas corrumpunt contrarias, secundum gignitur, & ad dextrū collocatum elementū, vt exemplo liquidissime constat. XV. Itidem igne & terra, quæ se ordine non consequuntur. Consequentia elementa sunt, quę ordine naturę sibi proxima sunt, vt ignis aer, aer aqua, aqua terra. Non consequentia vero, inter quę secundum naturæ seriem aliquid intercipitur elementum, vt ignis & terra, & elementa non symbolica. Omnia igitur consequentia elementa, symbolica sunt. & non omnia symbolica, sunt consequentia, vt ignis & terra. Quod ergo secundo loco proponit hæc conclusio, ostendit hæc figura.

Ignis	Aer	Aer	Aqua	Aqua	Terra	Terra	Ignis
CS	CH	CH	FH	FH	FS	FS	CS
C	SH	CF	H	F	HS	FC	S

¶ Quinti capitis annotat.

¶ Secundum rectitudinem, secundum speciei varietatem. ¶ Secundum circulum, secundum specierum similitudinem. ¶ F, dulce. ¶ G, amarum.

17 Vintum cap. continet duas cōclusiones, tres rationes, & duo corollaria ad primam. ¶ Prima conclusio. Eelementa non sunt rerum naturalium materia, neq; elementum elemento. ¶ Primo. Nonvnum quia oīa vnum faceres, aut ignē, aut aerem, aut aquā, aut terram. hoc autem impossibile. sed transmutatio de contrario in cōtrarium. neque duo aut tria: quia oīa illa essent. ¶ Secundo. Quia cum ex aere fieret aqua, illic non generatio, sed sola alteratio esset: nam aer maneret vt pri⁹. ponitur enim totus materia. & aqua esset aer. Neq; valet dixeris tunc aquā aerem esse frigidū, & cum ex aere fiat ignis, ignem esse aerem calidum, quia tunc solam cōfiteberis alterationem, & non gnationem. ¶ Tertio. Si est aer ex igne calido, cum gnatio sit in contrarium, aliquis aer erit frigidus, & idem simul calidum & frigidū: imo & cum ex igne fieret aqua, ignis esset frigidus: maneret enim ignis: quæ sunt im

elementa nō sunt rerū naturaliū materia

18 possibilia. ¶ Primum corollarium. Vnde fit vt cum ex duobus fiat alterum, materia altera sit vtriusq; communis. ¶ Nam vnū ex quo fiant omnia, & ex quo fi-

19 at reliquum materia esse non potest. ¶ Secundum. Fit etiam vt horum medium quoddam, vt medium aeris & aquæ, ignis & aeris, his densius, illis rarius (vt inquiunt) infinitum, aliorum materia esse non possit: quia ipsum & igni & aeri, & reliquis contrarietatem habere oporteret, cum ex eo generarentur omnia: & sic cōtraria simul essent in eodem: & cum priuatio sit alterum cōtrariorum, iterum non maneret materia: & illud ens consimiliter vnunquodq; esset, aut nihil esset. Sed dictum est elementa adinuicem transmutari, & quando facilius, & qñ difficilius: & duas esse contrarietates, ex quib⁹ collegimus plura esse oportere elementa, non tm̄ duo, non tantum tria, sed ex quatuor illarum contrarietatum coniugationibus quatuor esse oportere reperimus: duas vero (ꝙ contrariæ essent) gnationi ineptas qualitatum cōbinationes reiecimus, neq; quod sit i extremo, vt ignis aut terra, neq; quod in medio, vt aer aut aqua, omnibus posse esse trāsmutationis principium, iam ostendimus. Sed plane cōfitebuntur quidem media adinuicem

20 transmutari posse, sed id non posse extrema. ¶ Secunda cōclusio. Elemēta non procedere i infinitum secundū rectitudinem, sed finita esse necesse est. ¶ Nam oporteret idem infinitas habere contrarietates. quod sic oñdo. Sit a ignis. b aer. c aqua. d terra. Quia b trāsmutatur in a, contrarietas aliqua est ipsi⁹ b & a, quę sit albedo & nigredo. sit itaq; b albū, & a nigrū, & quia b iterū transmutatur in c (quia non idem a & c) ipsius b & c est vna altera contrarietas, quę sit siccitas & humiditas, ita vt b sit siccū, & c humidum. transmuteturq; b in c. si manet albedo, c aqua

Universidad de Deusto
Biblioteca

erit alba & humida:quare igni nigro a contraria,si nō maneat,erit c aqua nigra. nam generatio in cōtrarium. Deinde intellige ex b generari a . si manet siccitas: a ignis siccus aquę humidę contrariatur . si non manet , erit a ignis humidus & niger. quare si dicebas c non seruare albedinem, sed esse nigrum idem erit a ignis,& c aqua. nam vtrunq; humidum & nigrum. Præterea transmutetur a in e:quia non reuoluitur,sed semper secundum noua proceditur elementa,consimili argumento probo b itidem & c (si voluero) esse contraria e. quia a trāsmutatur in e,est alia ipsius a & e a prædictis contrarietas,quę sit f g:ita vt a sit f,& e sit g. Cum igitur a ignis trāsmutetur in b:aut manet f,ita vt b sit f,& albū:& tunc manifeste contrariatur e g. vel non manet,& tunc b aer genitus erit albus,siccus,& g. generetur igitur ex a,e. vel manet nigredo,si sic,manifeste contrariatur b aeri albo & sicco. si non maneat:cum generatio sit ex contrario,& corruptio in contrarium,e erit album,& g. q; si b aer etiam g esset,non esset a ad b,& a ad e diuersa contrarietas,cuius supposuimus oppositum. Et ita semper procede de b aut quocunq; altero volueris,ostendendo semper altero superiore accepto ad sequens nouam habere contrarietatem,& infinitis idem,vt b, aut aliud quodcunq; retinere contrarietatem. At infinitis idem retinere contrarietatem, impossibile est : quia non contingeret generatio. oporteret em̄ omnes has trāsire contrarietates: & aliquorum nunquam futura esset generatio. nam si nulla dari queant extrema. media ipsa infinita erunt: imo & neq; ignis ex aere vnquam futura esset generatio. nam vtrunque infinitas contrarietates haberet:& quæ certe superiorum sunt, in inferioribus existerent:& quę inferiorum,in superioribus. quare & omnia vnum esset. hęc autem impossibilia. Non igitur elementa in infinitum secundum rectitudinem procedunt , sed finita sunt oportet.

16

Vinti capitis scholia. XXII. Primo non vnū,quia omnia vnum faceres. Non potest vnum elemētum esse omnium rerum naturalium materia, ex qua manente secundum substantiam in re facta,res naturales omnes constituerentur , quia si sic , omnia idipsum essent vnum elementum , vt si ignis esset omnium rerum materia,omnia essent ignis. quod est inconueniens , quia transmutatio omnis est de contrario in contrarium. si autem tantum vnum esset, ipsum nō haberet contrarium,cum nihil sibiipsi sit contrarium. non esset igitur trāsmutatio. Et quanuis ex elemento concedamus fieri elementum vt ex termino a quo,non manente in re facta,non tamen tanq̄ ex materia. XXIIII. Et cum priuatio sit alterum contrariorum,iterum non maneret materia. Priuatio hic sumitur pro forma substantiali,qua, adueniente altera,materia priuatur . Et de ea priuatione fit sermo,quę esset forma medij illius corporis īfiniti , quod omnium rerum ponunt materiam. Illa enim in generatione rerum ex huiusmodi medio corpore , esset alterum contrariorum,vtpote idipsum quod abiicitur a forma quæ acquiritur. Non igitur maneret corpus medium secundum substantiam in rebus naturalibus,vt cuius forma deperderetur,& sic non maneret materia in rebus compositis. quod est inconueniens. Pręterea huiusmodi corpus medium cum omnia componeret,aut simul vnunquodq; compositorum esset,perinde atq; ligna & lapides sunt ipsa domus,aut nihil eorum. Neq; similis militat ratio de materia Aristotelica,q; debeat esse vnunquodq; eorum quæ componit,& de huiusmodi corpore medio atq; elementis,quia antiqui posuerunt elementa atq; huiusmodi medium corpus esse totam substantiam rei. Materiam aūt non ponit Aristoteles totam rei substantiam,sed cum ea formam requiri . Sed plane confitebunt quidam media adinuicem transmutari. Contendere possent nonnulli ignem & terram non posse adinuicem transmutari propter magnam vnius ab altero distantiam,quodq; nunq̄ terra,ignis accedebat locū,neque ignis elementaris terrę. quæ autem transmutantur adinuicem, debent sibi inuicem propinqua fieri. Ad quod facilis est responsio,etsi ignis purus in terram simplicem nō transmutetur, nec ediuerso,mixtus tñ in mixtā & non simplicem cui propinquus est mutatur facile,& econtrario , quēadmodum ex cepulis terreis fit ignis . Pręterea quanuis nunq̄ actu transmutetur ignis simplex in terram simplicem,nihilominus est natus trāsmutari,quod huic loco sufficit. Possent itidem obiectare,aerem & aquam magnam naturæ affinitatem, qualitatumq; respondentiā & cognationem habere,& ergo vnum in alterum facile transmutari. Ignem vero & terram maximam naturæ repugnantiam,qualitatumq; discrepantiam seruare, & hinc adinuicem trāsmutari non posse. Id em̄ efficit quidem aerem facilius in aquam quam ignem in terram conuerti,aut contra. Sed non oportet si non adeo facile,idcirco nullo modo ignem in terram transmutari posse,.

¶Sexti capitis annotatiunculæ.

¶Compages, coniunctio, compositio, iunctura, compago.

21 Extum cap. continet quinq; conclusiones, & quatuor rationes ad quartam. ¶Prima conclusio. Errauit Empedocles ponēdo elementa adinuicem manere intrāsmutabilia , sed adinuicem comparabilia,vt omnia omnibus sint æqualia. ¶Quia aut intelligit ea cōmensurationevt quanto esse comparabilia: vt ex vno pugillo aquę sint decem aeris. aut secundum potentias. vt quantum aqua frigidare,tantum aer possit calefacere . aut secundum passiones:vt quantum aer albus,tanta aqua sit nigra: secundū quas non proprie attenditur ęqualitas,sed potius similitudo. nam in quanto est æquale , & in quali simile . Sic autē faciens,videtur materiam elementis cōmunem facere.
22 alioqui secundum quę cōpararet,ęquiuoca essent. ¶Secunda. Empedocles non saluat augmentationem. ¶Quia ponit additione ignem igne augeri , aerem aere,aquā aqua,& vnūquodq; sui gnis appositione. sic autē dictū est augmētationē
23 fieri non solere. ¶Tertia. Quæ de generatione secundū naturā tradidit,dura atque inepta sunt. ¶Quia quę natura fiunt,aut semper aut plurimum eueniunt:vt homo ex homine,triticum ex tritico,oliua ex oliua,ossium neruorum & mēbrorum cōpages. hęc autem tradit casu & quadā fortunę temeritate euenire . & quæ casu & temere eueniunt,extra semper & plurimum contingunt. Et certe horum omnium causa est non ignis,aut aer,aut aqua ,aut terra: neque lis quæ solum disiungit,& segregat:neque amicitia,quæ solum counit & congregat : neque fortuna,quæ(vt inquit) ad rerum ęqualitatem,& non ratio aduocatur:sed horum omnium causa est vniuscuiusque natura, bonum quoddam & optimum : de qua nihil meminit,laudans sua elementa, litem,& amicitiam , quæ deo facit priora.
¶Quarta. Empedoclis de motu exilis atq; infirma determinatio est . ¶Primo.
24 Quia dicit litem & amicitiam mouere. sed quis motus liti, quis amicitiæ debeatur. & quomodo,non determinauit. Debuit enim hoc determinare , cur hic motus sit litis,hic amicitiæ:aut supponere, aut demonstrare,aut firme aut debiliter, aut aliquo alio pacto. ¶Secundo. Quia cum entia moueantur nunc vi , vt ignis deorsum:nunc natura,vt ignis sursum :lis natura potius moueret,& amicitia vniuersaliter vi quadam,& præter naturam:& lite & amicitia non mouentibus,non fieret motus. hoc autem inconueniens. ¶Tertio . Quia Empedocles ambiguas versat sententias,nunc dicens non lite ignem sursum latum,sed vi latum , fortuna sursum deuenisse. crebro vero itidē dicens ignem natum sursum agi : vt cum in profundas detrusus sit terrę radices. ¶Quarto. Dicit Empedocles aliquo tempore litem regnare: vt nunc mundo (vt est) existente:aliquando amicitiam. oportet igitur esse causam priorem lite & amicitia,quę huiusmodi alternationes causa existat. illius autem non meminit Empedocles. ¶Quinta conclusio. Inconue
25 nienter Empedocles animam ex elementis constituivoluit. Nam animę passiones,quales sunt scientiæ,vt musica,memoria,obliuio,& cōsimiles , nequit saluare. Nā si anima sit ignis,passiones habebit quæcunq; sunt ignis. & si ex elementis congesta,habebit quæ plurium,& corporales . nulla autem prædictarum corporalis est. Sed hæc exactius exquirere, alterius contemplationis existit.

Sexti cap. scholia. XXI. Quia aut intelligit ea cōmensuratione vt quāto esse ęqualia. Non intelligit Empedocles elementa esse ęqualia quātitate & mole,cū manifestum sit superiora elementa maioris esse molis inferioribus,sed secundum magnitudinis in eadem materia certam proportionem ea esse æqualia dicit,cum inquit ipsa commensuratione vt quanto esse ęqualia vt sub qua materia sit inferioris elementi minor moles,sub eadem sit superioris maior moles. Et sic comparando, habet concedere materiam elemētis esse communem, & eiusdem speciei atq; rationis. Si enim eorum materia esset specie diuersa, nō posset materia vni ad alterius materiam secundum æqualitatem comparari,cum quæcunq; comparantur,debeant esse vniuoca,& eiusdem naturæ entia. Quod si concedit materiā elementis specie esse eandem,erunt elementa adinuicem transmutabilia. quod suę aduersatur positioni . Aut ediuerso si non possunt adinuicem transmutari,quia diuersam specie habent materiam , neque poterunt propter eandem

Universidad de Deusto
Biblioteca

rationem adinuicē cōparari, quod iterū ſuis dictis repugnat. XXII. Quia ponit additione ignem igne augeri. Ignis adiunctione atq; continuatione alterius ad ipſum ignis fit quidē maior, ſed non augetur, quia in augmentatione quod additur, debet ante additionē eſſe diſſimile ſpecie ei cui additur. In huiuſmodi aūt cōtinuatione quod additur, ſimile eſt ſpecie añ additionem ei cui additur. Et ſi ignis ligna ſpecie diuerſa in ſuā conuertat ſubſtantiā, ne illic quidē eſt augmentatio, quanuis maioris ſit molis ex diſſimili ſecūdum ſpeciē acquiſitio. Nā ea molis acquiſitio non eſt coniuncta nutritioni, neq; fit a virtute vegetatiua & animata, quod ad augmentationis rationem requiritur. XXIX. Lis natura potius moueret. Quia ſecūdū Empedoclē lis deducit res ad ortū, & propriā cui q; naturā accōmodat, potiʼ natura res ipſas loco moueret, & vt cauſa naturalis. Amicitia vero quæ res deuoluit ad interitū, moueret violenter, & vt cauſa præter naturā in latiōe, ſicut & ſubſtantia. Et cum lis & amicitia non mouerēt, non fieret motus. Nā ſunt prima mouētia, quibus nō mouētibus, neq; poſteriora mouebūt. Vtrunq; aūt incōueniens. Primū quidem. Nam hoc eſt attribuere id quod bonū eſt, & natura cōueniens, ſcilicet motū naturalē, principio malo, ſcilicet liti, & id quod malū eſt ſcilicet motū violētū, principio bono, amicitiæ. Et plane videtur Empedocles ſenſiſſe litem eſſe negationē, & principiū mali (ſicut & reuera eſt) cū dixit adueniēte amicitia ſolū deum genitum eſſe. Secundū etiam eſt inconueniens, quia finita rerum ſegregatione (vt mūdo quemadmodū nunc eſt exiſtente) res mouētur, & tamen neq; lis mouet neq; amicitia. XXX. Nam ſi anima ſit ignis, paſſiones habebit. Cum vnunquodq; ſit tale, ex qualibus ipſum eſt compoſitū, & anima ſit compoſita ex elementis, ſolas habebit elementorū qualitates. quare neq; ſciētiā habebit, neq; memoriam. Rurſum quod ex corpore cōponitur, corporeū eſſe debet. Si itaq; anima ex elementis quæ corpora lia ſunt, componeretur, eſſet corporalis, ſubſtantiaq; per ſe corporea. quod falſum eſt.

¶Septimi capitis annotat.

¶Mixta, animalia, vegetabilia, mineralia.

Eptimum caput continet vnam quæſtionem, & eius ſolutionem. ¶Quæſtio. Cum ex igne fit aqua, & ex qua iterum fit ignis, quia eadem ſubiecta natura vtriſq; communis eſt, quomodo ex igne, aqua & reliquis elementis fit mixtum aliquod, vt caro, os, neruus? 16
Non enim dicere poſſumus vt Empedocles, qui dixiſſet ſic fieri ſicut paries ex lapidib⁹ & laterculis: neq; ex tota carne fieret ignis, ſed ex vna parte ignis, & ex altera aqua: quemadmodum ex hac parte ceræ ſphæra fieri poteſt, ex illa pyramis. Et ex oppoſito ſcrupus naſcitur & difficultas: cum faciamus omnium vnam ſubiectam materiam, cum ex calido & ſicco, vt igne, frigido, & humido, vt aqua generatur caro, ſi caro non ſit vnum, nec alterum, neq; ipſorum ſaluatorum mixtura atq; cōpoſitio: quid ipſorum ergo niſi ſola materia reliquitur?
¶Dicimus elementa in mixti generatione ſe cōtēperare: vt calidum, frigidum, humidum, & ſiccum remitti, eorum intenſiones atque acumina obtundi: ita vt mixti naturæ ipſa ſint, gignaturque mixtum. Et tunc nec elementa ipſius materia ſunt, neque horum extrema contraria: ſed eorum medium ad mixti naturam contemperatum, quod mixti natura & ſpecie moderatur dirigiturque. Hinc variæ mixtorum oriuntur ſpecies ex varia temperamenti proportione: vt hoc proportione dupla calidum ad frigidum, illud tripla. & ita de ſicco & humido. Itaque mixta ſunt ex contrariis elementis, & elementa rurſum ex illis: non vt ex materia, & quæ actu ſint, ſed potentia, & quorum in medium redactæ & contemperatæ fuerint paſſiones.

elementa nō ita ſunt ſed remiſſe ſunt & qualitates colliguntur ad cōpoſitione

Eptimi capitis ſcholia. XXVI. Non eñ dicere poſſumus vt Empedocles. Cū paries ſit ex lapidibus & lateribus, ibi eſt multorum per ſe & actu exiſtentium cōgregatio, quæ non conſtituunt vnum ſimpliciter, ſed aggregatione ſolum artiſq; compactione. In generatione autem mixtorū ex elementis fit vnum actu & potentia, & vnicam habens formam ſubſtantialē. quare non poteſt generatio mixti aſſimilari conſtructioni parietis. Neque itidem generatio ignis ex carne, productioni flammæ ex alio & cera comparari poteſt. Nam hic vna forma deperdita, altera in eadem materia acquiritur, illic vero in materia carnis non acquiritur forma ignis, ſed contemperamentū ignis quod in ea fuit materia, diſſoluitur. hinc mixti in elementum reſolutio fieri dicitur, ſicut & ediuerſo mixti ex elemento cōpoſito. Sed eorum medium ad mixti naturam cōtemperamētū. Materia mixti perfecti vocatur hoc in loco medium, quia vniuſcuiuſq; elementorum naturam participat, & qualitates eorum habet remiſſas, & medias in comparatione ad illas in elementis excellentes & extremas. & hæc materia per formam ſubſtantialem mixti regitur & informatur. Non tamē credendum eſt cum formatur mixtum, cuiuſlibet elementorum aduenire particulā, & eorum formas ſubſtantiales deperdi, qualitateſq; excellentes remitti, ſed a generante inducitur contemperamentum in materia ipſi formæ gignendæ

cōueniens. Neque oportet ſub materia mixti fuiſſe quatuor elementorum formas. Nam in mundi exordio ſummus rerum opifex omnium rerum naturalium contemperamenta determinauit, & mixtis eorumque materię indidit, deinde eis reliquit vim eadem contemperamenta in alijs ſubiectis producendi, quod fieri conſpicitur.

¶Octaui capitis annotatiuncule.

¶Vegetes, vegetabilia. ¶Mixta, mixta perfecta.

27 Ctauum cap. continet vnam concluſionem, & duas rationes ad eam. ¶Concluſio. Quodlibet mixtum circa mundi medium exiſtens, ex omnium cōcurrentia elemētorum naſcitur. ¶Primo ex terra, quia in loco terrę: & vnunquodque naturam illius in cuius loco ortum eſt, participare videtur. Ex aqua vero, quia terminatione eget. aqua autē omnium optime terminabilis eſt, prohibens terram decidere, & eam ligans & figens. Et ſi terra & aqua affuerint, & ignis & aer. Nam mixtum perfectū ex contrariorum tēperamento naſcitur. Ignis autem & aer, aquę & terrę (vt contingit ſubſtantiā ſubſtātię) ſunt cōtraria. Omnia igitur ſimplicia in tali cōpoſito erunt concurrentia. ¶Secundo. Ex eiſdem ſunt & nutriuntur mixta. atqui oia pluribus nutriuntur. nā quæ vno ſolo nutriri videntur, vt plantę aqua, plurib⁹ nutriuntur, terra ſcilicet & aqua. Hinc ruſtici hortos irrigare volentes, aquā terrę admiſcent: quo vberius vegetib⁹ alimentū miniſtrēt. Et quod nutritur cōiunctū materię, eſt ſpeciei & formę, quę calore (qui ab igne eſt) plurimum eget. eſt eñ ignis maximę formę atque actionis: vt qui ſit natus ferri ad terminum, & forma maxime terminus ſit. Ignis igitur non abeſt: quare neque aer: vt qui tranſmutabili vicinior atque paratior ſit. Omnia igitur mixta ex omnibus ſimplicibus concurrentibus elementis contemperata ſunt atque ordinata.

Ctaui cap. ſcholia. XXVII. Quodlibet mixtum circa mundi medium exiſtens. Circa mundi medium exiſtere dicitur mixtum, quod in terra aut circa terram verſatur, vt animalia quę in terra aut ſuper terram degūt, vegetabilia quę radicem terrę infixam habent, & mineralia quæ terræ eruuntur. Et eam ob rem ex terræ contemperamento liquido conſtant, item & aquę. nam humidum aquęum ad ſicci terrei continuationem & colligationem admodum eſt neceſſarium, vt quo abſente terrea diſſipentur & diſpergātur, prę-ſente vero humido aquęo, vt pluuia, colligantur & vniuntur. Vt qui ſit natus ferri ad terminum. Ignis natura fertur ad concauum cæli lunæ, qui terminus eſt & perfectio cæterorum locorum, & rerum naturalium locus perfectiſſimus. Forma autem ſubſtantialis, præcipuus eſt terminus, & primaria rerum ſenſibilium perfectio. Non ergo abeſt ignis contemperamentum compoſitioni mixti, quare neq; aeris. Nam aer igni tranſmutabili conterminus eſt & proximus, ſimiliter & ipſi mixto paratior. Magna enim eſt qualitatum ignis & aeris affinitas, multumq; adinuicem naturæ vicinia conſpirant vtriuſq; contemperamenta, quam ob rem natura aerem igni (cum quo parum habet diſcriminis) proximum collocauit.

¶Noni cap. annotat.

¶Sempiterna & prima, cæli. ¶Phædon, liber Platonis ita inſcriptus, vbi Socrates lethale pharmacum hauſturus, de immortalitate animæ diſſerit. ¶Paſſiones, potentiæ, vires.

28 Onum caput continet quinque concluſiones, duas rationes ad tertiam, tres ad quartam, & duas ad quintam. ¶Prima concluſio. Expedit de cauſis gñabilium & corruptibilium determiatio. ¶Nam vniuerſali cognitione aſſecuta, quot de omni generatione, & quæ ſint principia, ſingula facilius perſpicere poterimus. ¶Secunda.
Tot & æqualia numero & genere eadem ſunt, quę in ſempiternis & primis, quot in ſempiternis tot ei corruptibilibus cauſę ponuntur
29 ¶Eſt enim illic hoc vt materia, hoc vt forma, et hoc vt efficiens: ita generabilium eſt materia, quæ eſt ad eſſe et non eſſe quædam potentia, eſt forma, eſt et efficiens. nam duo ad generandum ſunt inſufficientia. ¶Quædam enim entium de neceſſitate ſemper ſunt, quædam nunquam et quædam quandoque ſunt, et quandoque non ſunt, vt generabilia et corruptibilia. quare non

Universidad de Deusto
Biblioteca

immerito materiam habent, quę principium est ad esse, & non esse, quod generatione & corruptione cōpletur. Quod si materiā, & causam gratia cuius habebunt quę est forma, species, & ratio vniuscuiusq; substātię, & tertiū speciei effectiuum. nam nihil efficit seipsum: neq; materia efficit quicquam: vimq; producendi habet nullā. ¶ Tertia. Socrates in Phædone efficientē causam non tetigit. ¶ Alios enim increpat vt nulla loquentes, supponēs esse species (quas ideas dicunt) & entia specierum participantia, fieriq; generationem suscepta specie, & corruptionē speciei retractiōe. Sed quod id nō verū sit, patet. ¶ Primo, quia quæreretur a Socrate, cur non semper generant, cum sint ipsę species semper, & quæ ipsas participare possint. ¶ Secundo. Quia videmus alia efficientia: vt medicꝰ sanitatem efficit, doctor doctrinam, & vnumquodq; secundum operantis naturam. quid igitur introducunt speciem, separatamq; ideam. ¶ Quarta. Neq; rationabiliter dicunt materiam generare. ¶ Primo, Quia alterans & transformans, generationis efficiens causa existit. hoc autem in omnibus & natura & arte factis efficientem causam dicere cōsueuimus. Materię autem est pati & moueri: mouere autem & facere, alterius. non igitur rationabiliter dicunt materiam generare. Et id profecto dicebat Democritus, atomos seipsas mouentes, rerum materias ponens. ¶ Secundo. Aqua non efficit animal a seipsa, aut aliud elementum quodcunq;, neque lignum a seipso lectum: sed requiritur & producēs, & ars. inconuenienter igitur ponunt materiā generare. ¶ Tertio. Quia organa attribuuntur corpori, per quę generet. hoc itaq; materię adscribentes, principale, actum, speciem, quod quid erat esse, relinquunt, cuius proprietas est agere. ¶ Quinta conclusio. Neque idverum est, elementorum passiones, calidum, frigidum, humidum, & siccum, & reliquas, quod secundum has adinuicem agant & patiantur, esse efficiens præcipuum, & per hæc omnia gigni & corrumpi. ¶ Primo. Quia quod habet nobilissimas & maxime actiuas passiones, deberet potius semper agere, & alia corrumpere. videtur tamen ignis & motus. ¶ Secundo. Quia sic dicentes, simile dicunt, atque si dicant serram principaliter effectiuam, vt vnicuiq; instrumentorum agendi principalitatem attribuant, & vtens organo existiment deterius. Atqui hoc esse nequit. incidente enim atque serram dirigente aliquo diuidi necesse est. sed quomodo organis vtentia moueant, non vident.

Oni capitis scholia. XXIX. Tot & æqualia numero & genere eadem sunt. Proponit hæc conclusio, tot esse secundū numerum generatiōis rerum naturalium principia, & in eodem genere causę, quot sunt principia in corporibus cælestibus. Nempe sicut in cęlis vnum est principium materię analogum, & in genere causæ materialis, vtpote cæli potentia, quę ipsius actus substātialis cęli, & eius tum dimensionum tum motuum subiectum est, aliud est cęli principium formæ analogum, vtpote actus cæli substantialis, omnium transmutationum eius effectiuus, & in cęli potentia substantiali subsistens, aliud demum cęli principium est efficiens extrinsecum, vtpote intelligentia cæli vniformi tenore mouens, ita generabilium & corruptibilium vnum est principium materiale, scilicet eorum materia, vnum formale, vtpote forma, & tertium efficiens exterum, scilicet generans. Sunt itaque in cælo & rebus naturalibus æqualia numero principia. nam tria, & in eodem genere causę, nam materiali, formali, & efficiente. XXXII. Videtur tamen ignis & motus. Si passiones qualitatesque elementorum principaliter agerent, maiores virtute passiones magis agerent, & maximæ passiones nobilissimæq; maxime agerent. ignis igitur, vt qui maxime actiuas habent passiones, deberet maxime agere, & cętera corrumpere, non autem pati a quopiam aut corrumpi. Atqui ignis moueri percipitur & corrumpi. non sunt igitur qualitates pręcipue actiuæ, sed rerum substantialis formæ huiusmodi qualitatum effectrices & moderatrices. Et plane qui huius oppositum astruunt, persimile dicunt, atq; si assererent quoduis instrumentum artis (vt serram) principaliter effectiuum operis, vt sectionis, vtens autē instrumento artis, & ipsum dirigens, deterius, imperfectius, atq; minus principaliter operari. Id aūt prorsus est falsum, cū e diuerso vtēs instrumēto, principale sit agens, & instrumentum, minus principale. Cōsimiliter igitur in naturę opificijs est sentiendum.

¶ Decimi capitis annotat.

¶ Obliquus circulus, zodiacus, signifer, & animalis circulus. ¶ Periodus, tota illa, quæ natura determinata est durationis series: & circuitum interpretantur.

33 DEcimum caput continet quatuor conclusiones, & vnum corollarium ad tertiam. ¶ Prima. Perpetua est generationum & corruptionum series. Nam lationes superiores perpetuas esse monstratum est. hæc autem sempiterno gyratu adducunt aut abducunt generans. erit itaq; perpetua huiusmodi generationum & corruptionum series. Et certe rationabiliter. nam latio illa, prima est, generationem præcedens, & semper existens. & perrationabile est, primum posterioribus esse causam, & semper ens aliquando enti, &
34 aliquando non enti. ¶ Secunda. Vt sit huiusmodi perpetua generationum & corruptionum subsecutio, non satis est primi circuli afferre lationem, sed & alias vario modo incedentes ponere necesse est. ¶ Nā generatio & corruptio contraria sunt. & idem inquantum idē, & consimiliter se habēs, semper est natū facere idē. quare existente vnico circulo solum fieret aut generatio, aut corruptio. ponendi sunt igitur plures, qui vt contrarij contrarios inducat effectus. Hinc fit vt supremi circuli latio non videatur generationis & corruptionis causa, sed latio ea quæ sub obliquo demeat circulo. nam continue duos varios motus cōtinet, & inclinationē habet, quæ nunc suę præsentię causa est, nunc absentiæ, nunc vt prope sit,
35 nunc vt longe. ¶ Tertia. Tempus generationis est æquale tempori corruptionis. ¶ Nam equali existente distantia, equalis est motus. distantia autem accessus ad nos, equalis est abscessui: & accedente sphæra, vt solis, omnia oriri, germinare, & pubescere videmus: abscedente vero tabescere, atq; marcescere. Est igitur tempus generationis equale tempori corruptionis. ¶ Corollarium. Fit etiam vt vniuscuiusq; vita numerum habeat quo determinatur. ¶ Nam omnium est ordo, & omnium tempus & vita clauditur periodo. sed nō omnium eadem est periodus, sed his quidem minor, vt annua, illis vero maior. Accidit tamen sępe suę periodi metam non attingere, sed citius occumbere propter causarum confusionem, & materię inequalitatem, quę non vbiq; eadem, easdemq; virtutes habens.
36 ¶ Quarta. Non iterum præter rationē euenit continuas esse gnationes & corruptiones, vt ne vnquam quidē defecturæ sint. ¶ Nam in omnibus cōpertum est, melius semper desiderare naturā: melius autem esse quā non esse. esse autem in omnibꝰ continue existere, propterea q̄ longe a principio rerumq; origine distent impossibile est. Reliquo igitur modo vt fieri potuit compleuit deus omne, continuam faciens generationum seriē. Et rationabiliter res hoc pacto vt secundum circulum sempiterna duratione trahuntur: vt in simplicibꝰ licet intueri ex igne generari aerē, ex aere aquam, ex aqua terram, ex terra aquā, ex aqua aerē, ex quo iterum gignitur ignis. Hoc enim pacto imitantur sempiternum cæli gyrum, & circulationem, quæ ipsarum causa existit. Dictum enim est prius quomodo est vnum primum continue mouens, ingenerabile, incorruptibile, inalterabile, & vnus primus motus, cuius numerus est tempus: & quomodo hoc, & quare.

DEcimi cap. scholia. XXXIII. Sed latio ea quę sub obliquo demeat circulo. Ea est latio solis, qui generans est vniuersale, rerūq; naturaliū omnium. Et adduci dicitur, cū ad nos accedit, propiorq; fit. abducivero, cū a nobis discedit, & fit semotior. Fertur aūt sol cōtinue sub zodiaco, neq; vtrāuis in partē vnquā ab eo deuiat. nā semper sub eclipticā (quę linea est zodiacū secundum latitudinem in duas equas partes dirimens, & sex ad partē arcticam, sex vero ad antarcticam gradus latitudinis zodiaci distinguens, nusquam ab ea exorbitando mouetur. Demū continet sol continue duos varios motus, vnū quo mouetur ad motum primi mobilis ab oriente per meridiem in occidentem, & per septentrionem rursum in orientem, & quatuor atq; viginti horarum spatio circum terrā rapitur, eo motu diē & noctē efficiens. Alterum quo proprio motu circungyratur ab occidēte per meridiē demum in occidentem. & vno anno suum absoluit motum, quo quatuor anni tempora distinguit. XXXV. Tempus generationis est equale tēpori corruptionis. Non fit hic sermo de generatione aut corruptione huius, vel huius rei naturalis in particulari. nā cōtingit plerunq; ea quorum generatio diuturno tempore fit, breui admodū mora corrūpi. Sed de generatione & corruptione viuentium vniuersi, sub ratione quadā communi & vniuersali. Et tempus generationis eorum est, quo a simili sibi specie ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſemine producuntur;vt vernũ & æſtiuum,quo arbores & animalia vim generandi habere cernuntur. Tempus vero corruptionis,quo deficit huiuſmodi viuentiũ productio, vt autũnale & hybernum.Et huiuſmodi generationis tempus æquale eſſe tempori corruptionis,hinc liquet. Nam tempus generationis eſt ſole ad nos accedente,corruptionis vero,ipſo diſcedẽte.Atqui ſpatiũ acceſſus ſolaris æquale eſt ſpatio diſtantięq; abſceſſus. Vtrunq; enim complectitur medietatem zodiaci, in ſex diremptam ſigna. Acceſſus quidem diſtãtia,medietatem vergentem ad ſeptentrionem,ariete, tauro,geminis,cancro,leone,virgine diſtinctam. Abſceſſus vero diſtantia medietatem alterã zodiaci deuergentem ad auſtrum,ſex altera ſigna,librã,ſcorpium,ſagittarium, capricornum, aquarium,piſces,complectentem. Et vita clauditur periodo. Natura vt magnitudine & paruitate res determinauit,& intenſione atq; remiſſione, ita & durationis diuturnitate atq; corruptione,omnibuſq; rebus certam præſcripſit exiſtendi metam, & pręſertim viuentibus. Quæ quidem menſura non mõ in diuerſis ſpeciebus eſt diuerſa,ſed & in diuerſis eiuſdem ſpecici indiuiduis, vt vnus homo altero diuturnioris aut contractioris eſt vitę. Et homo alterã ab alijs animantibus habet periodum.Quocirca admittendum eſt maximum eſſe tempus per quod homo poteſt vitam agere,vtpote tempus interceptum inter eius generationem & conſtitutã periodum. Minimũ tamen dari non poſſe,q datum quodcunq; tempus per quod poſſit vitã agere, diuiſibile eſt in minores partes per quas itidem viuere poterij. Neq; itidem dabile eſt maximum tẽpus per quod non poteſt quiſpiã viuere.nam qui per minus tempus viuere non poterit,neq; per maius. Demũ non eſt dabile minimum tempus quo nõ poſſit viuere.Nam id tempus quodcũq; dederis, in infinitum diuiſionẽ recipiet vltra periodum. XXXVI. Reliquo igitur modo vt fieri potuit cõpleuit deus. Quãadmodum id octaui Phyſicorũ,motum cæli eſſe perpetuũ,veritati eſt diſſonum,ita & ea quę hoc in capite aſſerit tali nitentia fundamento,nõ ſunt recipiẽda,q; ſcilicet generationũ corruptionumq; ſucceſſio ſit perpetua.Neq; ratio huius concluſionis id fatẽdũ eſſe cogit. Nã quãuis deus res naturales quæ eędem numero manere non poſſunt,voluerit identitate ſpeciei ſuam imitari exiſtẽtiã, hanc tamen imitationem,& ſecundum ſpeciei rationẽ permanentiam,noluit eſſe perpetuam,ſed certis præſcriptam durationis limitibus, quibus & mundus ipſe ſenſibilis diffinitus & clauſus eſt.

¶ Vndecimi capitis annotat.

¶ Cõuerſiones,ſolſtitia. ¶ Eſſentia ordinata,quorũ prij eſt de eſſentia poſterioris:aut quo non exiſtente,alterũ non eſſe contingat. ¶ Gñationes ſecundũ rectũ perpetuarentur,ſi ſemper gñatorum fierent nouæ ſpecies, & nunquã relaberentur in priores. ¶ Secundum vero circulum, quando finitis & natura determinatis rerum ſpeciebus ſemper reparantur,in conſimiles reſoluendo ſpecies.

VNdecimum caput continet quinq; quæſtiones, & earum ſolutiones. ¶ Prima quæſtio. Cum continue generationes generationibus ſuccedant,& tranſmutatio tranſmutationi, & hoc ens generatum poſt hoc, 37
vt non aliquando deficiat:an aliquid ex neceſſitate erit, an nihil, ſed omnia non fieri contingat? ¶ Reſponſio. Aliqua de neceſſitate erũt, & aliqua non.quemadmodum enim incedſurus poteſt non ambulare:ita quod generabitur,poteſt non generari. Et generari & non generari, vt erit & non erit ſe habebunt. ¶ Secunda quæſtio. Cum ſicut aliquid neceſſe eſt eſſe,& aliquid con- 38
tingit,ita aliquid fieri neceſſe ſit,vt cæli conuerſiones:an ſi ſit prius,eius poſterius eſſe neceſſe ſit,an e diuerſo? ¶ Reſpõſio. In eſſentia ordinatis poſteriore exiſtente,& prius eſſe neceſſe eſt:vt domo exiſtente, vt fundamẽtum ſit neceſſe eſt. & ſi fundamentum eſt,lapides & intritum ſunt:non tamen retro agitur,niſi poſterius de neceſſitate ſit futurum. ¶ Tertia. An generationes ſecundum rectum, 39
an ne potius ſecundum circulum perpetuentur? ¶ Reſponſio.Nõ perpetuantur generationes ſecundum rectum. Nam infinita non erunt hoc modo ſpecie varia.nam ſi poſterius eſt in talibus,& prius eſſe neceſſe eſt.& ſi prius de neceſſitate erit,& poſterius:vt licet in rerum ſpeciebus intuerí.Neque finita erunt. nam aliquando pertranſita tota eſsent, vt caderent atq; deficerent generationes. Sed perpetuantur generationes ſecundum circulum.ſic enim videm⁹ orta ſecundum notas ſpecies reparari,ac redire. Et cauſa huius eſt motus cæli, qui in circulũ voluitur:& motus ſolis,ſimilia ſucceſsionibus ſuis reparans tempora,menſes,& horas,& genita genitis ſimilia.eius gyrum,circunque lationem imitantia. ¶ Quarta quæſtio. Quare ſi nubes eſt, oportet pluere: & ſi pluit, oportet iterum nu- 40

bem eſſe,& non oportet homines aut animalia in ſeipſa reiterari? ¶ Reſponſio. hoc eſt quia hęc tranſmutatio,vt pluuię & nubis aquoſę,& contra, magis imitatur circulum: animalium vero minus: imo quodammodo videtur eſſe ſecun- 41
dum rectum. ¶ Quinta queſtio. An omnia ſimiliter iterentur, an non? ¶ Reſponſio.Quorum ſubſtantia mota,ingenita eſt,& incorruptibilis, eadem numero redeunt:vt ſol,vt aſtra.Quorumvero corruptibilis,non numero,ſed ſpecie eadem reparantur: vt cum ex aqua fit aer,ex quo iterum fit aqua: non eadem aqua numero,ſed ſpecie reparatur.corruptibilis enim aqua, & talis vt eam contigiſſet non eſſe.

VNdecimi capitis ſcholia. XXXVII. Aliqua de neceſſitate erunt, & aliqua non. De neceſſitate quidem naturæ erunt corpora cæleſtia, materia rerum naturalium,earumq; generationes atque ſpecies, ſi vniuerſaliter atque generali ratione explicentur, vt ex naturæ neceſſitate erunt elementa, ignis, aer,aqua, terra, quorum exiſtentiam mundi integritas atque perfectio requirit.Erunt & homines,oliuæ & leones, atque poſt ea quæ nunc ſunt,neceſſario cõſimilia ſecundum ſpeciem generabuntur. Alioqui mundus ſuis numeris non eſſet perfectus. Speciali autem & ſingulari modo explicando, hic homo futurus non de neceſſitate erit, quia ſeruata ordinatione naturæ poterit nõ eſſe. Neq; hæc oliua(quæ ad ortũ ducenda eſt)de neceſſitate erit, quia põt interueniente obſtaculo impediri a generatione.Ita aliquid fieri neceſſe eſt, vt cæli circungyrationes,& rerum naturalium generationes notione communi explicatas. Aliquid vero poſſibile eſt non fieri, vt hanc vel hanc rei generationem. XXXVIII. In eſſentia ordinatis,poſteriore exiſtente.Id prius dicitur, quod eſſe altero exiſtente eſt neceſſe, vt partem ſubſtantialem aut integralem eſſe ſuo toto exiſtente,& perfectum eſſe,ſuo imperfecto a quo dependet,exiſtent e,eſt neceſſe.Poſterius vero idipſum dicitur,quo exiſtente alterum eſſe oportet,vt toto exiſtente ſubſtantiali aut integrali, conſequitur eius partem eſſe,& imperfecto exiſtente,& eius perfectum a quo depender, eſſe debet. Eſt itaq; pars ad ſuum totum, prius, & perfectum ad ſuum imperfectum. Hinc liquet ſi poſterius eſt, & prius eſſe debere. at ſi non eſt poſterius, non idcirco prius non eſſe. neque e diuerſo ſi prius eſt, protinus oportere poſterius eſſe.ſi tñ prius non eſt,& poſterius non eſſe conſequens eſt. Vbi autem poſterius de neceſſitate naturæ eſt,in ijs ſi prius eſt, & poſterius itidem eſſe neceſſe eſt. & contra ſi non eſt poſterius,neq; prius,vt ſi cælum eſt, mundus eſt, quia non poteſt mundus natura non eſſe. Et ſi elementa ſunt,& mixta ex iſplis compoſita ſunt,quia mixta eſſe neceſſe eſt. XLI. Quorum vero corruptibilis,non numero, ſed ſpecie eadem reparantur. Huius ratio in promptu habetur. nam corruptum terminatiue aut completiue & ſecundum ſubſtantiam,idem numero natura redire non poteſt.Natura dico.nam diuinavirtute id fieri poſſe,ambigere debet nemo,cum & in mortuorum reſuſcitatione id factum credamus, & in extrema reſurrectione idẽ futurum expectemus. Phyſicus autem de ſola naturæ potentia habet loqui & determinare, ne pręſcriptos ſuæ diſciplinæ egrediatur limites.Non autem poteſt anima corpore ſoluta,rurſum natura ſuo vniri corpori. Neque ſimile cenſeri debet iudicium de aqua quadrupedanea, quæ poſtquam diſtracta fuerit in quatuor pedanea,a,b,c,d,illis rurſum vnitis eadem redit aqua numero.Nam in tali aqua, ſola eſt facta ſeparatio partium integralium,& iterata ſeparatarumvnio,ſine acquiſitione aut deperditione partis ſubſtantialis,neque ibi eſt ſecundum ſubſtantiam corruptio.In morte autem hominis eſt diſſolutio partium ſubſtantialium, & ſubſtantię corruptio. Neque itidem ſimile iudicium eſt de forma generanda & corrupta,quanuis vtraque nullo pacto ſit. Nam materia ad generandam habet appetitum,quod eam nondum habuerit,& habere nata ſit,ad corruptam vero non habet amplius inclinationem,quod non ſit nata eam rurſum habere.

Paraphraſeos in ſecundum de GENERATIONE ET CORRVPTIONE ARISTOTELIS, & in eundem ſcholiorum, finis.

Primi capitis paraphraseos in

primum librum Meteororum, annotatiunculæ.

¶ Meteoros, sublimis iterpretatur. ¶ Meteorologia, sublimium, id est imperfectorum mixtorum disciplina: quorum quędam sunt ignea, hæc aquęa, hęc aerea, illa vero terrea. ¶ Impressiones ignitę sunt, stipulæ ardentes, ęges, dali, sydus volans, candelę, trabes, colūnę, teretes lanceę, clypei, globi, faces, ignitę pyramides, draco volans, & similes. ¶ Phasmata siue phantasmata sunt hiatus, colores, illuminationes, galaxia. adduntur etiam cometa & galaxia ignitis. ¶ Astrorum lacte, via lactea, galaxia. ¶ Impressiões aqueæ sunt, vapor, pluuia, ros, pruina, nix, grando, fontes, flumina, mare. ¶ Aereę, venti, terræmotus, fulmina, ecnephias, typhon, incensio. ¶ Quæ radiorum apparitione fiunt, sunt, halos, iris, virgæ, parelij. ¶ Impressio, mixtum imperfectum.

Meteororum libri quatuor. Primus cōtinet quatuordecim capita. Primum caput vnam conclusionem, qua omnia ea de quibus iam egit, & postea acturus est Aristoteles, complectitur. ¶ Conclusio. De primis causis naturæ, de omni motu naturali, de cælis astrorum multitudine perornatis, de elemētis, quot & quæ sint, de eorum adinuicem permutatione, & vniuersaliter de generatione & corruptione dictum est. nunc partem illam quam meteorologiam vocant, superest absoluere. ¶ Nam hæc sunt quę accidunt secundum naturam quidem, inordinatiorem tamen, magisq; transmutationi peruiam, & minus sibi constantem. Et primo determinabimus de impressionibus ignitis, phantasmatibus, cometis, & astrorum lacte, de impressionibus aquæ, quæ circularem habent inuicem transmutationem: deinde aeris: vt spiritibus, terræ tremoribus, fulminibus, ecnephijs, typhonibus, incensionibus, & ijs quæ radiorum apparitione fiunt. & terræ, vt quę congelatione procreentur. deinde de animalibus, & plantis. His enim determinatis, fere quæ a principio proposuimus, finem suum nacta erunt & assecuta.

Primi cap. primi meteororum scholia. I. Quatuor partiales libros, ignis, aqua, aer, terra. Hęc quatuor elementorum nomina, ignis, aqua, aer, terra, in fronte huius cap. collocata, horum quatuor librorum materiam subiectam, ordinemq; designant. Denotant em in primo libro determinationem fieri de impressionibus igneis, quęq; ignis naturā propius imitantur. In secundo de aquęis. In tertio de aeris, & in quarto de terreis, cuiusq; elementi noie, ea mixta imperfecta quę ei magis assimilantur, intelligendo. Nam hæc sunt quæ accidunt secundum naturam inordinatiorem. Cōparatiuus ille non proprie exponendus est per suum positiuum, & aduerbiū magis, sed improprie per se positiui oppositum, & aduerbium minus, vt naturā inordinatiorem intelligamus, naturā minus ordinatam. Nam mixta imperfecta non ita statis fiunt & determinatis temporibus, vt perfecta, neq; est in eorū gnatione tam certus tenor, & tam definita tēporis prefixio, vt in vegetabilium & animalium productione, sed aliquando quidem gignūtur, & aliqn̄ non. nonulla etiā mixtorū imperfectorū raro gignūtur, vt cometę & parelij. Cū tn̄ fiunt, semper consimiliter eueniunt. quare ipsa a natura euenire putanda sunt. Habēt quoq; mixta naturā magis trāsmutationi peruiā. nam facile ex alijs gignuntur, & rursum in alia leuiter transmutantur, neq; adeo diu permanent, constantemq; habent naturam, vt mixta perfecta, quemadmodum facile pluuia in vaporem soluitur, vapor concrescit in nubem, & nubes rursum soluitur in pluuiam.

¶ Secundi capitis annotat.

¶ Aquæ & terræ nomine aquęa & terrea etiam complectimur. ¶ Theorema, principium aut propositio in mathematicis demonstrata.

impressionū in q̄ o matria

Secundum caput continet duas cōclusiones. & quatuor de continentię inter cęlū & terrā diuersitate, opiniones. ¶ Prima. Cęlū causa est efficiens impressionum & apparentium de quibus intendimus: aqua autem & terra, materia: materiamque vnde fiant præstant. ¶ Nam idcirco mūdus inferior quatuor elemētis cōplexus, igne, aere, aqua, & terra. quorū hęc ad mediū, illa a medio feruntur, & quorum supereminēs & summus cælum

tangens est ignis, terra, subsidens & infima: aqua & aer, media. aqua terręvicinior, aer vero igni, cęlo attiguus est, vt ab eo recipiat virtutem. Est aūt ex necessitate superioribus lationibus attiguus: vt omnis ipsius virtus inde gubernetur, cælū em̄ primam causam putare oportet: vt cuius motus perpetuus sit. finē nō habens, sed semper in fine, & aquam & terram apparentiū materiam prestare, postea fiet manifestius. hinc em̄ elementi ab elemento vt ignis & terræ distantia finita. & omnia eiusdem materię similitudine conuenire oportet, quo possint subiecta elementa pati, materiāq; eorū quę in ipsis fiant, ministrare. ¶ Secunda. Terra comparatione corporum circunstantiū parua existimanda est. ¶ Nā theorematibus astrologicis cognitum est terram multis astris esse minorem, quę punctorum instar ad circunambientia corpora nobis apparent. est igitur terra ad ambiētia corpora paruula mole existimanda. Et quid inter cęlum & terrā medium esset, fuit opinionum diuersitas. ¶ Quatuor de hac diuersitate opiniones. ¶ Prima est antiqua opinio, quod mūdus circa lationes superiores sit cęlesti corpore plenus: dictus æther (vt recte voluit antiquitas) quia sempiterne currat, & aliquid diuinitatis eius natura participet. Quod & nos ipsi hoc nostro ęuo dicimus. Non enim putare oportet, raro, neq; semel, neq; bis ab hominibus quę prefuerunt iterari opiniones, sed infinities. Anaxagoras æthera vocauit, quia sempiternum ignem ipsum putauit. ¶ Secunda opinio est dicētium totū a terra ad sydera aere plenum esse, quia sic appareat. Sed hęc puerilis est opinio, & mathematicam nō tenentium rationem. excederet enim nimis æqualitatē cōmunis analogię ad coelementaria corpora. ¶ Tertia est dicentium illam totam distantiam esse igne plenam. Sed si sic, olim destructum esset vnunquodq; elementorum. ¶ Quarta est dicentium intercapedinem cęli & terrę totā aere & igne plenā. Sed id esse non potest. nam cum ex terra fit aqua: & ex aqua fit aer, & ex aere fit ignis: videmus excessum molium. & qualis proportio tantillę terrę ad factam aquam, tanta & totius terrę ad totam aquam, & qualis aquę ad factum aerem, talis & totius aquę ad totum aerem. Quare maior moles aquę q̄ terrę, & quam oportet intercipi, & maior aeris q̄ aquę: & quāuis ex se inuicem secundum se tota nō fiant, neque ęqualibus molibus se circunstent, eorum tamen æqualis virtus: vt vnum, alterum superare, superuincereq; non possit. Manifestum est igitur neq; solum vnum, neq; duo, sed tria, aquam, aerem, & ignem, inter cæli & terræ contineri ambitum.

quar in matria cōuenit domēt sit opus

Secundi cap. scholia. II. Aqua autem & terra, materia, materiamq; vnde fiant prestāt. Hic nomine aquæ, corpora aquęa intelliguntur (vt admonent etiam notæ) paludes, stagna, fontes, flumina, a quibus substolluntur vapores, & nomine terrę corpora terrea, atq; in excellentia terræ naturam participantia, vt sulphur, bitumen, & cętera corpora sicca, a quibus per calorem resoluuntur exhalationes. Et recte ponuntur nominātur q; aqua & terra mixtorum imperfectorum materia. Nam mixta imperfecta ex ignea & aerea exhalatione fiunt. Aquęa ex vapore, terrea ex exhalatione & vapore. quare omnia mixta imperfecta fiunt ex exhalatione aut vapore. At exhalatio per calorē a terra & terreis substollitur corporibus, vapor autem ab aqua & aquęis spirat. Aquam itaque & terram nominans Philosophus, & potissimum nominat corpora, a quibus omnium impressionum materiam caloris substollitur. Neque idcirco recte conficitur mixta imperfecta omnia debere esse aquęa aut terrea. Nempe nō dicuntur aquæa aut terrea, quia ex aqua & terra tanquam materiam fiant, sed quia aquæ & terræ naturam propemodum imitantur. Constat autem nonnulla esse mixta imperfecta quę ignis habent proprietates, & hinc ignea dicuntur, & alia quę aeris, & dicuntur aerea. Est autem ex necessitate superioribus lationibus attiguus. Plerique loco attigui in hac propositione continuum ponunt, dicuntque necesse est mundum inferiorem lationibus superioribus esse continuum, quibus sane obluctādum non esse, modo sana seruetur intelligentia, qua cōtinuum non pro eo quod cum alterovnū idemq; numero habet extremum, sumatur, cum aliud etiam specie sit ignis conuexum, & cęli concauū, sed pro illo quod alteri proximum est & immediatum atq; adhærēs, siue idem sit vtriusq; extremum, siue diuersum, quidem continui ratio est superiore ratione communior. In eadem quoq; propositione, necessitas, naturę necessitatem insinuat. quod superuacuum esset admonere, nisi essent qui mallent quicquam contra pulchrum naturę tenorem admitti petendo, cauillari atque calumniari, quam in ordinatissima eius dispositione nitide philosophari. Per lationes autem superiores, corpora cælestia quę mouentur intelligenda sunt, non autem ipsi corporum motus. Nam hic lationis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nomen(vt ſæpe alias)re denominantiũ eſt ad ſubſtantiam. Et q̃uanuis cælũ cognitionis atq; prouidentiq; ſit expers, dicitur tamen gubernare mundi inferioris virtutem, vt gubernans inſtrumentale, non autem vt præcipuum. Id enim eſt intelligentia, cælum ordinatiſſime intemperans.

¶ Tertij cap. annotatiunculæ.

¶ Syncerus, purus.

Ertium cap. continet tres queſtiones, & earum ſolutiones. ¶ Prima queſtio. Quomodo ignis & aer ad cælum ordinentur? ¶ Secunda. Quare a ſuperioribus aſtris in vicinia terræ fit calor, & valentior quidem quam in viciniore, & aeris media regione? ¶ Tertia. Cum ex aere fiat aqua, propter quid in ſumma aeris regione non fiant nubes? cum remotior a terra exiſtat, vbi vis illa reuerberata radiorum ſolis attingere nequeat, & vim caloris imprimere: quare videatur eſſe frigidior, & nubes generari videantur, vbi deſinit reflecti atque reuerberari ſolis radius. videtur igitur a fortiori ibi debere generari: aut non ex omni aere poteſt fieri aqua. ¶ Primæ ſolutio. Quia ignis purior eſt ſuperior exiſtit, ſyncerior locum cælum lunæ attingens. & aer minus ſyncerus, inferior, ignem puriorem attingit. ¶ Secundæ ſolutio. Quod cæleſtia corpora medio circunferantur, illo motu ſua aſtra mundo inferiori applicata caliditatem imprimũt & cauſant. nam tota materia quę illis ſubeſt corporibus, potentia calida eſt, frigida, humida, & ſicca. Et aer trifidus eſt, treſq; poſſidens regiones, hanc ſupremã, hanc infimã, & tertiam his duabus ſupremæ & infimæ mediam. ¶ Suprema eſt illa quę quia continetur ab igne, & ei contermina exiſtit, vim caloris ab ignis vicinia cõcipit. ¶ Infima vero reuerberatos a terra & ſolidis corporib⁹ ſolis radios ſentit. ¶ Media vero exiſtit vbi a parte ſuperiori vis illa ignea calorem ſuum imprimere deſinit: & ex parte inferiori vbi radiorum reuerberata virtus deficit. Suprema ſemper calet, ſubtilis, & pura, & ignis naturam imitans: non tamen eſt ignis & ardor: & cum igne, motu cæli circunferetur, agitaturque circulo. Infima itidem calet, tum propter vapores & exhalationes quas in ſe receptat omnes. eſt enim vapor calidus & humidus, vt potẽtia aqua: vt halitus aquę: & exhalatio, calida & ſicca, vt potentia ignis: quemadmodum ea quę a terreis & ſiccis, vt ſulphure expirant, & leuitatis naturam participantia, locum in aere quærunt. Tum quia (qui a ſolidioribus reuerberantur corporibus) in ſe radios recipit duplicatos, & quibus vis calefaciendi maior ineſt, quia replicati. reflectuntur enim a ſolidis corporibus, vt quæ eorum vim longius in rectum ſe diffundendi ſuperent, præpedimentoque ſint. collígiturq; in vnum virtus, quare fortior, & ſe reflectendo multiplicat. Et media eſt ſemper frigida & denſa magis, quæ prædictis vt incaleſcat caret occaſionibus. ¶ Tertię. Nubes non ſolum ex aere generantur, ſed ex vapore eleuato, qui in contactu frigidiuſculæ mediæ regionis denſatus in nubem aptatur, vt plerunque ſtillet pluuia. nam frigidi eſt condenſare, condenſatumq; ad grauiorum naturam pręparare. Secundo, quia ſupremę aereę regionis aer, calidus, ſiccus, & rarus eſt, ignis naturam imitans: in quo non poſſunt conſiſtere nubes. diſgregat enim calidum, & diſſipat. Tertio, quia circuli motu agitatur. vnde fit vt congregari non poſſent, atq; in aquã conuerti, prohibente motu. Quarto, quia venti non videntur altiſſimos montes tranſcendere: ſed circa loca terræ ſtagnare. igitur & minus nubes. nam nubes fit ex vapore humido & calido: exhalatione ex qua procreatur ventus, grauiore. Et q̃uis ſolem & aſtra calefacere dixerimus, non tamẽ debemus exiſtimare ea eſſe calefacta. nam calefaciunt hęc, quę dum ferũtur, medium fortiter diuidunt, & ſecundum rectum, ita vt aliquando lata, ignita atq; liquefacta ſoluantur. non autem ita de ſole exiſtit, & cæteris aſtris. Et ſol maxime calefactiuus eſt, & velocius inferioribus vt luna in ſuo orbe fertur. & q̃ ſol adhuc non ſit calidus, indicium eſt, q̃ appareat albus, & non igneus.

Ertij cap. ſcholia. VI. Quare a ſuperioribꝰ aſtris in vicinia terræ fit calor. Huius cauſa, & recte quidẽ aſſignat a Philoſopho, q̃ infima regio aeris a duplici incaleſcit radio, directo, & reflexo, media aũt ne abvno quidẽ nã impedit eius vehemẽs frigiditas radij etiam directi virtutem calefactiuam. Et quanuis agens naturale validius agat in propinquum q̃ in diſtans, vbi vtrunq; eſt conſimiliter diſpoſitũ ad actionis receptationem, & cum æqua eſt in vtrunq; agendi virtus, id tamen haudquaq̃ vbi oportet propinquum minus eſt diſpoſitum ad receptandam agentis virtutem, & remotum diſpoſitius, vbi itidẽ maior eſt in remotũ agendi vis, q̃ in propinquũ, quod in propoſito videmus obtingere. Ratio aũt tertiæ quæſtionis, quæ nititur probare in ſuprema aeris regione nubes fieri debere, facile diluitur, admittendo nubem fieri ex aere, nõ quidẽ ſimplici atq; elementari, ſed ex corpore aereo, vt vapore. Admittitur itidem ſuprema aeris regio ſemotior eſſe a terra q̃ media, radiq̃q; reuerberari ſolis minime eam pertingunt, cum in ſeriori mediæ regionis parte deficiant. Verum non idcirco efficitur ſupremam aeris regionem eſſe frigidam. nam aliam habet quam radiorum reflectionem, quia incaleſcat occaſionem, ſcilicet ignis elementaris viciniam, a qua vim caloris non paruã concipit. X. Et media eſt ſemper frigida & denſa magis. Aer propriam ſeruans naturam calidus quidem eſt & humidus. Atqui mediæ regionis aer non habet proprias naturaleiq; qualitates, quo ſit accommodatior mixtis imperfectis aggenerandis ad animantium vegetantiumq; conſeruationẽ. Neq; idcirco exiſtimãdus eſt denſus eſſe & grauis. nã non ſemper grauitas & denſitas frigiditatẽ cõſequuntur. Aqua enim q̃ terra frigidior eſt, & tñ minus eſt grauis & denſa. Neq; media regio aeris ab Ariſtotele denſa vocatur, qui denſitatem in ſe habeat, ſed q̃ minorem habet raritatem, quæ denſitatis nomine interdum nuncupatur. Eſt enim ea minus rara, quã aut ſuprema aut infima pars aeris. Neq; caliditatis mediæ regionis ſufficiens ſumitur argumentũ, q̃ in ea fiant impreſſiones ignitę. Nam illæ non per ſe fiunt eo in loco, ſed per accidens, atque per repercuſſionem factam a corporibus denſis inibi exiſtentibus, ex qua colliſione aggignitur incendiũ, vt choruſcatio in nube. Cęterũ quia finis infimæ regionis aeris, & principiũ mediæ, determinantur a deſitione reflectionis radiorũ calefactiuorum, & in ęſtate obvehementiorem ęſtum longius protenditur radiorum reflectio, in hyeme vero breuius, ob becilliorem ſolis in ima regione vim, conſequens eſt mediã aeris regionẽ æſtate minorem eſſe, & hyeme maiorẽ, non quidẽ ob abiectã aut detractã aeris molẽ, ſed ob reflexionis radiorum penes longiorem aut breuiorẽ porrectionẽ, diuerſitatẽ, quę plane efficit vt aeris portio quę in ęſtate fuit infimę regionis pars, in hyeme ſit pars medię, q̃ ad eã tp̃e hyberno non pertingat reflexus radius, qui tñ ad eã pertingit tp̃e ęſtiuo. Quare non oportet terram aut cælũ maiore interſtitio hyeme quã ęſtate determinari, aut eſſe vacuũ, aut penetrationẽ dimenſionũ, quia quantũ media aeris regio augetur hyeme, tñ infima diminuitur, & quantũ media ęſtate eſt cõtractior, tanto infima maior. nam quod vni adimitur, alteri adñcitur, & contra quod vni accreſcit, ab altera ſubtrahitur.

¶ Quarti capitis annotat.

Aex, ægos, capra. ¶ Dalus, torris. ¶ Interdiu, in die.

Vartum cap. continet cauſas flãmarum in ſummo aere apparẽtiũ, earum gñationes & qñ & vbi generentur. ¶ Flãmarum cauſę. Cauſa efficiens eſt cælũ: & materia eſt exhalatio calida & ſicca. ¶ Earum gñatio. Terra a ſole calefacta, duplicẽ emittit ſpirationẽ: vnã calidam & ſiccã, & hæc exhalatio dicitur: alterã calidã & humidã, & hæc dicitur vapor. & exhalatio quidẽ nata eſt ſupereminere, quia leuior: vapor autẽ humidus ſubſidere, quia grauior. Et quia (vt diximus) ignis cęlo conuius eſt & conterminus, & pars aeris ſuprema conuia igni, & in igne locata: qñ illuc exhalatio pertingit, inflãmatur facile, paranturq; incendia: quẽadmodum fumũ apud nos inflãmari videmus facile, eſt enim flamma, ſicci ſpiritus ardor. Et differunt hæ flãmæ & hæc incendia multitudine, paucitate, poſitione, & figura. Nã cum inflãmatio lata eſt, & diſcontinua, & longa dicitur ſtipulæ ardẽtes, & figuram illam imitatur. & quando per globos accenditur, & ſcintillat, æges & capræ: quando non ſcintillat, eſt dalus. Et quæ accenditur ſecundũ longũ & latum, & tranſcurrere videtur ſuo tractu aera poſt ſignans, ſydus repentinum & volãs nuncupatur. Et hæc aliqñ in ſuprema aeris parte fiunt: vt cum materia calidior, ſiccior & rarior, & magis ardoris naturam imitata fuerit, & aliqñ in infima: vt qñ denſior fuerit & humidior. Hinc fit vt lyderũ volantiũ motus proiectioni ſimilis eſſeviideatur. nã aliqñ obuiant frigido a ſumma parte, a quo repelluntur: quæ ſi debiliter, latera ſequuntur. ſi valide vt detrudi in imũ valeant deorſum eiaculã ferantur, aliqñ in mare, aliqñ in terrã decidentia. denſum em̃ deorſum reuerberare natum eſt, & hac de cauſa deijciũtur fulmina. Si frigidum ex imo parte relinquũt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſurſum emicant,& natura quidem,vi autē atq; iniuria deorſum. Ad latus autem plerunq;:quia ſit horum medium:quo motu ſurſum vt euolent exitum querunt. ¶Sed queres. Quō aliquando magna pars aeris mira celeritate videatur incendia concipere? ¶Dicimus ſicut ſuppoſito facile inflāmabili lucernę, vt puluere ſulphureo,cum lucernam incendis,totum tibi ſubito accendi videtur: ita & multa incendio parata in aere exhalatione,leui occaſione accenſa,videtur aer ſubito repenteq; ex ardeſcere. Et vniuerſaliter hę flammæ & hæc incendia (quę epicaumata vocant)a ſimilitudine figuræ quam imitantur,nomina ſumunt:vt candelæ,trabes,quas docidas dicunt:columnæ,lanceæ teretes,clypei,globi faces. ignitæ pyramides,prætereа xiphę,hippei,ceratiæ,bolides(quas dicere poſſum? gladio,equinas iubas,cornua,& iacula ignita)& conſimilibus appellentur nominibus. ¶Quando & vbi fiunt? ¶Et apparent tempore ſereno de nocte,& aliquando interdiu. Et omnes fiunt ſub globo lunę,cuius hoc indicium eſt. nam cita velocitate moueri percipiuntur:quemadmodum ea quæ proijcimus: & prætergredi ſolem,lunam,& aſtra,hoc autem eſt, quia prope ſint. 15

Varti capitis ſcholia. XII Terra a ſole calefecta duplicem emittit ſpirationem. Cum igni domeſtico ſuperponitur aqua caliditatem ſuſceptura, vi caloris ſuſtollitur vapor calidus & humidus,qui rurſum facile in aqua conuertitur. Cum idem igni admouetur lignum,ab eo ſubleuatur ignei caloris virtute halitus calidus & ſiccus, qui fumus appellatur. Quod itaq; apud nos eſt ignis,id in maiore mundo eſt cælum,ſol,& aſtra, calorem rebus inferioribus inducentia. quod autem domi noſtræ eſt aqua igni admota,id in vniuerſo eſt pars terræ humidior, paludoſa & ſtagnans. Quod demum apud nos lignum igni appoſitum, idipſum in mundo ſenſibili eſt pars terræ ſiccior,a qua ſpirant exhalationes. Et hoc pacto experientia eorum quæ nobis familiaria & domeſtica ſunt,haud magno ſane impendio eas halituū expirationes quæ in toto iſtunc vniuerſo,concipere poſſumus.Et differunt hę flammæ,& hæc incendia. Id flammarum diſcrimen quod penes figuram varietatem ſumitur,diuerſamque denominationem,non ſubſtantialis ſpeciei diſcrimen eſt,ſed accidentarię duntaxat rationis. Nam cum impreſſiones ignitæ ex eiuſdem naturæ exhalationibus progenitę, ſupponantur eſſe eiuſdem ſpeciei & naturę ſecundum ſubſtantiam,ex diuerſis autem diuerſę,contingit duas impreſſiones ignitas,vt ſtipulas ardentes,& ſydera volantia,ex eiuſdem naturæ halitu conſtare,& ergo ſpecie eaſdem eſſe, id non impediente figuræ aut denominationis diuerſitate.Non enim oportet ea quę diuerſę ſunt figurę, protinus eſſe ſpecie diuerſa,vt in homine pes & manus,tibia & brachium. Diuerſum autem nomen ſolum accidentariam arguit differentiam. nam id inditum eſt ob figurę rationem, qua accidentario diſcrepant flammæ.Contra vero euenit duas eiuſdem figurę & nominis impreſſiones ex diuerſis ſpecie halitibus conſtitui,vt vnum ſydus volans ex exhalatione ſulphurea,& alterum ex bituminea,quæ quidem ſpecie erunt diuerſę,ob materię earum diuerſitatem,& tamen illis eadem eſt figura,idemque nomen aſciſcitur. Neque eadem materia,vtpote exhalatio, arguit omnes impreſſiones ignitas eiuſdem ſecundum ſubſtantiam eſſe ſpeciei. Nam ipſis duntaxat materia ex qua fiunt, & quæ in eas corrumpitur,eſt eadem genere,non autem ſpecie. Non enim omnis exhalatio omni exhalationi eiuſdem rationis eſt & naturę, tametſi omnis ignis ſimplex, omni igni ſit idem ſpecie. Neque demum eadem forma,vt flammę,conficit impreſſiones ignitas omnes eiuſdem eſſe naturę. Nam & forma flammæ eadem quidem eſt genere,ſed ſpecie diuerſa, vt forma herbę aut fruticis. Et quę accenditur ſecundum longum & latum. Sydus repentinum & volans, ſydus non eſt (non enim in cælo eſt, vt vera ſydera, ſed in ſuprema aut infima regione aeris) nam repentinum & volans,ſyderis deternationis ſunt diſtrahentes, & id denotantes quod noſtris aſpectibus apparet,Nempe quia ſubinde diuerſa exhalationis pars accenditur,& cum poſterior ſuccenditur,prior conſumpta diſparet,idque in longum facta porrectione contingit ea impreſſio volare videtur, & ſeſe de loco in locum volatu transferre. Et quia a ſuperiore loco in inferiorem decidere creditur, atque a cęlo ſui caſus initium habere,interdum ſtella cadens atque decidua dicitur.Id autem ab eo quod nobis apparet, ſumptum eſſe, notauit Ouidius,cum ait.

Interdum de cœlo ſtella ſereno
Etſi non cecidit, potuit cecidiſſe videri.

¶Quinti cap. annotatiunculæ.

¶Voragines,ſcrobes,foueæ,quas Græci bothynos vocant. ¶Puniceus, igneus, croceus. ¶Purpureus,roſeus,ſanguineus. ¶Craſſior,denſior. ¶Caligo,exhalatio,vt nubes ſuſpenſa. Cum hiatus vt vaſtum dolium extiterit, pithetes nuncupant. eſt enim pithos, dolium.

14 15

Vintum cap. continet cauſas phantaſmatum,vt hiatum,voraginum,& colorum,& quomodo fiunt. ¶Phantaſmatum, vt hiatuum,voraginum,& colorum, cauſę ſunt eędem quæ flammarum. ¶Quō fiant, ſicut in noctis ſerenitate exhalatio calida & ſicca(vt nuper dictum eſt)aliquando ardet, & fiunt ſtipulæ,ęges,dali,& cęterę flammę:ita aliquando ſolum lumine coloratur:& tunc fiunt phātaſmata. Aereę emī exhalationes luminis refractione omnimodos colores oſtendunt, & maxime puniceum & purpureum:quia hi colores ex igneo & albo apparēt permixtis,ſicut orientia ſydera monſtrant,prę ſertim cum eę talia ſpecula ſint,quæ non imaginem,ſed colorem ſuſcipiant. Hinc colores in aere plerunq; repræſentantur diuerſi,nunc punicei,nunc purpurei,nunc clariores,vt qui rariore caligine ſuſcipiantur:nunc ſubobſcuri,vt qui craſſiore. Album emī in nigro multas facit varietates,& flamma in fumo:ita lumen in caliginis nunc denſitate,nunc raritate, colorum omnimodas diuerſitates. Et hi colores non ita in ſumma die apparent,quia illos luminis abundantia impedit.nec in ſumma nocte,quia hos videri impedit noctis nigredo. Et non multo tempore perdurant, quia eorum materia euanida eſt,& cito ſegregata diſparet.Sed hiatus apparet, quādo lumen interueniente nigro diſrumpitur: vt lumine ambiente quędā media appareat profunditas,quod bathos dicunt,quę cum fuerit magna & concreſcens, voraginem & chaſma dicimus,& ſępe ex talibus dali excidere videntur.

Vinti capitis ſcholia. XIIII. Phantaſmatum,vt hiatum, voraginum & colorum, cauſæ.Phātaſma hoc in loco impreſſio eſt ignea ex exhalatione cōſtans,non quidē incenſa,ſed lumine perfuſa,cp in eam incidens, diuerſorum colorum apparentiam reddit.Apparētiam dico.nam in caligine necq; croceus eſt color, necq; ſanguineus, qui in exortu ſolis aut occubitu circa horizōtis extremitatem videtur,ſed apparet huiuſmodi color ex luſe ſuſcepto in caligine,perinde atcp diuerſi colores apparent in iride, qui tamen ibi minime exiſtunt. Quocirca phantaſmatum cauſæ eædem ſunt re ipſa quæ impreſſionum dictæ ſunt,diuerſa tamen ratione. Nam cęlum cauſa eſt efficiens phantaſmatum,vt materiam eleuans,& eam lumine perfundens,impreſſionum autem cauſa eſt etiam incendens. Præterea phantaſmatum materia eſt exhalatio calida & ſicca ſecundum ſubſtantiam manens,& lumen in ſe ſuſcipiens.Eadem autem impreſſionum eſt materia,quia proxime in flammam corrumpitur, deperdita ſua forma. XV. Sed hiatus apparet quando lumen interueniente &c. Nigrum diſtantius apparere ſolet,& album,propinquius,cp hoc fortius, illud vero debilius viſum moueat. Hinc pictores quod propinquius & exuberantius apparere volunt,album efficiunt,quodvero ſemotius & interius,nigro colore depingunt. Cum iracp lumen in exterminatibus nubis minus denſis apparet,in medio autem ob denſitatem non appareat lumen,ſed nigredo,ibi media quędam profunditas interhiare videtur. Quod autem ex talibus hiatibus dali excidere videātur,id in cauſa eſt,quod exhalatio quæ dalorum materia eſt, reuerberata incenditur,& eius flamma nigro contrapoſita magis apparet. Siquidem album & flammeum nigro obiectum,magis conſpicuum eſt,quam ſi per ſe & ſine huiuſmodi obiectione videretur. Cuius plane cauſa eſt,cp oppoſita iuxta ſe inuicem poſita,ſenſibiliora ſunt, magiſcp pateſcunt,quam vbi ſolitaria conſiſtunt.

¶Sexti capitis annotat.

¶Cometa & cometes,idem. ¶Errantes ſtellæ, planetæ. ¶Canis, cæleſtis imago,quæ in canis ſimilitudine pingitur, poſterioribus pedibus hyemali diuiſa circulo,capite occaſum ſpectans ad æquinoctialem circulum declinātē,dextro pedi Orionis fere ſuppoſito,oritur cum cancro,in femore tres ſtellas habet. ¶Canis,canis maior. ¶Orion eſt celeſtis imago,quæ vt homo depingitur,enſe incinctus,dextra clauam tenens,occaſum reſpiciens,& cum Tauro decertans: quam ęquinoctialis circulus in zona diuidit. oritur oriente Sagittario. ¶Zona, Orionis balteus. ¶Medius tropicorum locus ęquinoctialis circulus. ¶Quinque ſtellæ,Mercurius,Venus,Mars,Iuppiter,Saturnus. ¶Tropicus hyemalis,circulus Capricorni: qui & bruma dicitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SExtum caput continet tres de cometa opiniones, earum reprobationes, primæ tribus rationibus, secundæ duabus, & tertiæ quinq;. ¶Tres de cometa opiniones. ¶Prima est Anaxagorę & Demo- 16
criti credentium cometam esse congregationem stellarum errantium: quæ quia prope sunt, lumen suum alternatim refundant & ad se dirigant, seq; tangere videantur. Cuius signũ est (inquit Democritus) quia dissoluto cometa apparuerunt stellæ quædam. ¶Sed id non esse verum ostendimus. ¶Primo. Quia non modo semel apparere debuissent stellæ plures dissoluto cometa, sed semper quod non videtur. ¶Secundo. Quia Aegiptij dicunt errantes stellas adinuicem coniunctum iri & alijs, & non facere cometam. quod nuper nobis videntibus factum est, Ioue stellã in Geminis subeunte, & nõ facto cometa se separãte. ¶Tertio. Stellæ p seipsas paruæ & pene idiuisibiles videntur. si igitur coniungantur & tangant, nihilominus maiores non videbuntur: vt neq; si indiuisibile tangat indiuisibile. Non igitur ex stellarum con
uentu tam vastæ molis generatur cometes. ¶Secunda opinio est vocatorum Py 17
thagoricorum, dicentium cometam vnam esse stellarum errantium, quæ diu latuerit sub radijs solaribus: quę modico excessu a sole digreditur, quod Mercurio accidit. & ideo cometam visibus humanis se præbere conspiciendum. ¶Sed neque id verum quidem est. ¶Primo. Quia non modo circa errantes stellas apparent comę, sed & circa alias, quod & nosipsi vidimus circa vnam stellarum quæ sunt in femore canis. Nec solum Aegyptijs qui idem asserunt, credimus. & coma illa debilis fuit, & magis in partibus astro adiacentibus. ¶Secundo. Quia si esset vna stellarum errantium, semper appareret cometa sub signifero circulo. Nam illic semper meant errantia sydera. sed omnes qui temporibus nostris visi sunt, sine occasu super horizontem disparuerunt consumpti, extra signiferum ambitũ existentes. Et imperante Aristeo apparuit vastus horrendusq; cometes rigente hyeme, & gelu, & serenitate, vesperi ante solem occumbens. & ideo prima die parum apparuit, postea magis. qui lumen suum ad tertiã cæli partem extendit: ideo nominatus est via: & ascendit vsq; ad zonam Orionis, & illic cõsumptus disparuit. Et hæ itidẽ rationes faciũt cõtra Democritum. ¶Tertia opinio
est Hippocratis Chij, & Aeschyli eius discipuli, eorumq; sequẽtium dicentium 18
corpus cometę stellam esse errantem, & comã accipere propter locum humore a sole ad ipsum eleuato, & lumine refracto: a medio tropicorum loco non attrahere aquam, quia consumpta est a solis latione, ideoq; illic comam non gerere, & qñ est in declinatione ad austrum: quia breuis est decisio circuli super terrã relicta, & magna sub terra. Et quãuis copiam aquæ habeat, visus tamen non bene pertingit: ideo illic non apparet. Cum vero ad Boream relictus fuerit, quia illic magna circuli decisio super terram relicta est, accipit comam, & apparet cometa.
¶Sed quod non recte sentiãt, patet primo, quia ois cometa sub signifero circulo inciperet & deficeret. multi autem extra circulum visi sunt, & plures vno simul facti sunt. ¶Secundo. Si per refractionẽ humore eleuato appareret coma, deberet interdum comã relinquere, & interdum eã resumere. ¶Tertio. Quia præter quinq; stellas nullus appareret vnq; cometa. id aũt falsum est. sed visus est, & quinque pręter ipsum super horizontem eleuatæ stellę. ¶Quarto. Falsum est in medio tropicorum loco & austro nõ apparere cometã. Nam circa magnũ terræmotum in Achaia. cũ fluctus Burã & Elicen Achiæ vrbes operuerũt, ortus est in occiduę partis ęquinoctio magn⁹ cometes tẽpore ęstiuo: & iam multifacti sunt ad austrum. Etenim sub Eucle Molonis filio imperante Athenis facta est comata stella circa tropicos hyemales, & sole illic existente, mense Gameleone, quem Ianuarium dicimus, alij Decembrum. ¶Quinto. Tanto refractionem astri esse quantam comam visi sunt habere cometæ impossibile est. Constat igitur omni ex parte Hippocratis & Aschyli determinationem non esse recipiendam.

14 SExti cap. scholia. XVII. Quod & nos ipsi vidimus circa vnam stellarum. Quanuis co-
15 meta sit in suprema regione aeris, & magna intercapedine a stellis fixis secundum altitudinem distans, huiusmodi tamen distantiam visus non põt internoscere, vt neq; percipit interstitium nubium & cæli, quanuis sit perquã magnum. Hinc iudicat visus cometam esse in cælo, & propinquum aut distantem ab astris secundum interceptionem lateralis spatij & latitudinis, quam facile visus diiudicat. Cum enim cometa videtur adiacere ad latus stellæ, neq; magna pars cæli inter vtranq; intercepta iacet, dicitur esse circa stellam. Quando vero magna cæli portio inter cometam & stellam mediat, dicitur esse procul a stella. XVIII. Deberet interdum comam relinquere, & interdum eam resumere. Deberet quidem cometa relinquere comam quando non esset vapor sublatus, & ad latus errantis stellę iacens, in quo fieret luminis refractio. Deberet autem eandem resumere, quando in vapore ad latus iacente fieret refractio luminis. Atqui cometa semper videtur habere comam, & a qua & nomen accipit. Et quod in tertia ratione contra hanc tertiam opinionem adducit, præter quinq; stellas, planetasque minores nullum debere apparere cometam, si cometa sit vna stellarum errantium, ex eo robur habet, quod nulli antiquorum cometam posuerunt esse aut solem aut lunam, propter insignem vtriusq; molem, quę maior nobis apparet quam soleat apparere cometes. Si itaq; cometa esset vna stellarum errantium, esset vna earum quinq; quæ nobis apparent minusculæ, quod earum moles ipsius comerę magnitudini sit admodum respondens, quare præter quinq; huiusmodi stellas nullus apparere deberet cometa. Cum fluctus Burin & Elicen Achaię vrbes operuerunt. Duas illas vrbes olim aquis obrutas esse. Ouidius quoq; ex Pythagora memorat.

Si quæras Elicen & Burin Achaidas urbes,
Inuenias sub aquis, & adhuc ostendere nautæ
Inclinata solent cum mœnibus oppida mersis.

¶Septimi capitis annotatiũculæ.

¶Pogon, pogonos, barba. hinc pogonia, cometes cui inferiore ex parte speciem barbæ longę promittitur iuba. ¶Est & visus alijs seculis incognitus sub Augusto Cæsare candidus cometes, argenteo crine, ita refulgens, vt refulgentiæ excellentia vix contueri liceret, specieq; humana dei effigiem in se ostendens. vt prodit C. Plinius. Sed quis non intelligit hoc domini prenunciũ fuisse astrum: cum voluit deus homo in terris videri, & cum hominibus nostram sortem miseratus conuersari? ¶Eleuantia exhalationes & vapores, sol, planetę, & astra. ¶Hypercauma, epicauma, incendium sursum apparens. ¶Aegos, flumen in Hellesponto. ¶Tropici, termini vię solis.

SEptimum cap. continet causas cometę, eius generationem, eius diuersitatem, signa q; sit calidę & siccę naturæ, cur non multi passim, cur raro, & cur frequentius extra tropicos appareant: & præter literam Aristotelis, significationes cometæ. ¶Cometæ causæ efficiens, sol, plane effiuis cõ comet & ma
19 tæ, astra, materia, exhalatio calida & sicca. ¶Cometæ generatio. Cum eleuatur terria que
20 exhalationis calidæ & siccæ multitudo vsq; ad illam supremam aeris regionẽ in ignis confinio existentem, circulari motu agitatam, quæ quidem compacta sit & densa, bene inflammabilis sit, vt non multum exuratur, neq; cito extinguatur, habeatq; subiectam dispositam exhalationem ascendentẽ vt aptum & conueniens pabulum, tunc fit stella comata. Facile eñ propter ignis viciniam, & loci sui dispositionem inflammatur: & ad illius summi aeris modum syderis cursum imitatur. Et hic flammam in modum crinis circũquaq; dispergit, qui crinitus dicitur, hic deorsum demittit, & tunc pogonia est quem barbatum dicim⁹. hic vero in latus porrigit, & hunc dicunt caudatum. ¶Cometarum diuersitas. Horum est duplex. quidam per se apparet non in loco astri: & totus est hypercauma. Alius sub astro, nunc sub erratico, nunc sub altero: & fit in modum halo circa solem, aut lunam: nunc crinem, nunc pogoniam, nunc flammam in latus porriges. sydus autem comam non habet. Hoc tamen interest, quia halos fit refractione, vt postea fiet manifestum. cometa vero flamma & incendio. Hinc fit vt Hippocratis ad solem refractio parum sit probanda: quia frequentius per se fit, neq; circa solem neq; astrum aliquod, quam circa astrum. ¶Signa quod cometa calidę sit & siccæ signa q̃ dõstrant
naturę. Cometam igneę esse consistentię & naturę, hęc sunt indicia. Quando ap cõmetã cc calidã & siccę naturę
parent cometę, validi perflant venti, & siccitates sunt multę. hoc enim ideo est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia eleuatur exhalationis multitudo, humidũ euaporãs & soluens: vt in aquam concrescere: densari, soluiq; non possit. Et cum cometæ pauciores, minores, & rariores: pauciores eruntventi ac siccitates. cumvero maiores, validiores erunt venti, & anni sicciores. Et memoria proditum est aliquando sic inualuisse spiritum, vt magnus lapis sublatus fuerit in aera, qui in ægos flumen claro die decidit: & circa noctem apparuit cometes horrendus: ac tunc hyems sicca fuit, & borealis: & æstus ille maris qui Achaiam inuasit, propter cõtrarietatem ventorum factus est. Nam boreas in sinu obtinuit, faciens fluctus & inundationem: & auster extra impetuvalido perflabat, & arida impetebat loca. Et sub principe Nicomacho circa circulum æquinoctialem exortus est cometes diebus paucis perdurans, a vespera ortum faciens: quo tempore insolitus vẽtus vexauit Corinthum. Hęc sufficientia præbent argumenta cometẽ naturę esse igneę, calidę & siccę. ¶ Et si quęras, cur non multi simul passim? cur raro? cur frequentius extra tropicos fiant? ¶ Hoc ideo est, quia raro materia tanta eleuata est, vt sufficiat facere cometam vnum aut multos. Et propter disgregationem & solutionẽ materiæ quæ fit nunc a sole, nunc ab astris, & feruore solis, semper illac discurrẽtis, sub tropicis fortius dispergitur atq; dissoluitur materia, quam extra illum cæli ambitum. ¶ Pręter literæ Aristotelis sententiam, cometæ significationes. Præsignat bonorum sterilitatem, ventorum impetum, bella, principum lethum, & seditiones.

quae & quae cometae demostrent

Tu steriles agros, & inania uota coloni,
Siaus & efferuens scuæ cometa facis
Cum crimen ostentas, tunc uentorum impetus urget
Oppida, tu bella sanguinolenta moues.
Principibus lethum, tu seditiosa minaris.
Sic uarijs mundus ducitur auspicijs.

SEprimi capitis scholia. Est & visus alijs seculis incognitus. Cometem illum candidum sub Augusto Cæsare visum (cuius meminerunt huius capitis notę) nonnulli eam esse stellam comectant, in qua Sibylla Tyburtina Augusto Cæsari ostendit (vt perhibent) imaginem candidissimæ virginis puerum gremio complexę, eiq; dixit. Hic puer maior te est, ipsum adora. Cui Mantuanus satis astipulatur de prædicta Sibylla loquens.

Hæc (cum diuinos cultus & sacra pararent,
Augusto cum plebe partes) ata Tyburis arcem
Liquit, & ingentes ueniens ad Cæsaris aulas,
Fulgentem nitido monstrauit in æthere circum,
Irideq; inclusam parua cum prole parentem.
Atque manum tendens, ultuq; ad sydera uerso,
Ille puer deus est, inquit, tu desine Cæsar
Velle coli, pueroq; aras ac templa relinque.
Ille regit cælos, atque immortalis olympi
Possidet imperium, & fatalia temperat astra,
Pone precor Cæsar fastus Auguste superbos.
Teq; (licet tractes uastæ telluris habenas)
Esse sub immenso positum reminiscere summi
Principis imperio, cui rerum æterna potestas.

XX. Et hic flammam in modum crinis circunquaq; dispergit. Quod trifariam cometa diuersus appareat, vt hæc habet litera, efficit diuersitas consistentiæ exhalationis adiacentis cometę. Cum enim sparsa circunquaq; exhalatio incenditur, dicitur crinitus. Cum vero ima ex parte deorsum porrigitur exhalatio in speciem barbę, & inflammatur, dicitur barbatus. Cum deniq; extra cõpactã exhalationem prominet in longum alia exhalatio incensa, iacens ad latus, dicitur caudatus. Ex quo liquido constat ipsum cometem esse de natura elementari, naturamq; alicuius trahere elemẽti, vrpote ignis, cuius caliditatem & siccitatem sortitur. Nec obstat cometę luciditatem videri, non autem ipsius ignis, quia huius materia rarior est quã vt ad eam consistat visus, illius autem densior & cõpactior. Neque motus circularis cogit eum esse cælestis naturæ. nam mouetur cometa circulo per accidens, ad motum aeris quo continetur, & non per se. Neque futurorum pręsagia quę ab Astronomis per cometam fiunt. nam non est illorum præsagium cometa causa præcipua, sed posterior, designans causas illorum affectuum adesse, sicut iris pluuię. Apparens enim cometa designat magnam esse virtutem calefactiuam astrorum, per quam multæ eleuantur exhalationes, & terræ inducitur siccitas atque sterilitas. Illarum autem exhalationum pleręque repercutiuntur a corporibus

densis mediæ regionis, & validos efficiunt ventos. Et vt in maiori mundo, ita & minori vis illava lida astrorum, immutationem facit, hominibusque mouet choleram, ex qua non refrenata, bella, seditiones, & principum cædes consequuntur, vt tempore belli Pharsalici, & mortis Iulij Cæsaris cometam apparuisse memorię proditum est.

¶ Octaui cap. annotat.

¶ Lac primo, est circulus albus cælum cingens (vt aiunt) per Geminos & Sagittarium transiens, sub noctis serenitate conspicuus. de quo sic meminit Ouidius.

Est uia sublimis cælo manifesta sereno, *Lactea nomen habet candore notabilis ipso.*

¶ Secundo. Lac est exhalatio sub ipso aggregata cælesti circulo, eiº cãdoris similitudinẽ repræsentans. & causatur cãdor in illis, vt colores causari dicti sunt. Cælestis sp sub nocte serena apparet, impressionis nõ semper. Lac, via lactea, galaxia. gala emẽ dicunt Græci lac. ¶ Emphasis, demõstratio. ¶ Sporades, dispersæ.

23 OCtauum cap. continet tres de lacte opiniones, earum improbationes, & ꝓpriam determinationẽ. ¶ Tres de lacte opiniones. ¶ Prima est Pythagoricorum dicẽtium Phaethontem semel hac currus traxisse paternos, & hãc cæli partem exustã incanduisse: hincq; nobis adhuc lac apparere. ¶ Sed inconueniens est non intelligere hac de causa zodiacũ circulum iã exustum esse debere, & magis q̃ sit lacteus circulus. nam sub eo semper sol decurrit, & omnia errantia sydera.

Pythagoricorum opinio de lactea via

At nihil tale passus conspicitur. nobis enim totus manifestus est circulus, & qua
24 libet nocte videtur dimidius, nisi ea ex parte qua cõiungitur lacteo circulo. ¶ Secunda est Democriti & Anaxagoræ dicentium lac esse proprium lumen aliquorum astrorum adinuicem congregatorum. Dicebant enim solis aspectu proprium lumen astrorum impediri videri, sed terra interposita non impeditum videtur, & lac nuncupatur. ¶ Sed non ita est. Primo, quia lactis circulº semper apparet sub eisdem astris. At continue essent alia & alia quæ a sole non inspicerentur. translato igitur sole, oporteret & lac transferri. ¶ Secundo. Quia astronomicis theorematibus cognitum est solem esse multo terra maiorem, & astra multo magis a terra q̃ sol & luna distare, conº igitur terrestris vmbræ deficit citra astra,
25 ad ea ipsa solarem aspectum non impediens. ¶ Tertia est dicentium lac esse radiorum solis refractionem: vt de cometa. Sed neq; hoc verũ est. Primo, quia non semper deberet apparere in eodem loco: vt impossibile est eãdem emphasim continue in eadem speculi parte fieri, si speculũ aut res moueatur. Mouentur aũt cõtinue sol & astra. ¶ Secundo, Quia apparet nobis lactis circulº in aqua de nocte, vbi non põt esse talis refractio. Non igitur fieri oportet hanc emphasim atq; can
26 doris manifestationẽ ob radiorum refractionẽ. ¶ Aristotelis determinatio. Virtute astrorum quæ sunt in cęlesti lacteo circulo, eleuantur exhalationes multę, vt fit in gnatione cometę in qua quidẽ recipitur atq; refringitur lumen astrorum illic existentium, & illius partis cæli, fitq; hunc in modum circulus magnus albus (vt sub astri rotũditate fit circulus halos (qui lactis circulº dicitur. Et id quidem rationabile est. Nã si vnum astrorũ sufficit materiam eleuare, vnde possit prodire cometa, multo quidem fortius magna astrorum multitudo, quę in via cæli lactea late effulgẽt (quas sporadas dicunt) materiam substollere poterit, in qua hæc pars cæli formetur, repręsenteturq;. Adde hunc lacteum circulum non fieri inter tropicos vt neque cometes: sed extra vbi exhalationum vis maiore perdurare possit in dissoluta tempore, & vbi esse possit maioris materiæ repręsentationis commoditas. De flammis igitur apparentibus, de phantasmatibus, de cometis, & lacte, hæc dicta sufficiant.

iudicia aristotelis

OCtaui capitis scholia. Lac primo, est circulus albus cælum cingens. Hæc gemina lactis significatio in notis huius capitis explicata facile satisfacit ei inquisitioni, qua scisciantur, an galaxia sit de natura cælesti, vel elementari. Siquidem adhibenda est responsio galaxiam primo, esse de natura cælesti. Est enim cælestis circulus suo candore conspi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

euus,& non est impressio,sed ipsius causa. Neq; oportet cælum, quia omnes partes eiusdem habet naturæ secundum substantiam,sicut in vna parte habet candorem, in qualibet ipsum habere, aut quia in aliqua parte nõ habet in nulla habere.Nam cum sit heterogeneum,& partes dissimilis denominationis diuersorumq; officiorum sortitum, nihil vetat ipsum in diuersis partibus diuersa habere accidentia,perinde atq; astra,cæli partes,lucem habent,cuius cęterę partes eius sunt immunes,quemadmodum & animalia partes omnes habent eiusdem naturę, in diuersis tñ partibus varia habent accidentia & opera.Lac autem secundo,siue galaxia in secunda acceptione,est de natura elementari,& impressio est ignea, ab exhalatione candorem cęlestis illius circuli recipiente formata.Et de hac potissimum loquitur Aristoteles,& quæ in litera dicit,de ipsa intelligi exposcit secundum materiam subiectam. XXIIII. Prima est Pythagoricorum dicentium Phaethontem.Fabulam de Phaethonte dicit Ouidius elegantissime in secundo Metamorphoseos prosequitur, quam (licet poetis aptam)non debuerunt Pythagorici Philosophiæ accõmodare, aut credere ex eo currus ductu partem cæli exustam.Nam cælum non est incendio obnoxium, neq; ab igne lęsionem suscipere natum,quandoquidem ignis elementaris cęlo lunę conterminus nullam ei infert labefactationem.Qui autem hanc fabulam ad historiam referre malunt,dicunt per Phaethontem designari cometam ingentem & horrẽdum,qui quondam visus est,eiusq; tempore tantam fuisse siccitatem, solisq; ardorem, vt arbores & segetes arefactæ fuerint,& flumina propemodum exsiccata. XXV. Conus igitur terrestris vmbrę defecit citra astra.Cum sol est sub nostro hemisphærio, terræ vmbra in modum sphæricę pyramidis per aerem cęlum versus porrigitur ex opposito corporis lucidi. At illa vmbra non diffunditur in sublime vsq; ad astra cum ob terrę ad solem paruitatem,tum ob nimiam astrorum a terra distantiam.Deficit igitur conus,supremusque vmbræ terrestris vertex,longe citra astra,quare non impedit diffusionem luminis solis sub terra existentis ad astra nobis supereminentia.Non enim potest opacũ impedire lucidum, nisi per quantum spatium sua vmbra diffunditur.Si igitur non possunt astra videri in die propter lumen solis,eadem ratione nec eorum lumen nocte videbitur, quod est dictis eorum repugnans.

¶Noni capitis annotatiunculę.

¶Stilla, gutta.

Onum cap. continet causas pluuiæ,eius generationem, & vnam caliginis & nubis differentiam, & præter literæ Aristotelis sententiam vnum & viginti signa pluuiæ. ¶Causę pluuię sunt efficiens, cęli circulus,maxime solis,qui prope nos decurrẽs vapores eleuat,& disgregat,quos sua absentia congregat.materia autem est vapor calidus & humidus sursum latus. ¶Pluuiæ generatio. a sole & alijs astris eleuantur vapores ab aqueis locis(est enim vapor,aquæ halitus) qui diu in aere suspensus & ob medię rigionis frigidę contactum densatus infrigidatur,atq; iterum per stillas deorsum erumpit,fitq; pluuia.Quę si minoribus stillis crebra descẽdit,imber, si maioribus,pluuia,si impetuose, subito & grossioribus totis simul labrotera dicatur. ¶Differentia. Inter nubem & caliginem hoc interest,quia nubes est crassior ille vapor visus in aere suspensus,qui tandem soluatur in aquam.Caligo autem itidem suspensa nebula est, sed quæ non soluatur in aquam,quę dispergitur,& dispersa vanescit. est enim caligo velut nebula sterilis.Fit hinc vt caligo magis sit serenitatis signum.Et generatio nubis ex vapore,& pluuiarum ex nube,imitatur solis circulum.nam sole existẽte prope,eleuantur vapores,fiuntq; nubes,quo elongato, iterum descendunt, calidum enim eleuat,& frigidum deprimit,& hoc semper,vt fluuius effluens & relabens secundum ordinem. Et forte hunc semper naturę serie seruata indeficiẽtem fluuium, vt diuinę prouidentię flumen, priores sub ænigmate, & velata allegoria Oceanum terrę semper circunfluum vocauere. ¶Pręter literæ Aristotelis sententiam.vnum & viginti pluuię signa. Mergorum e flumine celer volatus atque clamor.Fulice in sicco ludentes. Ardea super nubem euolans. Sydera cadere visa. albescentes flammarum sub obscura nocte tractus, Paleę & frondes eleuatæ volitantes. Plumæ in summa aqua colludentes. Ex parte Boreæ, Euri, zephyrique, tonitruus, Grues in aere fugam agitantes. Vacca in cælum suspiciens,& captans naribus auras.Hirundo lacus circunuolitans.Ranæ in limo

ca efficiens pluuię

27

eiusdem generatio

28

29

futurę pluuię signa

querulæ,Formica oua extollens. Cælestis arcus apparitio. Agmen coruorum e pastu rediens,& alis strepens.Fluuiales aues vndis relictis prata quærere, se frustra lauare gestientes. Garrula cornix. Cornix sola dispatiata arena,caput vndis obiectans & immergens.Ignis in oleo scintillans.Et fungi crescentes, pluuias & tempestates(vt cecinit Maro)prę sagiunt.

„ Iam sibi tum curuis male temperat vnda carinis,
„ Cum medio celeres reuolant ex æquore mergi,
„ Clamoremque ferunt ad littora. Cumque marinę
„ In sicco ludunt fulicæ, Notasque paludes,
„ Deserit, atque altam supra volat ardea nubem.
„ Sæpe etiam stellas vento impendente videbis
„ Præcipites cęlo labi,noctisque per vmbras.
„ Flammarum longos a tergo albescere tractus,
„ Sæpe leuem paleam & frondes volitare caducas,
„ Aut summa nantes in aqua colludere plumas.
„ At Boreę de parte trucis cum fulminat,et cum
„ Eurique.zephyrique tonat domus,omnia plenis
„ Rura natant fossis atque omnis nauita ponto
„ Humida vela legit,nunquam imprudentibus imber
„ Obfuit, aut illum surgentem vallibus imis
„ Aeriæ fugere grues.aut bucula cęlum.
„ Suspiciens, patulis captauit naribus auras.
„ Aut arguta lacus circunuolitauit hirundo
„ Etveterem in limo ranę cecinere querelam,
„ Sępius ex tectis penetralibus extulit oua,
„ Angustum formica terens iter. et bibit ingens
„ Arcus,& e pastu discendens agmine magno
„ Coruorum increpuit densis exercitus alis
„ Iam varias pelagi volucres, & quę Asia circum
„ Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.
„ Certatim largos humeris infundere rores
„ Nunc caput obiectare fretis: nunc currere in vndas,
„ Et studio incassum videas gestire lauandi
„ Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce.
„ Et sola in sicca secum spatiatur arena.
„ Aut caput obiectat querulum venientibus vndis
„ Nec nocturna quidem carpentes pensa puellę
„ Nesciuere hyemem,testa cum ardente viderent
„ Scintillare oleum,& putres concrescere fungos.

Oni capitis scholia. XXVII. Causæ pluuię sunt,efficiens, cæli circulus.Sol dicitur causa efficiẽs pluuię,quia calore suo substollit vapores,ex quibus fit pluuia.Media itidẽ regio aeris pluuiam efficit,cp frigiditate sua vapores in nubem condẽsat,nubesq; in pluuiã soluit.Neq; incõueniens est eiusdẽ effectus diuersas & cõtrarias esse causas,secundũ diuersas agendi partes atq; officia. Cęterum q̃uis vehementior sit solis calor æstate cp hyeme,nõ oportet si calor solis pluuiã efficit,crebriores pluuias ęstate fieri q̃ hyeme.Nã calor ęstiuus vapores quidẽ copiosos substollit,sed ob efferuescentiam atq; vehementiã eos dispergit,neq; sinit in nubẽ cõcrescere. Calor autẽ hybernus longe languidior & vapores subleuat,& subleuatos in nubẽ cogi nõ vetat.Hinc maior habetur gignẽdę pluuię occasio hyeme q̃ ęstate. Neq; oportet solẽ cũ cõgregantur vapores in nubẽ,semper absentẽ esse a nobis secundum substantiam, alioqui solum tp̃e nocturno fierent nubes & pluuiæ, sed sufficit eum esse absentem secundum virtutem,& vim eius dissipatiuã non impedire concretionẽ vaporum in nubem,quod sępenũero contingit ipso sole super horizontem nostrũ existẽte. XXVIII. Et ob medię regionis frigidę contactũ.Media regio aeris loc⁹ est naturalis,a naturaq; designatus gñationis pluuię,non tamen est naturalis pluuiæ genitæ.nam cum grauis sit,naturęq; a queæ, vbi primũ genita est,delabitur,vt in suo conseruetur loco naturali. Neque idcirco oportet mediam aeris regionem

Universidad de Deusto Biblioteca

esse locum naturalem generationis aliarum aquarum, quia cęteræ aquę dissimilem habent a pluuia generandi modum & rationem. Demum impressiones ignitas interdum fieri in media regione aeris, non impedit pluuiam ibidem natura gigni. Nam dictę impressiones fiunt a corporibus densis & solidis, quæ quanuis frigida, deorsum detrudunt exhalationes conatas sursum emicare, ex qua collisione fit illarum incensio, perinde atq; ex marmore frigido, marmori etiam frigido illiso, excutitur ignis. Pluuia autem fit aliam ob causam, vtpote frigiditatem prædictę regionis. Iam sibi tum curuis. Vnda male temperat carinis, qñ ob ingruentem tempestatem non est apte disposita, vt carinæ per eã ducantur. Pars Boreæ, est pars cæli septentrionalis, nã ab ea spirat Boreas. Sic domus Euri eadem ratione pars est orientalis, & zephiri, occidua. Imprudentibus, ignauis, quibus nunquã obfuit imber, quia tanta sunt futurę pluuię signa, vt non possit non percipi ventura etiam ab incautis, quare eis non nocet, cum nunquam fit improuisa. Veterem querelam, aut ꝙ humanam amisérit formam, vt canit Ouidius, aut ꝙ Hidrum regem habuerint, vt fabulatur Æsopus, Ingens arcus, iris, quę bibere dicitur, cum vapores substollit ex quibus fit pluuia. Asia prata sunt quæ adiacent Asiæ paludi, non longe a Caystro Meonię fluuio. Cornix dicitur improba, ꝙ sinistri credebatur ominis in auguriis, vnde id Virgilij.

ex primo georgic. Virgilij.

Sæpe sinistra caua prædixit ab ilice Cornix.

Scintillare oleum, id est scintillas quasi iniecta aqua emittere, quod signum est vaporum in aere subleuatorum. Putres fungos, fungorum figuras ex fuligine natas, & summitati lucernę ardentes.

¶Decimi capitis annotatiunculæ.

¶Serenitas, est a nubibus aeris puritas. ¶Tranquillitas vero, est in aere fluctuantium ventorum vacuitas.

roris & pruinę cau & materia

roris generatio

DEcimum caput continet causas roris & pruinę: eorum generationes, tres eorum differentias, & duas conuenientias. Ꝛ pręter literę sententiam, roris & pruinæ accidentia. ¶Roris & pruinæ causæ, efficiens, sol & astra, materia, densus vapor, parumque caloris habens. ¶Roris generatio. Vapor qui paululum de die eleuatus fuerit, ob calidi sursum ducentis paucitatem, temperatæ noctis frigore deorsum ducitur, atq; in aquam soluitur, qui in aquam versus ros dicitur. Fit enim cum non fuerit æstus sursum ducens & exiccans, neque frigus cõstringens & gelans. Et quod gignatur prope signum est, quia tum non longe suspenditur vapor. ¶Pruinæ generatio. Fit vt ros, sed prius quam vapor in aquam versus cernatur, gelatur, & fit hyeme, magisq; hyemalibus locis. ¶Tres roris & pruinę differentiæ. ¶Differunt primo. Quia cum fis ros, vapor non gelatur, quod facta pruina contingit. ¶Secundo. Ros temperiem requirit, pruina autem non, sed frigoris lapsum. ¶Tertio. Quia ros fit flante Austro, & non Borea, nisi in Ponto, vbi opposito fit modo. nam austrini flatus temperiem parant Boreas hyemem. Est enim frigidus, & suo frigore exhalationis caliditatem extinguens, præterquam in Ponto, vbi auster distans temperiem facere nequit, Boreas autẽ illic propter frigiditatem antiperistasin faciens (quæ contrariorum circunstantia est) calidum congregat & magis euaporat. Hinc fit vt in exteris locis id etiam percipiatur, & putei flãte Borea plus effument halent que, quam flantibus austris. Sed Borealia extingunt antequam constent. Austri autem congregare sinunt. Et pruina econtrario fit magis flante Borea. ¶Duę conuenientię. Conueniunt primo, quia ambo fiunt tempore sereno, & tranquillo. Non existente enim serenitate, vapores apti eleuari nequeunt, & flante vento, consistere non possunt. ¶Secundo. Quia ros & pruina in altis montibus non fiunt. Primo, quia vapor ex quo gignuntur, densus est, & parum caloris habens, vnde possit in pręruptorum verticem montium substolli, sed prope terram dimittitur. Secundo, quia montium vertices vento agitantur, non consisteret igitur vapor, vnde illic ros atq; pruina fieret. ¶Pręter literam, roris & pruinę accidentia. Ros frumenta collecta putrescere facit, sereno fit tempore, ex rore oues letalem fluxum concipiunt. Pruina plerunque fœtet, descendens, serenitatem, ascendens, futurum indicat imbrem.

quomodo generatur pruina & abus in loci t

austro nõ borea flate generatur ros

39

40

qui operatur pruina

Rore seges collecta perit, Sunt rorida Tempe.
Rore & oues pastæ, ventre fluente cadunt.

Cana pruina olida est, descendens ipsa serenat.
Sed si conscendat, tempora pulla nouat.

DEcimi cap. scholia. XXXI. Roris generatio. Vapor qui paululum de die. Rorem in intima regione aeris fieri confiat, tum ob vaporis ex quo fit densitatem, tum ob caloris ipsum substollentis paucitatem. Neq; credendum est vaporem ex quo fit ros, subtiliorem esse eo ex quo fit pluuia, quanuis ex hoc fiat nubes, ex illo autem nõ. Nam nubes requirit copiosum vaporem, validumq; frigus constringens, vapor autem roridus oppido q̃ paucus est, & temperatum frigus exigit. Et quanuis paucus vapor altius substolli natus sit quam multus, vbi ęquam virtutem habet vtrunq; substollens, & qui substollitur vapor, in cęteris quam multitudine ac paucitate, conueniens est, non tamen id eueuit vbi diuersę virtutis est calor substollens, & diuersę dispositionis vapor qui substollitur, quemadmodum hoc in loco. Nam calor subleuans vaporem pluuialem, copiosus est, subuehens autem roridum vaporem, perquã paucus & languidus. Insuper & vapor pluuialis, rarior est & leuior, vapor autem roscidus, densior, & minus leuitatis sortitus. Hinc non conficitur si multus vapor a multo calore substollitur ad mediam aeris regionem, idcirco oportere & paucum vaporem a lento calore illuc eleuari, cum nõ sit huius & illius vaporis consimilis eademq; ratio. XXXIII. Hinc fit vt in exteris locis id etiã percipiatur. In aliis locis (inquit) quem in Ponto percipitur idipsum, Boream scilicet propter frigiditatem calidum congregare, & magis euaporare, & eam ob causam puteos flante Borea plus effumare, quam flantibus austris. Nam flante Borea calor diffugit ad imas aeris partes aquis vacuas, frigore Boreali altiorem aeris partem occupante. Et virtus caloris hoc pacto vnita, fortius vapores resoluit. Austro autem flante non fit calor in imum detrusus cogitur, sed liberior per totum aerem diffunditur. quare debilior calor aquis proximus, minus vaporis eleuat. Cęterum Pontus (cuius meminit litera) Sythiæ conterminа regio est, ad polum arcticum & septentrionẽ sita, a qua Auster, cum ventus sit meridionalis, & diametraliter septentrionali oppositus, procul distare facile dignoscitur. XXXIIII. Rore seges collecta perit. Tempe, nemus est Hæmoniæ, arboribus frequens, placidissimam reddentibus vmbram, per quod Peneus amnis iucundissime decurrit, margi nibus gramine virentibus, auiumq; concentu peramœnus, de quo Ouidius.

Roremin ima regione aeris

Pontus.

Tempe.

Peneus.

Ouidius.

Est mons Hæmoniæ pręruptus quod undique claudit
Sylua, vocant Tempe, per quæ Peneus ab imo
Effusus Pindo spumosis volutatur undis.

Hinc loca quæuis amœna, placida & temperata, tempe vocamus. Tempora pulla, atra, nigra, nubila, & pluuiosa.

¶Vndecimi capitis annotatiunculę.

Ephemerus, diarius, vnius diei.

VNdecimum caput continet causas niuis, eius generationem, & vnam conuenientiam, & præter literę sententiam accidentia niuis. ¶Causę niuis, cum prędictis eædem sunt. ¶Niuis generatio. Nix generatur, cum nubes prius quã in humorem
35 stillet, congelatur. & hoc est frigiditatis regionis in qua fit si-
36 gnum, & tẽporis. Non enim constringeretur ac gelaretur multa existente caliditate, & non superuincente frigore, debet tamen aliquid caloris esse, nubem eleuare sufficiens. ¶Cõuenientia. Conueniunt pluuia, ros, pruina, & nix. nam fiunt ob infrigidationem omnia. Et pluuia & ros sunt idem, & pruina & nix idem, sola paucitate & multitudine distantia. Nam pluuia ex multovapore, multis locis, & multo tempore collecto, generatur: ros ex pauco, vt ephemero vapore. Et pruina ex gelatovapore: nix vero ex gelata nube. ¶Præter literę sententiam, quatuor niuis accidentia. Nix nimium albet, fortiter visum dispergens. per flocculos cadit. messem auget. semper in altis saluatur montibus.

qñ nix generatur

niuis accidentia

Candida nix nimium, tu fundis acumina uisus.
Tu cadis ut flocus. Messibus apta uenis.
Hismaron, & Rhodopen, & Caucason, Othrin, & Alpes
Pręruptos montes tu sine fine tegis.

VNdecimi cap. scholia. XXXVI. Et pluuia & ros sunt idẽ. Hoc quidẽ paruũ, illud vero magnũ. Vtrunq; em̃ fit per nõ congelationem, & pluuia est vt multus ros, ros aũt vt parua pluuia. Similiter nix & pruina sunt idem. hoc itidem paruũ, illud vero magnum, cum vtrunq; fiat per congelationẽ, & nix est vt multa pruina, pruina vero vt pauca nix. Et cõstitutis quatuor terminis hoc ordine, pluuia, ros, nix, pruina, sicut se

Universidad de Deusto
Biblioteca

habet pluuia ad rorem,ita nix ad pruinã,ergo per conuersam proportionalitatem, sicut se habet ros ad pluuiam,ita pruina ad niuem. Et per trãsmutatã proportionalitatẽ, sicut pluuia ad niuem, ita ros ad pruinã. Iterumq; per conuersam proportionalitatem,sicut nix ad pluuiam,ita pluuia ad rorem. Et cæterę proportionalitatũ rõnes in hisce quatuor terminis desumi quã facillime possunt.

XXXVI. Tu cadis vt floccus,messibus apta venis. Floccus,exigua est lanæ portiuncula, quæ hæret dumetis & spinetis, cum per illa transeunt oues. Inde flocculus diminutiuum enascitur. Et in flocculorum similitudinem niuem cadere, vel experientia compertum habemus. Porro nix apta est messibus,quia cum agros quibus mandata sunt semina,tegit,constringit suo frigore terram,naturalemq; terræ calorem cogit introrsum manere,qui eo fœcundius & vberius semina ad segetum productionem fouet. Hismarus & Rhodope montes sunt Thraciæ perpetua niue candentes. Caucasus,mons Indiæ conterminus Scythis. Othris,mons Thessaliæ, quem Virgilius Niualem vocat, cum inquit, Descendunt Centauri Homolen Othrinq; Niualem.

Hismarus
Rhodope
Caucasus
Othris,
Alpes.

Alpes sunt montes Italiam a Gallia disterminantes,de quibus Virgilius.

Alpinas ab dura niues, & frigora Rheni.

Et in his editissimis montibus saluatur nix,q; calor solis etiam æstiuus non sufficit eam liquefacere,quare diuturno frigore tandem illa duratur in crystallum.

¶Duodecimi cap.annotat.

¶Antiperistasis,contrariorum circunstantia. ¶Pontus,regio ad Boream,est & id mare quod a palude Meotide vsq; in Tenedum protenditur. ¶Labroterę,impetuosiores,vehementiores.

DVodecimum cap. continet duas quęstiones, antiquorum responsiones earum improbationes, secundæ tribus rationibus, & proprias solutiones. ¶Prima quæstio. Vbi gñetur grando? ¶Dixerũt sursum gñari: 37
& aquã ob stillarum paruitatem suspensam manere in aere (quẽadmodum contingit aurum,& pleraq; terrea corpora ob molis paruitatem aque supernatare) & illic congelari:& postea congregata multa simul,cadere gradines. Sed hoc esse non potest, quia congelata copulari nequeunt: quẽadmodum humida.
¶Secunda. Quo tempore magis gñetur grando? & videtur hyeme. nam grando 38
est vt crystallus. fit autem congelatio hyeme. maxime tamen vere apparet & autumno,tempore fructuũ, & tranquillioribus locis. Dixerunt magis æstate fieri: & cum nubes ad tantæ altitudinis aerem peruenerit,qui maxime sit frigus, quia solarium rarefactionem radiorum non amplius sentiat,illic aquam gelari,fieriq; grandinem. & hoc maxime æstate euenire contingere, quandoquidem copiosus sit calor,nubes eleuare & sursum pellere sufficiens. ¶Sed neq; hi recte sentiunt.
¶Primo. Nam in valde altis locis non fit grando. videremus enim eam (quemadmodũ & niuem) aliquando in ipsis genitam. ¶Secundo. Quia sępe visæ sunt grandinosæ nubes cum sono non longe a terra delatæ, qui horrorem & metũ audientibus & videntibus ingerebat terribilem, tanq; aliquo alio maiore futuro.
¶Tertio. Quia aliquando miræ magnitudinis cadit grando,omnimodã gerens figuram,& non rotundam. signum igitur est ex non valde alto loco ruere, neque in valde alto genitam esse. ¶Primæ quęstionis solutio. Antiperistasis (quę est 39
contrariorum circunstantia) ipsorum auget vehementiam: & hinc fit vt æstate inferiora loca frigida sint,et hyeme calida. quare ęstuvalido existẽte,media aeris regio frigidior est,suis circũdata cõtrarijs. Et ex nube citius aquã eliquat,et grossiores guttę (quas labroteras dicim⁹) fiũt,quę impetuosę & cotę simul decidũt ob cõgelationis celeritatẽ. Ita circũstante cõtrario fiunt guttæ labroteræ, q̃ prius q̃ decidant,gelantur: quæ cõgelantæ,grandine dicuntur. Et qñ propinquius fiunt, maiores apparent,quia paruo ferantur interuallo. qñ vero remotius,minores atque rotũdę. ¶Secundę. Minus ęstate & hyeme q̃ vere et autũno et frctuum ma 40
turatione: quia ver,et autũnus,et maturescentium fructuum tẽpus calidum satis est et humidum vt vapores eleuentur,et antiperistasis fiat. Adde quod quandovapor eleuari sufficit tempore calido,medius aer ex contrariorũ circunstantia valido concepto frigore vaporem citius gelat. Multi enim cito aquã infrigidare volentes,primum eam ad solem ponũt. Et in Ponto circa calamos aquam calidam

fundunt,vt illic citius geletur. vtuntur enim in pisciũ captura glacie vt plumbo: vt calami quiescant. Et hac ipsa de causa circa Arabiã & Aethiopiã æstate ĩgrauescunt imbres,& in die frequenter: & nõ in hyeme. ¶Prętер literæ Aristotelis sententiã,grãdinisq; quinq; accidẽtia. Deorsum p globos ruit vt crystall⁹. Messem enecat. Interdum cũ sono et strepitu auditur. Cum pluuia cadit. Multimodæ existit figuræ,aliquando hominum,aliquando ferarum effigiem retinens.

Grando globum uitrei crystalli,deorsum
Decidit,& uitem strataq; ferra necat.
Horrendo q; sono mortalia pectora terret
Nubis:& euentu deteriora rata.
Mixta ruens imbri,mariis formata figuris:
Et faciem uisa est sæpe habuisse ferę.

DVodecimi cap. scholia. XXXVIII. Quo tẽpore magis generetur grando. Ratio eorũ qui contenderunt grandinem hyeme fieri,diluenda est, admittẽdo quidem grandinem cõgelatione fieri tanq̃ causa partiali & insufficiente,nõ aũt vt totali. nam prętер eã requiritur sufficiens calor ad eleuandũ vaporẽ,qui nõ habetur hyeme. Prętерea grando congelatione fit,nõ quacunq;,sed ea quæ ob vehementiorẽ frigiditatẽ mediæ regionis aeris contingit, adauctã a calido infimę regionis circunstante, per antiperistasim. huiusmodi aũt congelatio non fit hyeme,cum non habeat tunc infima regio aeris sufficientem calorem,quo adaugeat frigiditatem mediæ quam circunstat. Quin potius hyeme fit congelatio a frigido (non concurrente etiam per accidens calido) vt causa totali & omnimoda. Proinde neq; cõueniens sumitur argumentum grandinem hyeme fieri,q; nix hyeme fiat etiam copiosissima,quę instar grandinis cõgelatione fit. Altero enim modo nix per congelationẽ gignitur,& grando. Nix quidem per minorem medię regionis frigiditatem,non auctã circunstante calido,necnõ per congelationem successiuam,longaq; mora cõpletam. Grando vero per asperiorem,valentioremq; frigiditatem,contrarũ circunstantia auctã,& per congelationem celeriorem,subitariãque & repẽtinã,qualem satis ostendunt globi grandinis solidiores floccis niualibus, & postq̃ in guttas pluuiales a nube soluti sunt, congelati,& cũ impetu deorsum ruentes. Id prætera inter niuẽ & grandinem interest, q; nubes ex aqua gignitur nix,congelatur añq̃ soluatur in aquã. Contra vero nubes ex qua gignitur grando, prius soluitur in stillas pluuiales,quę deinde gelant. Neque oportet huiusmodi stillas (q̃uis graues sint) cum primum a nube solutę fuerint,descendere absq; gelatione. nã post solutionẽ a nube,detinentur aliquanta mora in media aeris regione a corporibus solidis & densis eo in loco subsistentibus,qua quidẽ detẽtione,cõgelationis cõmoditas & mora illis natura cõceditur. Deinceps eorum qui grandinem defendere volũt magis æstate fieri,ratio diluitur, admittendo quidem ęstate copiosum esse calorẽ ad subleuandos vapores,sed is vehementior est q̃ vt sinat eos in nubẽ cõsistere. Resoluit enim valentior æstatis æstus vapores in rariora corpora,añq̃ in nubem concrescãt. Hinc vt vna ex parte dat occasionẽ generandæ grandinis,ita ex altera eiusdem prębet obstaculũ. Tempore autem verno & autunnali sufficiens est calor ad vaporũ subleuationem,& frigoris mediæ regionis sui circunstantia intensionem,neq; adeo vehemens, vt impedimento sit vaporis in nubẽ densandi. Quocirca hoc potissimũ tempore grando gñari credenda est,& interdum æstate,nunq̃ aũt vel raro admodum hyeme,sicut niuẽ nunq̃ ęstate genitã cernimus. XL. Cum pluuia cadit. Hui⁹ quarti accidentis grandinis hæc cõiectari potest esse ratio, quia interdũ ima pars nubis resoluitur in aqueas guttas,quæ ob debilitatem frigiditatis non congelantur,sed sine constrictione per frigus, cadunt. Suprema autem nubis pars resoluitur quidem in aqueas guttas quæ congelãtur,& grandinis more decidunt permixtę aquęis guttis primę partis. Quare ex eadem nube secundũ diuersas eius partes fiunt grando & pluuia. Interdum etiam decidit grando quadam niue respersa, q; nubis ex qua fit grando,pars vna congelatur antequã resoluitur in guttas,& ex ea fit nix,altera vero resoluitur in guttas aquęas quæ post resolutionem congelantur,& ex ea fit grando quæ cadit permixta niui. Cum vero sola cadit grando sine admixto imbre aut niue,signum est totam nubem prius fuisse resolutam in guttas aquæas, & illas omnes deinde congelatas decidisse.

¶Decimitertij cap. annotat.

¶Meotis,Scytarum maxima palus,in Pontum defluens. ¶Parnasus, Phocidis,mons biceps: in quo Castalius Musis fons sacer existit.

DEcimumtertium caput continet vnam conclusionem,vnam de generatione fontium & fluuiorum opinionem, & eius impugnationem, fontium & fluuiorum generationem,et duo signa.

41 ¶Conclusio. Expedit de fluuijs et spiritibus aliqua determinare. ¶Nam de his ab antiquis nihil dignum relictum est. ¶Dixerunt enim aliqui ventum aerem esse agitatum et fluentem: et idem esse nunc aerem,nunc nubem,nunc ventum: quia cum quiescens fuerit, vocant aerem. cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

densus,& multæ crassitudinis,nubem,& cum motus,ventum.& oēs ventos eundem esse ventum, sapienter credunt affirmare. Sed accidit multos vel sine inquisitione satius sic inquirentib⁹ dicere. De ventis aūt postea exquisitam facturi sumus determinationem,quid sit,quomodo fiat,quid moueat, vtrum fluat quēadmodum ex vase,quousq; totum fusum sit,aut sicut ex vtribus emissum,vt pictores effingunt. Et de aquis consimiles pene habuerūt determinationes. ¶Vna de 42
fontium & fluuiorū gnatione opinio. Dixerūt fluuios fieri multa aqua a sole eleuata,& iterū in terre magno aliquo vētre congregata:a quo effluunt oēs, aut alius ex alio: colligiturq; in terræ susceptaculis hyberno tpe hæc aqua. Et hinc fit vt fluuij & fontes estate q̄ hyeme maiores exuberēt. Et horum fluuiorū hos perpetuos asserunt,quorum susceptacula multā copiam colligunt, & quæ nō prius deficere possint,q̄ ex hyeme nouos imbres & nymbos recolligāt.hosvero non perpetuos,quorum aluei & receptacula paruā continent aquam,& quę deficere possit prius q̄ ex hyeme nouos recuperēt imbres. Sed quomodo ex susceptaculis terræ nascerentur aquę,quæ per annum decurrere videntur,cū magnitudine & mole ipsius terræ superent magnitudinem? ¶Fluuiorū & fontium gnatio. Sicut su 43
per terram ex aere superante frigiditate fit aqua, ita & in terra eandē ob causam ex aere fit aqua, & continue quidē,quæ facta erumpit. Et sicut super terram ex multis paruulis stillis aliis tādē coeūtib⁹ crebrior colligitur aqua,fitq; aquę multitudo:sic in terra ex paruis colligitur: & primo fiunt scaturigines in principium fontis aut fluminis conuenientes. ¶Duo signa. Primum. aquę ductus parantes, 44
non longe de fossa humo aquā reperiūt,terra itidem a summo veluti sudante reperta. ¶Secundū,Quia ex magnis montibus maximi fluuij & stagna oriuntur, q̄ libere omni ferme ex parte aerea attingant loca:quę vt spongiosa fistulosaque suspensa,multis ex locis concipiunt atq; producunt aquā. In planitie aūt campestri rari fluunt admodum. In Asia em̄ ex Parnaso ad hyemalem oriētem monte maximo effluunt & alij fluuij,& Bactrus,Coaspes,Indus, & Araxes: cuius pars Tanais in Meotidem effluit paludem. Et ex Caucaso maximo monte ad estiualem orientem (qui ob sui preruptam magnitudinem a nauigātibus in imis stagni videtur,& cuius summitates ad tertiā noctis partem a sole illustrantur) effluunt plurimi & maximi,& Phasis. Ex Pyrenæo ad occidentem æquinoctialē in Celtica effluunt Istrus & Tartessus. Istrus quidem per totam Europam in mare Euxinum,at Tartessus extra columnas. Ex Aetiopicis montibus Aegon & Nyses & Chremetes. Ex Pindo Achelous & Inachus. Ex Scombro Strymon, Nestus,& Hebrus. Ex Argēteo monte,Nilus. Ex Rhodope,plurimi. Sed qui adducti sunt, testimonij gratia sufficiāt. Absonum igitur esset existimare vnum terre ventrem,ex quo oēs educantur fluuij:& neq; recipere quidē sufficeret: neq; ipsæ nubes. Et fiunt hunc in modū fontes,& sunt sub terra vt quędam stagna ex scaturiginibus in vno loco collecta, non tanta vt aliquid accidat incōmodi. Et esse huiusmodi subterraneos meatus,& aquarum voragines, hinc sumitur indicium,q̄ sæpe loca absorbētur cooperiente aqua: vt circa Peloponesum & Arcadiam sæpius accidit,circa Helladem vero raro. Et sub Caucaso stagnū est(quod illic vocant mare)quod plurimi & magni ingrediuntur fluuij,apertum egressum nō habentes:quod dehiscens deriuat sub terra circa profunda Ponti:vbi nullus qui vnquam descenderit,potuit satis profunditatis terminum rimari. & hinc distantia trecentorum stadiorum aquam potabilem reddūt terre. Et circa Ligusticam fluuius non minor Rhodano(qui fluuius est pernauigabilis) absorbetur. Indicium igitur sufficiens,est terram lacunas & aquarum voragines continere.

DEcimitertij capitis scholia. XLII. Et hinc fit vt fluuij & fontes æstate q̄ hyeme maiores exuberent. Si fontium causæ per se solum & intrinsece respiciantur, extrinsecis seclusis, maiores æstate, quam hyeme fierent fluuij, cum tunc maior sit interioris terræ per antiperistasin frigiditas,quare maior gignendæ aquę commoditas. Cæterum hyeme maiores sunt

fontes & fluuij propter causas intrinsecas & aduentitias,vtpote incrementum ex aquis pluuialib⁹ & niualibus,accessionemq; earum ad fluuios,quæ hyeme crebrior est, insuper & propter pauciorum aquæ fluuialis in vaporem per solis æstum resolutionem. Non tamen idcirco putandum est fontes & fluuios ex aqua pluuiali generari.siquidem non oportet aliquid ex omni eo gnari, quod ipsum reddit maius. Duorum enim pedalium ignis vnum alteri aduenienſ reddit ipsum maius,tamen vnum non est ex altero genitum,cum sint ambo eiusdem rationis & naturæ. XLIII. Fluuiorum & fontium generatio. Montes editi & excelsi poros habent,& minutula foramina, quæ subit aer ad impediendum vacuum. Cum enim aer prius contentus, in aquam minus loci occupantem conuersus fuerit,nisi continue nouus aduentaret aer, fieret inter montium latera vacuum, quare non credendum est aerem subeuntem penetrare dimensionem montium. Ad quemadmodum media regio aeris frigiditate sua vapores in nubem densat, soluitq; in pluuiam, ita terra quatenus frigida(eius enim siccitas ad fontium generationem non cucurrit)condensat aerem montium lateribus interceptum,materiæq; eius eam inducit densitatem,sub qua forma aeris non est nata consistere. Proinde illa deperditur,acquiriturq; forma aquæ,quæ gutratim deorsum stillat, cōgregaturq; simul, quoad tanta sit ex stillis collecta aquarum multitudo,vt sufficiat erūpere & scaturire. Demum aqua suapte natura sursum erumpit,quia supra terrā esse nata est, haud secus ac pluuia vbi primum genita est,delabitur. Et quemadmodum pluuia generatur sursum vt loco violento, in quo neque manere neque conseruari nata est,ita & fontes atque fluuij intra terram violenter generantur,factique erumpunt. Neq; natura abhorret violentam rerum generationē,vbi ea conducit conseruationi corporum naturalium,quemadmodum flumina & fontes conducunt animalium saluti quibus potum administrant(ad id enim aqua pluuialis non sufficit)preterea mercium aduectioni, & hominum negociationibus. XLIIII. In Asia enim ex Parnaso monte maximo. Vt regionum, montium & fluuiorum nomina in litera adducta clara habeantur,noscere operæpretium est Scythiam regionem esse septentrionalem,ad arctumq; declinantē,cuius incolæ Scythæ dicuntur. Phocis,parua est Græcorum regio in Euboea,Delphis vrbe & Apollinis oraculo clara. Bactrus,Scytharum est fluuius,cuius incolæ Bactriani dicuntur. Coaspis,fluuius Mœdorū apud Persas,in Tigrim defluens,cuius adeo dulcis perhibetur aqua, vt ea reges in potum vti so leant. Indus, fluuius Indiæ,a quo ipsa regio nomen accepit. Araxes,Armeniæ fluuius,de quo Lucanus,Armeniumq; bibet Romanus Araxem. Quod Caucasus,altissimus sit mons,Herodotus Aristoteli astipulatur. Altitudinis autem eius in litera efficax adducitur argumentum, quod summę eius partes ad tertiam noctis partem a sole illustrantur. Nam quanto partes terre sunt inferiores,tanto citius occidui solis radij ab illis subtrahuntur,propter celeriorem corporum opacorum interpositionem. Ex opposito itaq; quanto partes alicuius montis sublimiores sunt,tanto diutius illuminātur a sole. Et contra ab effectu ad causam procedendo, quanto diutius alicuius montis pars nocte a sole illūinatur, tanto mons ille est sublimior. Phasis,Cholcorum fluuius. Colchos autem regio est iuxta Pontum, cuius indigenæ Colchi dicuntur. Pyrenęus,mons in Hyspania. Celtica,pars Galliæ,Hispanię contermina,cuius populi,Celtæ dicuntur. Ex quorū nomine,& Iberi Hispanię fluuij, Celtiberi dicti sunt, Hispanię populi. Istrus vel Ister,sicut Menandrus vel Menāder, maximus est fluuiorum Europæ, alio nomine Danubius vocatus. Mare Euxinum, id est mare quod alio nomine Pontum dicimus, fluens a Meotide palude Tenedum vsq; famatam Phrigię insulam. Pindus,mons Thessaliæ. Achelous,fluuij⁹ Calydoniæ. Inachus,fluuius Achaiæ,ab Inacho Argiuorum rege nomen sortitus. Strymon,Nestus & Hedrus fluuij sunt Thraciæ. Scombrus & Rhodope,mōtes sunt Thracię. Peloponnesus,regio est inter duo maria Ægeum & Ionium intercepta,a Pelope rege nuncupata. Ligustica siue Liguria.regio est Italię,cui⁹ populi Ligures dicuntur. Archadia,regio est Peloponnesi,& pars Achaię. Rhodanus, fluuius est Gallię Narbonensis,apud Lugdunensem ciuitatem, & per Sabaudiam labens, tandem Arari permiscetur.

Scythia. Phocis. Bactrus. Coaspis. Indus. araxes. Caucasus. Phasis. Colchos. Pyrenę⁹. Celtica. Celtiberi. Ister. Mare euxinum. Pindus. achelous. Inachus. strymon. Nestus. Hebrus. Scōbrus. Peloponnesus. ligustica. acardia. rhodan⁹.

¶Quartidecimi cap.annotat.

¶Hellas,Græcia. ¶Hellenes,Græci. ¶Cataclysmus,diluuium,inundatio.

45 CVartumdecimum cap.continetvnā quęstionem,responsionem,quomodo contigant cataclysmi,cur aliqui fluuij videntur perennes,alij non,&vnum corollarium. ¶Quęstio. Cur loca demutentur,varientur q; nunc terræ,nunc flumina: vt quæ prius arentia extitere, nunc obruta sint aquis: & quę prius aqua operuit, nunc sint arida: vt vbi nunc mare,prius terra:& vbi nunc terra,prius mare fuerit? ¶Huius rationē assignamus,quia omnia hæc naturæ seriem seruant,suaq; finiuntur periodo. Vt em̄ ex sole & cælo plātę & animalia statū habent,& suæ durationis rationem,vt adolescant,vt iuuenta constent,vt senecta tabescāt:ita eadem ex causa virtutem partes terræ accipiunt differentē,& incipiunt humida fieri. & ad tempus aquosa ma

Universidad de Deusto
Biblioteca

nent:deinde exsiccantur atq; senescunt iterum. Et consimili modo fit maris permutatio, vtvbi nunc excrescit, terram relinquet arentem : & vbi nunc fluctibus vndat aliqñ stagnatum & exsiccatum iri necesse est. Et hui⁹ rei plurima sunt argumēta. Aegyptus eñ exundāte Nilo cooperta,hic stagnat,hicq; repatur, vt sæpe noua fieri videatur. Et ora nili oia manufacta videntur, excepto vno Canobico. Et olim Aegyptus (vt Homerus refert) Thebę fuerunt : necdum Memphis erat. Et hæc rerum vicissitudo,permutationūq; alternatio,Helladi Argiuorum regioni,& Myceneæ Myceneorū,tempore. Troię accidit. Nā Argiui stagnantem habebant Helladem,& quę paucos alere posset. Mycenea vero ferax & temperata. Et in oppositas versæ naturas . Mycenea stagnat : illa vero sicca & vtilis nunc facta est. ¶ Et si quæras. Si ita sint rerum vices terrarū & aquarū permutationes,quō nos lateant? ¶ Dicim⁹. Cū incipiant longis tpibus fieri, vita aūt nostra cita fugiat & labat, qñquidem nunc fame,nunc bello. nunc infirmitate cito absumitur:& hi regiones permutant,& emigrāt in alienas: hi aūt permanent,sed tps factę permutationis non attingūt: illi aūt cū eos regio non amplius alere sufficiat in alienas sese transferunt oras:hinc ois interit memoria, & posteritatē latet:& si qñ memoria facta est,longinqua deleuit antiquitas. Et qui has considerauerunt permutationes,dixerunt nōnulli mundū de nouo gñari,& mundi gñationem harum causam esse. Sed hoc ridiculum est, ob paruas scilicet & momentaneas permutationes totum permutari existimare oportere . Terræ aūt moles & magnitudo circa cuius partem aliquā fit permutatio, ad totum vniuersum nihil omnino esse videtur. Sed causa dicta est,q; Rerum a natura determinatus sit exi 26
tus,determinataque periodus. ¶ Quō contingat cataclysmi? Sicut anni quatuor sunt determinata tempora,ver,estas,autumnus,& hyems,finem periodumq; seruato ordine retinentia:sic circa partes terrę & loca consimilis naturę lex obseruatur. Et cum ad hyememvsq; suam deducta sunt,ingrauescuntvndę,fitq; illorum cataclysmus:quemadmodum sub Deucalione cataclysmus factus est circa antiquam Helladem,quę est circa Dodonem & Acheloum , quam habitant Gręci, qui nunc Hellentes dicūtur. Et hę aquarum magnæ eleuationes non semper circa eadem loca contingunt,sed euariant,& cataclysmorum loca permutantur. 27
¶ Cur aliqui fluuij videantur perpetui,& alij non ? ¶ Dixerunt id esse ob terræ ampla vel stricta receptacula : vt quorum magna sint voraginum instar , hi sint perpetui. quorumvero parua,& quæ suas paruo tempore eiaculentur aquas , non perennes sed decidui sint. ¶ Hanc non dicimus causam: sed locorum gignendis conseruandisq; aquis aptitudinem:vt loca alta,spissa, frigida, hæc sane multam continent aquam,multam suscipiunt,& multam sua frigiditate gignūt. Quib⁹ve ro suspensæ sunt paruę montiū moles,spongiosæ saxeę,argillosę,hæc ineptasunt vt in ipsis diu perduret aquarum fluxus loca. Et ita si plus apta atq; dispposita fuerint,perseuerant magis. sin minus,itidem min⁹. Non tñ dixerim fluuios esse perpetuos.sed suas seruare periodos,ad quas vsq; perdurant: & non posse semper eadem pręterlabi atq; perfluere loca,sed permutare . Non eñ mari & flumine eadem semper hument loca , & eadem manent arida . Hoc manifestat Aegyptus, quandoque tota inundans . hoc ea quę circa Rubrum mare sunt loca : quę Sesostris primus excogitauit fodere , vt totus fluuius pernauigabilis foret. Hic enim magnę pendebant vtilitates. Deinde Darius id attentauit,qui reperientes mare flumine altius,a fossione cessauere,ne flumen mari mixtum corrūperetur: quod & circa Libyam Ammoniam regionem comperitur summissius. Hoc Bosphorus non semper fluens. Vifus est eñ ab Asia limositate fluxum dimittere , deinde siccari, deinde iterum stagnare, solitosq; cursus reparare. ¶ Corollarium. Vnde fit(cum tempus nō defecerit,sed totum sit æternum)vt neq; Tanais neq; Nilus semper fluxerint : sed vnde effluunt aluei aliquando sicca loca fuerint . & ita de ceteris fluminibus dicere conueniet. Habent enim & vt sint, & vt certis effluant locis,determinatas periodos:& tempore permutantur omnia . 28

alia efficacior ratio cur aqua perpetuo fluat flumina

Vartidecimi cap. scholia. XLV. Et consimili mō fit maris permutatio. Alternam terræ nunc aridę nunc stagnātis permutationē. Ouid. ex Pythagora sic attestatur.

Vidi ego quod fuerat quondam solidissima tellus ,
Esse fretum,vidi factas ex æquore terras .
Et procul à pelago conchæ iacuēre marinæ ,
Et uetus inuenta est in montibus anchora summis .
Quodq; fuit campus,uallem decursus aquarum
Fecit,& eluuiæ mons est deductus in æquor.
Et; paludosa siccis humus aret arenis,
Quęq; sitim tulerant, stagnata paludibus hument.

Huiusmodi autem permutatio de qua meminit Philosophus hoc in loco,intelligitur debere fieri circa minora terrę loca,vt vrbem , aut partem regionis . Diluuium vero est circa maiorem partem terrę,vt regionem,natura facta aquarum inundatio , quemadmodum ea quæ sub Deucalione in Thessalia fuisse commemoratur,& ante ipsum sub Ogygio Argiuorum rege. Et additum est natura,quoniam vniuersale illud diluuium quod sub Noe contigisse sacræ literæ cōmemorant,non natura contigit,sed diuina vltione, hominum peccata adeo copiosa aquarum inundatione puniente. Et id non circa vnam terræ partem, sed totam terram fuisse cōstat.quare de illo Aristoteles impræsentiarum non facit determinationem . Cæterum cum aliqua maris pars (id enim literæ dictum de permutatione alterna maris & terræ de toto mari minime est intelligendum,neq; de tota terra, sed de vtriusq; parte)occupat partem terrę aliquam prius arentem,aut ventorum violentia,aut agerum perfractione,aut virtute cęli ad eam occupationem est impulsa.alioqui se semper suo continuisset alueo. Et cauando terram parat sibi facile nouum alueum quo contineatur,sicut alueus qui a mari dimittitur,cito terra oppletur,complanaturq;. Neq; ex hoc conficitur natura fieri posse generale diluuium,quia quāuis quęlibet regio suam habeat periodum,non tamen omnes simul eandem habent,sed diuersę diuersam , perinde atq; vnusquisq; homo determinatam habet periodum, sed alijs & alijs diuerso tempore constitutam.quo fit vt non omnes simul moriantur. Ita neq; omnes terræ partes simul vnquam aqua obruentur. Quod si vnaquæq; terræ pars concedatur successiue obruenda aquis(quod tñ admittere non est necessarium,cum sententia Aristotelis particulari sic intelligentia contenta & vera , vtpote aliquas terræ partes transmutari de arido in humidum, aut de stagnatione in aridum)non idcirco credendum est tādem totam terram obrutum iri aquis. Nam vt successiue aliquæ partes terræ operiuntur aquis,quæ prius fuerunt arētes,ita ediuerso alię partes prius aquis adopertę,fiunt aridæ,quare semper relinquitur quicq̄ terrę discoopertum. Neque obstat Aristotelis determinationi huiusmodi permutationis circa hanc regionis Gallicanæ oram,Parisiensęq; territorium factę nullam esse memoriam , tum q; eam circa vnamquanq; terræ partem fieri non oporteat,sed circa plerasq; contingat. Tum q; siqua facta est,ea literarum monumentis non est mandata,quo ad posteritatis peruenięt notitiam . Factę autem præteritis temporibus permutationis fama ad posteros transfunditur,vbi ea memoriæ prodita fuerit,vt de diuulsione Sicilię ab Italia per maris interceptionem scribūt authores,de qua Claudianus. Trinacria quondam Italię pars vna fuit . Et Virgilius.

diluuium g d

Tantum æui longinqua ualet mutare uetustas .

Et ora Nili manufacta videntur, Vt regionum & vrbium quarum meminit litera , apertior fit intelligentia,scitu non est indignum,Canobicum,ostium esse Nili,id nominis sortitum a Canobo(vt aiunt)Menelai gubernatore,q; in Ægypto mortuus,in insula Nili quę Canob⁹dicitur,sepultus est. Ostiū Canobicum Canobus

Thebe,es,aut numero multitudinis Thebæ,arum,vrbs est celeberrima in Ægypto,centum portis inclyta,hanc Græci Heliopolim,hoc est solis vrbemvocauere.Inde Thebęi populi,& Thebais, Ægypti regio ab hacvrbe denominata.Memphis,vrbs Ægypti clarissima.Inde Memphitici,illius vrbis indigenæ.Argiui,populi sunt Gręcię ab Argo insigni vrbe nuncupati , qui & Argolici dicuntur.Mycenea,regio est Myceneorum,qui etiam Græcię sunt populi,in qua Mycenæ vrbs clara olim fuisse dicitur. Troia, vrbs Phrygię , decennali Grękorum obsidione suicq miserabili tandem excidio cantatissima. Deucalion,filius fuit Promethei,cui Epimetrus patruus Pyrrhā filiam suam dedit vxorem.Quorum tēpore graue diluuium contigisse in Thessalia tradunt historię,quod late describit Ouid. in principio Metamorphoseos.Dodona,æ,vel Dodon,onis, oppidum Epiri.Sesostris,rex Ægypti,qui teste Plinio libro sexto naturalis historię,conatus,est nauigabilem alueum ex rubro mari in Nilum deducere.Post eum Darius rex Persarum idem tentauit,& denicq; Ptolomęus rex Ægypti , qui oēs cœpto destiterunt (vt ait Plinius)deterriti metu inūdationis, cū rubrum mare tribus cubitis excelsius deprehensum est q̄ terra Ægypti. Vel q; immisso mari corrumperetur aqua Nili,quæ sola Ægyptijs potum præbet.Idem hic refert Aristoteles . Bosphorus, fluuius est Thrachię, a bouis transitu sic ductus , quia propter paruam eius profunditatem boues ab vno loco in alterum commode tranare possunt.Lybia Ammonia pars est Aphricę arenosa,in qua Iouem sub specie arietis Libero patri apparuisse fabulæ tradunt . Inde Iupiter dictus Ammon .

Thebæ . Thebæi. thebais. memphis Argiui. Mycenea Troia. deucaliō. Pyrrha. Dodona. Sesostris Darius ptolemę bosphor⁹ Lybia. Ammonia.

¶ Paraphraseos in primum Meteororum Aristotelis,
& in eundem scholiorum, finis.

Primi capitis paraphraseos in

SECVNDVM METEORORVM ARISTOTELIS ANNOTATIVNCVLÆ.

¶ Circa theologiam versatos vocat Hesiodum, & alios poetas, qui deos cecinerunt. ¶ Statarię, stationariæ, stantes. ¶ Aestum maris (sic enim eius fluxum atq; refluxum nuncupamus) non prosequitur Aristoteles, nisi vt ex causa pendet inferiori: tum q̃ syderum ratio a nostra contemplatione videatur aliena. Tum q̃ ipsa alijs & alijs reperiatur varia, & deprehensu difficillima, vt in fluctiuomis Syrtibus: in Nilo, qui sole tenente cancrum, totam alluit ægyptum. In Euripo, qui septies in die & nocte in Eubœa reuagos refluosq; fluctus agit: in Gaditano fonte, qui nunc fluxus refluxusq; oceano concordes habet, nunc vero dissonos. Aestus tamen aquilonaris & nostri Gallici oceani, exploratum ratumq; habetur lunam in causa esse: vt quę ipsum certis interualis trahat, & ad suam faciem propemodum effingat. Bis enim inter duos lunæ exortus effluit, remeatque. Incipit enim vna cum luna nostrum horizonta conscendente intumescere: quoad sydus ad meridianum peruenìat, quo quidem ad occasum vergente, sensim residet. Ab occasu vero ad ima cæli meridiano contraria sydere vergẽte, rursus inũdat. hinc autem donec ortum reparet, se contrahit & reuocat. Nec mireris syderis subter terram labentis ipsum mare vim sentire, neq; obest quicquã terrenæ molis crassa densitudo: vt manifesto in sole & Heliotropio cognoscitur argumẽto, quod in nocte vim solis motricem persentiens, ad orientem se gyrat. Et in toto mari amplior lunæ virtus colligitur, q̃ in torrentibus & fluuijs: vt & ipsum sol amarore inficit, & non fontes & flumina. Quo fit vt ipsum potius q̃ fontes & flumina lunæ sydus mouere dignoscatur. & a noua luna ad septimam, maris estus minuuntur: a septima ad ipsam suo orbe plenã augentur, efferuentq; maxime ipsa plena, aut prope. Vt enim fulgur prius cernitur, tonitrum fulminisq; motum præueniens, ita quoque luna completa cernitur prius quã vis illa aquarum motrix, maxime inundationis effectum motumq; satis imprimat. A plenilunio ad ipsam decremento mediam decrescunt. Hinc autem ad nouilunium vna recrescunt. In plenilunio maria purgantur, limum algasq; expuunt: aiuntque Aristotelem tradidisse nullum animal nisi recente æstu expirare.

Secundus liber Meteororum continet capita nouem. Primum caput continet tres de maris generatione opiniones, primę duabus rationibus reprobationem. ¶ Tres de maris generatione opiniões. ¶ Prima est antiquorum circa theologiam versatorum: dicentium in terra esse fontes qui sunt principia ac origines maris, existimant enim forte terram esse maiorem vniuersi partem, & reliqua omnia ipsius gratia esse, & circa eam tãquam circa honorabilissimum principium consistere. Sed fontes originẽ mari præstare non posse ostenditur. ¶ Primo. Quia aquarum hæ sunt fluentes & fontanæ vt fluuiales aquæ, hæ vero statariæ. Statariarum autem hæ sponte stant, vt stanales: aliæ industria & arte, vt fontanę manufactæ, & puteales: quarum fontes existunt origo. Mare autem neque effluxibile est, neque arte & industria manufactum stans, neque sponte apparet fontium esse multitudo. Fontes igitur non præstant mari originem & principiũ. ¶ Secundo. Quia sunt plura maria adinuicem non commixta, vt Rubrum marẽ, Hircanicum, & Caspium, quæ adinuicem separata sunt & circunhabitata, circa quæ non apparent fontes, a quib⁹ deriuata trahere possint originem. Non igitur fontes mari prestant originem & principia. Mare tamẽ fluere videtur ob aliquas causas. Primo, quia cum in angustum locum recipiatur, refluctuat, reflectitur, regurgitatque ad amplũ, ibique in maius se expandere, atque diffundere vi-

detur. Secundo, quia increbrescentibus fluuiorum vndis, ad profundius decurrat, vt Meotis in Pontum, Pontus in Aegeum, Aegeum in Siculum, Siculum autem mare in Sardonicum & Tyrrhenicum. Est enim pontus Meotide profundior, Ponto Aegeum, Aegeum Siculum, Sardonicum autem & Tyrrhenicum omnium profundissima. Quod autem inter herculeas columnas, totum in profunditatem fluit. Et sicut ex verticibus altis fluuij apparent fluentes, sic ex arcto mare plurimum fluere conspicitur, quia illic locus altus. adeo enim, vt aliqui sibi persuadeant illic axe sub Hesperio sint pascua solis equorum. & neque sub terras subterlabatur & erret, altitudine ad arctum terrę eleuatæ videri prohibitus.

1 ¶ Secunda est antiquorum qui de humanis plura senserunt, dicentium a principio terram fuisse totam aquis adopertam, sed ex vna parte spiritibus impetentibus, solis versionibus & lunæ euaporatam atque exsiccatam esse. quod vero su-
2 perest, esse mare: futurumque aliquando vt tota terra arida fiat. ¶ Tertia est dicentium terram olim sole incaluisse, calefactamque sudorem emisisse, quod mare vocamus, & hinc mare salsum esse. sudor enim salsus est. Alij vero salsedinis causam, terram esse aiunt, & mare hunc in modum esse salsum terrę admixtum, quemadmodum aqua per cineres colata.

Aliquorũ opinio de maris generatione

Primi capitis scholia. Vt in fluctiuomis Syrthibus. Ne ignoratio fluuiorum, marium ac colorum, tum in notis, tum in litera positorum impediat claram intelligentiam eorum quæ afferuntur, annotatu, non est indignum, Syrtes loca esse maris periculosa circa fines Aphricę versus Ægyptum, propter magnam maris & terrę inęqualitatem. Nam in vno loco profundissima est aqua, in altero vero loco vadosa. Etiam vno in loco sunt voragines aquam absorbentes, altero vero loco arenarum cumuli extuberantes, extrema nauigantibus pericula. Euripus, pars est maris inter Phocidem Bœotię regionem & Eubœam insulam sita, quæ alternis cursibus septies in die, totiesque in nocte refertur. Et adeo impetuose conuertitur, vt ventos & plena ventis nauigia secum rapiat. Gades, insula est in fine Bethicę prouinciæ, in extremo nostri orbis ad occidentem. Et pluralitatis tantum numero inflectitur. Fõs autem Gaditanus est qui est in Gadibus, de quo scribit Polybius. Gadibus in templo Herculis fontem esse aquæ dulcissimę, cui fluxus maris contrarius esse videatur. Etenim quoties mare augetur, fontem deficere, dum vero mare defluit, fontem aqua compleri. Heliotropium, flos est qui ad motum solis conuertitur, vnde & nomen ascisci & vendicat. Dicitur enim ab helios, quod solem significat, & tropos, quod conuersionem designat, Latine is flos solsequium dicitur, quod solẽ quocunq; se verterit sequatur. Oceanus gallicus, mare quod fluit per Galliam, quod & aquilonare, id est septentrionale dicitur mare Hircanicum, quod fluit per Hircaniam, quæ in Asia est Scytarum regio. Caspium mare id est, quod inter Caspios montes & Hircanos immensum occupat spatium. Caspij autem montes in Asia Boreales sunt, maiori Armeniæ contermini. Aegeum mare est quod incipit ab initio Hellesponti, & vsq; ad Peloponnesum occidentem versus terminatur, ab Aegeo Athenarum rege denominatum. Mare Siculum, quod fluit per Siciliã. Sardonicum, quod per Sardiniam, quæ insula est in Tyrrheno mari sita. Tyrrhenum autem siue Tyrrhenicum mare est, quod inter Thusciam & Siciliam fluit. Herculeæ columnæ in extremis Hispaniæ finibus sitæ sunt, vltra quas non est terra pedibus peragrabilis. Mare autem illic fluens, id est quod inter Herculeas est columnas, quas dicitur Hercules in sui monumentum constituisse. I. Et sicut ex verticibus altis fluuij apparent. Ferunt poetæ, cum sol occidit, ipsum mergi oceano, deinde equos Phœbi curru solui, & ad pastum mitti, stabulove reponi. Rursum redeunte die equos ad currum solis ducendum iungi, neq; solem sub occulto nobis hemisphæris noctu moueri tradunt, quemadmodum interdiu super nostrum fertur horizonta. Et quia terra ad polum arcticum, eique directe subiecta, prætumida & altissima est, cum sol ad oppositum nostri aspectus illic est non potest videri propter nimiam terræ altitudinem, quemadmodum nec arbor post altum montem. Quare cum tunc sol occidat, credunt aliqui illic esse pascua solis equorum, quæ post occasum equi solis ingrediantur & carpant. Ex arcto, ex terra subiecta polo arctico.

Syrtes.
Euripis.
Gades.
Fons gaditanus.
Polypius
Heliotropium.
Gallicus oceanus.
Hircanicũ mare.
Caspium.
Aegeum
Siculum.
Sardonicum.
tyrrheni.
Herculeę columnæ

¶ Secundi capitis annotat.

¶ Rheumata, stillæ illæ subterraneæ ex quibus colliguntur, gignunturque fontes & flumina.

Secundum caput continet tres de loco maris opiniones, earum reprobationes, secundæ quinque rationibus, & tertiæ quinque, quis sit locus maris, & quomodo flumina in mare habentia non videantur mare reddere maius. ¶ Tres de loco maris opiniones.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Prima est nonnullorum qui dixerunt mare esse principium aquarum,& ex eo fluere omnes,& ad ipsum refluere,& eius locum esse locum aquę:hac rationevsi. Sicut de alijs elementis comperimus,ita quoque & de aqua comperiri rationabile est. at ignis magna moles magnaque multitudo sursum in suo loco congregata est, & aeris in suo loco, & terræ in suo:vt infinito. igitur & aquæ in suo loco. Hæc autem, mare esse videtur, quod præstet alijs aquis omnibus originem & principium,& a quo fluuij & fontes effluant omnes, & ad quod iterum recurrāt. Et cum quæritur,quomodo igitur fluuij a salso mari egressum habentes, dulces sint? dicunt eos dulcescere, quia per terram sint colati. Sed quomodo hæc aqua salsa & grossa alijs subtilioribus & simplicioribus(vt quę potabiles existāt) erit principium? ¶Secunda est dicentium mare circa terram esse diffusum eius ambitum circundans, & circa mare sphæram aeris, circa aerem sphæram ignis vltimum & supremum sensibilium locum possidentem,& solem circunferri atq; circunuagari semper,q̄ nutriatur humido,& quod in oriente stans aut vno loco, non inueniat sufficiens pabulum,eleuetque subtile humidum & dulce,quo se pascat,nutriat,alat: alioqui corrumperetur.sed quāmdiu habeat alimentum, viuere, humidumque soli esse alimentum,vt flammæ.& solem flammę similem esse putarunt.Sed sic dicentes,ridendos esse patet. ¶Primo.Quia illud subtilissimum & dulcissimum quod per singulos dies sursum expirat, sursumque ducitur, illic constat,& frigido cogente iterum ad terram relabitur,idque ita semper agit natura circulum imitans,vt superius dictum est.Non igitur illo subtili & roridovapore nutritur sol. ¶Secundo.Quia flammæ similitudo soli apta non cōgruit. nam propter continuum humidum & siccum non alitur flamma. neq; manet eadem, sed continue fit noua. quare si de sole ita futurum esset,non modo in die(vt dicere consueuit Heraclitus)non esset idem sol, sed cōtinue fieret nouus. ¶Tertio. Quia sicut ignis aquam calefaciens euaporat, ita sol vapores extollit, & eleuat. At ignis cum aquam calefacit vapores eleuans,non alitur ignis, igitur neq; sol. ¶Quarto.Quia inconueniens est solum solem nutriri, & non illam magnitudine & numero excellentem syderum multitudinem,imo & ipsos cęlestes circulos alimento indigere,pariter & pastu,& eiusce rei gratia non facere gyros,quemadmodum solem facere aiunt.Illa autem non aluntur,igitur neque sol. vnde enim tantum sufficere possit alimētum? ¶Quinto. Quia quæ ex humidis corporibus sursum efflantur, iterum descendere ipsis in aquam coactis conuersisque videmus,& per singulas se reddere regiones tanquam non alitis superioribus,non igitur aluntur superiora. ¶Tertia est scripta in Phædone, terram esse perfossam,& 6
in illa eximia terræ voragine ac apertura esse tartarum originem & principium aquarum omnium,& ipsius maris.Qui quidem vastæ voraginis tartarus se nunc extra diffundit,& euomit aquas:nunc resorbet emissas,& ad ipsum (vt ad principium)omnes recurrunt aquę,nunc sursum,nunc deorsum,nūc ad latus,nunc sub has, nunc sub illas elabens terras. Et aiunt aquas colores & sapores accipere secundum terrarum per quas transeunt naturas. Sed id non esse verū statim manifestum est. ¶Primo. Quia videntur non semper ad eundem locum fluere. quod tñ oporteret secundum eorum sententiam. ¶Secundo. Quia non minus effluerent supra terram,q̄ sub terra,& quocunq; tenderet fluctuans tartarus. ¶Tertio. Quia non est cur aqua quę mota fuerit deorsum in tartaro, iterum sursum exurgat ac eiaculetur. ¶Quarto.Quia semper esset aquarū æqualitas: & semper extra aquam ęqualem(ne se occuparent)esse oporteret. ¶Quinto.Quia non videntur flumīa alicubi in terra terminari:sed oīa fluūt in mare,ad quod terminantur. viderentur tamen vbiq; in terra terminari debere,quia illic euagaretur tartarus. Et si aliqui fluuiorum terraneos meatus subintrent,aliunde prodire videntur:vt Nilus & Istrus lōgo tramite sub terras labentes,multos alios invia colligunt fluuios & fontes,& multorum fluuiorum ac fontium rheumata: hincque in fluuios

euadunt amplissimos. ¶Quis maris locus? Responsio. Sicut ignis proprius est locus cæli concauum.aeris proprius concauum ignis:ita proprius est aquæ locus, vt aeris concauum.Hinc fit vt quem locum nunc mare terram ambiens occupat, natura sit aquæ,& non maris. nam quod dulce,quod subtile est aquarum, sursum a calore eleuatum dicitur,grossum vero, terreum & salsum suo pondere subsidet in imo.quod quidem in loco aquę remanens,mare dicitur.manet enim deorsum quemadmodum cibo ab animali sumpto quod dulce & quod subtile est, a calido spargitur ad vnunquodq; membrorum, quod vero grossum est, terrestre & amarum,vt hypostasis(quam subsistentiam dicimus)in aluum pondere suo demittitur:& venter totius locus erat,quanquam subtilia statim dissoluta sunt. ita de aqua & mari existit.Hac de causa oēs aquæ fluunt ad mare: quia in loco sit aquæ, & locum maxime concauum possideat. ¶Cur tot & tanta in mare labentia flumina,ipsum non videantur reddere maius? ¶Responsio.Quia in mare recepta, ex arcto atque angusto diffunduntur in latum:& ideo in latum diffusa cito resoluuntur,vt pene vno die perdurent:quemadmodum si supra latam mensam aquę fuderis cyathum:nobis præsentibus & respicientibus exterminabitur totum.ita quoque de fluminibus accidit.

Secundi capitis scholia. V. Neq; manet eadem,sed continue fit noua.Si tota hora diuidatur in quatuor partes æquales,a,b,c,d,in quarum vnaquaq; acquiratur vna pars flammæ etiam æqualis, & consimili quo suæ acquisitionis tempus,nomine nuncupata,& flamma partis a maneret simul cum flamma b,in fine temporis b,flamma tota esset dupla ad flammam a,& ita in parte c tripla,& in tempore d quadrupla,quod experientiæ repugnat.Sed cum in fine temporis b non percipiatur maior flamma quam in tempore a,flamma parta in a est successiue deperdita, dum flamma temporis b successiue acquirebatur Et id quidem manifeste deprehenditur extincto cereo aut candela.nam tunc liquido videtur vnus fumus continue alteri succedere, qui quidem fumus futurus erat materia flammæ. Præterea aliud inter flammam & solem est discrimen quod flammæ nutrimentum atque pabulum subministrans,ipsi admouetur,& fit attiguum. Vapor autem haudquaquam admouetur soli,cum substollatur duntaxat ad mediam vsque regionē aeris, a sole perquam magno spatij interuallo distantem.Quocirca planum est vaporem non alere solem.debet enim alimentū fieri proximū corpori quod nutritur. VI. Quarto. Quia sp. esset aquarum æqualitas. Cum tartarus continens aquas semper esset idem atque æqualis, oporteret & aquas inibi contentas esse mole æquales,itidem & extra tartarum existentes aquas,æquas esse consequeretur. Nempe si ponatur hyberna maior,&æstiua minor,si tota æstiua aqua intra tartarum recepta non sit plenus tartarus,illic est vacuum.Si vero sit plenus,cum hyberna aqua(quæ posita est maior)intra tartarum recipitur,erit penetratio dimensionum,aut aliquid aquæ hybernæ manebit extra tartarum,quod non poterit intra ipsum recipi quod ipsi putant incommodum Præterea si tartar? esset origo aquarum omnium,oporteret omnes aquas aliquando fuisse in tartaro. Et cum ponant tartarum esse in terra,consequens est eum esse minorem terra.igitur aquæ in tartaro se occuparunt.Nempe aquarum magnitudo longe est mole terræ maior. Hinc fit vt quem locum nunc mare terram ambiens occupat.Concauum aeris quo mare continetur,naturę locus est aquæ elementaris, eamq; compleateretur,si elementa in suo essent naturali situ disposita.Mare autem quia non est aqua elementaris,imo grossius,grauius,& magis terrestre,contineretur sub aqua elementari, & in ea vt suo continente. At quia viuentium saluti conducibilior est maris quam aquæ elementaris vsus,quę neque piscibus enutriendis neque nauigationi esset adeo accommoda, natura, imo optimus eius opifex disposuit mare debere vicem supplere aquę elementaris, eiusq; fungi ad vniuersi integritatem officio, & illius contineri loco,qui quidem rebus vt nunc dispositis,naturalis est mari & proprius.Neque obstat motus ipsius maris nunc fluxu nunc refluxu peractus eo in loco. Nam is ab intrinseco non fit, propriaque maris virtute, sed ab extera vi,vtpote lunæ eam (vt prædictum est) mouentis.Res autem naturales in loco quidem naturali quiescunt,modo extraria virtus motrix non accesserit eas agitans,& in suo loco mouens,quemadmodum ignis itidem & supremę regionis aer in suo loco naturali circulariter aguntur ad motum cæli sua gyratione vtrunq; eorum raptantis.

¶Tertij cap.annotatiunculę.

¶Erithea,insula Gerionis in Oceano. ¶Scirpus,iuncus. ¶Lyncus, vrbs Epiri. ¶Sedimenta,expurgamenta animalium,hypostases. ¶Muria, aqua salitorum. ¶Stagnum illud circa Palestinam, Asphaltites est, gignens asphaltum, quod bitumen nominant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TErtium cap. continet vnam quæstionem antiquorum, & propriam responsionē, tres de salsedine maris opiniones, quomodo generetur maris salsedo, septem signa salsedinis maris, vnde fontes & flumina diuersos sapores, colores, & effectus habeant: & pręter literę Aristotelis sententiam, duodecim aquarum effectus, & miracula. ¶ Quęstio. An semper erit mare? an 7
aliquando deficiet? ¶ Dixerunt aliqui mare simul cum mundo incepisse, & semper cum eo perduratū ire. quare perpalam est, si mundus perpetuus est, itidem & mare perpetuum esse voluisse. Sed Democritus dixit aliquando mare totam operuisse terram, & paulatim desiccari, & tandem omnino desiccatum iri, vt ne vllum quidem sit mare. Sed id persimile est Aesopi fabulę, qui confinxit Charybdim bis resorpsisse: quę primo sorbens fecit apparere montes, secundo fecit apparere insulas, quę si iterum sorbeat, residuū epotura est, terramq; siccam relinquet. Sed hic sermo poetis aptus, & non veritatis inquisitoribus. ¶ Dicim⁹ igitur, si semper sol suū torqueat gyrum, dulce, subtile, & potabile eleuans, quod iterū deorsum recidat, semper futurū esse mare aliquod: nō tñ eadem semper occupabit loca: sed quę nunc arida sunt, aliqñ illuet, rursumq; eadē aliqñ siccabūtur. neq; ppter hoc pmutari existimare oportet vniuersum. ¶ Tres 8
de salsedine maris opiniones. Prima est dicentiū terrā in principio fuisse aquis adopertam, & solem dulce, subtile, & potabile eleuasse, residuum vero mare relictum amarū & salsum. Sed id verū nō esse videtur. nā ad ipm tanta elabitur multitudo, quāta sursum substollitur. quare si restituta equali dulcis aquę multitudie ipsum non est dulce, sed amaricatur: neq; prius ac de causa factū est salsum. ¶ Se 9
cunda est dicentiū fluuios ad mare labentes, terrę trahere salsedinē, & mare salsum reddere, sed neq; id verum. ¶ Primo, quia fluuios oporteret esse salsos: imo & magis salsos, quod non apparet. ¶ Secundo, quia irrationabile esset modicam terrestreitatem cū fluuijs delatā aquæ multitudinem, quātum ipsum mare esse videm⁹, salsam efficere. ¶ Tertio, quia nihil aliud mare reputāt, nisi plurimorū fluuiorum collectionē. quare & fluuios ipsos salsos esse concedāt oportet. ¶ Ter- 10
tia est Empedoclis terram sudasse dicentis, eiusq; sudorē esse mare. Sed hæc metaphora & fictio poetis q̄ philosophis aptior est vt recipiatur. nam quę salsa esse videntur, vt aqua per cineres colata, aqua colata per calcem, vrina, sudor, alimenti hypostasis, cum prius dulcis fuisset aqua, dulce poculū, dulcis cibus, aliquo accepto salsa fiunt, aut amaricantur: vt cinerū aut calcis adusta terrestreitate: & in vrinæ vasis fundo remanet quędam salsedo, & cum sudore, corporis abluūtur terrestria: sicut qui carnes abluendo abstergit. & terrestreitas, indigestaq; substātia facit hypostasin amarā videri. Ita & aliquo adusto & terrestri admixto mare salsum esse existimare oportet, & non eo quo ipsi arbitrantur mō. ¶ Quō maris ge- 11
neretur salsedo? Maris salsedo ex quodā vsto terrestri admixto gñatur. Dicimus enim duplicē esse spirationis speciē, hanc calidā & humidā, quę vapor dicit: hāc vero calidā & siccā, quę dicitur exhalatio. & mare semper idē specie permanet: vt idē aer, idē ignis, eadē flāma. Et eleuatur ab ei⁹ summo vapor dulcis: a fundovero, solis & astrorū sufficiēte colore, eleuatur exhalatio (est em hęc a terra eleuari nata) aduriturq; fundū. & per mare transiens, & cū vapore in mare relabens (vt cineres per aquā sępius transitum facientes) salsuginem inducit. Et hui⁹ rei multa sunt signa, aqua per cineres colata, vrina, sudor, & alimenti (vt iā dictū est) hypostasis: vbi aliquid combustū relinquitur, aut terrestre indigestū. Quapropter dixerunt nonnulli terrā semel fuisse cōbustam, & hinc mare suā traxisse amaritudinem, non percipientes gñationū exhalationū possibilitatem, & quō hac de causa maris arenę relinquunturvt tenuia grana dissociatę. ¶ Septem signa q̄ mare ob 12
ambustarum terrestreitatum permixtionē salsum sit. ¶ Primum. Quia australes

prima opinio de salsedine maris

no ob fluuior influxu amaricati esse mare

empedocles opinio de eodem

qua rne mare salsu existimādū sit

aquę & primę autumnales salsiores sunt, quod auster vētus sit calidus, & a calido efflet loco, plures secū eleuans exhalationes. autumnales vero propter pręteritæ estatis adustionem, & exhalationes eo tēpore eleuatas, quę nunc ob tēporis varietatem deorsum reducuntur, nunc admixtę permanent, nunc nouę substolluntur. de Borea autem oppositum euenit. Et hac de causa australes & autūnales grauiores sunt, & citius ob permixtā terrestreitatē deorsum pręcipites dedūtur. quibuscunq; em talis terrę multitudo inest, citissime deorsum tendūt. ¶ Secundū, quia aqua maris cæteris calidior est: vt quę exhalationis admixtæ naturam retineat. Omnia enim quęcunq; ignita fuerint, in seipsis potentia caliditatē retinēt. monstrant hoc calx, cinis, animalium sedimenta, vt quorū calidissimi sint ventres, calidissimam habeant hypostasin. sedimētaq;, & semper maris sursum eleuatur potabile. Quod si aliquid terrenæ fecis secum ducitur, vapor salsedinē participabit, & si magis: & magis. Et iterum relabitur decidens. quod iterū resumet mare: fluunt em ad ipsum: & omnes aquę. Hinc fit vt non omnino deficere (quēadmodum alij deficiunt fluuij) sed solū secundum hanc vel illam partem contingat. ¶ Tertium. Quia dimisso cereo vase bene clauso & circunligato in mare, quod p latera subintrat aquę: dulce est: & potabile: q̄ ceræ tenuissimi pori non admittant cum subtili resudante aqua corpulentas terræ feces subire. ¶ Quartū. Quia aqua maris hanc ob causam cæteris grossior & ponderosior esse videtur, vt in ea magnæ natent triremes: quæ in fluminibus suo pondere submergerētur: quod passi sunt aliqñ nonnulli in flumine onustas naues ducentes in mari salutem facientes: ob huius rei ignorantiam incauti. Hinc fit vt si quis aquā apprime multumque salsam fecerit, supernatent oua, quod & circa salituras (quas murias vocant) contingit, sitque spissa, & grossa, & limo quam simillima. ¶ Quintum. Dicunt circa Palestinam esse stagnum, in quod si immiseris hominem ligatum, aut equum, supernatabit aquæ, & submergi nō poterit, hoc autem facit copiosa admixta terrestreitas. ¶ Sextum. Quia vestimenta in mari lota, sordida fiunt, hoc enim ob terrestreitatem accidit. ¶ Septimum. In Chaonia est fons aquę salsę in dulcem fluuium prope se præcipitans, nullos pisces nutriens: obtinueruntque loci illius incolæ ab Hercule boues ab Erithea adducente, vt (quia pisces non haberent) in suum vsum ex fonte sales fecerunt. Decoquunt enim aquæ partem, quam euaporare sinunt. quo facto, sales non grossos, compactos, vt nix candidos, in fundo reperiunt, qui sunt alijs debiliores, sapore & colore delectabiles. Idem faciunt in Vmbrea de quibusdam calamis & scirpis, quorum facta cōbustione, cineres in aqua coquunt, qua partim euaporata exsiccataq;, relinquitur salis multitudo. Et vniuersaliter omnia fluuiorū salsa rheumata calida esse putare oportet. Et enim sal vt adustę terræ species, quæ frigido & humido soluitur, calido autē & sicco cogitur, concrescit & duratur. Hinc loca quę arenosa influunt, cinerē aut calcē imi
13 tantia conspiciuntur. ¶ Vñ fontes & flumia varios participāt sapores, colores, & naturas. Hoc euenit ppter terrarū per quas subterfluunt admixtiones. Sunt em aliqui calidi, vt qui per terræ calidæ meatus, vt sulphureos transeunt. Et in Sicilia fons est aceteosus, quo aceti loco in obsoniorum cibariorumq; vsu vtuntur indigenæ, & similis circa Lyncū existit. Et circa Scythiam vnus est amarus, qui in fluuiū decurrens, totū reddit amaricatū. ¶ Præter literę Aristotelis sententiam duodecim aquarū miracula. Anigrus (qui & Anagrus dicitur) Thessalię fluuius post Cētaurorū ob Hercule vulneratorū in eo lotionē, aquas impotabiles seruat. Hypanis Scytharum maximus fluuius in Calliopum finibus amara scaturigine infamis redditur. Iouis Ammonis fons interdiu friget, & noctibus calet. In Dodone Iouis fons algidus admotas faces extinctas accendit, & accēsas restinguit, & Athamātis aquę admota ligna accendunt. Flumen Ciconum in Thracia res tactas rigescere facit in saxa Crathis & Sybaris Calabrię fluuij aureos crines inducūt. Salmacis Carię fons in ipsū descēdētes effœminatos remittit, Aethiopes

aquarū miracula

Universidad de Deusto Biblioteca

lacus mentis insaniam & intolerabilem soporem parturiunt. Colophone Apollinis lacus animos ad diuinationem & oracula immutat. Clitorius Arcadiæ fons semel haustus vini inducit odium, abstemiosq;, hoc est a temeto abstinentes, bibentes reddit. Lincestis amnis, vt vinum, bibentes temulentos & debacchantes relinquit. Phenos, Arcadiæ lacus interdiu innoxius, noctu potus mortifer perhibetur, vt hæc eleganti carmine ex Pythagora cecinit Ouidius.

Ante bibebatur, nunc aquas contingere nolis.
Fundit Anigrus aquas, postquàm (nisi uatibus omnis.
Eripienda fides) illic lauere bimembres
Vulnera clauigeri quæ fecerat Herculis arcus.
Quid? non & Scythicis Hypanis de montibus ortus,
Qui fuerat dulcis, salibus uitiatur amaris?
Pauca super referam, quid? non & lympha figuras
Datq;, capitq; nouas? medio tua corniger Ammon
Vnda die gelida est, ortuq; obituq; calescit.
Admotis Athamantis aquis accendere lignum
Narratur, minimos cum luna recessit in orbes
Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit
Viscera, quod tactis inducit marmora rebus,
Crathis & hinc Sybaris nostris conterminus oris
Helectro similes faciunt, auróque capillos,
Quódque magis mirum, sunt qui non corpora tantum
Verum animos etiam ualeant mutare liquores
Cui non audita est obscœnæ Salmacis unda?
AEthiopesq; lacus? quos si quis faucibus hausit.
Aut furit, aut patitur mirum grauitate soporem.
Clitorio quicunque sitim de fonte leuarit,
Vina fugit, gaudetq; meris abstemius undis,
Seu uis est in aqua calido contraria uino.
Siue (quod indigenæ memorant) Amythaone natus
Pretidas attonitas postquàm per carmen & herbas
Eripuit furijs, purgamina mentis in illas
Misit aquas, odiúmque meri permansit in undis
Huic fluit effectu dispar Lyncestius amnis
Quem quicunque parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat quàm si mera uina bibisset.
Est lacus Arcadiæ (Phenum dixère priores)
Ambiguis suspectus aquis, quem nocte timeto.
Nocte nocent potæ, sine noxa luce bibuntur.

Palestina — TErtij capitis scholia. Stagnum illud circa Palestinā. Palestina, prouincia est in Syria,
Arabiæ contermina, sic dicta a Philistin vrbe metropolitana, & alio nomine Iudæa
pētapolis — dicitur. In eius vna parte (quæ prius Pentapolis dicta fuit, a quinque vrbibus diuina
Asphaltites lacus — vltione flamma & sulphure consumptis) lacus est Asphaltites, in quo nihil viuum
submergitur, inde mortuum mare ab historicis nominatur, dicente Solino, cum de
Solinus. Iudæa pertractat. Mare mortuum nihil præter bitumen gignit, animal nullum habet, nec in eo ali-
Iosephus quid viuum mergi potest, quare tauri & cameli impune illud transeunt. Et Iosephus libro quinto
Vespasianus. captiuitatis Iudaicę. Vespasianus (inquit) cum Iudæos vicisset, quosdam iussit natandi inscios ma
nibus post terga ligatis in eum proijci, qui etsi iacti mersiq; sint, tanquam a vehementi spiritu ad
Iustinus. superiora venientes, statim repulsi euaserunt. Et teste Iustino nauigari non potest, cum in eo proti-
Asphalt⁹ nus cuncta vitæ expertia demergātur. Interdum autem ipse lacus Asphaltus dicitur. Porro vt non
Æsopus. nullorum nominum regiones, montes, aut fluuios, designantium (quę passim in litera ponuntur)
Charybdis. non lateat quenq̄ significantia, noscere operæpretium est Æsopum poetam esse Græcum, qui fabu
las scriptitauit ad formandos hominum mores non inidoneas neque futiles. Charybdis est vorago
Chaonia. in mari admodū periculosa inter Calabriā & Siciliam. Nam a septētrione in austrū fit fluuiorum
Heraclea concursus, & ediuerso, & interceptorū quorūcunq; absorptio atq; collisio. Chaonia pars est alpe-
Oetha. stris Epiri, quę quidē regio est in Europa. Interdū & p tota Epiro sumit. Heraclea vrbs est in radici
bus montis Oethę, in plano posita. Oetha vero mōs est inter Thessaliā & Macedoniā, noīatissimus morte, rogo, & sepulchro Herculis. VII. Quęstio. An semper erit mare? an aliqñ deficiet? Cū Aristoteles mundū ponat inceptionis desitionisq; imunē, & mare itidē ponit semper fuisse, semperq; futurum. At quia mūdi credendū est fuisse exordiū, futurusq; durationis terminus, & de mari idē sentiendum est. Cęterum quādiu fuit hic mundus sensibilis, fuit & mare & quādiu futurus est, & mare itidem futurum, neq; totū vnq̄ corruptū est, neq; corrūpetur totum durante mundo. nā cum aquæ elementaris sortiatur vices & officium, ad vniuersi pertinet integritatem, eoq; desito incomple-

tus esset hic mundus, & rei naturalis vna species deperdita, quod natura prorsus abhorret. Quare non simile est iudicium de Nilo aut alio quouis particulari fluuio, qui natura totus desinere potest, nam quisquis is fuerit, duntaxat particulare est aquæ indiuiduum, ob cuius deperditionē non sequitur totius speciei deperditio, perinde vt ad Socratis interitum non sequitur humanæ speciei interitus. Mare autem, aquæ speciem conseruat, & eo corrupto, prorsus ea interiret species. Concedendum est tamen, nunc hanc nunc illā maris particulā successiue corrumpi, & earum nullam esse perpetuā, quēadmodū de igne, aere, & terra dicere & recte quidē solent. XI. Vt cineres per aquam sæpius transitum facientes. Aristoteles assimilat confertq; exhalationes eleuatas a fundo maris, cineribus, q̄ vtrunq; sit terrestre exustum. Aquam autem maris cōparat aquę particulari, per quam transiens cinis inducit ei salsedinem. Ita & exhalatio sępius aquam transiens, modo sursum tendendo, modo deorsum relabendo, aquā marinā inficit amaritudine. Neq; maris profunditas, aeris concauo & fundo intercepta, impedit eleuationem exhalationum ab imo. Nam vis calefactiua solis transit per aquam, sicut & illuminatiua, q̄ aqua non eam habet quam terra soliditatem, neq; densitatem atq; duritiem. Et quanuis maris fundum extrinsecam habeat & in conuexo humiditatem, habet tamen intrinsecam naturalemq; siccitatem quæ eleuandis exhalationibus sufficit. Neq; consimili ratione oportet paludes & flumina esse amara, q̄ sol ab eorum summa parte subtile & dulce eleuet, a fundo vero exhalationes. Tum q̄ fluuiorum aqua minus grossa & terrestris minus retinet exhalationum permixtum cum sursum educuntur, q̄ aqua maris grossior, & propter grossitiem plus exhalationum admixtum tenens. Tum q̄ exhalationes a fluuijs eleuatæ, subtiliores sunt & rariores. Hinc non consistunt in aere infimæ regionis, neq; deorsum recidunt, sed altius attolluntur. Maris autem exhalationes densiores & grauiores haud procul eleuantur in aere, & facile ob grauitatem relabuntur, relapsuq; suo amaritudinis occasionem præstant. Tum q̄ flumina angusta sunt, in quæ sol non tantam inducere potest eleuandarum exhalationum vim, & recedentes exhalationes, non in flumina sed quia paululum dimotę sunt loco, in terram relabūtur. Mare autem amplū, vehementiorem recipit a sole in totum agente, virtutem, & recidentes exhalationes q̄uis agitante vento paululū ab eo quo sublatę sunt loco mutentur, rursum in mare relabuntur. XIII. Et similis
circa Lingones existit. Lingones Gallię sunt populi, supra Heluetios, Heduos, & Sequanos vergen
tes, de quibus Lucanus in secundo ait, Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis. Apud eos ciui — Lingones
tas est episcopalis, vrbs Lingonensis nuncupata, in prouincia Lugdunensi & Francorum regno si-
ta. Ante bibebatur. Vt hæc carmina (quę ex decimoquinto Metamorphoseos Ouidianę sunt de-
sumpta) aliqñ detectiora clarioraq; habeantur, scitu non est indignum q̄ Centauri (qui & Lapithę)
sunt Thessaliæ populi, geminam formam (vt aiunt) hominis scilicet & æqui gerentes. Hinc bifor- — Centauri
mes, bimembres, & biferi dicti sunt. Hi ab Hercule & Theseo cæterisq; illustribus Græciæ viris in
nuptijs Pirithoi bello fusi profligatiq; sunt, vt refert Ouidius in duodecimo Metamorphoseos. Ci
cones, populi sunt Thracię iuxta Hebrum fluuium, Nostris oris, Samo. Nam hæc Pythagoræ (qui — Cicones
in his carminibus loquens inducitur) fuit patria, dicente Ouidio de eodem.

Vir fuit hic ortu Samius, sed fugerat una. *Est Samon & dominos.*

Est enim Calabria (cuius Crathis & Sybaris, de quibus loquitur, sunt fluuij) pars Italiæ. — Samos.
Samos autem insula est in mari Aegeo, Thraciæ adiacens. Helectrum ea est metalli mixtura, — Helectrū
quæ ex parte quadam auri & argenti conficitur. De quo Plinius. Aurum in quo quinta argen- — Plinius
ti portio est, helectrum vocatur. Salmacis nympha fuit vna ex comitibus, Dianæ, otiosa tamen & — Salmacis
ignaua, plus propriæ formæ q̄ venatui studens. Cuius procacitatem & amorem in Hermaphrodi- — Hermaphrodit⁹
tum Mercurij Venerisq; filium Ouidius in quarto suæ Metamorphoseos describit. Amythaone
natus. Melampus, medicus insignis, Amythaonis filius, de quo Virgilius. — amythaō
Phyllirides Chiron, Amithaoniusq; Melampus. — melāpus.
Is Pretidas, id est quatuor Preti filias ab insania liberauit, immissa illis (vt fabulantur) a Iunone, q̄ — Pretides.
se illi pulchritudine præferre præsumpserint, hac autem mentis agebantur furia, q̄ se vaccas esse
credebant, dicente Virgilio. *Pretides implerunt falsis mugitibus agros.*

Præter miracula hic adducta refert Strabo geographus libro decimo de situ orbis. Euboici au- — Strabo
tem amnes sunt Cereus & Nereus. E quorum altero si qua pecus potauerit, alba efficitur, ab altero — Cereus.
vero vellus atrum contrahit. Ad hoc idem & ad Crathim fluuium accidere fertur. Quod hoc qui- — Nereus.
dem disticho exprimi potest.

Sunt & aquæ, pecudum quæ candida uellera nigro,
Candidaq; ex nigro potæ in contraria uertunt.

¶Quinti cap. annotat. ¶Ab Vrsa, a polo arctico.

14 QVartum cap. continet vētorum causas, ipsorum gñationē, tria q̄ ex exhalatiōe gignātur, signa vbi ventorū incipit mot⁹. ¶Ventorum
causę. Efficiens, sol, & astra, Materia, exhalatio calida & sicca. — que causę sint uētorȝ
15 ¶Ventorū gñatio. Halituū (quēadmodū dictū est) duę sunt species, hac calida & hūida, quę vapor dicitur, hęc vero calida & sicca, quę nuncupatur exhalatio. Et sicut cælo circunlato eleuatur vapor qui frigido densante ac constringente iterum recidit in aquam, quæ hanc ob causam crebrior

Universidad de Deusto
Biblioteca

hyeme atque nocte fit, distribuiturque in omnem terram, ita a sole & cęlo eleuata exhalatione gignitur spiritus. Et necesse est non modo humida & calida eleuari, sed & calida & sicca, naturæque igneę, quorum copia in terra plurima est. Et apparet ad latus, & transuersæ nunc hac, nunc illac (quemadmodum dicitur) agitari atque flare. Neque verum est aerem spiritum, & nubem, idem substantia esse, vt aerem in quiete, ventum ipso agitato, & ad latus fluente, nubem vero cũ densetur, crassiorque fiat, in pendulo visibilis apparens. Namvapor calidus & humidus est, vt potentia aqua, huicque symbolum habens eleuatus facile stillat in aquam. Exhalatio autem calida & sicca, ex qua sumitur spiritus. Neq; potest esse aer fluens. Nam vt de fluuijs esse oportet principium aliquodvnde fluere incipiant, ita de ventis, quod minime qui diffiniunt eum aerem motum & fluentẽ, assignare possunt. ¶ Tria quod ex halatione gignantur signa. Primum, quia sicut multo eleuato vapore maior gignitur pluuia, & minore minor: ita multa eleuata ex halatione fit spiritus maior, & minore minor. Et suis temporibus (vt fieri nati sunt) fiunt; hinc anni pluuiosi, hinc flatuosi ventosique fiunt nunc hæc pars anni, nunc hęc regio. Secundum, quia spiritus cessare facit pluuiam, itidẽ & pluuia ventum: quia sunt contrarij: & contingit alterum in alterum permutari. Et eleuato vapore exsiccata manet terra: ex qua exhalatio expirat, & sursum ducitur, venti materia: qua sępe vapor superior & infrigidatus reprimit. Tertiũ, quia plurimi venti fiunt ab vrsa & meridie, quia sol inter vtrunq; meat, & multos eleuat vapores, & exhalationes multas, vnde nubes & vẽti fiant: quas non disgregat, quia remotus sit, & virtutis ab hoc inualidæ, necessario tamen vapores multos & exhalationes vt ex viridibus lignis eleuat. Et ab ortu & occasu & tropicorum loco nascuntur pauciores, quod sua illic fortitudine materiam dispergat & consumat. Neque valde frigido tempore, quod frig⁹ exhalationem extiguat. ¶ Vbi incipit ventorum motus? Ventorum obliquam esse lationem manifestum est, & sursum illius motus est principiũ, nam exhalatio a terra secũdum rectum eleuatur, quæ sursum ne altius feratur offendens obstaculum, ad latus conuertitur, & ĩ obliquum meat. Fit autem id manifestum. cum nubes aut caligo pendula fuerit, cuius motum statim spiritu vt flabello agitante percipimus, valẽtiorq; fit circa terram, & materiam illi ex qua gignatur, habet copiosiorem, habet itaque deorsum & a terra materiam: sursum vero suæ obliquę lationis initiũ. & sicut flumina vbi ortus principia habent, parua sunt, longius vero procedentia, semper noua rheumata & materias colligentia, increscunt, maioraque euadunt, ita & venti vbi ortum habent, modici: longe vero progredientes, insignes fiunt.

16

17

Varti cap. scholia. XV. Neque verũ est, aerem, spiritum, & nubem, idem esse. Quemadmodum quinto capite pręcedentis libri adduxit Aristoteles, nonnulli antiquorũ putarunt hęc tria, aerem, nubem, & ventũ, idẽ re ipsa esse, & sola ratione discrepare, quibus visus est astipulari Seneca, diffiniens ventũ esse aerem motum. Verum id veritati non est consentaneum. Nam tria prædicta non modo ratione, sed & re ipsa, & specie quidem differunt. Aer enim vnum est elementorum, simplex & purum. Nubes autem est vapor per frigiditatem condensatus, & ventus exhalatio ad latus mota. Vapor autem & exhalatio, cum sint mixta, ab aere, & etiam inter se specie dissident. Igitur & nubes quæ impressio est aquea, & ventus qui aera, itidẽ specie discrimen hũt ab aere, & inter se. Dicitur autem in litera vapor habere symbolum aquæ, quia potentia aqua, quia natus est in aquam facile conuerti, sicut & ex ea sumpsit exordium. Quãuis autem exhalatio sit symbola terrę, & ab ea sumens ortum, non tẽ credendum est similiter eam debere in terram conuerti, & ventos cito eam ob rem cessare. Nam exhalatio cum terra vna tẽ qualitate conuenit, videlicet siccitate, cęteris autem omnibus, caliditate, raritate, leuitate, subtilitate perspicuitate, a terra discrepat, vapor vero cũ aqua magis conspirat. Cęterumvt vapor ad aquam, ita exhalatio ad ignem, cui & symbola est, & naturę affinitate multũ propinqua, vertiturq; in ignẽ, sicut vapor in aquam. Et hoc tẽ non trahitur argumentum exhalationem ex qua fit ventus, incẽdi debere, & vento cessationis causam esse, qm̃ sicut non quiuis vapor in aquam soluitur, sed is duntaxat cui adhibetur sufficiens causa eiusmodi conuersionis, ita neq; quęcunq; exhalatio incendiatur, sed ea duntaxat cui adest sufficiens inflammationis causa, vtpote calor circunstãs, aut densum vehementer & violenter detrudens, ex qua detrusione cõsequatur incendiũ. huiusmodi autem causa minime adest exhalationi ventorũ. XVI. Tria q̃ ex exhalatione gignãtur signa. Exhalatio quæ ventis materiam præstat, cũ eleuatur, est calida & sicca, facile tẽ ex calido permutatur in frigidum propter loca frigida quæ transit. Hinc nosipsos vento refrigerij causa exponim⁹, qui regionem habitamus frigidiusculã. Boream quoq; perspicimus frigidũ, q̃ a septentrione spiret, loco algido ob solis distantiam, pertranseatq; montes niuosos & gelidos, a quibus suę frigiditatis trahit occasionem. Est enim aeri & corporib⁹ aereis insita pronitas, vt facile de calido in frigidum permutentur, & ediuerso, quod halitus nostri liquido constat argumento. Quem enim calidum sentimus manu prope os admota, eundẽ sentimus frigefactũ manu aliquanto distantiore. Cõsimiliter & auster humidus est, quanuis ex sicca genitus exhalatione, quia per ea transit loca, in quibus multos offendit vapores sublatos & propemodum in nubem conuersos, quos secum adducit, & pluuiæ materiam subministrat. Neq; idcirco oportet æstate plures fieri ventos q̃ hyeme. Nam ad eorum generationem solus calor non sufficit. sed requiruntur insuper corpora dẽsa & solida in principio medię regionis, quæ impediant exhalationes sursum attolli, huiusmodi autem corpora hyeme plura sunt, æstate ob æstum pauciora. Et quanuis exhalatio subtilis sit & rara, & eam ob rem diuisioni facile obnoxia, tamen interdum & ædificia subuertit, & arbores radicitus eruit, cum ventus est impetuosus, & maior eiusvis atq; violentia q̃ corporũ quib⁹ occurrit resistẽtia. Nullũ em̃ incommodũ est, minus densa & solida agere in ea quę solidiora sunt, vbi illorum maior est virtus, quã horum reluctamen virtusq; resistens. Neq; credenda est exhalatio sursum educta debere per distractas particulas (vt vapor per stillas pluuiales descendit) ad nos deferri. Nam vapor per guttas non descendit; nisi primum in nubem, & deinde in pluuiam conuersus, deperdita q̃ prius habuit forma substantiali. Nulla autem secundum substantiam fit transmutatio in exhalatione, sed eadem numero quę sursum ducta est, continuata, sine distractione delabitur, longoq; per aera tractu spirat.

vẽtos ex halatiõe generari.

¶ Quinti cap. annotat.

¶ Prodromi, venti octo diebus fere ante canis ortum exorientes. Oritur autem canis sole leonem subeunte. ¶ Etesiæ, venti sunt Boreales, ab Vrsa post æstiuales versiones liquatis niuibus flantes, ac die quidem spirant, nocte vero spirare desinunt. ¶ Ornithiæ venti sunt ex opposito flantes post solis hyemales versiones, Austri vero a meridie spirant. ¶ Aestiuales versiones sunt sole subeũte cancrum, quæ & æstiuale solstitium dicuntur. ¶ Hyemales, sole intrante Capricornum: quæ brumę dicuntur solstitium. ¶ Inhabitabile, male habitabile. ¶ A d, circulus cancri. b e, circulus equinoctialis. c f, circulus Capricorni, a f, zodiacus, g h, circulus arcticus i. K, circulus antarcticus l, polus arcticus nobis apparens. m, polus antarcticus occultus. Spatium a c d f, zona torrida. Spatium a g d h, zona media habitata. Spatium g l h, zona arctica frigore inhabitata. Spatium c i f K, quarta zona, & medię habitatæ opposita i k m, zona antarctica frigore vt g h l, inhabitata minor circulus, terra est, in qua secundum proportionem consimiliter & consimilibus literis hæ quinq; zonę sunt signatæ, o mare Indicum. p. mare Gaditanũ. o. p. maris Indici ad Gaditanum & Herculeas columnas distantia.



Vintum caput cõtinet cessatiõis vẽtorum & commotionis causas, vnde, & quo tempore flent. Etesiæ, ornithiæ & austri, & quinque zonarum terrę declarationem. Cessationis vẽtorum causæ. Primo, sol calore suo nimio spirituum materiam dissipans, ac dissoluens, cito terram exsiccans, prius quam multam habet exhalationem, ventos cessare facit, quemadmodum si paruum combustibile in magnum ignem proieceris, sępe prius quam fumũ emittat aduritur, quapropter circa Orionis ortum

18

Universidad de Deusto Biblioteca

& vsq; ad Etesias & prodromos maxime fit tranquillitas. Secũdo, idem facit valí dum frigus poros terræ constringens, & nihil expirare sinens. Causæ vero his op positæ, ventorum faciunt commotionem. ¶ Vnde, & quo tempore flent Etesiæ. 19
Ornithiæ, & Austri? Etesiæ flant ab arcto post solis æstiuales versiones, & ca nis ortum, boreæ liquatis niuibus, & gelu flantque de die & nocte desinunt. Diei enim calor exhalationem eleuare sufficit, & illorum inducere flatus, nox autem frigidam niues in die liquatas regelat flatusque reprimit, qui nisi orto iam sole & nouos reparante halitus, nouamque præbente materiam, flare non incipiunt. Et Ornithiæ post hyemales versiones ab opposito nascuntur loco, Etesijs de biliores, minusque continui, sed interpoles, ac intercisi, quod ad nos venientes, a sole, sub cuius latione ipsos ferri oportet dissoluantur. Austri vero post equinocti alem versionem a meridie oriuntur & spirant. ¶ Quinque zonarum terrę decla ratio. Quinque sunt in terra zonę. Vna vbi sol semper discurrit, feruentissima, 20
& inhabitabilis æstu. Secunda inter circulum nostri poli, & primam intercepta, quę frigore & estu temperata, habita est. Tertia est arctica quę semper a sole plu rimum distans, frigore riget, & frigore inhabitata. Quarta est ex opposito secundę inter illam torridam & sole supermeante vstam & occulti poli circulum media: sic temperie se habens, vt quæ est apud nos habitata. Quinta vero est antarctica, & verticis semper latentis, vnde fit vt terra secũdum circulum habitari nequeat. Nam secundum longitudinẽ quæ de polo ad polum attenditur, prohibet nunc frigus, nunc calor, & secundum latitudinem, quę de oriente in occidentem, & oriente in occidentem existit defendit aquarum multitudo. Et multum differt habitationis longitudo a latitudine, vt distantia maris Indici ad Herculeas columnas, ea quæ est ab Aethiopia ad Meotidem, & extrema Scythię loca, maior est q̃ quinq; ad tria. Nouerunt hęc qui nauigationes, & vias peregerunt, & itinera ipsa & spatia mensi sunt. & extrema horum locorũ inhabitata manent, hęc estu, hęc aquarũ immensitate. Et sicut ventos in nostra habitabili collocabimus, consimiles ex parte alterius poli intelligere debem⁹, vt sicut a nostro polo spirat Boreas, & non pertingit ad alterum polum, ita quoq; ex alterius poli parte alius flat Boreas, qui ad nos vsq; nostrumq; polum non pertingit. Neq; auster ab altero flat polo: sed ab estiuali flat versione, & exusto loco. Ille eñ locus propter solis viciniam nõ habet aquas, neq; pascua, neq; gelu, neq; niuem propter quorum liquefactionem fieri possint Etesię. Quia tamen ille locus maior, amplior & expansior est: maior est auster & estuosior Borea, & magis huc pertingens, quam Boreas illuc, sed de his hactenus. Nunc de ventorum positione dicendum est.

Vinti cap. scholia. XX. Quinq; zonarum terræ declaratio. Quinq; in cælo esse zonas, id est partes & regiones, supponunt astronomi, de quibus Virg. 1. Georgicorum.

Quinque tenent cælum zonæ, quarum una coruſco
Semper ſole rubens, & torrida ſemper ab igni.
Quam circum extremæ dextra lęuaq; trahuntur
Cærula glacie concretæ, atque imbribus actis
Has inter mediamq;, duæ mortalibus ægris
Munere conceſſum diuum.

Dextra, polo arctico.
Leua, polo antarctico.

Quibus itidem quinq; in terra zonas respondere, Ouidius in primo Metamorphoseos ostendit.

Vtque duæ dextra cælum, totidemq; ſiniſtra
Parte ſecant zonæ, quinta eſt ardentior illis
Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem
Cura dei, totidemq; plagæ tellure premuntur
Quarum quæ media eſt, non eſt habitabilis æſtu
Nix tegit alta duas, totidem inter utraſque locauit.
Temperiemq; dedit, mixta cum frigore flamma.

Duæ parte dextra, zona arctica.
& media inter arcticã & torridã.
Duæ parte ſiniſtra, zona antarctica, & media inter antarcticam, & torridam.

Vt distantiã maris Indici ad Herculeas colũnas. Mare Indicũ est quod fluit p Indiam, quę regio est orientalis, quare id mare orientale est. Mare aũt Gaditanũ est quod fluit in Gadibus extrema Hispaniæ insula, & in occidua mundi parte posita, vbi etiam sunt Herculeæ columnæ, quapropter

id mare occidentale est. Est ergo distantia maris Indici ad Gaditanum (quę in figura literę designa tur per o p) distantia orientis ad occidentem. Cum autem Æthiopia sit circa meridiem & torridam zonam & Meotis extremaq; Scythiæ loca circa septentrionem & arctum, distantia ab Æthiopia ad Meotidem est spatium terrę a meridie ad septentrionem. Et cum hæc sit pars terræ habitata secundum longitudinem, non complens quartam partem circuli, illa vero a mari Indico ad Hispaniam distantiam (quę per o p insinuari dicta est) sit pars terræ habitata secundum latitudinem, quę fere complectitur semicirculum, constat ꝓ pars terræ secundum latitudinem a nostris & huius hemisphærij terræ incolis habitata, fere est dupla ad partem terrę habitatam secundum longitudinem. Hic recte dicit litera, ꝓ habitatio terrę secundum latitudinem, ad eius habitationem secundum longitudinem, est plus quam quinq; ad tria. Est enim vt sex ad tria, pauca admodum excepta particula. Porro cum in litera, aliqua cęli zona aut habitata aut inhabitata dicitur, hęc denominatio a simili zona terræ illi parti cęli subiecta sumi intelligẽda est, vt zona cęli habitata sit, cui pars terrę subiecta habitata est. Contra vero zona cæli inhabitata dicitur, cui zona terrę respondens & supposita inhabitata est.

¶ Sexti cap. annotatiunculæ.

¶ Oriens æquinoctialis, est vbi sol oritur quando intrat arietem. Aestiualis, vbi oritur quando intrat cancrum. ¶ Hyemalis vero, vbi oritur quando intrat Aegocerotem. ¶ Et consimiliter occidens æquinoctialis, æstiualis, & hyemalis, vbi in illis signis occidit. Hegoceros, capricornus.

a Subsolanus, Apeliotes.	b Fauonius, zephyrus, Ornithias
c Auster.	d Boreas, Septentrio, Aparctias
e Cæcias, Hellespontias	f Africus, Libs, Notus
g Eurus, Vulturnus	h Corus, Argestes, Olympias
i Euroauster, Phœnias.	K Thrascias
l Libanotus	m Aquilo, Meses.

¶ Meses simplos dicitur, ꝓ Boreæ & Cęciæ medius sit.



Extum cap. cõtinet ventorum situationem, & qui adinuicem sunt contrarij, eorũ naturas & cõplexiones. ¶ Quomodo venti situentur, & qui adinuicem sunt contrarij. 21
Id hoc modo deprehendimus. Intelligatur circulus horizon (est enim is circulus, qui partem cæli visam dirimit a non visa) sitq; a orientis æquinoctialis punctus b. occidentis punctus ei opposit⁹, & intelligatur recta a b. Sit iterum c punctus meridiei d ad vrsam punctus oppositus, & ducatur linea c d quę diametraliter secabit a b. Intelligo pręterea e punctum orientis estiualis, & f punctum occidẽtis hyemalis, oppositum. eorum vero lineam e f. g punctũ oriẽtis hyemalis, h punctũ occidentis estiualis, oppositũ, eorum lineã g h. Intelligo deniq; i punctum mediũ inter g orientem hyemalem, & c punctum meridiei, & K eius oppositum & eorum lineam i K & l punctum inter f occidentem hyemalem, & punctum meridiei, m vero punctum oppositum, & eorum lineam l m. His itaq; duodecim pũctis signatis, & eorũ ductis lineis, duodecim in ipsis ventos situamus in nostro horizonte, & hemisphęrio, & totidem & cõsimiliter sub altero hemisphęrio locare decebit. Ventus vero quem situamus in a oriente equinoctiali, & ab ipso flatum ducens, subso-

Universidad de Deusto Biblioteca

lanus vocatur. Flans vero a puncto b occidentis oppositio. Fauonius, ei cōtrarius. sumuntur enim secundum diametrum, secundum quam plurimum distant, hos autem supponimus esse contrarios. Quē locamus in c, Auster, & qui est in d eius oppositio, Boreas, ei contrarius. Qui in e oriente æstiuali insurgit. Cęcias, ei contrarius in f, Africus. Qui in g oriente hyemali. Eurus ei contrarius in h Chorus. Qui in i, Euro auster, ei cōtrarius in k. Thrascias. Qui in l, Libanotus, ei vero contrarius in m, Aquilo. & hi præcipui sunt venti, modo quo positi sunt adinuicem contrarij. Vnde a & c Subsolanus & auster, & ij vniuersaliter qui secundum eandem diametrum non sumuntur, contrarij nō sunt. Et hi quatuor, Subsolanus, Fauonius, Auster, & Boreas, omnium principalissimi sunt. Et australes sunt calidi, Boreales frigidi, orientales minus austris calidi, occidentales vero minus. Borealibus frigidi. Et plures venti ex parte boreę gigni videtur, quia illic plurima nix & aqua, quę vbiq; liquata spiraminū materiam prestet. ¶ Eorum naturæ & com 21
plexionis. Venti contrarij secundum diametrum se simul flare non permittunt, sed valentior debiliori obluctatur, violentiāq; infert, & ipsum cessare cogit. Venti oppositi maxime flant circa tempora opposita, vt Cęcias circa equinoctium veris. Africus circa autumnale, circa estatem Corus, circa hyemem Eurus. Oppositi venti idem aut oppositum faciunt vt Eurus & Corus in principio siccant. Auster calet, Boreas algidus est, & seriem sequendo, Subsolanus, Cęcias & eurus tepidi sunt. Eurus in principio siccus, consummans, aquosus. Subsolanus, minus siccus. Cæcias, non serenus. trahit enim ad se vapores & nubes. hinc exijt prouerbium, Trahit ad se malum, sicut Cæcias nubem, & est humidus. Fauonius, Africus, & Corus, suffrigidi. Corus siccus in principio, aquosus in fine. Auster, Euroaster & Libanotus calidi sunt. Auster noxius. Libanotus magis humidus, vicini Africi & Noti naturam participās, hinc sereni sunt Boreas, Thrascias, Aquilo, alios cessare faciunt, prope flantes & vehementes, aera purgant, serenitatem adducunt, nisi sint vehementia frigidi, tunc enim plus coagulant & cogunt quam propellant. Boreas grandinosus. Aquilo niuosus, frigidissimi maxime coruscationem facientes. Et Corus cum his in natura conuenit. Boreas saluberrimus. Et de ventis tantilla sufficiant.

Duodeci Ventorū positiō nemrōnabilē esse.

Sexti cap. scholia. XXII. Intelligatur circulus horizon. Aristoteles ventos ponit secundum notabilem horizontis partem vt duodecimam sumptos, & non coincidentes. Possent enim alioqui tot sumi: quot sunt in nostro horizonte signabilia puncta. nam a quouis eorum quispiam ventus ortum ducere posset. Verū huiusmodi vēti non essent insigniter abinuicem distincti. A qualibet itidem parte terrę possunt eleuari exhalationes ex quibus fierent venti, sed ij secundum flatum aut in toto aut in parte essent coincidentes & adinuicem confunderentur, neq; adeo possent internosci diuersi, vt ij quos Aristoteles ponit secundum partes satis abinuicem distantes sumptos. Similiter cum quatuor sint venti pręcipui, inter quoslibet duos possent poni, tres intermedij, quorum vnus ab vtroq; præcipuorum æquidistaret, secundus vni illorum propinquior esset, & tertius alteri, & hoc pacto sumpti essent sexdecim venti, quorum vnusquisq; secundum decimamsextam horizontis partem desumeretur. Verū cum partes illę horizōtis & minores sint, & sibi inuicē propinquiores q̄ cum solum in duodecim partes dirimitur horizon, illi secūm flatū & spirationis spatium coinciderent, neq; tantā haberent distinctionis euidentiam, quantam nunc habent. Neq; ex numero quaternario qualitatum primarum, argumentum efficax sumitur quatuor duntaxat ventos esse debere. Nam tametsi naturæ & proprietates ventorum secundum illas sumūtur, non tñ eorum numerus & distinctio, quin potius a partibus horizontis a quibus sui flatus capiunt exordium. Et quanuis quatuor solum sunt partes horizontis pręcipuę. Oriens, Occidens, Miridies, Septentrio, & secundum eas quatuor venti præcipui. Subsolanus, Fauonius, Auster, Boreas, vnaquęq; tñ illarum partium principalium duas habet horizontis partes circumpositas, & altrinsecus iacentes, a quibus sumuntur venti collaterales, tanta abinuicem intercapedine distincti, vt flando non coincidant. Hincvnusquisq; principaliū ventorum duos habet ventos minus principales, & sibi annexos, atq; proxime altrinsecos. Et hi quatuor, Subsolanus, fauonius, Auster, & Boreas, omnium principalissimi sunt. Poetæ præcipuum ventum orientalem Eurum dicunt quod Subsolano sit proximus. Occidentalem autem pręcipuum. zephyrum q̄ Fauonio ad latus propinque adiaceat. Meridionalem autē (vt & hic Aristoteles) Austrum vocant, & septentrionalem, Boream quod Manilius ita expressit.

Asper ab axe ruit Boreas, fugit Eurus ab ortu.
Auster amat medium solem, Zephyrusq; profundum.

Et Ouidius in sua Metamorphosi.

Eurus ad auroram Nabatheaq; regna recessit,
Persidaq;, & radijs iuga subdita matutinis.
Vesper, & occiduo quæ littora sole tepescunt,
Proxima sunt Zephyro. Scythiam, septemq; Triones
Horrifer inuasit Boreas. contraria tellus
Nubibus assiduis pluuioq; madescit ab Austro.

XXII. Libanotus magis humidus, vicini Africi & Noti naturam participans. Africus (qui & Notus) nubifer est, & humidus, atq; pluuiam gignens, teste Ouidio.

Madidis Notus euolat alis,
Terribilem picea tectus caligine uultum.
Barba grauis nymbis, canis fluit unda capillis,
Fronte sedent nebulæ, rorant pennæq; sinusq;.

Boream itidem esse violentum & vehementem (vt paulo post hęc habet litera) ostendit Ouidius, ipsum vt ista loquentem inducens.

Apta mihi uis est, hac trijstia nubila pello.
Hac freta concutio, nodosaq; robora uerto.
Induroq; niues, & terras grandine pulso.
Idem ego cum fratres cælo sum nactus aperto,
Nam mihi campus is est, tanto molimine luctor,
Vt medius nostris concursibus insonet æther,
Exiliantq; cauis elisi nubibus ignes.
Idem ego cum subij conuexa foramina terræ,
Suppositq; ferox imis mea terga lacertis,
Sollicito Manes, totumq; tremoribus orbem.

¶ Septimi cap. annotat.

¶ Ruina, casus.

23 Septimum cap. continet tres de terręmotu opiniones, primę reprobationem & tertiæ tribus rationibus. ¶ Tres de terræmotu opiniones. ¶ Prima est Anaxagoræ. Inquit enim Anaxagoras Clazomenij partem sphæræ, quæ supra nos est, sursum esse: & quæ sub pedibus, esse deorsum: & aerem natū sursum ferri, qui in eius inferiora concaua incidens, imo vero ab inferiori parte totū quatiens, facit terræmotū. Sed hæc causa vsq; adeo exilis & parua est suūq; prodens defectū, vt vix reprobatione egeat. Stultū est enim putare ignem in altero horizonte non similiter ad cælū ferri, sicut in nostro habitato apparet. & illic cælum non esse sursum, terram vero in medio globosam (vt hic) deorsum. Et q̄ ab inferiori aere concussa tremat & moueatur hoc ter
24 ræmotij non conuenit accidentibus. nā vbiq; tremeret tremit aūt certis in locis, regionibus, atq; tpibus. ¶ Secunda est Democriti. Dixit em Democritus, Abderites terrā plenam aqua, & aquā multam ex pluuia recipere: quę (cum susceptacu
25 la plena sint) exuberans facit terræmotū, & terram in concaua decidere. ¶ Tertia est Anaximenis Milesij. Inquit enim terrā deplutam hinc siccari, & fortiter siccatam rumpi: & ab his frustis ruinā pręcipitiūq; facientib⁹ concuti, fieriq; terræmotum. Hinc quoq; fit in magnis siccitatibus fierivideri, & etiam in pluuiosis q̄ super humectata ruinæ iā præparata cadat. sed non ita esse videtur. ¶ Primo. Quia oporteret terram iam multipliciter subuersam ruinamq; fecisse apparere. ¶ Secundo. Quia hæc causa esse non potest circa aliqua loca frequenter trementia, vbi talis excessus ad alia non est. ¶ Tertia. Quia oporteret semper minores & pauciores terræmotus futuros expectare, & tandem cessare: q̄ terra tantū decideret, vt non amplius sit terræ tremor futurus, hoc autem esse non potest, quare neque hæc causam esse existimandum est.

Septimi cap. scholia. XXIII. Et quę sub pedibus, esse deorsum. Falso existimat Anaxagoras quicquid pedibus nostris subsitū est, id deorsum esse. Nam quę in nostro hemisphario sunt deorsum, vt terra & aqua, & in altero itidem sunt deorsum. Et quæ hic sursum, vt aer & ignis, & illic. Cælū autem tam hic q̄ illic sursum est, nō vt sursum notat locum rerum naturalium ad quem ferūtur leuia, sed supereminentiam, quia vtroq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſnſitu corporibus naturalibus ſupereminet atque ſuperfertur. Porro verum eſt aerem natum ſurſum ferri, in ſuo quidem hemiſphærio, vt aer hui⁹ horizontis ferri natus eſt ad locũ ſurſum huius hemiſphærij, & aer alterius ad locum ſurſum alterius. At non eſt aer alterius hemiſphærij natus ferri ad locum ſurſum huius hemiſphærij, vt opinatus eſt Anaxagoras. nam tunc prius deorſum moueretur, ſcilicet ad concauum huius aquæ & aeris, quod naturæ aeris prorſus repugnat. Quare non oportet inferiorem aerem detrudere terram, & eam conari ſuo loco dimouere, vt neque huius partis aer terram impellit. Nam ſi id oporteret, cum totus aer conaretur ſurſum aſcendere, vnaquæq; pars aeris impelleret partem terrę ſibi reſpondentem. Et id quidem vbique & ſemper fieret, cum ſemper aer natus ſit ſurſum ferri. Tremor autem terræ non in omni fit loco, neq; omni parte terrę, ſed vbi & quando materia fuerit diſpoſita. XXIIII. Secunda eſt Democriti. Quanuis hanc poſitionem inpræſentiarum non refellat Philoſophus, non eſt tñ idcirco veritati conſentanea. Nam falſo ponit terram eſſe aqua plenam. Eſt enim ſolida, ſuiſq; partibus oppleta, & non concaua, quãuis non nullæ ſint in terra voragines & lacunę ab aquis exeſę, perinde atq; ſi globum intellexeris ſolidum in aqua, quæ rimas ligneo globo inducens, in interioribus ſuſcipiatur partibus. Verum quota terræ portio aquis oppletur, aut intra ſe aquam ſuſcipit? Inſuper inſiciandum eſt terræmotum fieri per aquam exuberantem atq; effluentem. Fit enim ſępenumero terræmotus nulla ex terræ concauitatibus aqua defluente, quanuis interdum quoque fiat concuſſio terræ exeunte aqua, quod forte potuit Democritum inducere in hanc opinionem. Verum illius cauſa ex ſequenti pendet capite. XXV. Tertia eſt Anaximenis Mileſij. Potuit Anaximenes trahi in huius poſitionis perſuaſionem, q̃ experientia compertum habemus quę humore compacta ſunt, eadem ſiccitate diſſolui, vt oſtendit lutum. Hanc ob rem, terram prius deplutam, & deinde ſiccam, poſuit per fruſtra abrumpi. Verum res ſiccitate diſſolui, intelligendum eſt de ijs quæ naturalē propriamq; non habent ſiccitatem, ſed eam duntaxat quæ ab extrinſeco eſt inducta. Terra vero natiuam, ſuæq; naturę accommodam habet ſiccitatem, qua partes adinuicem continuatas ſeruat. Quod ſi terręmotus fieret (vt poſuit Anaximenes) ob diſtractionem partium terræ, illa ſubuerſio nobis deberet eſſe conſpicua, & frequentior fieri in ijs locis vbi frequentiores fiunt terręq; concuſſiones, & tandem ceſſare terręmotus, cum omnes terręq; partes (quia finita eſt) eſſent abruptæ. Horum autem vnumquodq; falſum eſt, & potiſſimum tertium. nam quandiu hæc mundi conſtabit ordinatio, futurum eſſe terręmotum natura neceſſe eſt, ſicut futuros ventos & fluuios.

¶ Octaui cap. annotat.

¶ Helleſpontus ſtrictum mare, quod a Tenedo famigerata in conſpectu Troiæ inſula ad Propontidem protenditur. ¶ Eubœa, percelebris inſula Atticæ adiacens. ¶ Aedepſus, vrbs Eubœæ. Circa Aedepſum erant balneæ calidę Herculis. ¶ Spaſmus, corporis contractio. ¶ Tetanus, ſpaſmi ſpecies. ¶ Sypilus, vrbs Phrygiæ.

Octauum cap. continet cauſas terræmotus, eius gñationem, decem q̃ ab exhalatione proueniãt ſigna, & ſeptẽ eius accidentia. ¶ Terræmotus cauſę. Efficiens, ſol & aſtra, & ſpiritus terra incluſus. Materia, exhalatio. ¶ Eius gñatio. Terra naturaliter ſicca eſt, aquæ multitudinem in ſe continens: quæ a ſole calefacta, & multis quæ in ſe tenet igneis corporibus, multum ſpiritum intra ſe concipit: qui quia ſubtiliſſimus, ocyſſimus, & vehementiſſimus eſt, huc illuc euagatus & diſcurrens, terra vehementer concuſſa, plerunq; eius motum & tremorem parit. quęrit enim exitũ, & in ſuũ locũ euolare. At aliqñ totus exit, flãma plerunque ex colliſione concepta, aliqñ vero ſine flamma. aliqñ pars exit, pars autem altera cõſtricta atq; clauſa manet. Vñ fit vt neq; aer neq; aqua faciant terręmotũ. ¶ Decem ſigna, q̃ ab exhalatione & ſpiritu proueniat terręmotus. ¶ Prima. Quia plurimum fit tranquillo tempore, q̃ exhalationes plurimæ in terra ſint recluſæ. Et quanto plures, maior fit: quanto vero pauciores, minor. eſt enim ſpiritus continuus, quem oportet aut intra aut extra fluctuare. ¶ Secundum. Quia maxime fiunt de nocte, & circa diluculum: quod ſoleant tunc incipere flatus. & in meridie, ſi contingant in die, quia tunc ſol maxime obtineat, & exhalationem declinet in terram. ¶ Tertium, Quia circa ſubter antroſa, ſubterq; inania loca, in quę defluat mare, ſæpe intremiſcit tellus. Hac de cauſa ſæpe fit circa Helleſpõtũ, Achaiam, Siciliam, Eubœam: & thermæ circa Aedepſum factę ſunt. Fit illic enim anguſtia, & maris multitudo in terram ſpiritum iterum repellit efflare, ideo anguſtat atq; premit. ¶ Quartum. Quia maxime fiunt terræmotus vere & autumno,

temporibus pluuioſis, & in ſiccitatib⁹. quia ei hęc tempora ventoſa ſunt & pluuioſa, præbent multam in terra exhalationis gñandę occaſionem. ſic autem illam recluſam monſtrant, & ad ſpiritum gñationem aptitudinem. ¶ Quintũ. Quia ſpiritum impetum, vimq; agitandi præualidam percepimus non modo in aere, vbi ſolidiora robora velluntur, ędificia funditus euertuntur, ſed & in corporibus animalium: vbi ſæpe ſpiritus clauſus facit tremorem. quod & ſępe accidit poſtvrinę emiſſionem, & ſæpe membrorum contractionem & ſpaſmũ inducit, & tetanum. Et aliqñ vſque adeo membra valide agitat, mouet, & concutit, vt intremula & quieta teneri haudquaq̃ poſſint. Obtinere itaq; in terra nonnunq̃ ſpiritũ, veriſimile exiſtimare oportet. ¶ Sextum. Quia tpibus noſtris accidit terręmotus, qui prius non deſtitit, q̃ ventus egreſſus fuiſſet vt ecnephias. ¶ Septimũ. Quia circa Herecleam quæ eſt in Ponto, idem accidit. Factus em̃ extitit terręmotus tumor vt collis. quo tandem diſtentione rupto, ingens & multus erupit ventus, ignem & cineres eleuans, & Liparæorum vrbem non longe hinc exiſtentem ambuſſit, vertitq; in fauillas: & flatũ dirigens in Italiam, vrbibus Italicis multa attulit incõmoda. Quod & prius accidit circa Sacrã inſulã, quę eſt vna Aeoliarũ inſularũ. ¶ Octauum. Quia ſæpe ſoni ex exhalatione conſtricta cauſantur: quemadmodũ a longe ſonus maris repercuſſi exauditur. ¶ Nonum. Quia paulo ante terręmotũ ſol obſcurus ſine nube videtur. hoc enim facit apparere egrediens ſpiritus, & ad auoram tranquillitas & frigus, ob ſpiritum calidũ recluſum. Et poſt occaſum ſerenitate exiſtente, nebecula ſtricta & longa porrecta videtur, & terręmotus prenũcia: quẽadmodum in maris fluctibus accidit præcurrere tenuem vndam: quam gens mari finitima, aquę filum nuncupat. ¶ Decimũ. Quia ſæpe circa lunæ eclipſes contingunt terræmotus: q̃ tunc marceſcat calidum, & eo tempore flatus agitari ſoleant. ¶ Terręmotus ſeptem accidentia. ¶ Primũ. Terręmotũ ad quadraginta dies ſe extendere contingit: & viſus eſt aliqñ per duos annos circa eadem loca perduraſſe. Hoc enim facit ſpiritus multitudo, & laterum terræ concuſſorũ ſolidítas, & præſtita reluctantia: vt ſpiritus animantiũ corporibus clauſus non repente ceſſat, ſed longa morã fit marcidus. ¶ Secundũ. Fiunt ſoni in terræ tremorib⁹. Nam percuſſus aer & ſpiritus omni modo emittit ſonos: itidem & percutiens. nihil enim differt, repercutitur enim repercutiẽs omne. & præuenit ſonus terręmotum. nam magis ſpiritu per omne penetrat ſonus. Et ſi exhalatio non ſufficeret agitationem inducere, ſonus ſine terræmotu audiretur. quod ſæpe iam accidiſſe viſum eſt. Offendens enim ſpiritus ad ſolidas moles, omnimodarũq; figurarum, omnimodos edit ſonos pro varietate cauernarum, cuniculorum, atq; antrorum diuerſos: vt aliqui aliqñ prodigia enarrantes dixerint viſam nonnunq̃ mugiſſe terram. ¶ Tertium. Cum terræmotu aliqñ magna aquæ multitudo erumpit, q̃ exhalatio eam extra pepulerit, vt aquę fluctus nonnunquã extra terminos. Et circa Achaiam contrarijs ſpiritibus, interiore Boreæ motum imitante, extra vero Auſtro, factus eſt terręmotus & apertio, & tanta maris eruptio pellente auſtro, vt cataclyſmus factus ſit. Et aquę terræmotum non faciunt, patiuntur em̃ ſolum, ſpiritus aũt, illi⁹ (vt dictũ eſt) cauſa eſt, & principiũ, & ſedimentũ fluctus fecit cataclyſmum. ¶ Quartũ. Terræmotus ſecũdm modicã terræ partẽ fiunt, ſpiritus autẽ ſecundum ipſius amplitudinem. ¶ Quintum. Interdum fit multæ exhalationis in latum (vt tremor quidam) agitatio: interdum vero in altum, vt quidam pulſus. Et qui fit in altũ, plus agitat, multamq; a profundo enaſcentẽ manifeſtat exhalationem. Eum tñ qui alternatim in altum vibrat, & alternatim reſidet, tripudio aſſimilis, & cũ concurrentia tecta contrario ictu arietant (q̃ aliter motus alteri reniti videatur) minus periculoſum perhibent. ¶ Sextum. Vbi talis ſeiſmus, & ſpiritus eruptio, multi lapilli ebullire ſolent. Sic enim circa Sipylum euenit, cum ſeiſmo euerſa loca fuere, & campus quem greci Phlegræum dicunt. Idem & cir-

ca Ligusticam regionem euenisse memoria proditum est. ¶Septimum. In ponticis insulis minus contingit terræmotus quam in cæteris. nam frigiditas & maris pondus exhalationes in ipsis reprimit. De terræmotu hactenus.

Exhalationē inclusā terræmotū efficeret.

OCtaui cap. scholia. XXVII. Eius gnatio. Terra naturaliter sicca est. Nō obstat exhalatio num intra terram gnationi, ipsius terræ opacitas atq; soliditas. Nam quanuis illa luminis intra terram impediat diffusionem, nō tn caloris, qui lumine penetrabilior est, & a cælo atq; sole, pductus, penitiores interioresq; terræ partes sua virtute subit, exhalatiōesq; (adiuuantibus igneis, quæ in terra plurima sunt, corporibus) substollit, effectrices concussionis terræ, perinde atq; per laneum pannum densæ contexturæ ignis calorem persentiscimus, per quem tn eius luciditatem minime percipimus. Fit autem huiuscemodi terræmotus a principio ipsi terræ extrinseco, hoc est innaturali, & disconueniente, vtpote ab exhalatione quę terrā non quidem totam, sed secundum aliquam partem violenter agitat, quanuis exhalatio sit intrinseca terræ secundum situm & collocationem, quod intra eam contineatur. Id tn haud quaquam conuincit motum illum terræ naturalem esse. Mouetur autem exhalatio inclusa, a sua forma substantiali, exitum quærens quo in suum feratur naturalemq; locum, & mouet terram, a qua valide resistente rursum deprimitur, & alternatim vicissimq; nunc terram agitat impetuosa, nunc repercutitur & resilit. Neque credendum est exhalationi patere exitum per poros terræ. nam pori terræ admodum exigui sunt, angusti & stricti, neq; per eos tanta exhalationis multitudo exire posset vnquam. Hinc assiduę concussionis, violētia in parte terræ debiliore fit ruptura amplior & apertura qua exit exhalatio, & tum demum cessat terræmotus. Neq; simile iudicium est de exhalationum supra terram existentiū multitudine, & ea quæ intra terram. Nam quę supra terram est, per eam non impeditur quo minus in suum feratur locum. Quæ vero terræ inclusa est, velut arcto detenta carcere, molitur viam exeundi, & coercendi eam terrę vim infert perquam validam. Præterea non existimandum est terręmotum fieri ab igne, cp interdum cum terræmotu visa est erupisse flamma. Neq; ab aere, quod existente terræmotu, varn in terra audiantur soni. Neq; ab aqua, quod nonnunquam vi terræmotus effluxerit aqua, vt ostendit litera. Non enim hęc accidunt in terræmotu, quod sunt ipsius causę effectrices, sed ignis eruptio ex vehementi collisione exhalationis ad latera terrę contingit, quæ excitat incendium & inflammationem, sicut in nube cum fit coruscatio. Soni verò audiuntur, quod non modo in arte simplici efformari nati sunt, verumetiam in corpore aereo, quale est exhalatio vehementer illisa terrę, ex qua sane illisione diuersi eduntur soni, haud secus ac in nube tonitruum. Demum concauitas terrę eructat & eiaculatur aquam, quod ipsa violenter expellatur ab exhalatione facientę terręmotum, & petente exitum. Offendens autem halitus ipse aquam tanquam abinuicem, atq; liberioris exitus impedimentum, eam eiectat, suumq; dimouens obstaculum, impetuose eandem depellit. XXVIII. Et Liparęorum vrbem non longe hinc existentē. Lipare, vna est ex insulis Aeolis, sic quoque teste Plinio lib. tertio naturalis historię cognominata a Liparo rege, qui post Aeolum regnauit. Vn Liparęus penultima longa diphthongo, deducitur. Sacra autem insula (cuius eodem in loco meminit litera) a Græcis Hiera, id est sacra vocatur, quod ea prępcipue Vulcano sacrata sit. Et ipsa itidem vna est insularum Aeoliarum. Sunt autem insulę Aeolię in freto Siculo, Italię contermine, quas & Plinius & Solinus septem esse ponunt. Has Itali reste Solino Vulcaniasvocant, quod ille instar Aetnæi montis soleant interdum flammas euomere, & eructare incēdia. Inde quod illic multa sint corpora ignea, vt sulphurea, copiosa ventis & terræmotui materia paratur. Hinc vehementes venti & frequentes terræmotus ibidem fiunt. Quare Aeolum ventorum deum poetę finxerunt. XXIX. Interdumvero in altum vt quidam pulsus. Hunc secundum terręmotus modum, qui fit exhalatione terram in altum distendente. Ouidius ita exprimit.

Lipare.

Hiera.

Insulę Aeoliæ.

Vis fera uentorum cæcis inclusa cauernis,
Expirare aliqua cupiens, luctataq; frustra
Liberiore frui cœlo, cum carcere rima
Nulla foret toto, nec peruia flatibus esset
Extentam tumefecit humidum, ceu spiritus oris
Tendere uesicam solet, aut direpta bicornis
Terga capri, tumor ille loci permansit, & instar
Collis habet speciem, longoq; induruit æuo.

Sextum vbi fit talis seismus & spiritus eruptio. Seismus, terrę tremor atq; succussio dicitur a græcis. Campus autem Phlegręus (cuius meminit idem locus literę) locus est in Thessalia a crebris fulminum ictibus, quibus frequenter infestatur, ita cognominatus. In quo Iouem cum Gigantib⁹ depugnasse, Gigantomachiamq; contigisse fabulantur Poetæ, vt hoc carmine Ouidius.

Sparsaq; Phlegræis uictricia fulmina campis.

Verum id non aliam ob causam effinxisse videntur, q̄ cp in Thessalia (vt & Sicilia) multa sint corpora ignea, vt bituminea & sulphurea, a quibus eleuatur exhalationum multitudo, tonitruo & coruscationi copiosam materiam prębentium. Hinc frequentiora apud vtr[illegible] atq; [illegible]gionem tonitrua & fulminum ictus, q̄ apud cæteras plerunq; contingunt. Et eandem fortasse [illegible] ob causam confinxerunt Poetæ, Vulcanum & Cyclopes in monte Aetna Iouis arma (quæ fulmina sunt) fabricare.

¶Noni capitis annotatiunculę.

¶Coruscatio, fulgur, fulgor, fulguratio.

30 NOnum cap. continet tres de tonitruo & fulguratione antiquorum opiniones, earum reprobationes, primæ duabus rationibus, & secundę tribus. ¶Tres de tonitruo & coruscatione opiniones. Prima est Anaxagoræ dicentis ignē a sua sphæra in nubem decidere: & eius emicationē, fulgurationem esse: eius vero extinctionem, imo extinctionis stridorem, esse tonitruum. Sed id non esse verum, cognitu deprehendere difficile non est. ¶Primo. Quia ignis natura est sursum conscendere: non autem descendere. Causam igitur dicturus erat quo pacto a summo æthere (vt ait) in nubem se prępcipitem dedat, & illabatur. ¶Secundo. Dicat Anaxagoras cur potius ignis ille se tempore nubilo demergit, quam serено. videtur autem nunq̄ in temporis serenitate se in prępcipitium demittere. neque igitur nubilo tempore. ¶Secunda est Empedoclis dicentis ignem in nube ex radijs in se inuicem concurrentibus, & se sępe replicantib⁹ segregari. eius emicationem, fulgurationem esse: & eius extinctionis stridorem & crepitum esse tonitruum. Sed neque id quidem verum apparet. ¶Primo. Quia æque fieri deberet in qualibet nube: cum radij in qualibet inter se consimiliter incurrāt. hoc autem falsum. ¶Secundo. Quia eadem ratione dicere liceret, niuem, grandinem, imbrem, & consimilia, quod a nube segregarentur fieri. ¶Tertio, quia cum a sole aut igne incalet aqua, nunquam talis segregatio apparet. consimili tn ratione id fieri oporteret. igitur neq; fit in nube. ¶Tertia est dicentium fulgur non apparere propter ignem: sed quemadmodum percussa aqua de nocte fulgere videtur, ita quoque se collidentibus nubibus fulgorem emittere. Sed hi consuetudinem non traxerant ea cognoscendi, quę refractione fiunt. ¶Fit enim fulguratio de die, non autem aquę percussę fulgor. ea enim fulgere videtur percussa, refracto ab eavisu ad aliquod fulgidorum. Et de nocte & non de die videtur, quod diei maius lumen, minus extерminet obtundatque.

primo anaxagor de tonitruo

empedocles de [illegible]

NOni cap. scholia. XXX. Eius vero extinctionem, imo extinctionis stridorem esse tonitruum. Sicut ferrum candens aquæ immersum cum extinguitur stridet, quod Ouidius apte expressit hoc modo.

Terribilem stridore sonum dedit, ut dare ferrum
Igne rubens plerumque solet, quod forcipe curua
Cum faber eduxit, lacubus demittit, at illud
Stridet, & in tepida submersum sibilat unda.

cōparato facta & tonitruo

Haud secus (inquit Anaxagoras) ignis ex sua sphæra decidens in nubem, ab eius humiditate & frigiditate extinguitur, stridoremq; parit, qui dicitur tonitruum. Verum non recte potest Anaxagoras defendere ignis e suo loco delapsum in nubem. Is em non potest esse naturalis, cum sit ignis natus in suo loco quiescere. Neque violentus, cum nulla possit assignari vis extera, quæ ignem deturbat atque prępcipitet. Non recte itidem ponit emicationem ignis, cm in nubem cadit, esse fulgurationem. Nam ignis in sua sphæra non est oculis nostris peruius, ob suam raritatem, quā seruat eandem cum delabitur. quare cum cadit in nubem, nō est ignis emicatio, quæ fulguratio dicatur. Et de nocte & non de die videtur. Non exterminat maius diei lumen, ipsum minus, secundum existentiam. nam si maius est lumen diei, oportet & minus esse, vt eius partem, quin potius minus augetur per maioris accessionem, sed secundum apparentiam, & perceptionem ab oculo. Adeo em lumen insignius atque illustrius oculos offundit atque oplet, vt minoris tum percipiendi dnudicandique non relinquat eis facultatem. Et hanc ob causam astra erst diurno tempore in nostro lucent hemisphærio, conspicua non sunt, quod eorum lumen a maiore solis lumine haberetur ac obtundatur, sicut & minor sonus a vehementiore ne hauriatur auribus impeditur.

¶Decimi capitis annotatiunculę.

¶Quanquam fulmen, nomen commune sit ad omnem exhalationem quæ e nube erumpit, eiaculaturq; ardens: peculiare tamen ipsum faciunt ad eam quę nubem perrumpit, & fulgetrum nuncupant eam, quę lōgiore tractu nubem findit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tonitrui cause quomodo fulmen fiunt

DEcimum cap. causas tonitrui, fulgurationis, & fulminis, & illorum gñationem continet. ¶ Tonitrui, coruscationis, & 13
fulminis cauiæ. Efficiens, sol, astra, materia, exhalatio.
¶ Tonitrui, fulgurationis, & fulminis gñationes. Duplici existente spiratione, hac humida, hac vero sicca, & vtraque simul eleuata, & consistere in nube: illa cum sursum magis fuerit eleuata, ob loci frigiditatē densatur, & magis quidem a summa parte. exhalatio autem clausa, e denso exitū que- 3 1
rens, valido motu fertur in nube: & densæ nubis latera valide concutiens, sonum edit, qui dicitur tonitruum. & secundum naturam cauæ nubis, & densi & rari varietatem, varij edūtur soni. Et si licet magna componere paruis, similis est illi sono, qui in flamma fit, cum hi Vulcanum, hi Vestam ridere aiunt. & in lignis siccis, cum spiritus exitum quærit, lignum rumpens crepitum edit: ita & nubis exhalatio. Et cum superiori denso obuiat, valido impetu vibrata subtiliter incendi- 2
tur, & illius inflammationis apparitio, fulguratio est, & plerunque detruditur in imum. quæ si concepta flamma, detrusa eiaculataque fuerit fulmen est. Si vero sine flamma, ecnephiæ & typhones (de quibus statim agemus) fiunt. Et fulguratio fit post plagam, & collisionem: estque tonitruo posterior, prius tamē visu percepta: quia visus anticipat auditum. Id enim intueri licet in ferientibus a longe. Cum enim ad referiendum reducunt instrumentum, primum sonus ad nos pertingit: vt in triremium ductu remos eleuari videmus, vt secundo feriant, prius, quam primæ plagæ sonus ad nos pertingat. Et secundum substantiam idem esse (vt multa paucis complectamur) dicimus, super terram faciens ventum, in terra terræmotum, & in nube tonitruum, exhalationem scilicet siccam, fluentem, mobilem, & agitatam. Sed de his hactenus.

Ex exhalatōe nubi ĩclusa tonitruū generari.

DEcimi cap. scholia. XXXI. Exhalatio autem causa, e denso exitū quærens Quanuis exhalatio subtilis sit & rara, nihilominus impulsione sui in nubem, validum edit sonum, ꝓ nubes densa sit & solida, perinde atq; in terræmotu laterib⁹ terræ ilisa, sonum efficit. Sufficit em̄ ad soni productionem, alterius corporum sonantiū soliditas. Sunt autem exhalatio & nubes ante soni quidem productionem aliquāto interstitio distantia. cum vero sonum edunt, sese contingentia, & vehementer collidentia, vt cætera sonantia corpora. Neq; censendum est inconuenienſ, exhalationem & vaporem quanuis contraria sint, simul tempore eleuari, non quidem secundum eandem, sed diuersas aeris partes. Cæterum cum Aristoteles dicit, venti, terræ motus, & tonitrui causam efficientem esse eandem, id de efficientis substantia vrpote exhalatione intelligendum est, non autem de accidētaria eius ratione. nam efficiendi modus hic & illic alius est. Quod aūt tonitruū dicatur arbores radicit⁹ eruere, & ædificia funditus euertere, ꝓ sono minime competit, non eo venit, ꝓ hæc a tonitruo efficiantur, sed quia a spiritu tonitruū præcedente consequentreq; fiant. At quia spiritus ille nos latet, tonitruum autem facile per spicitur, illius effectus huic attribuere solemus. Neq; plane repugnat huic loco ea tonitrui diffinitio quā adduxit Aristoteles in posterioribus Analyticis, ꝓ tonitruum est sonus factus in nubibus ob extinctionem ignis in nube. Quanuis em̄ illic eam gratia exempli adduxerit, non tñ ibi ipsam approbauit, aut asseruit, sed neq; ibidem eam improbauit, ꝓ ipsius reprobatio illi loco erat impertinens, & in hunc locum reseruanda. Cum hi Vulcanum, hi Vestam ridere aiunt. Vulcanum pro igne accipere solemus, dicente Virgilio. Iam Deiphobi dedit ampla ruinā Vulcano superante domus. Itidem & Vestā dicente Ouidio. Nihil aliud Vestā q̄ viuam intellige flāmam. Sic em̄ hęc gētilitię superstitionis noia transferimus ad eas res designandas, quibus præsidere credebātur, ꝓ & in cęteris vsuvenit. Itaq; per Vulcani & Vestę risum, intelligēdus est ignis stridor, qui potissimum efficitur cū exhalatio ligni concauitatibus clausa, per rimam, lignive strictā fissuram exit. & fertur per flāmam, cuius motu atq; agitatione flāma stridorem edit & crepitum. Quia visus anticipat auditum. Quia visus celerius percipit quicq̄, vt contactum percutientis, ad percussum q̄ auditus percipiat sonum qui eodem prorsus fit tempore, quo contactus per quem editur. Nec id quidem ab re euenit. Nam species visibilis non per motum, sed subito diffunditur per totum medium, vt liber de sensu & sensato ostensurus est, Hinc æque cito distans vt propinquior lumen solis percipit. Species vero soni vt diffundatur, motu eget, quo in propinquiorem medii partem prius, & deide in remotiorem diffundatur. Hinc propinquior citius eundem sonum q̄ distantior percipit. Citius itaq; ad oculum peruenit species fulgurationis, quam ad aures species tonitrui.

Vulcan⁹ Vesta.

¶ Paraphraseos in secundum Meteororum Aristotelis,
& in eundem scholiorum finis.

Primi capitis paraphraseos in

Tertium Meteororum annotatiunculæ.

¶ Typhon, turbo. ¶ Angiportum, vicus inter domos haud facile peruius. ¶ Arges, argetos, clarus.

1 TErtius liber Meteororum continet sex capita. ¶ Primum caput continet ecnephię & typhonis causas, eorum gñationem, eorum differentias, & species fulminum. ¶ Ecnephiæ & typhonis causæ, eædē quæ modo dictæ sunt, existunt. ¶ Eorum gñatio. Cū multus spiritus & spissus in nube eleuatus sit (subtilior enim magis edit tonitrua, & incendio concepto fulmen elidit) luctatus sursum ascendere deorsum repellitur: & fit ecnephias, ventus quidem violentus, tumultuosus & procellosus: post cuius casum ingrauescere solent pluuiæ. nam ex relicta nube humida fit imber: ex spiritu vero demisso, ecnephias. Et cum fracta nube eliditur atque segregatur spiritus, conuoluitur & detruditur rotatus in imum, in arctis decidēs locis, vt angiportis, in viijs circulos ducens & vortices, vt pars alteram pellere videatur. hic spiritus,
2 typhon dicitur. ¶ Ecnephiæ & typhonis differentiæ. Differūt, quia typhon discontinuus est, ecnephias autem magnus & continuus. Typhon rotatus deorsum excutitur, idcirco circulo vertitur: ecnephias recte. & ecnephias magis typhone colorari videtur. Typhon non fit flantibus aquilonibus, & ecnephias tempore niuali, iacentibusq; niuibus. Typhon aliquid nubis secum conuoluit simul deducens, a quo non potest se explicare, cuicunq; inciderit, vim inferens: arbores & nauigia retorta confringens, a quo plerunq; cum detractus & subtilior factus ignia-
3 tur, incensio nominatur. Alij presterem nuncupant. ¶ Fulminum species. Fulmen dicimus, cum subtilior spiritus flammæ vi concepta de nube elisus eiaculatur deorsum. Cuius vna species est quam argeta dicunt: nos vero fulmen clarum dicere possumus: quod non vrit, sed vis eius stupenda atq; admirabilis. Vbi reluctamen resistentiamq; offenderit, vt in solidis corporibus, vim suā inducit: & clypei æramen liquat illæso ligno: & per vestimenta corpus afflat, & ossa consumit inattritis vestibus. Est enim rarissimū, quod tenuis præuenit spiritus penetrans, & transiens. Alia est quam dicunt ceraunon psoloenta: nos fulmen fumans, & ardens. & hoc adurit, non adeo vt alterum rarū. Et nos ipsi vidimus circa templum in Epheso combustum continuam flammam ad multas partes serpere atq; ferri. & sæpe talia se præbent videnda spectacula. & flāmam diximus spiritū siccum ardentem. hinc fulmen semper præcedit spiritus, semperq; assequitur: sed non videntur spiritus præcedere & sequi, quia sine colore sunt. Quo fit vt omne percussum fulmine, prius moueatur, quam percutiatur, tanquam præcedente spiritu, & fulmina non nubem frangunt & dissipant sono, sed plaga, & sonum faciente spiritu. & quod spiritus percusserit, diuidit, non vrit. De ecnephia igitur, typhone, incensione, & fulminis speciebus tanta sufficiant. ¶ Prętere literę Aristotelis sententiam, tredecim de fulmine portenta. Dura consumit, non lędit mollia, ferrum intacto forulo liquefacit, incolumi carne ossa mollit & consumit. Dolio cōsumpto vinum immobile gelatum reliquit: quod reliquatum bibentem aut furere facit, aut necat. ediuerso vinum afflat illæso dolio. Martia Romanorum princeps prægnans, partu in vtero fulmine afflato, illęsa remansit. Venenata tacta purgat, Vigilans percussum, clausos oculos moriens habet: dormiens vero percussum, apertos: ex opposito iacens conuertitur. Omne animal ictum fulmine (homine excepto) interit. Non feriuntur fulmine laurus, vitulus marinus, & aquila. quercus autem vel arborum maxime feritur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Acipe miranda flammæ portenta trisulcæ.
Dura domat, damnum mollia nulla ferunt.
Intacto forulo ferrum consumitur intus
Carne quidem sana, ossa incinerata cadunt.
Vtrecq; consumpto uinum sine uase gelatur
Fulmine: uel sano deperit utre merum.
Forte die sexta mox liquitur: hoecque caueto.
Aut furit epotans, aut sua fata bibit.
Martia Romanæ princeps clarissima gentis
Afflato partu in uiscere, uiua manet.
Et quæcunque tument (inflato uentre) ueneno,
Purgat, & innocui corporis icta iacent.
Percussum uigilans, moriens sua lumina claudit.
Apperit è somno, uersum & in oppositum est.
Cætera cum feriat uiuentia, morte resoluit.
Solus de tanto uulnere restat homo.
Laure manens secura. tibi est contraria quercus.
Bos maris intactus & Iouis ales eunt.

PRimi capitis tertij Meteororum scholia. II. Ecnephiæ & Typhonis differentiæ. Hæ differentiæ ostendunt ocnephiam & typhonem accidentario abinuicem discrepare, non autem secundum substantiam & speciem, nam eiusdem speciei atque naturæ esse possunt, modo ex eadem consimilicq; exhalatione gignantur. Necq; specificam diuersitatem arguit accidentium diuersitas in litera adducta. nam quæ specie sunt eadem sæpenumero specie diuersa sortita sunt accidentia, vt hominum vnus albedinem, & alter nigredinem. Veruntamen ecnephiæ & typhones specie dissident a fulminibus & coruscationibus. nam hæc per inflammationem fiunt, deperdita forma exhalationis, & acquisita forma flammæ, illa vero sine inflammatione. Et quanuis ex eadem cum illis fiant materia, vtpote exhalatione, & eodem moueantur motu violento, scilicet detrusionis in imum, id tamen non efficit ea eiusdem speciei, nam materiæ identitas non sufficit ad res efficiundas easdem secundum speciem. Alioqui corpora naturalia omnia essent eiusdem naturæ, quandoquidem componuntur ex eadem materia. Et non quiuis motus iidem conficiunt mobilia esse eadem, sed ij duntaxat qui naturales sunt, & ipsius mobilis naturæ consentanei. Typhon aliquid nubis, secum conuoluit. Hanc typhonis violentiam & impetum Sypontinus, quoque comprobat, inquiens. Si vero depresso sinu arctius rotati venti effregerint nubem sine igne, vorticem faciunt, qui typhon vocatur. Defert hic secum aliquid abreptum e nube gelida, conuoluens versansq;, & ruinam suam illo pondere aggrauans, & locum ex loco mutans rapida vertigine, præcipua nauigantium pestis, non antemnas modo, verumetiam nauigia ipsa confringens, cui facile remedium est acetum (cui frigidissima natura est) in aduenientem effusum. Idem illisu ipso repercussus, quicquid corripuerit sorbet, refertq; in excelsum. Quod si maiore depressæ nubis specu eruperit, sed minus lato quam procella, nec sine fragore, turbinem nominant, proxima quęq; prosternentem. III. *Acipe miranda flammæ portenta trisulcæ.* In hisce portentis tum ex Seneca tum ex Plinio depromptis fulmen dicitur flamma trisulca, & ab alijs trifida, propter tres eius proprietates, scilicet quod vrat, findat & afflet. Intacto forulo, illæsa vagina. *Innocui corporis icta iacent,* id est animalia innoxia, & non venenata fulmine percussa, intereunt. *Solus de tanto uulnere restat homo,* quia non semper homo fulmine contactus interit, vt cætera animalia. Anchisen enim fulmine afflatum fuisse legimus, cum de se dicat apud Virgilium.

Me diuum pater atque hominum rex
Fulminis afflauit uentis, & contigit igni.

Et tamen longo post tempore superstitem permansisse. Bos maris, vitulus marinus. Hinc legitur Tyberius Cæsar lauro coronari solitus, & tentoria ex vitulorum marinorum pellibus composita subire, vt illorum prędsidio a discrimine tutus esset tempore tonitruorum & fulminum, quę supra modum formidabat. Ales Iouis, aquila, quæ Iouis armiger dicitur, & eius fulmina ferre; quod fulmine non feriatur, vt cæteræ aues.

¶ Secundi capitis annotatiunculæ.

¶ Halo, nostri dicunt coronam. halos autem aream & planitiem significat. Et dicunt Græci halos, & accusatiuum halon habet, & cæteros singulares casus abiecto s terminali nominatiui & vocatiui in o. ¶ Visualis radius est diffusa species qua vnaquæq; res videtur, qui & nonnunquam visus dicitur.

SEcundum cap. continet halo accidentia, eius causam, & eius gnationem. ¶ Halo tria accidentia. ¶ Primum. Halos semper apparet integer circulus. ¶ Secũdum. Fit circa solem, circa lunam, & splendentia sydera. ¶ Tertium. Fit diluculo, fit i meridie: fit vesperi, fit in nocte.
4 diluculo, & circa solis occasum, minus. ¶ Halo causa. Radiorum refractio, & ea-
5 dem est iridis, & virgarum, & pareliorum causa, quæ secundum diuersa a quibus nascuntur & fiunt fulgida, differunt. ¶ Halo gnatio. Fit halos vniformi & equa-
6 li nube sub astro (vt luna) consistente. Incidens enim in eam luminosus radius, refringitur: apparetq; sub astro magnus circulus, quem halon & coronã dicimus. Visualis enim radius (vt ex perspectiua cognitum est) ab omnib⁹ planam superficiem habentibus, vt aere, vt aqua, refringitur, & in densioris medij occursu speculorum quædam figurã repræsentant: vt continua & densa, quædam solos colores, vt quę ex plurimis speculis pene insensibilib⁹ diuisionẽ hntibus constant, in talibus enim aliquid apparere oportet, imaginem autẽ apparere impossibile est, coloribus itaq; demonstrandis apta relinquuntur: & clarorum color clarus videtur. aliquando vero propter alterius admixtionem, vt visualis radij speculi, aut propter debilitatem, diffusus radius, alterius coloris facit apparitionem.

SEecundi cap. scholia. V. Quæ secundum diuersa a quibus nascuntur. Mixta imperfecta quæ radiorum apparitione fiunt, specie differunt, si a diuersis fiant corporibus lucidis, vt halos qui fit a luna, & iris quæ fit a sole. Imo halos qui fit a sole, differt specie ab halo qui fit a luna. Non tamen quanuis ab eisdem fiant astris, consequens est illa esse eadem specie, vt halos qui fit a sole, non est eiusdem speciei cum iride quę fit a sole, aut cum parelio, quia vt eadem sint specie, præter id quod eisdem fiant astris, requiritur quod eodem modo fiant, eiusdemque sint denominationis. Contingit itaque vno tantum modo huiusmodi mixta eiusdem esse speciei, scilicet cum eiusdem sunt nominis, & ab eodem fiunt efficiente, vt halos a luna idem est alteri halo apparenti sub luna. Trifariam autem cõtingit ea diuersę esse speciei. Primo, cum idem est impressionis nomen, sed diuersa efficientia, vt halos a sole, & halos a luna. Secundo cum idem est efficiens sed diuersa nomina, vt halos a sole, & iris a sole. Tertio, cum vtrunq; & nomen & efficiens diuersum est, vt halos a luna, & iris a sole. Et huius ratio in promptu est, quia in huiusmodi mixtis imperfectis exhalatio in quam incidit luminosus radius, est vt materia, lumen incidens, vt forma primaria, modus vero efformationis, vt forma accidentaria, & secundo loco attendenda. At qui perspicuum est, eadem vbique existente materia, vbi forma aut principatum tenens, aut secundum sortita locum est altera specie, & totum itidem a toto speciei discrimen sortiri. Ergo cum radiorum apparatione efformata mixta imperfecta, aut a diuersis fiunt astris (quippe astrorum specie differentium, & lumina quoque speciei dissidium habere dilucidum est) aut diuerso fiunt modo, & denominationem habent diuersam, vt vnum halo, aliud iridis, aliud virgarum, & demum aliud pareliorum, ipsa mixta imperfecta inter se specie discrepare cẽsenda sunt. Posset & a diuersitate materiæ, scilicet exhalationis ex qua constãt huiusmodi impressiones aereæ, sumi diuersitas speciei earundem. Verum quia hæc sumendi specierum discrepantiam ratio mixtis imperfectis omnibus communis est & non his peculiaris, ideo nunc prætermittitur.

¶ Tertij cap. annotat.

¶ Cathetus cexili in principio, t in secunda & tertia syllaba, solum aspirato in secunda, grecum est, perpendiculum. ¶ Cathetum hic vocat rectam quancunque a circunferentia ad punctum directę perpẽdicularis eductam in nubis planitie. ¶ Directa perpendicularis, a b.

TErtium caput ostendit cur halos sit circulus: duas rationes, naturalem & mathematicam adhibens, & interseritur quid halos nunciet. ¶ Cur halos circa solem, lunam, & astrum appareat circulus.
7 Diximus refractionem fieri aere coacto, vt vapore in nubem consistente. Dum regularis, & minutarum partium extiterit. Hinc si consistat & densetur, pluuiam nunciat. ¶ Fit enim pluuia vapore densato, si marcescit, & euanidus disparet, serenitatem. ¶ Id enim fit calidum, ipsum concrescere, & densari non sinens. ¶ Si distrahitur, & discerptus, ex vna parte recedit: spiritum prænunciat. ¶ Facit enim hanc distractionem exhalatio: ventusque ea ex parte qua diripitur, orietur. ¶ Et fit refractio

Universidad de Deusto
Biblioteca

nube circa ſolem,lunam,aut aſtrum conſiſtente,& non ex oppoſito, quemadmodum fieri cõſpicitur iris. ¶Hinc ratio deducitur cur halos circulꝰ appareat,quia ab eodem ſigno ad idem ſignum vndiq; & conſimiliter refracto radio, circulum eſſe neceſſe eſt. Vniformis autem & æqualis conſiſtentiq nubis, vndiq; & conſimiliter ab eodem ad idem ęquales radij refringuntur,eſt itaq; halos circulus. Et idem perſpectiui mõſtrant, vt ſi ſit ab viſualis radius, a quo cæteri refringantur ad nubis extrema,vltro citroq; directus, intellectiſq; in circunferentia tribus ſignis,c,d,frectas a c,a d,& a f,oſtendunt eſſe æquales,& ſimiliter rectas c b, d b,& f b,æquales.Quare tres magni trianguli,a c b,a d b,& a f b,eadem baſi a b cõmunicantes,ſunt æquales. Triangulos enim æqualium,laterum, & eãdem aut ęqualem baſim habentes,ęquales eſſe neceſſe eſt.Ducantur pręterea catheti nb angulis triangulorum,c,d,f,ad e punctum rectæ a b in plano conſtitutæ nubis qui ſint c e,d e,f e.quos probant ęquales,nam in æqualibus triangulis in vno plano ad rectum a b omnes in ſigno e copulantur.Eſt igitur circulus,cuiꝰcentrum eſt e,vtpote a quo omnes rectæ ad circundantem lineam eductę ſint ęquales, de quibuſlibet enim alijs lineis eodem patere poteſt iudicio. & in a ponitur oculus, in b ſol. Et(vt dictum eſt)intelligenda ſunt continua ſpecula parua(quia conſequentia) videntur vnum facere,& in vnoquoque videtur ſol vt albus,& circa extrema magis nigredo,quia album ſit iuxta poſitum. Et ſæpius circa lunam quam ſolem fit halos.nam ſol feruore ſuo materiam diſgregat & diſpergit, quam neque diu conſiſtere permittit.& circa aſtra eadem de cauſa, ſed nube exiſtente debili & infœcunda. vnde fit vt ea non ſignificent quæ ſolis & lunæ coronæ, ſed ſerenitatem potius indicant.De halo hæc dicta ſint.

Tertij cap. ſcholia. VII. Rectas a c,a d,& a f,oſtendũt eſſe æquales.Oſtenduntur tres illæ lineæ ex eo eſſe ęquales,ꝙ a ſigno a perpendiculariter ſub nube conſiſtente ad eius extremitates ducantur.Eadem quoque ratione cæterę tres lineę c b, d b,f b,probantur eſſe æquales,ꝙ ab eiuſdem nubis extremitatibus ad idem ſignum b,illi directe & perpendiculariter ſupereminens ducuntur. Tres vero magnos triangulos ex illis lineis conſtitutos.ęquales eſſe, hoc pacto oſtendendum eſt. & primo triangulum a c b eſſe ęqualem triangulo a d b.Nam latus a c primi trianguli ęquale eſt lateri a d ſecundi,vt oſtenſum eſt & linea c b primi lineę d b.ſecundi,& baſis a b primi, baſi a b ſecundi.nam eadẽ numero eſt vtriuſq; baſis, igitur & tori trianguli a c b,& a d b,inter ſe ſunt æqui. Quorũ em latera ſunt æqualia & trianguli ipſi ſunt ęquales.Haud diſſimili ratione oſtenditur triãgulus a d b ęquari triangulo a f b, ꝙ primũ latus vnius,primo alterius ęquetur,& ſecundum ſecundo,& demum baſis vnius baſi alterius,cum eadem ſit vtriuſque baſis. Tunc ſic nectitur argumentum. Triangulus a c b æquatur triangulo a d b,vt primo oſtenſum eſt. Et eidem triangulo a b d ęquatur triãgulus a f b,vt ſecundo monſtratum eſt loco.igitur trianguli a c b,& a f b eidem trigono a d b æquales,inter ſe itidem æquantur.Quæcunq; enim vni & eidem ſunt æqualia,illa inter ſe quoq; ſunt ęqualia, quod eſt propoſitum.

¶Quarti capitis annotatiunculę.

¶Alurgon, purpura,grecũ eſt.hinc alurges,purpureus deducitur. ¶Xanthos,t aſpirato,flauus,itidem græcum. ¶A color puniceus. b viridis, c purpureus.

Vartum cap. continet quatuor iridis accidentia, iridis gñationem, quatuor iridis,& halo differentias,iridis colores, quo pacto duæ ſimul apparentes irides ſuos colores repræſentent. Et quod xanthus color non ſit a puniceo alius. ¶Quatuor iridis accidẽtia. Primum. nunquam iris completus,& integer eſt circulus, neq; deciſio ſemicirculo maior.Secundũ. Sole oriente aut occidente videtur arcus maior,& quanto ſol magis eleuatus fuerit,minor. Tertiũ. Poſt autumnale ęquinoctium breuioribus exiſtentibꝰ diebus,qualibet diei hora apparere poteſt arcus. In longioribus autem diebus circa meridiem non apparet.Quartum.Non contingit plures duabus in colorum poſitione differentes irides fieri,& earumvtraq; tricolor erit,eoſdem ſecundum numerum colores habens,puniceum,viridem,& purpureum eduerſo tñ poſitione reſpondẽtes,& alterius exiſtunt ſubobſcuriores. ¶Iridis gñatio.In rorida nube e regione ſoli oppoſita radiij ſolis refringuntur. & imaginem ſolis male exprimunt, redditurque viſibus noſtris tricolor conſpiciendus arcus.

qui iris nuncupatur.Sunt eiñ(vt dictum eſt)illa ſtillandi proxima rorida,vt parua ſpecula,quæ rei colorem,& non plane figurã repręſentant. Et quod ab ipſis radij viſiui refrigantur,multa ſunt indicia,quia viſus ab omnibus corporibꝰ planis (qualia ſunt aer & aqua)refringi videtur. Ab aere quidem,quia hanc ob cauſam Antiphonti ſemper videbatur præcedere idolum ad ſe conuerſum.id enim faciebat refractio, & viſus debilitas,vt ei aer ſpeculum fieret.& hanc iterũ ob cauſam nauium trabes,curuiores,groſſioreſq; in mari ſe monſtrant,& flantibus euris,rerum maiores moles,& ſol & aſtra orientia & occidua maiora videntur, ꝙ caligines & vapores medij viſiuos fortius frangant radios,& diſpergãt. Qz ſi aer & aerea illa corpora refringunt, multo fortius aquam refringere permanifeſtum eſt.

10 ¶Quatuor iridis & halo differentiæ.Differt primo iris ab halo,ꝙ iris ſemper fit ex ſolis aut aſtri oppoſito,halos autem ſub aſtro.Secundo,iris nigrior, halos aũt, fulgidior atq; albior apparet.Fulgidum eiñ per nigrum aut in nigro conſpectum puniceum apparet,viridia enim ligna multũ fumum candidæ flãmæ miſcentia, ignem oſtendunt rubeũ,& ſol per fumũ & caliginem viſus,ſe puniceũ oſtendere videtur,qualis & prima iridis refractio conſpicitur,cum a paruis roridis guttis fit refractio. Tertio.Quia circa ſolem halos non tanta conſiſtit mora, quanta arcus ex ſolis oppoſito põt,nam ſtatim ſoluitur,aut pluit.Quarto.Quia iridis ſimilitudo circa lucernas flãtibus auſtris apparet,circa remos rorãtes,aſpergentes aquas, & ſi quis manu e regione ſolis vmbroſo loco ſubtiliter aquas aſpergat & irroret. Et potiſſimum purpureum colorem habet,& non puniceum,& hoc radiorum refractione euenit,& paruæ guttæ fiunt ſpecula,non autem hoc pacto halon effingi contingit. ¶Iris colores. Tricolor iris apparet, puniceum habens colorem,ꝙ fulgidum in nigro aut per nigrum conſpectum,tale appareat.Viridem vero,quia radius protenſus,magiſq; ſit vmbræ particeps,& nigrum vt negatio quædam eſt, cuius multa ſunt indicia. In deficiendo enim viſu nigrũ apparet,& hinc euenit, vt omnia a longe viſa,nigriora appareant.minora,& planiora.& in ſpeculis imagines.& nubes in aqua,ſe præbent intuentibus nigriores,nec iniuria. nã propter refractionem pauco debiliq; aſpiciuntur radio. Et plerunq; accidit. nubem quæ prope ſolem exiſtit reſpicienti,nullum apparere colorem,ſed incoloratã nubem videri,eandem aũt in aqua proſpicienti, aliquem colorem iridis ſe putare videre. Eſt itaq; notum,radium fractũ propter debilitatem nigriorem videri, & albũ minus,tandemq; perductũ iri ad nigrũ.Hinc qui radius fortior puniceũ habebat colorem,debilior factus permutatur in viridem,qui & iterũ debilior adit in purpureum,quem alurgen dicunt. Aliorũ enim colorũ inſenſibilis eſt permutatio. Hinc iris tricolor conſpicitur. ¶Quo pacto duę ſimul apparentes irides,ſuos repræſentent colores. ¶Cũ duę ſimul fiũt irides,debilior fortioris eſt imago.Quo fit,quia debilior ex primæ refractione,debilioriq; radio exiſtat,& oppoſitos,& ſecundum poſitionem ediuerſo locatos colores habens,vt primę ſint,puniceus,viridis,purpureus,& ſecundæ,purpureus viridis,puniceus.Et quãdo tres apparent, tertia vſq; adeo debilis eſt,vt vix videri queat.nam ex ſecunda debilitato admodum radio ea naſcitur refractio,poſitos colores primæ conſimiliter habens,puniceum,viridem,purpureum. ¶Et præter aſſignatos colores alium apparere credunt quem Xanthum dicunt,nos autem flauum dicere poſſumꝰ,qui color eſt puniceiviridiſq; medius.Verum alius ab aſſignatis non eſt,quo minus iris tricolor dicatur.Propter enim puniceiviridis iuxta poſitionem apparet.nã puniceum iuxta viride ſitum,alboris flauitieiq; eſt æmulum.Et ex iuxta poſitione tales fieri repręſentationes,multa prodũtur indicia.Primo,quia nigerrima nube exiſtente factę iridis xanthus color potius q̃ puniceus apparet, ex forti nubis obſcuratione,& coloris viridis iuxta poſitione. Facit enim circunſtans nigrum,quod puniceum eſt albeſcere:apparereq; flauum. Secundo, quia cum ſoluitur iridis puniceum,nubes alba iuxta viride permutatur in Xanthum. Tertio,quia hãc ob cau

Universidad de Deusto
Biblioteca

iam in iride lunæ Xanthus color vel maxime apparet. Huius enim causa est obscura nubes, & noctis opacitas, apparetq; valde alba. Quarto, quia hanc varietatem licet plane conspicere in texturis. cum varij colores iuxta se inuicem intexuntur, plerunque ex situ, & iuxta positione, alterius coloris apparētiam faciunt. ita quoque & in floribus. Hinc fit vt ad lucernam operantes, in variorū colorum lanis sæpius peccent, colorem pro colore accipientes, & in nocte legentibus flores idem accidit, vt flores pro floribus legant, decerpantque. Est itaque tricolor iris, nec hoc impedit Xanthi coloris apparentia.

Varii cap. scholia. VIII. Non contingit plures duabus in colorum positione differētes. Nam contingit quidem plures interdum apparere duabus, vt tres aut quatuor, verum nunq̄ colorum positio alia conspicitur q̄ altero duorum modorum, scilicet vt aut supremus puniceus sit, medius viridis, & tertius purpureus; aut supremus sit purpureus medius viridis, & infimus puniceus. Nempe tertia iris, & quæcunq; loco impari collocatur, colores suos vt prima habet dispositos. Quarta vero, & quæcunq; pari loco obuenit, colores suos secundę habet secundum positionem conformes. Neq; alia colorum positio haberi potest ex variatione medij, scilicet constituendo puniceum medium, & viridem supremum aut infimum, aut constituendo purpureum medium, & viridem aut in summo aut imo extremum. Nā in diuersa colorum iridis positione necesse est viridem semper esse medium, & solos contingit extremos secūdum situm variari. Cum autem duę apparent irides, colores alterius, vt inquit litera, sunt subobscuriores vtpote illius quę non immediata est solis imago, sed quę ex illa per reflexionem nascitur. Exempli gratia, si superior proxime sit a sole, illius colores sunt clariores, & inferioris, quę est superioris imago reflexa, colores sunt obscuriores. si vero inferior est immediata solis imago, tunc superioris quę alterius est imago; obscuriores apparent colores. Ab aere quidē, qui hāc ob causam Antiphonti. In aere quidem fit refractio, sed adeo ob medij raritatem debilis, vt a nobis nō percipiatur, neq; appareat oculis nostris conspicua, quemadmodum in aqua aut speculo per artem facto. Ar quemadmodum lynces ob visus acutiem dicuntur refractionem radiorum visualium in aere deprehendere rerumq; species illic dignoscere, ita Antiphon (cuius meminit litera) visus est semper videre imaginem suam se precedentem, & ad se conuersam, & cum ipse directa ambulaut via, visa est sua imago retrogrado passu se eūdem ad locū ferre, ꝓ refractionē in aere vt speculo perceperit. Natū quoq; trabes in mari spissiores apparent ob multitudinem vaporum qui a mari eleuantur, aeri permixtorum. Eadem de causa flantibus euris rerum maiores apparent moles, ꝓ is ventus multos subtollat vapores, qui aeri pmixti maiorē faciunt refractionē. Quod aūt sol & astra in exortu & occasu maiora appareant, q̄ cum medij tenent cęli fastigium, ex eo venit, ꝓ sydera orientia & occidua p vapores & caligines aeri cōmixtos videntur, quos ob debiliorem vim dispergere non valent. In meridie autem, repurgato iā aere, & dissipatis virtute caloris vaporibus, p̄ serenū sine refractione conspiciuntur aera. Quod si aer, vapores, & caligines (quę quidē subtiliora sunt corpora) refractionem faciunt, cōstat sane & aquā vim refringendi valentiore iure habere, cū densior sit, & refractioni faciendæ accommodatior. Propter quam baculus integer & rectus partim aquæ immissus, fractus & curuus videtur, & nūmus in fundo aquę positus, maior q̄ extra aquā esse visus dnudicatur. IX. Iridis colores. Tricolor iris apparet. Cū Aristoteles dicit itidem habere colorem puniceum, viridem, & purpureum non id quod vere in nube est respicit, sed quod apparet, non em ducti colores sunt in nube sed solum lumen, quod tum ob medij indispositionem, tum ob radij debilitationem, faciti illorum colorum repręsentationem. Et propter huiusmodi assimilationem eius quod in nube conspicitur ad ueros colores, idipsum quod apparet, appellatur eodem nomine quo veri colores. Quod si quis colorem communiter accipi velit pro omni qualitate per se a visu perceptibili, admittendi quidem sunt illic esse colores, secus tamen quam sint apparentes. Nam illic sparsim lumen solis est diffusum, quod ob diuersam partium nubis dispositionem, item & variationem eius secundum debilitationem minorem aut maiorem, in diuersis partibus diuersorum reddit colorum efformationem. Si vero colorem accipi intelligat proprie peculiariterque pro qualitate visibili, quę in extremitate est corporis opaci, inficiandum est in iride colores esse. Et satius est hac Physica dilutione propositum discurere, quam in sophisticam incidere solutionem, quę admittat hanc. In iride videntur veri colores, diffiteatur autem, & neget hanc. In iride veri colores videntur. quia prorsus indignum est grauia Phylosophiæ sensa, seriaque dicta Sophisticis captionibus temerare, captiosisque cauillationibus prophanare. Vtraque enim propositio si in primo significatu sumatur color, recipienda est, si in secundo, neganda, neque præpositio aut postpositio verbi quicquam hic roboris habere putanda est. Quo pacto duæ simul apparentes irides, suos colores repræsentent. Quod secundæ iridis colores opposito collocati sunt ordine ad colores primæ, hæc est causa. Nam cum rei superioris imago efformatur inferior & subiectior, quod supremum est in exemplari, apparet infimum in imagine, & eduerso. quod in exemplari infimum, in imagine supremum. Verbi gratia, si cultri mucro versus aquam vertatur, & manubrium versus cælum, in aqua cultri mucro & ferrum supereminebit, manubrium autem subsidebit. Itaque accipiatur ligneus stirps in tres partes intellectu diuisus, supremam puniceam quæ sit a, mediam viridem quæ sit b, & imam purpuream quæ sit c, & aquę claræ superemineat. In aqua pars purpurea c apparebit suprema, pars viridis b media, & pars punicea a infima, eruntq; colores extremi imaginis, oppositi ad colores extremos exemplaris. Per ligneum ergo stipitem extrema aquam supereminantem intelligatur prima & fortior iris, & per illius imaginem in aqua apparentem concipiatur secunda, & debilior iris, quę primę est per reflexionem imago. & manifeste constabit secundam oppositos habere colores ad primam. Quod si tertia appareat iris, illa oppositos habet extremos colores ad secundam, cuius est imago. Et si quarta, oppositos habebit colores ad tertiam, cuius itidem est imago, semperq; sequentis iridis colores erunt ob reflectionem debiliores.

Quo modo in iride apparent colores.

¶Quinti cap. annotat.

¶Meridianus, est circulus intellectus transire per punctum verticis capitis nostri, & polos mundi. ¶Punctum verticis capitis, vertex nostri horizontis.

II Vintum cap. continet quinq; iridis proprietates. ¶Prima. Iris est circuli portio nunquam semicirculo maior. Et ꝓ semicirculus appareat, hinc liquere potest. Posito enim horizōtis nostri hemisphęrio c: & horizonte circulo a b, centro solis in occidente b, centrum iridis erit in orientis puncto opposito, vt a. quare sola medietas super horizontem a b, in hemisphęrio c relicta est. & vbicunq; fuerit alibi sol supra horizontem, erit iridis centrum sub horizonte, quare vbicunq; alibi sole existente, iris semicirculo minor apparebit. ¶Secūda. Sole existente in ortu & in occasu, maxima quæ fieri potest procreatur iris. ¶Tertia. Quanto sol supra horizontem altior ascenderit, tanto minor apparebit arcus, vnde fit vt sole meridianum tenente, quam fieri potest euadat minimus. ¶Quarta. Post autumnale æquinoctium iridem omni hora se demonstrare contingit. ¶Quintam. Circa ęstiuas versiones non contingit iridem in meridie apparere. ¶Et omnia hęc mathematicis rationibus Aristoteles ostendit, quæ quia difficultatē & laborē quam plurimum habent, neq; capi valeant, nisi a plus quam mediocriter eruditis, & in elementis geometricis, & perspectiua disciplina, apponere solēt alterā. quā quia nihil eorū quę Aristoteles intēdit sonet, neq; vitio careat, cōsulto relinqui mus.

Vinti cap. scholia. XI. Et ꝓ semicirculus appareat hinc liquere potest. Centrum iridis est punctum diametraliter centro solis & eius radio perpēdiculari oppositum, quia iris per suas proprietates apparere solet ex solis opposito. Cum itaq; centrum solis erit in occidente b, centrū iridis erit in oriēte, & eduerso, quare & tū iris apparebit semicirculus, & vna eius extremitas in vna horizōtis parte, altera autem in parte opposita, sinuositas autem eius & curuitas, per totum porrecta hemisphærium. Cum autem sol alio quopiam loco hemisphærij nostri fuerit, quam in oriente aut occidente, centrum iridis erit sub horizonte, & iris apparebit semicirculo minor. Imo vero quanto centrum iridis est remotius sub horizonte, tanto contractior apparet iris. Et hanc ob causam cum sol meridianum tenet, vndiq; ab horizōte ęquidistans, iris est minima, quia tunc iridis centrum est in puncto e regione constituto ad punctum meridiei.

¶Sexti capitis annotatiunculæ.

¶Parelius, iuxta solem interpretatur, quod sol iuxta solem apparere videatur. Et sub parelio paramenem comprehendimus, quam nonnulli solem nocturnum appellant. Prodit enim Plinius tres lunas Cn. Domitio, & L. Annio consulibus simul apparuisse. de aliorum autem astrorum apparentibus imaginibus non ita compertum est. ¶Cadmia, lapis erosus ex quo æs paratur. ¶Chrysocolla in metallicis venis crasso humore coacto, ac in duritiem pumicis rigente, gignitur, est que vt vena putris. ¶Quid vernis vocetur, quam nonnulli sandaracam vocant, notum est. Sandaraca tamen proprie existimatur quidam cibus apum quem recondunt, durus vt cera, inueniturque sæpe in fauorum inanitatibus sepositus. ¶Minium ex fodinis argētariis, vt arena rubra eruitur: quod subinde purgatur, Græci vocant milton, quidam cinnabarim. Attamen cinnabaris proprie censetur sanguis draconis elephantium morientium pondere elisi vna cum elephantino sanguine concretus, qui antidotis medicamentisq; vtilissimus est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SExtum cap. continet causas virgarum, & pareliorum, eorum gnationem, pareliorum accidetia, & breuem eorum que duplici halitu in terra gignuntur, expeditionem. ¶ Virgarum & pareliorum causę, vt halo & iridis. ¶ Virgarum & pareliorum gnatio. Cum nubes fuerit irre 12
gularis, hac densior, illa rarior, hac magis aquosa, illac minus, refringitur radius solis, & per multas nubis partes radij porrecti videntur, speculis colorem & non figuram repræsentantibus, hicq; cadentibus, stillis radij, virgę dicuntur, qui iridis colores nunc puniceum, nunc xanthum, viridem, purpureum (remissiores tñ q̃ in arcu) imitantur atq; repræsentant. ¶ At parelius apparet nube densa continua ad latus solis existente, propinqua vt in aquam conuertatur, nondum conuersa, in qua sol fracto radio ob debitam densitatem: regularitatē & continuitatem, suam efformat similitudinem, quemadmodū in aere polito. hęc autē solis ad eius latus imago, parelius nuncupatur. ¶ Pareliorum accidentia. Parelius apparet al 13
bus, & hoc quidem ideo est, quia sol albus est. Parelius, magis q̃ virgę, aquę signū est. nam pareliorum nubem magis ad aquam parari oportet, & maxime quidem australis aquosus est. Circa solis ortum & occasum fiunt parelij, neq; e regione solis, vt iris, neq; sub sole, vt halos, sed ad latus, itidem & virgę. Neq; admodū prope solem fiunt, nam nubis consistentiam dissolueret, neq; penitus distantes, hoc enim refractionis esset impedimento, longius enim protensus radius a paruo speculo fit debilis, hinc neque halos fit ex astri opposito. Ad latus igitur sic distant, vt sol nubis consistentiam dissoluere nequeat, multusque ad ipsos simulveniat radius. Neque fiunt in medio cæli, quia radius sursum dispergitur, neque ex latere medij cæli. nam radius ad terram fertur, & paucus ad speculnm pertingit, fitque reflexio debilis. ¶ De ijs itaque quæ supra terrę eminentia spectacula præbent, 14
quę sint, & quot sint determinasse videmur. Determinare reliquum est de ijs quę intra terram ex duplici secretione, id est exhalatione, & vapore pariuntur. Sicut enim illa duplex est, ita sub terra duas corporum differentias efficit, fossilia scilicet, & metallica. Fossilia autem sunt vt lapides illiquabiles, cadmia, chrysocolla, vernix, sulphur, pulueres colorati, & ex his congestum, vt minium, quod cinnabarin nonnulli vocant, & consimilia quibus exhalatio terrestris atque sicca ortum prestat. vt vaporosus halitus metallicis corporibus. vt sunt aurum, argentum, æs, stannum & ferrum, cogente atque densante frigore. vt fit in rore, gelu, grandine, & niue. Hinc euenit vt quęcunque in metalla constringantur atque durescant, ductilia aut liquabilia sint, vt æs, aurū, atque ferrū, ductilis sunt naturę. Fit item vt nonnulla sint vt potentia aqua, nec iniuria profecto, quandoquidem eorū materia aqueus halitus fuerit. Sed tunc neque aurum neque es erant, sed in cōcretione atque gelatione sicca admixta exhalatione, vnunquodque suę naturę moderatricem accipit speciem. Quapropter omnia metalla (vno auro excepto) igniuntur. nam omnia (dempto auro) igni siccum spiritum exhalabilem prestant. Sed communiter hęc dicta intelligantur. singillatim autem de vnoquoque exquisitam determinationem facere alius exigitur locus.

SExti cap. scholia. XII. Hæc autem solis ad eius latus imago, parelius nuncupatur. Para præpositio greca, iuxta significat, & helios solem, quare parelius, iuxta solem interpretari debet. Tanta siquidem est pareliī cum sole assimilatio atque similitudo, vt imago nomen retineat exemplaris, & sol vocetur. Cęterum q̃uis inter parelium in media aeris regione consistentem & solem q̃ maxima sit spatij intercapedo, quia tamen illa secundum altitudinem (quæ ab inferiori ad superiorem situm attenditur) non percipitur, dicitur parelius ad eius latus apparere, & iuxta solem subsistere, quemadmodum tempore natiuitatis benignissimi saluatoris nostri perhibenturvisi fuisse tres soles, tandem invnum conuenientes, qui trini & vnius dei cultum ampliorem, & tot mundo patefaciendū, tunc exordium sumere, insinuare putati sunt, vbi vnus erat sol, & duo pareliī, qui ad solem accedentes cum sub eo consiiterunt, dispaueruntur. Vocati tamen sunt tres soles, propter mutuam similitudinem, quia vnus ab alio interno-

sci non potuit. XIIII. Exhalatio terrestris atq; sicca lapidib⁹ ortū prestat. Facile produnt lapides se exhalationem siccam terrę naturā participantem, materiam habere. Nam & grauitatem habent terream atq; duritiam, pariter & siccitatem. Hinc in humorem non soluuntur, neq; funduntur in liquorem, vt neque exhalatio calida, & sicca sursum sublata stillat in pluuiam. Vapor autem subterraneus metallicis corporibus materiam præstare ex eo dignoscitur, ꝓ sicut vapor humidus est, ita & metalla liquari possunt, & humorem foris apparentem ostendere. Hinc metalla fere omnia fundi possunt, & liquescere per calidum, haud secus ac nubes vapore concreta soluitur in pluuiam. Et metalla fusa sursum frigore concrescunt, sicut vapor aereus.

¶ Paraphraseos in Tertium librum Meteororum Aristotelis, & in eundem scholiorum finis.

Primi capitis paraphraseos in Quartum Meteororum Aristotelis, annotat.

¶ Terminant, quandiu dissolutionem impediunt. ¶ Permutāt, generant, & corrumpunt, & alterant. ¶ Humectant, vt cum calidum coagulata fundit, & frigidum a calido coadunata liquat. Quęcunq; enim frigido concrescunt, calido soluuntur, & contra, quęcunq; calido concreta sunt, soluūtur & frigido. Liquata em̃ & fusa, humida esse videntur. coagulata autem & concreta, videntur esse sicca, & multis etiam alijs modis humectant atq; siccant. ¶ Simplex generatio dicitur, quatenus eam ex proportione qualitatum simplicium corporum prouenire consideramus. Naturalis vero, quaten⁹ naturæ seriem ordinatam seruat. Itidem & corruptio. ¶ Obtinent superant, pręualent, euincunt. ¶ Ignis, aer, aqua, terra ignea, aerea, aquea, terrea.

1
Vartus liber Meteororum Aristotelis duodecim capita complectitur. Primum nouem conclusiones, duas rationes ad primam, & quatuor corollaria ad tertiam. ¶ Prima conclusio. Quatuor qualitatum quę principia sunt & differētiæ elementorum (vt alio loco determinatum est.) & secūdum quarum coniugationes quaternarius elemētorum sumitur numerus, duę, calidum scilicet & frigidum, actiuę sunt: duæ vero, humidum & siccum, passiuę. Quod calidum & frigidū actiua sint, & humidum & siccum passiua, ex his primo potest esse manifestū, quod calidum & frigidum terminant, copulant, permutant, & tam homogenea q̃ heterogenea nunc humectant, nnc siccant, nunc mollificant, nunc vero cogunt & indurant, hęc autem sunt agere. Et humidum & siccum terminantur, copulantur, permutantur, humescūt, siccantur, mollificantur, cogunturq;, atq; durantur, hęc autem sustinere, est pati. Sunt igitur calidum & frigidum agentia, humidum vero, & siccum patientia. Secundo, hoc idem ex eorum diffinitionibus est manifestum, Nam calidum est quod disgregat heterogenea, & congregat homogenea. Disgregare autem heterogenea, & quę diuersi sunt gñis, & similiter congregare ea quæ sunt eiusdem tribus & gñis, est agere. Et frigidum est quod congregat etherogenea & homogenea. sunt igitur agentia calidum, & frigidum. Et humidū est quod facile alieno terminabile est termino, siccum vero contra, quod alieno difficile terminatur, clauditurve termino. Terminari autem pati est. Sunt igitur humidum & siccum passiua. Est itaq; manifestum, harum quatuor qualitatum, secundum quas & quarū cōbinationes sumitur differētia numerusq; elemētorū duas ca
2 lidū, & frigidū actiuas esse, & duas humidū & siccū esse passiuas. ¶ Secūda. Simplex & naturalis gñatio, cui naturalis corrūptio opposita est, harū qualitatum est opus. ¶ Nam ita & animalia, & plantę, & ipsorum partes gñantur. Cum em̃ hæ qualitates rationem contemperamentumq; vniuscuiusq; naturę aptum in subiecta materia habeāt, ab hiscevirtutib⁹ simplex & naturalis proficiscitur gñatio, ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

his quidē agendo,ab illis aūt patiendo. Permutant enim & gnant calidū & frigidum cū materiam obtineant,cū vero partim non obtineāt,incoctio,indigestioq; fit quædā. Est igitur simplex & naturalis gnatio,harū qualitatū opus. ¶ Tertia. Simplici & naturali vniuscuiusque rei gnationi,maxime & cōmune contrarium putrefactio existit. Nam ois secūdum naturam corruptio hac via procedit,quod senectus & vetustas ostendunt. Vnūquodque em natura constans, putredine finē suum consequitur,nisi violentia corrūpatur,vt nihil prohibet & carnem,& os,& vnūquodque putribilium comburi,& hoc pacto sine putrefactione corrūpi, quæ 4
suapte natura putrefactione suū finem nācisci nata sunt. ¶ Primū corollarium. Hinc fit vt quę putrescunt,primo humida appareant,& deinde sicca. Nam compositum his terminatum erat,terminantibus quidem calido & frigido,cū autem corruptio fit quę terminantur,suis terminantibus prēualere incipiunt, & humidum suo quoquo pacto continente superato,se dissociat,quod dissociatum facile resolubile tandem siccum relinquit. Et cū secundum partem compositū putrescit,hęc putrefactio particularis,& secundū partem dicitur, cum autem simplici
ter & totum putrescit,& ea putrefactio simpliciter & tota dicatur. ¶ Secundum. 5
Ex his item notum esse pōt,oia præter ignē quodāmodo putrescere posse. Etem & aer,& aqua,& terra,putrescunt, de perfectis autem mixtis nulla surgit ambiguitas. Ignis autem solus non putrescit,cum maxime actiuus sit,& vt aliorū forma,aer em & aqua & terra ad ipsum sese habent vt materia. at putrefactio a qualitatibus passiuis nascitur. Est enim putrefactio, in vniuscuiusque humido proprie & secundum naturam caliditatis consumptio ab extranea caliditate vt ambientis & circundantis facta. ¶ Tertium. Fit iterum vt propria frigiditas cum ca 6
lore extraneo,putrefactionis cōmunis causa habeatur. Nam quod putrescit,proprię caliditatis indigentiam sustinet & defectum. Omne autem tale, frigidum, & interna eo valentior frigiditas habetur, & si quod natiui caloris residui fuerit, exterminat,aut exterę circundantis caliditati coadiuuat. Cum extero igitur calore propria frigiditas,putrefactionis cōmunis causa habetur. ¶ Quartum. Qua 7
propter demum aduenit,vt sicciora tandem euadant putrefacta omnia,fiantque denique fimus,puluis atque terra. ¶ Nam proprio exhalato calido, proprium & secundum naturam euaporat,humidū. Non enim natiuus calor adest ipsum retinens,imo vero ipsa secundum naturam caliditas expirare coacta,ipsum secum rapit trahitq;. Nil mirum igitur si putrefactum proprio consumpto calido. & hu
mido sicccum maneat:& fimus,puluis,& terra tādem euadat. ¶ Quarta. Res mi 8
nus in frigore quam æstu putrescere solent. ¶ Nam in frigore, vt tēpore brumę, paucus in ambiente aut aere aut aqua calor inexistit, quare propriā caliditatem eorum quę tabescere possunt,consumere non valet,sine quo putrefactio nulla parari pōt. In ęstu autē,vt ęstiuo tēpore,multus in continente calor habetur, huius
modi dissolutionis faciendæ potēs. Res igitur in frigore q̄ æstu (& non ab re qui 9
dem)minus putrescere solent. ¶ Quinta. Quæ a frigido concreta coagulataque sunt,minus putria & tabida fiunt. Nam hęc nimia frigiditate circundātis vt aeris,debiliorem calorem obtinere non sinunt,si autem non obtinet,corpora putre
dinem non admittunt. Minus itaq; talia putrescūt. ¶ Sexta. Qz natura feruidæ 10
calentisq; sit naturę,minus item putrescit. Nam intern⁹ ille & natiuus calor qui humidum terminat,valentior est,quanq̄ circundātis exterior,& ad exteriora tra
hens,dissipare sufficiat,minus igitur ꝙ tale fuerit,putrescit. ¶ Septima. Quę flu 11
unt,& quę mota agitataq; sunt,min⁹ putredinis cōtagionē sentiūt. Hoc em ideo est, ꝙ circundantis caloris minor fiat impressio, quam possit calor qui internus propriusque habetur,motus enim, exterorū impressiones impotentiores efficit. Quæ igitur fluunt,& quę mota agitatave sunt,minus huiusmodi labem sentiūt.
¶ Octaua. Eadem quoque de causa maiora minoribus minus putrefiunt. Nam 12
maiorum maior proprius calor, & proprium frigus habetur quę quidem idcirco

circunstantis corporis virtutes minus obtinere queunt. At in minoribus proprius calor minor est,& proprium frigus minus:& ideo illa,externa facilius obtinet caliditas. Merito igitur maiora minoribus minus putrescunt. Et hac de causa mare secundum partem diuisum, cito putrescit, totum autem putrescit nun-
13 quam. ¶ Nona. Ex ijs quæ putrescunt, vt plurimum animalia scaturiūt,gignunturq;. Nam dissociata caliditas,gignendi animalis naturæ apta,naturalis,& propria,constare facit segregata,gigniturq; animal.

Rimi cap.quarti Meteororum scholia. I. Quod calidum & frigidum actiua sint,& humidum & siccum passiua. Calidum & frigidum qualitates dicuntur actiuæ,ꝙ corpora quibus adsunt dictę qualitates.ipsarum ministerio vt efficientium instrumentalium pleraq; agant,vt humectent,desiccent, alterent,mollefaciant,indurent,vt ignis & aqua. Ignis em suo calore fundit metalla,liquat glaciem,mollefacit ceram,indurat lutū,& aer hybernus suo frigore constringit aquā in glaciem,duratq; metalla atq; ceram. Humidum vero & siccum dicuntur qualitates passiuę, quod sunt instrumenta quibus sua subiecta patiuntur,transmutationemq; sustinent,vt aqua sua humidita te congelatur,cera mollescit,metalla funduntur,quas permutationes, si humiditatis essent expertia,non persentiscerent. Sicca itidem,& quę talia apparent, concrescunt & cogūtur in duritiem,vt metalla coagulata & glacies. Et quanuis calidum & frigidum interdum patiuntur, vt humectētur & desiccentur,mollescant aut durescant,& humidum atq; siccum interdum agant, vt continuent aut discontinuent,quia tū hæc parum agunt,& multum patiuntur, illa vero contra multū agunt, & parum patiuntur,idcirco denominatione sumpta ab eo quod insigni' eis conuenit, hæc passiua, illa vero actiua dicuntur. II. Cum enim hę qualitates rationem contemperamentumq;. Qualitates corporum simplicium contemperatæ in materia,effectrices sunt generationis rei, cuius naturæ huiusmodi contemperamentum est consentaneum. Ediuerso disproportio & distemperamentum earundem qualitatum in subiecto,efficiunt corruptionem eiusce formę,reiq; naturalis,cui ea qualitatum dispositio est incōmoda. Oppositæ siquidem causę,oppositorum diuersorumq; effectuum sunt productiuæ. At quemadmodum eadem re ipsa est materia,quæ est subiecta gnationi & corruptioni.simulvnaq; factę,ita eędem numero qualitates sunt,quę simul gnationem & corruptionem in eodem subiecto faciunt & eæ collatione facta ad diuersa,contemperatę sunt simul & distemperatę. Contemperatę quidem & conuenientes formæ quę acquiritur,cuius gnationi conducunt,& distemperatę,disconuenientesq; formę quę aboletur,cuius abiectioni corruptioniq; subseruiunt, vt qualitatum elementarium ratio conueniens formæ oliuę acquirendę,discōuenit formę seminis oliuę deperdendę. VI. Cum humido igitur propria frigiditas,putrefactionis. Non censendum est incommodum,frigiditatē propriā & intrinsecam cum dominatur calido,causam esse putrefactionis extrinsecam autem frigiditatē & circundantis corporis,putrefactionem impedire. Itidem caliditatem intraneam atq; naturalem cum obtinet in frigidum,esse obstaculū putrefactionis, caliditatem autem circundantis & ambientis corporis, putrefactionem efficere, qm hęc prorsus deuersa sunt conditione atq; dispositione ad corporis conseruationem aut destructionem, sicut & ipsa interior mixti frigiditas longe est diuersa.cum dominante calido, naturę ipsius conseruationiq; est conueniens,& cum superato calido,disconuenit eidem,ad putrefactionemq; disponit. Est em mixtum omne,ex quatuor qualitatibus adinuicem contemperatis coalitū,quare & id quod computrescit,frigiditatem materiā habet,quę cum minor est,caliditatiq; obtemperans,rem conseruat,cum verove hementior,& caliditatem exuperans,corrumpit. Et quanuis cōcederetur caliditas interna & externa circundantis corporis,eiusdem esse naturæ,itidē frigiditas intranea & extera(quod tñ non semper oportet.nam in mixtis non omnis calor calori est idem specie,nec omne frigus frigori) non tñ consequeretur externam caliditatem debere præseruare a putrefactione sicut internam, aut internam frigiditatem sicut externam. Nam externa caliditas non prohibet,neq; expellit internam frigiditatem causam putrefactionis,sicut interna caliditas,quæ non sinit frigiditatem interiorem obtinere. Similiter interna frigiditas non impedit externam caliditatem causam putrefactionis, cum non sint simul in eodem,quam tñ non sinit obtinere externa frigiditas,putrefactionem impediens. Itaq; caliditas & frigiditas a putrefactione præseruant,hæc quidem externa illa vero interna. Itidem caliditas & frigiditas putrefactionem efficiunt,sed hæc quidem interna,& illa externa. Quocirca neq; eiusdem effectus assignantur causæ prorsus oppositæ,nec oppositorum effectuum causę eædem. VIII. Res minus in frigore q̄ æstu putrescere solent. Ex hac conclusione cognoscitur causa quare tempore hyberno minus res putrescunt q̄ ęstiuo,quare itidem res conditę tempore ęstiuo in locis subterraneis,vt caueis quę tum sunt frigidę, minus putrescunt q̄ asseruatæ in locis superioribus quæ calidiora sunt. Ex sexta vero conclusione dignoscitur ratio quare carnes conditę speciebus calidis,vt pigere,gingibere,aut etiā sale(qui calidę est naturę, & a calido concretus) minus rabem putredinis sentiunt,q̄ si illis non condiantur. At quemadmodum salis amarore aspersum,a putrefactione est alienum,ita quod dulce est sine quapiam amaricationis permixtione,summopere est putrefactioni obnoxium. Hic qui dulcibus vescuntur sine temperie, materiam præbent ver-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mibus ex putrefactione in corpore agginendis, quemadmodum nona dicit conclusio.

¶Secundi cap. annotat.

¶Digestio,& indigestio,coctio & incoctio. ¶Pepansis,maturatio. ¶Hepsesis, elixatio. ¶Optesis,assatio. ¶Omotes,cruditas,& (quæ pepansi opponitur) immaturatio. ¶Sunt præterea duæ incoctiones,inelixatio opposita hepsesi,& inassatio quæ opponitur optesi. ¶Naturale,proprium. ¶Humidum & siccum naturale,vniuscuiusq; mixtorum natura materia dicuntur,ꝙ natura ex elemẽtorum contemperamentis secundum materiam omnia gignantur mixta. Et cum materię sit pati,fitq; compositum ex calidorum,frigidorum,humidorum,& siccorum contemperamentis pariter coalitum, quorum duo calidũ & frigidũ potissimum sunt agendum: & duo humidum & siccum ad patiendum: hinc potius humidum & siccum vniuscuiusq; mixti natura materia dicuntur, contemperamentaq; passiua. ¶Apostema,collectio, græcum est. nos huiusmodi in vno loco humorum collectionem,agglobationemque,panos & vomicas nominamus.

Secundum cap.continet vnam conclusionẽ,duas definitiones, earum declarationes,&vnum corollarium post primę declarationem. ¶Conclusio. Digestionis & indigestionis species de- 14
terminandæ sunt. ¶Nam ea determinare expedit,quæ dictę virtutes calidum, scilicet & frigidum in natura constantibus humidis & siccis operantur.at digestionem operantur, & indigestionem. est em digestio,calidi:indigestio autem,frigidi. Digestionis igitur & indigestionis determinandæ sunt species. Digestionis species sunt tres,maturatio,elixatio,assatio.& indigestionis tres oppositæ,cruditas,inelixatio,& inassatio. Cæterum apta non habemus nomina quibus ipsas nominare possimus:sed quadam similitudine trahenda sunt hæc ad omnes digestionum & indigestionum species,tum in ijs quæ arte,tum quæ natura fiunt. ¶Prima defi- 15
nitio. Digestio est a naturali calido in oppositis passiuis obtinendo facta perfectio.Hęc em passiua,humidum scilicet & siccũ,vniuscuiusq; mixtorum propria inueniuntur,ipsorum quę natura sunt materia. cum enim quicquã digestum fuerit,perfectum iam factum est. Et talis perfectionis principium,naturalis & propria existit caliditas.tametsi enim ab externis,vt alimento,vt balneo, auxilium plerunq; sumat & vendicet,præcipuum tamen est quæ interna possidetur caliditas. Et huius digestionis,natura,species,& substantia,finis est: vt vnunquodq; tale sit,quale optime natura sit natum,aut maturum,coctum, aut tostum. tunc em vtile est,& digestum dicimus:quemadmodum mustum digestum dicimus, cum feces resederint,& propria obtineat caliditas.& panos. apostemaq; matura, cum sanies simul consistat proprio congregante calido, quales sunt & lachrymę cum ex oculorum lippitudine inspissantur,densantur vt limus. Et est, quia proprium humidum obtinetur a naturali calido.quæ quandiu naturæ rationem,& contemperamentum seruant,hoc euenit. ¶Corollarium.Hinc euenit vt vrinæ,alui se- 16
dimenta,egestionesque, & omo corporeæ superfluitates, quæ digestæ apparent, sanitatis sint signa. Apparent enim digestę, cum proprium calorem iam in terminato humido atque sicco obtinere insinuent. tunc enim constant, & crassiora & calidiora sunt. Tale enim efficit laudabilius calidum,siccius,crassius, meliorisque molis. superfluum enim & in naturale resoluit humidum. Sed quid digestio sit, satis apprimeque dictum est. ¶Secunda diffinitio. Indigestio est imper- 17
fectio ob indigentiã propriæ caliditatis in oppositis passiuis proueniens. Et certe vbi proprię caliditatis indigentia fuerit, frigiditas est. Erit itaque indigestio a frigiditate in humido & sicco:quæ vniuscuiusque mixtorũ natura materia sunt. Sed quid digestio,& quid indigestio,satis dictum est. nunc autem earum species,quid vnaquęque earum sit, exequamur.

spes digestionis & indigestionis quot et que sint

digestio quid

que potissima causa sit digestionis

indigestio quid

indigestio unde

Secundi cap.scholia. XV. Ipsorumq; natura sunt materia.Non dicuntur humidum & siccum materia mixtorum, quia ex ipsis mixta secundum substantiam constituantur. nam substantia ex accidentibus minime coalescit,humidum autem& siccum accidentia sunt.Neq; itidem materia dicũtur,quia mixtorũ materia humiditatẽ & siccitatem habeat contẽperatas.Eadem em ratione calidũ & frigidũ deberent dici materia mixti, quandoquidem mixtum æque & calidorum & frigidorum vt humidorũ & siccorum constet contemperamentis.Sed dicuntur qualitates materia mixti,ꝙ ipsi materię analogiæ sint & persimiles. Vt em materia est ad patiendum,ita & duę prędictę qualitates passiuæ sunt, quare hoc ipso quod est passiuum esse, cum materia conueniunt,& in analogia materia dicuntur.Sic calidũ & frigidum ꝙ ad agendum sint vt forma substantialis,vniuscuiusq; mixtorum simili analogia forma dici possent,cum consimilem prędpuis actibus seruent conditionem atq; proprietatem.Cũ em quicquam digestum fuerit,perfectum iam factum est.Res quæ digestione suam assequitur perfectionem, tum perfecta dicitur,cũ humano vsui apta est & accõmoda,vt segetes & fructus maturi,Imperfectavero,cum non est vtilis hominum officio, quanuis etiam materiam & formam substantialem habeat completam,vt segetes & fructus necdum maturitatem assecuti,etsi substantialem habeãt perfectionem,& partium essentialium complementũ,nondum tũ habent accidentariam consummationem, quam nati sunt habere,vtpote debitã qualitatum cæterarumq; affectionum dispositionem,secundum quam vtiles sint humano vsui ad quem potissimum terrę nascentia & arborei fructus ordinantur.Talis autem perfectionis principium,causaq; efficiens accidentalis & instrumentaria,est naturalis & propria caliditas.At forma substantifica,causa est primaria & prędpua.Finis autem causaq; finalis digestionis,est species & substãtia,hoc est eius quod digeritur perfectio, tum secundum substantiam quæ ad suas operationes est dispositior,tum secundum accidens.

¶Tertij cap. annotat.

¶Grossiora,grossiora,compactiora,spissiora. ¶Humida,liquores. ¶Aulícocium,quod coquinaria arte ad escam aqua mollitur,digeriturq;. ¶Serum, aqua lactis. ¶Tineæ rotundæ,vermes qui in animalium aluo gignuntur.

Tertium caput continet sex definitiones,earum declarationes, vnum corollarium ad primam, quatuor ad secundam, vnam
18 ad quartam,& duas ad quintam. ¶Prima definitio. Maturatio est digestio circa fructuũ alimenta, & ipsos fructus facta: quæ tunc perfecta habetur,cum semina quæ aut folliculis aut pulpa circunclusa tenentur,talia sint,vt ex ipsis aliquid simile vegetib⁹ ipsis gigni possit. Est em digestio,perfectio quędam: & alia perfecta dicimus,quę qualia ipsa sunt,alia quędam efficere possunt.& illa circa fructus maturatio,a naturali completur calido. Dicuntur & alia multa matura,quadam translatione ad hanc maturationis speciem,quod apta nomina nobis non succurrant,quibus ipsa vocemus:vt apostemata matura dicuntur,cũ consistit sanies,& a naturali obtinẽte calido naturalis humidi facta est digestio. Cũ enim calidum obtinet,ipsum consistere facit, & terminat. non obtinens autem, terminare impossibile est. Et cum hoc pacto maturantur,ex spirituosis & aereis
19 fiunt aquea,& ex aqueis terrea,moxq; consistunt. Calor em aerea & subtiliora resoluit,& humiditatem superfluã:propriã autem & terrestria retinens, terminat: & consistere facit,ducitq; in naturam. ¶Corollarium. Hinc omnia maturationem substinentia,ex subtilioribus grossiora facta sunt. ¶Secunda. Cruditas maturationi contraria est,& est circa fructuũ alimenta & fructus ipsos quędam indigestio. ¶Primum corollariũ. Hinc fit vt immaturi fructus spirituosi,aquosi,aut vtrunq; simul existãt. ¶Nam ipsorum intermina est humiditas. ¶Secundum. Fit etiamvt cruditas imperfectio sit quædam. ¶Nam maturatio quædam perfectio est. erit igitur cruditas ei opposita,quędam imperfectio. Et reuera cruditatis imperfectio prouenit ex natiui caloris indigentia & incõmensuratione, indebitaq; ad humidum proportione, quorum neutro laborat maturũ. ¶Tertium. Fit iterum vt quæ sicco admixta non sunt, non matureſcant. ¶Nam quæ maturantur,ingrossantur.Humida autem sine sicco ingrossantur minime.Hinc aqua humidorum sola ingrossationem non sustinet. Et accidit cruditas aut quia calidum paucum sit,& frigidum multum: aut quia humidum terminabile sit multum. ¶Quartum. Quo fit etiam vt crudorum expressi humores subtile sint, & magis

Universidad de Deusto
Biblioteca

frigidi q̃ calidi:esui & potui perparum apti & conuenientes. ¶ Et sicut maturatio multis modis dicitur, & ad multa transfertur, ita ipsa quoq; cruditas. Vrinæ enim animalium, expurgamenta, & pituitæ, crudæ dicuntur, quod caliditas non obtineat, & quod vna pariterq; non constent. Et remotius minusq; prope later & lac cruda dicũtur, quod possibile sit illa a calore passa, permutari & consistere: vt industria fit & arte. & sicut aqua maturationẽ nõ admittit, ita neq; cruditatẽ. nã non ingrossatur: quanuis forte quoquo pacto elixationem (de qua nunc agemus) admittat. ¶ Tertia definitio. Elixatio est secundum totum ab humida circũstante caliditate interminati inexistentis humidi digestio. Quod enim elixorum spirituosum aqueumve fuerit, ob eo calore qui ĩ humido existit, coquitur, mollitur, digeriturq;. Quæ quidem elixa a frixis in hoc differunt, quod frixa ab extrinseco calido patiuntur, ad se humidum (in quo frixa iacent) rapiente, & ipsum siccius aridiusq; reddente: idcirco hic exterior humiditas trahitur. In elixis autem non ita est, sed oppositum euenit. nam a caliditate exterioris humidi ipsorũ interius trahitur humidum. ¶ Primũ corollarium. Quapropter elixa q̃ assa sicciora sunt. ¶ Nam elixa humidum in seipsa non trahunt. Præualet em̃ exterior caliditas, & quę foris est, eiq; interior habetur. Si tamen aliquando præualuerit interior, ad seipsam vtiq; trahet. ¶ Secundum. Euenit etiam vt non omne corpus sit elixabile. ¶ Nam illa in quibus pene nulla est humiditas, vt lapides, & illa in quibus quidem est, sed ob grossitiem obtineri nequit, vt sunt ligna, elixationem nõ sustinent. Eam autem sustinent, quæ humiditate participant, ab igneo circunstante feruore in humido existente, bene passibili. & elixationis nomen ad multa transferimus, quia nobis apta deficiant nomina: vt ad aurum, lignum, lac, mustum, & alia humida. Aurum quidem, q̃ in humido decoctum agente circunstante calido, vim quandam in ipsum regerat atq; transfundat humidum. & lignum, q̃ circunstans calidum humorem eius ad exteriora euocet. & mustum, & lac, q̃ ab exteriore calido saporem in humido existente permutent, patianturq; aliquid quodammodo vere elixatis simile. & horum non idem finis est. nam elixorum hæc (vt aulicocia, & proprie elixa) sunt ad escam. & eorum quæ translatitię dicuntur. hæc (vt quędam humida) ad sorbitiones sunt: hæc (vt pharmaca, quas medicinas dicimus, & quæ etiam elixari dicuntur) ad salutem existunt. & alia permulta ad multas & varias commoditates & vsus. ¶ Tertium. Quapropter iterũ quęcunq; humorem habẽtia, grossiora. aut maiora, aut grauiora, aut partim talia, & partim diuersa circunstante calido fiunt: aliquo pacto sunt elixabilia. ¶ Sunt enim quędam quorum pars altera segregante calido ingrossatur, & pars altera fit subtilior, quomodo lac ĩ caseum & serum distribuitur. & ita de plerisq; alijs. ¶ Quartum. Hinc oleum secundum seipsum elixabile non est. ¶ Nam si purum fuerit, non ingrossatur, minoratur, ingrauescit, aut aliorum quodcunq; patitur, & de elixatione & propria & translatitia hæc dicta sint. Et nihil refert an artificio quodam paretur, an naturę peragatur instrumentis & opificio. ¶ Quarta diffinitio. Inelixatio est indigestio elixationi contraria in interminato corporis humido, ob caloris circunstantis humidi defectum proueniens. Et iam diximus vbi caloris indigentia sit & defectus, illic frigiditatem adesse oportere. & defectus ille digestionis prouenit aut propter circundantis humidi frigiditatem, aut propter elixabilis multitudinem. Tunc enim accidit circunstantis humidi caliditatem maiorem esse q̃ vt non moueat: minorem vero quam vt regulet & condigerat. ¶ Corollarium. Hinc quæ inelixationem sustinent, elixis duriora cernũtur. ¶ Nam elixorum humida magis terminata sunt magisq; remollita. Et transferṭur huiusmodi indigestio ad multa, sicut & elixatio, vt ad metalla, fluida, & animalia. Animalibus enim propter immoderatum exercitium prouenit vt calor ille resoluatur, exhaletq; digerens. Sed de elixatione & eius opposita indigestione, quid sint, & ob quid eueniant, hactenꝰ. ¶ Quita diffinitio. Assatio, digestio est a caliditate

20

21

22

sicca & aliena facta: vt si quis quod elixabile est non calido humido permutet & digerat, sed calido sicco vt igni perficiatur digestio: hoc profecto non elixum, sed assum esse dicitur. Quod si amplio quam oporteat calidi sicci sustineat excessum, tunc dicitur adustum. & citius assatio elixatione cõsummatur, quod assatio a caliditate sicca, quæ acutior est, fiat. ¶ Primum corollarium. Vnde fit vt assorum exteriora sicciora sint interioribus: elixorum autem contra, exteriora humidiora sint, interiora vero sicciora. ¶ Nam assatorum partes propinquiores citius attingit & desiccat ignis, & ita exteriores poros constringit, corrugat, coarctatq;. hinc humidum intus existens euaporare nequit, sed interius reconditur, donec pori ipsi reclusi apertiq; fuerint. ¶ Secundum. Hac de causa, maiore industria ac manus artificis ope quicquam assari quam elixari eget. Nam difficile est quicquam assando, & exteriora & interiora regulariter incalescere. semper em̃ igni viciniora desiccantur citius. & licet elixatio & assatio arte liquido factæ conspiciãtur, nihilominus consimiles natura species habentur, sed innominatę quidem sunt. ars em̃ naturã imitatur. Et alimenti in corpore digestio, elixationi similis est. fit enim a corporis caliditate in humido. Et indigestio alimentaris similis est eius oppositæ indigestioni, & exterioris calidi defectu paritur, nec animalia, vt tineę rotundæ, generantur in ipsius digestionis loco (vt aliqui putauerunt) sed ex secretione facta & putrefacta in inferiore aluo. illic enim segregatum putrescit. sed quam ob causam, alio dicendum est loco. deinde genitæ ascendunt ad superiorem ventrem: qui locus est digestionis. Et ossium digestio, similis est assationi. eorum vero indigestio, eius oppositæ indigestioni. ¶ Sexta definitio. Inassatio, indigestio est assationi contraria, ex defectu calidi sicci intrinseci in assabili proueniens. Sic enim se habet inassatio, ad assationem, sicut inelixatio ad elixationem. & huic non est nomen impositum. Et accidit hic assationis defectus aut propter exterioris ignis defectum, aut eius quod igni vicariũ sit, aut propter ipsius assabilis humoris excessum. Tunc enim calor maior erit, quam vt non moueat: minor autem quam vt digerere sufficiat. Sed quid maturatio, quid cruditas, quid elixatio, quid inelixatio, quid assatio, quid inassatio, satis dictum est.

23

Ertij capitis scholia. XVIII. Quę tunc perfecta habetur, cũ semina Folliculi sunt seminum receptacula instar follium concaua, quę suo sinu semina complectuntur, vt fabarum, pisarum, & viciarum extremi cortices, qui bini cohærent, intusq; cõpluscula grana leguminaq; claudunt. Præterea paleas quibus tritici & cęterarum segetum grana adoperiuntur, folliculorum noĩe complecti licet. Pulpa autẽ est mollior fructus arborei pars, inter corticem exteriorem, & semen in meditullio abstrusum, intercepta. Estq; vt ipsius fructus caro, eiusq; potissimum accommodatur. Itaq; duplicia in litera tanguntur fructuum semina quædam segetum, & in agris humano labore excultis nascentium, & illa folliculis clauduntur, quędam vero arboreorum fœtuum, & eorum fructuum qui ex fructibus aut arboribus colliguntur. Et hæc continentur pulpa, vt semina pomorum, pyrorum, & cæterorum id genus fructuum mollioris corticis. Sub his autem seminibus & ea comprehendi debent, quæ primum pulpa, deinde lapidea testa circundata sunt, vt ceraſorum, prunorum, & volemorum. Item & ea quę sola arca testea, munimentoq; durissimę testę sunt conclusa, vt amygdalorum, & auellanarum, atq; iuglandium. In quibus omnibus liquido constat quãta sedulitate atq; cura natura fructuũ semina asseruet. XXVI. Quapropter elixa quam assa sicciora sunt. Id intelligendum est quantum ad vtrorunq; partes interiores, a quibus in elixis eductum est humidum a circunstante calido humido. In assis vero humidum interius manet, & ibidem a calido sicco digeritur atq; decoquitur. Nempe quantum ad exteriores partes ediuerso elixa humidiora sunt, quod vndiq; a circunstante humido tangantur, & assa sicciora, quod a calido sicco desiccentur. Et quãuis calidũ siccum decoquens assa sit acutius quam calidum humidum decoquens elixa, non tamen reddit assorum interiora sicca, quia eorum humidum non educit, sed clausis constrictisq; poris cogit ipsum intus manere, & illic digeri. Quod si facta digestione humidum internum educatur in asso propter vehementiorem caloris virtutem, iam ex asso fiet adustum. In elixis autem interius humidum educitur a circunstante calido humido cui incoquuntur, & hoc pacto relinquuntur interiores partes sicciores. XVIII. Sunt enim quædam quorum pars altera segregãte calido &c. Caseus a lacte coacto nomen sortiri putatur, q̃ fiat ex lacte inspissato, atq; cõpresso, qua quidem compressione educto humido, quod crassius est & siccius cogitur in vnum, & caseus appellitatur. Hinc illud Virgilianum de caseo. Et pressi copia lactis,

Butyrum vero grecum est vocabulum,& latine dicitur quasi bouis caseus.Nã partes ipsę ex quibus id nomen conflatur,idipsum grece designant,quia plurimũ fit e bubulo lacte,quãuis ex ouino & caprino interdum fieri etiam comperiatur.Sed hyeme calefacto lacte, estate duntaxat expresso, crebro impulsu in longis vasis angusto foramine spiritũ accipientibus,sub ipso ore alias præligato atq; pręcluso fit.Qua quidem frequenti agitatione quicquid lactis pingue est,cogitur & coagulascit,& coactũ fluit in summo.Itaq; supernatans,butyrum est,natura pingue,viscosum,& vnctuosum,esuiq; humano haudparũ accõmodum.Laudatissimus esse barbararum gentium is cibus fertur,& qui diuites a plebe discernat,vt inquit Sypontinus. XXII. Et citius assatio elixatione consummatur.Quanuis elixatio mediate fiat a calido sicco,vt igne inducẽte caliditatem in calido humido circunstãte elixum,non tñ ab illo fit immediate,vt assatio.Nam si calidum humidum a seipso haberet caliditatem,& non ab extero calefaciẽte,haud minus elixationem compleret nullo concurrente calido sicco.Neque efficax argumentum sumi potest assationem fieri a calido humido,q̃ fiat ab aere circunstante per quem diffunditur calor igneus. Nam elixatio fit ab humido aqueo, non aereo.circunstans autem assum aer,ad assationis perfectionem non alio cõducit modo, quam q̃ medium est per quod calidum siccum diffunditur.Quod autem assa interdum aspergantur humore pingui,non eo fit,q̃ assatio compleri debeat calido humido,sed ad temperandum moderandumque ignis calorem, ne assum exurat. Propter quam itidem causam fit versio assi in gyrum, cum decoquitur,vt in omnes eius partes calor regulariter & vniformiter agat. Et cum assanda interdum prius elixantur,idipsum non fit q̃ assatio compleri debeat calido humido, sed vt per elixationem disponatur assum ad faciliorem celerioremque decoctionem.

¶Quarti cap. annotat.

¶Gluten,colla.¶Determinamus, discernimus.

QVartum cap.continet quinq; conclusiones,& vnum corollarium ad tertiam. ¶Prima cõclusio. Passionũ humidorum 24
& siccorum determinandæ sunt species.¶Nam humidum & siccum,corporum principia sunt passiua:ex quibus mixta omnia constant. Et quæcunq; magis humido natura participant,ea magis humidi natura participabunt:quę aũt sicco,magis & sicci. Et humidorũ quędam sunt actu humida, vt liquores.quędãvero potentia,vt liquabilia.Itidem siccorum quædam sunt actu sicca:vt liquabilia prius q̃ sint fusa.quædãvero potentia, 25
vt eadem liquata. ¶Secunda. Corpora mixtorum ex humido & sicco sunt terminata.¶Nam humidum facile terminabile est siccũ vero difficile: adinuicem tñ bene.Inspissantur em̃,partiunturq; aliquid simile pulmentis, & falsam entis: & humidum sicco vt terminetur causa est: siccum vero humido vt constet, & ne concidat & defluat,causa existit. Et vt paucis absoluamus,vtrũq; alterí vt gluten habetur,fitq; naturale mixtum ex humido & sicco:quemadmodũ (vt vult i Physicis Empedocles)aquæ conglutinatur farina. Mixtorum igitur corpora ex humido & sicco sunt terminata.¶Tertia. Terminata corpora, minime sine aqua & terra consistunt. ¶Nam elementorum proprijssime siccum dicitur terra,hu- 26
midum vero aqua.terminantur autem omnia humido & sicco. Non igitur sine aqua & terra consistũt corpora terminata. & quod plus terræ secundũ potentiam habuerit,magis terreũ essevidebitur:& quod minus,videbitur & minus.& quod plus aquæ,magis videbitur aqueum:& quod min⁹,minus.¶Corollarium.Hinc euenit vt in aqua & terra solũ animalia reperiantur,& non in aere & igne.Nam 27
hæc præcipue suorum corporum sunt materiæ.¶Quarta. Mollities & durities, terminatorum corporum sunt primæ passiones.¶Nam quicquid ex humido & sicco terminatum est,durum aut molle esse necesse est. durum quidem, si magis sicco terminatum est.molle autem, si magis terminatũ est humido.Est enim durum,quod non cedit in seipsum secundum superficiẽ.molle vero, quod cedit secundum superficiem in profundũ,et nõ circunstat pellens. Hinc aqua ipsa non dicitur mollis.nam secundum superficiem non cedit in profundũ, sed protinus diuisa ipsum ambit,et circunstat impellentem.Sunt igitur molle et durum, primæ terminatorum corporum passiones,vt quæ immediate humidi et sicci collimentum terminationemq; sequantur.Et quoddã est simpliciter durum, quod

corpora mixtorum gb terminentur

cur in terra e aqua magis animalia reperiãtur

aqua nõ dicitur mollis

simpliciter tale est,quoddam vero durum ad alterum:quod ad aliud tale dicitur. ita & molle diducitur.& sunt magis vel minus talia,secundum q̃ magis aut mi- 28
nus humido et sicco sunt terminata.¶Quinta conclusio.Durũ & molle simpliciter,determinam⁹ tactu.Nam omnia sensibilia determinamus sensu, at tactus in quadam mediocritate,mediaq; mollis & duri proportione consistit. Excedens igitur duritie mediocritatẽ illã,durũ dicimus:deficiensvero,molle.nam id mollitie medietatem excellit. Tactu igitur durũ & molle simpliciter discernimus.

QVarti cap. scholia. XXIIII. Et humidorum quędam sunt actu humida. Actu humida, sunt quę exteriorem & fluidam habet humiditatem, vt liquata & fusa. Potentia vero humida,quæ actu non habent sensui patentem humiditatem,sed habere possunt,vt coagulata & liquabilia.Sic actu siccasunt, quę exteriorem & constantem habent actu siccitatem,vt coagulata.Potentia vero sicca,quæ actu non habent siccitatem,sed habere possunt, vt liquata & coagulabilia.Porro humidum & siccum eodẽ modo sumpta,contraria sunt,neque eidem simul competere possunt.Nihil enim simul esse potest actu humidum,& actu siccum, aut potentia humidum,& potentia siccum.Diuersis autem modis sumpta,minime repugnant eidemq; accidere possunt,vt metallum fusum est actu humidum,& potentia siccum,coagulatum vero,actu siccum, & potentia humidum.Non tñ concesserim omne actu humidum esse potentia siccum,vt liquores, neq; omne actu siccum esse potentia humidum, vt lapides, sed solum particulariter id verum est. XL. Hinc aqua ipsa non dicitur mollis.Etsi aqua sit mollis,quod naturalem habeat impotentiam resistendi suæ sectioni,quodq; facile tangenti cedat,qualitatemve habeat tactu perceptibilem, hoc tamen loco minime mollis dicitur, quod neutro dictorum modorum hic molle capiatur, sed pro corpore mixto terminatoq;,q̃ secundum profundum pellenti cedit, & eo remoto latera non coniungit. Atqui aqua non huiusmodi est mixtum,neq; in profundum cedit, vt partes superiores deprimantur a pellente,& subsint pellenti,sed cũ diuiditur,vndiq; circundat latera pellenti,quo quidem dimoto,rursum latera continuat & counit.Et licet omne molle secundum præsentem & huic loco congruam acceptionem sit molle, vt importat naturalem impotentiam,& qualitatem tangibilem,siue elemento simplici siue mixto corpori conuenientem,non tñ ediuerso omne molle duobus illis modis est molle vt hic sumitur. Vtroque enim dictorum modorum & aer & ignis est mollis,non tamen eo modo qui hic definitur.Neq; ex eo q̃ aqua non sit dura,consequitur eam esse mollem.nam durum & molle vt hic sumuntur, contraria sunt mediata, & medium habent corpus,q̃ neq; durum est,neq; molle,vt aqua,aer,ignis. Cæterum cũ paulo ante dicit litera tertiæ conclusionis,elementorum proprijssime humidum dici aquam, id intelligendum est secundum materiam subiectam de eo humido quod ad mixtorum terminationem conducat atq; deseruiat. Nam simpliciter & maxime humidum inter elementa est aer,verum id aeris humidum, mixtorum terminationi & contemperationi non est vsquequaq; accommodum.

actu humida quę potentia dicãtur

¶Quinti cap. annotat.

¶Proprio,naturali.¶Lacticinia,cibi ex lacte facti.

QVintum cap. continet quinq; conclusiones,vnũ corollarium ad primam,&vnam diuisionem ad quartam. ¶Prima conclusio. Omne 29
corpus proprio termino contentum,durũ aut molle esse necesse est. ¶Nam omne tale aut tactũ sustinet non cedens, & durum est: aut tactum non firme sustinens cedit,fugitq;:& id est molle.¶Corollarium.Quo fit vt de coagulatione post apta incumbat determinatio.¶Nam omne corpus terminatum & constans,durum aut molle est.at sine coagulatione non terminatur & constat.Post igitur apta erit de coagulatione determinatio. ¶Se- 30
cunda. Coagulatorum,liquatorum,exsiccatorum,& humectatorum, variæ sunt causæ.¶Nam materiam habent:præter quã & efficientem,vt causamvnde motus:& passionem,vt vnde species nascitur & forma,rursum habẽt. Et efficientes causæ(vt diximus)duę sunt,calidũ,& frigidũ:& passiones itidẽ duæ,humidum, & siccum.Patiũtur em̃ corpora coagulationem,liquationem,exsiccationem,humectationem,aut præsente calido id quidem faciente, absente vero frigido: aut frigido præsente faciente,& absente calido. Sunt igitur coagulatorum, liquatorum,exsiccatorum,humectatorumq; variæ causæ.¶Tertia.Prius de exsiccatione determinandum esse videtur.¶Nam coagulari, quodammodo desiccari est. 31
¶Quarta.Frigidum magis q̃ calidũ passiuorum est.Nã passiuũ,aut humidum, aut siccum est,aut ex his coalitum atq; compositũ.humidũ em̃ corpus aqua præbet,siccum aũt terra, & hęc humidorũ & siccorum maxime sunt passiua. Atqui

Universidad de Deusto
Biblioteca

frigidum & aquæ & terræ est. hęc enim natura frigida sunt. & calidum aeris & ignis est. sunt enim contra naturã calida & actiua. Frigidũ igitur quam calidum magis passiuorum est. Agit tñ frigidum, nam corrũpit, & multas & per se & per accidens operationes perficit. Circunstans em frigidum, calidi virtutem coniens & adunans, nonnunq̃ calefacere & vrere dicitur: non quidem vt frigidũ est, sed per accidens. ¶Diuisio. Desiccabilium hęc sunt aqua, hęc aquę species, vtvi 32
num, vrina, serum. Et aquę species dicimus, quę non propter viscositatem, paucũ aut nullum sedimentum, hypostasinq; habent. est enim quibusdam viscositas causa vt hypostasi nulla aut pauca fiat, quemadmodũ in oleo & pice existit. Et hæc humiditatem habent superinductam: vt lana aqua perfusa, hæc vero naturalem, vt lacticinia. Et hæc omnia desiccari dicuntur, quoties naturalis resoluitur humiditas remanẽte sicco, aut quoties ipsa alijs supfusa resoluantur. ¶Quinta conclu 33
sio. Quęcunq; desiccantur (siue calefacta sint, siue frigefacta) a calido aut exterio re aut interiore desiccantur. Nam quęcunq; desiccantur, aut calefacta aut frigefacta desiccantur. Calefacta quidem, exteriore calore humiditatem educente atque soluente, quemadmodũ in elixatis cernitur, frigefacta vero, cũ humidũ paucum fuerit, & circunstante frigido interior calor expiret, secumq; humidũ educat & rapiat, est enim calidi educere atq; resoluere. Quęcunq; igitur desiccantur, siue calefacta, siue frigefacta, a calido aut interiore aut exteriore desiccantur. Et tribus modis aliqua humectari dicuntur. Primo, cũ circunstans aer frigore densatus, tandem cogitur, concrescitq; in aquam. Secũdo per coagulati liquationem: & tertio per humidi infusionẽ. Sed nunc de coagulatione & liquatione agamus.

QVinti cap. scholia. XXIX. Oẽ corpus proprio termino contentũ. Id intelligendum est de corpore naturali secundũ materiã subiectam. corpus em cęlestę etsi proprio termino, scilicet suo conuexo contineatur, tñ neq; durũ neq; molle est. Intelligendũ est præterea de corpore mixto terminato & constante. quare de aqua & liquoribus aqueis nõ fertur in hanc conclusionem instantia. siquidem partes aquę extra se fluunt & dilabũtur, & ipsa (vt præcedens ostendit caput) neq; dura neq; mollis est, vt durities & mollities sunt corporum terminatorum passiones. Eodem quoq; modo de liquoribus aqua participantibus est sentiendum. XXXI. Et calidum, aeris & ignis est. sunt enim contra naturam calida & actiua. Videtur ex ratione adducta ad quartam conclusionem, calidum æque vt frigidũ passiuorum esse. Nam calidũ & igni conuenit & aeri, perinde atq; frigidum aquę & terrę. Atqui ignis siccus est, & aer humidus, haud secus aqua humida, & terra sicca. Inueniri itaq; videtur calidum non minus coniunctũ qualitatibus passiuis, q̃ frigidum. Verum non simile putandum esse iudicium de calido & frigido, etsi vtrunque humido & sicco in elementis comperiatur adiunctum. Nam frigidum coniungitur humido aqueo, & sicco terreo, quę apprime conducũt ad corporũ mixtorũ terminationem. Calidũ autem compactum est sicco igneo, & humido aereo, quę sane minus conferunt ad mixtorũ contemperationem. Hic in superiori capite aqua dicta est inter elementa maxime humida. q̃ humidum aqueũ ad mixtorũ rationem multo plus conferat q̃ aereum. Et eadem quoque ratione, frigidũ quod coniunctum est humido & sicco longe conducibilioribus ad mixti consistentiam, dictum est potius esse passiuorũ, q̃ calidum quod coniungitur quidem humido & sicco, minus tamen valentibus ad mixtum terminandum.

¶Sexti cap. annotat.

¶Chalybs, purificata massa ferri. Pyrimahus, accentus in antepenultima, lapilli nomen est ab igne expugnabilis. ¶Indissolubile, difficile solubile. ¶Dissolubile, facile solubile. Nitro, proxima sali natura est, probant Macedonicum, fitq; in Aegypto pene eo modo quo sal. hoc interest, quod in salinis mare fundunt, at non in nitrarijs. Spuma nitri (quam aphonitrum dicunt) maxime probari solet, nosq; chinitrum nomine salis censemus.

SExtum caput continet vnam diuisionem, nouẽ conclusiones, vnũ corollarium ad tertiam, & vnũ ad nonam. ¶Diuisio. Coagulabiliũ hęc 34
sunt aqua, aut aquę species, hæc autem aquę & terrę. ¶Prima conclu 35
sio. Quęcunque calido sicco coagulantur, frigido humido soluuntur.

¶Nam quęcunq; coagulantur, aut calido aut frigido coagulãtur, & a suis cõtrarijs soluuntur, calidi autem sicci contrarium est frigidum humidũ, vt aqua, igitur quęcunq; calido sicco coagulantur, frigido humido soluuntur, hinc quæ ignis coagulat, aqua soluit, quę frigida est & humida. Sed petes forsitan, cum mel elixum in aqua positum concrescat, denseturq;, in hæc concretio atq; coagulatio ab
36 humiditate fiat aquę? Non, sed potius a frigido humori commixto: est enim frigidi cogere & coadunare. ¶Secunda conclusio. Aqua & aquæ species non coagulantur ab igne. ¶Nam congelatę, coagulatęq;, ab igne soluuntur, at idem circa idem. contrariorum coagulationis & solutionis causa per se non erit. Per se dico, nam per accidens nihil prohibet, quę enim adueniens calor per se soluit, eadem abscedens & absens per accidens coagulat. ¶Tertia. Aqua & aquę species
37 a frigido coagulantur. ¶Nam quę a calido soluuntur, a suo contrario coagulantur. Contrarium autem calido frigidum est. talia igitur a frigido coguntur, atque coagulantur. ¶Corollariũ. Vnde fit vt talia coagulata non ingrossentur. Nam ingrossatio proprie fit abeunte humido, & constante sicco, at frigido congelante, atque coagulante, non abit humidum, remanente sicco. & adde aquam humido-
38 rum solã ingrossari non posse. ¶Quarta cõclusio. Quæ communia sunt aquæ & terræ, & calido & frigido coagulascũt. ¶A calido quidem humidum educente, humido siquidem euaporante, siccum ingrossatur, constat, coagulascitque. A frigido autem, q̃ calidum expellat, quo cum simul euaporat humidum, aut totum
39 comprimit, & velut humida coarctat & stringit. ¶Quinta. Quę mollia sunt parum humida, parum coagulando ingrossantur mixta, multum autem humida, vt lac, ingrossantur, & multum. ¶Nam mollia parum humida, pauco exeunte humido coagulantur, vt coctus later, commixta autem multum humida, multo coagulascunt exeunte aut separato humido. ¶Sexta conclusio. ¶Multa coagulan-
40 dorum prius humescunt, vt grossa, vt prius infrigida, vt incoctus later. ¶Nam primum extrahitur ad exteriora humor, ipsum mollescere faciens, humidiusque reddens, ita vt in fornace cum coquantur lateres, sępe peruertantur, vt concidãt,
41 aut incuruentur. ¶Septima. Quęcunque a frigido coagulãtur aquę & terrę communia plus aquę habentia, plus item & terræ, quoties a frigido coagulantur, cali-
42 do quidem abeunte, & non euaporante humido, iterũ adueniente calido soluuntur. ¶Id enim frigido induratum lutũ ostendit. ¶Octaua. Quæcunque propter infrigidationem toto pariter calido educto coagulata nõ nisi forti excellentique igne sunt solubilia, hæc debiliori calore sunt mollificabilia. ¶Hoc ostendit ferrum & cornu, quæ debiliori igne mollescunt, non autem soluuntur nisi facta fuerit ignis vehementia. At cum fit ignis vehementia, ferrum liquatur quod quidem faciunt hi qui ferrum elaborant & humidum apparet, & iterum coagulatur, quod si sæpe fiat, rarescit, fitque chalybs. nam eius fex atque scoria subsidet, atque ita purificatur. Hoc autem artifices facere non sæpius attentant, quod ferrum illa purgatione plurimum & quantitate & pondere minuatur. Et id ferrum melius est quod liquefactum pauciorem relinquit scoriam id enim est suæ puritatis indicium. ¶Item valente igne lapis Pyrimachus tandem stillat & fluescit, & consimiliter molæ, & lutea, & terrea: quæ iterum coagulata concrescunt.
43 ¶Nona conclusio. Eorum quę a calido coagulãtur, quędam indissolubilia sunt, quædam vero dissolubilia. ¶Nam quorum ab igne terra combusta fuerit, vt laterum, & lapidum quorundam, vt molarium, hæc indissolubilia sunt, non enim humido peruia sunt, vt eo solui possint, soluerentur autem frigido humido, quæ autem frigido humido peruia sunt, hæc dissolubilia sunt. vt nitrum, & aliæ salium species. ¶Corollarium. Quo fit vt talia aqueo humido, & eorum quę aquæ sunt species, liquescant, non autem liquescant in oleo. ¶Nam calido sicco contrariũ est frigidũ humidũ quale est aquæ, & specierũ aquę. Et si vnũ cõtrariorũ coagulauerit, soluit eius contrariũ, sic enim contrariorum contrarię erunt causæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sexti cap. scholia. XXXV. Calidi autem sicci contrarium est frigidum humidum, vt aqua. Calidi quidem sicci etiam contrarium est calidum humidum, vt aer, sed partim contrarium, & partim conueniens. Quatenus em̃ humidum, contrarium, & quatenus calidum conueniens. Frigidum autem humidum ipsi calido sicco secundum vtranq; qualitatem aduersatur. Hinc quæ ignis coagulat, soluere non potest aer, q̃ ad solutionem vtriusq; qualitatis requiratur contrarietas, & potissimum actiuæ. Quod autem aer nonnunq̃ soluat ea quæ per frigidum & humidum coagulata sunt, vt congelata, id non propria solaq; aeris sit virtute, sed concurrente calore extrinseco, vt solis per aerem diffuso, quare ex eo nõ conficitur calidum & humidum ea soluere posse, quæ per calidum & siccum cõcreta sunt. Quinimo si aer ab extrinseco frigus concipiat, non valebit adhuc huiusmodi solutionem facere, tametsi frigidus fuerit & humidus, quia deest ei ea humiditas quæ nata sit dissoluere coagulata per siccum igneum, vt pote aquea. Nempe quanuis humidum aeris magis aduersetur sicco ignis, q̃ humidum aquæ, in ipsis elementis simplicibus (hic em̃ est non summi ad non summum. illic vero est summi ad non summum contrarietas) humidum tamen aquæ magis contrariatur sicco ignis q̃ humidum aeris, ad faciendam coagulationem & solutionem. XXXVIII. Quæ communia sunt aquæ & terræ. Nullum est incommodum, idem a contrarijs causis calido & frigido coagulascere, vt laterem & lutum a calido cogi per deficcationem atq; decoctionem. item & a frigido per congelationem atq; indurationem. Nam id ipsum alio, & pene contrario modo fit a calido & frigido. A calido quidem, quicquid interius est humidum educente, & siccitatem tum interiorem, tum exteriorẽ relinquente. Hic fit vt si calido coagulata solui debeant, opus est humido aduentitio quod huiusmodi dissolubilia subeat, vt inquit nona conclusio. A frigido vero, non educente humidum, sed interius constringente, vt in extimis partibus appareat siccitas, intus autem latitet clausa humiditas. Cuius rei indiciũ est, quia (vt septima inquit conclusio) quę a frigido sunt coagulata, vt lutum induratum. adueniente calido soluuntur, nullo prorsus adiuncto humido, sed eo quod introrsum delituit, exterius apparente, secq; fundente. XLII. Nam eius fex atq; scoria subsidet. Scoria tam in plumbo q̃ argento, aere, ferro, & cæteris metallis, dicitur quicquid subsidet, & quasi fex est metallorum, sicut spuma, quæ exferuescente materia tollitur. Et ea terrestris magis est & impura, quam reliqua metalli materies. Hinc metallum cognoscitur esse melius & purius, quod pauciorem relinquit scoriam, sicut & vinum purgatius atq; meracius, quod minus habet fecis subsidens in imo. Id enim indicium est paucæ terrestreitatis vtriq; permixtæ. Pyrimachus autem lapis (cuius eodem in loco meminit litera) a pyr dictione græca ignem significante nomen sumpsit, quod intra se ignem contineat, qui facile aut clauo aut alio lapide excutitur. Nempe is lapis eo pacto percussus, leuiter scintillas edit. quę sulphuratis aut solijs aridis exceptę, dicto celerius ignem gignunt. Eundem Græci Pyritem quoq; nominant, Latini vero eum ignarium appellitant.

¶ Septimi capitis annotatiunculæ.

¶ Desiccabile, coagulabile. ¶ Lix, cinis est foci, hinc lixiuium deducitur, aqua in qua cinis coctus est. ¶ Euaporantia intelligimus, quando fumus ingrossari potest, & stillare in aquam. ¶ Coctile, coctus later. ¶ Hebenus, arbor Indica, enodis, nigra palmæ assimilis, quæ aquis submergitur, & inter erodentia connumeratur.

Septimum caput continet sex conclusiones. ¶ Prima conclusio. Sales, vt nitrum, later, lapis, & similia, plus terrea, q̃ aquea existunt. ¶ Nã quę plus aquę habent, ingrossantur solum ab igne, quę autem plus terrę, coagulantur. talia autem ab igne coagulantur, & non ingrossantur, plus igitur terræ, quam aquę retinent. At oleum ancipitis se præbet naturę, si em̃ plus aquę haberet, deberet a frigido vt glacies gelari, si plus terræ, deberet vt later coagulari a calido. 44
Hoc autẽ nõ fit, nã a neutro coagulatur, inspissatur tm̃ ab vtroq;. Si causam requiris, hæc esse videtur, q̃ oleũ maxime sit aereũ, hac em̃ de causa supernatat aquæ, fertur em̃ sursum aer, frigus itaq; ipsum circunstans, aerẽ in eo existentẽ ingrossat, qui spissior factus conuertitur ĩ aquam, ingrossatq; oleum. Semper em̃ quod ex oleo & aqua cõmixtum fuerit vtroq; densius, spissiusque habetur, calidum vero resoluit aqueum, hinc albescit oleum. quod tamen temporis tractu inspissatur, marcescente calido, aereoq; rursum in aquã coacto. Liquet itaq; oleũ vtroq;

& calido & frigido inspissari, sed nõ eodem mõ, a frigido siquidẽ per se inspissari videtur, a calido vero p̃ accidens. Et neq; desiccatur coagulaturve a calido, neq; a frigido, nõ solum quia viscosum (viscositas em̃ ĩpedit eius humiditatem extrahi educiq; aut a calido humido elixando, aut calido sicco assando) sed & quia sit aereum, aer em̃ neq; aqua neq; igne desiccabilis est. Et ea quę plus aquę q̃ terrę habent, iure aquea dici possunt, quę vero contra plus terrę, dici possunt terrea. Quod si aquã aquę & terrę retinent portionem, cõmuni appellatione aquea & terrea dici merentur, & hęc oia (vt diximus) coagulari possunt, soluiq; coagulata. Et quæ plus aquæ obtinent, elixationem atq; ingrossationẽ sustinent, vt vinũ & mustũ, & similia, cum em̃ coquuntur elixanturq;, aquea resoluitur humiditas, cuius indicium hoc esse põt, q̃ superposita manu, aut aliquo huiusmodi, concrescente vapore, aquam colligere possis: quare quod relinquitur, plus terreum existit, & dẽsius,
45 atq; spissius. ¶ Secunda conclusio. Quę non ingrossantur a frigido, sed coagulantur, euaporantia quidem ab igne, magis sunt aquę: vt vinum, acerum, serum, lixiuium, vrina. Nam hęc a calido ingrossantur: & ipsa coagulat frigiditas. Et nõ solum coagulat vt aquea: sed etiam ingrossat vt aerea: aerem enim conuertit in va
46 porem: quẽadmodum de oleo dictum est. ¶ Tertia. Quæ a frigido ingrossantur non euaporantia, aut terrę & aeris, aut aeris & aquæ sunt cõmunia. Hac enim de causa mel quod terrę & aeris est, & oleum quod aeris & aquæ, frigido densantur.
47 aerem em̃ densat frigus in aquam. ¶ Quarta. Lac & sanguis, aquæ & terræ sunt cõmunia: & nitrum & sales, & ex quibuscunque constant lapides, magis terrea. ¶ De lacte em̃ hæc sunt indicia, si non separetur serum, totũ euaporat decoquendo, velut aqua. Et si ipsi tepefacto imponatur coagulum (vt medici facere solẽt) constat terrestre separatum ab humido, paraturq; hoc pacto caseus, & serũ: quod quidem separatum non amplius ingrossatur, sed vt aqua euanescit in vaporem. Et si lac aliquod caseum non habeat, aut admodum paucum, ipsum magis aquæ est, minusq; vsui redditur aptum, hæc itaque monstrant lac aquęq; & terrestris esse naturę. De sanguine autem hoc idem manifestum est. Inspissatur em̃ euaporationem faciẽte calido, & coagulatur frigido, siccaturque. Qui autem prompte non coagulatur, vt ceruinus, magis aqueus est, poros viasque frigori (velut aqua non præbens, quapropter & fibras non habet, fibræ em̃, & quod solidũ est) terrestre est, vnde fit vt ipsis extractis non coaguletur, neque desiccetur humidum vt neque segregato caseo desiccatur serum. Et huius rei adhuc signum est, q̃ morbidus sanguis, vt neque aqua, pituita, & sanies, coagulari non vult, hæc enim indigesta sunt, & a natura insuperata. De nitro, & salibus, & ex quibus constent la-
48 pides, constat. nam illa potius humido soluuntur, & non calido. ¶ Quinta. Eorum quæ terrea sunt, quædã sunt solubilia, quędã indissolubilia et indissolubilium, quędam mollificabilia, quędam vero minime. ¶ Nam nitrum et sales, solubilia sunt, later coctus & ferrũ, ĩdissolubilia, ferrum & cornu, mollificabilia, coctile vero & lapides, ĩmollificabilia. Et horum oĩm causa existere videt, q̃ cõtrariorũ contrarię sunt causæ. ¶ Hac enim de causa quæcunque duobus frigido & sicco coagulantur, hæc calido & humido soluuntur, vt igne & aqua simul, & quęcunque ignis solus coagulat, aqua dissoluit, & quæcunque frigidum solum, dissoluit ignis. ¶ Quæcunque vero a duobus contrarijs, vt calido & frigido, coagulata fuerint, maxime indissolubilia sunt: quod accidit quoties calidum, multum humidum expresserit: vt in coctilis decoctione, cum rursum toto expirante calido ipsum amplius frigidum coagulat, comprimit & coarctat, ita vt humido amplius non præstetur aditus, tale tunc certe maxime indissolubile est. ¶ Non enim soluetur a calido vt igne. nam sola soluit, quæ a solo frigido coagulata sunt. ¶ Neque vero a frigido vt aqua soluetur. nam ea sola soluit, quæ calido sicco sunt concreta. Et licet later poros habeat: per quos subtilissimus spiritus exit: humido tamen grossiori non præbent aditum: per quod solũ ipsum coagulatum esset dissoluendum. Mollificabilia quidẽ sunt aquea et terrea. quę calidum sol-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uit,& frigus coagulat,vt ferrum,& humoris indigentia oppositum præstat,vt in coctili & lapide. ¶Sexta conclusio. Ligna(excepta hebeno, & alijs ei⁹ generis) 49
aeris & terræ sunt communia. ¶Nam hanc ob causam ligna sunt vstilia, non mollificabilia, non liquabilia & aquæ supernatantia. At hebenus aquæ non supernatat,ipsa enim magis terræ existit, & ex ipsa hebeno nigra exspirauit resolutus aer. Sed de coagulatione & liquatione hactenus.

Oleū nō cōgelari. Au. Gel. Taurus.

SEptimi cap.scholia. XLIIII. Si em̄ pl⁹ aquę haberet,deberet a frigido. Aulus Gel.lib.17. noctium Atticarū capite octauo, sentit ex sententia Tauri philosophi oleum sepe & facile stare,atq; congelascere,vinum autem admodum rarenter. Illiusq; causam percontatur ibidem. Potius tn̄ hac in re Aristoteli est astipulandum sentienti oleum neq; a frigido gelari, neq; a calido coagulari.nam quæ congelantur,humidum debent aqueum habere,non pingue neq; viscosum. Atqui oleum non habet humidum aqueum,sed aereum,quod itidem pingue est & viscosum. Itaq; impedit illa viscositas olei constrictionem.Neq; causa ab Aulo Gellio superiore loco adducta satis firma videtur,oleum scilicet ob leuitatem celerius coagulari.Faciliora(inquit) ad coeundum ideo videntur quæ leuatiora,leuioraq; sunt.Nam aer longe est oleo leuior,& tn̄ congelationi non est obnoxius.Præterea lutum aqua humectatum facile gelu stringitur,& tamen est admodum graue.At si leuitas congelationem faceret citiorem,grauitas eandem redderet tardiorem.Demum quanta est olei leuitas supra vinum & acetum?quorum hoc nunq̄,illud vero raro gelari eodem in loco asseuerat. XLVII. De sanguine autem hoc idem manifestum est. Taurinus (vt inquit Sypontinus)omnium celerrime coit atq; durescit,ideoq; pestifer est,præsertim potu. Porro Themistocles ab ingrata patria (quam a Persarū impugnatione tutatus fuerat)exul factus,& a Xerxe rege Persarum (quem bello nauali in freto Salaminio deuicerat) princeps exercitus aduersus Athenienses magno cum honore constitutus, cum videret patriæ suæ ingentis cladis periculum imminere, hasto tauri sanguine seipsum interemit, ne aut regi de se bene merito infidus esset non pugnando viriliter,aut patriæ suæ hostis videretur.

Sypōtin⁹ Themisto cles. Xerxes.

¶Octaui cap.annotat.

¶Perfecta mixta sunt aīalia,vegetabilia,& ea quæ fossilia sunt. ¶Calidum,& frigidum,prima agentia dicūtur,ꝙ sensibilium formis prima sint agendi instrumenta.Siccum vero & humidum,prima passiua, ꝙ sensibilium potentiæ prima sint patiendi instrumenta.¶Soluuntur,liquantur,aut mollificentur.

OCtauum cap. continet vnam conclusionem, tres rationes ad eam enumerationem passionem mixtorum perfectorū,& recollectionem determinationis coagulabilis & incoagulabilis, liquabilis & illiquabilis.¶Conclusio. Calidum,frigidum,humidū & siccum, omnibus mixtis perfectis communia sunt. ¶Primo.Quia vt dictum est a calido & frigido constant corpora,calidum enim & frigidum ingrossantia & coagulantia,ipsorum operationes faciunt, & quanto magis ipsis deficit caliditas,tanto magis abundat frigiditas, & patiuntur per humidum & siccum.Sunt igitur calidum,frigidum,humidum & siccum, talibus omnibus communia.¶Secundo. Perfectorum homœomera(quas similares partes dicimus)ex aqua & terra constare conspiciuntur,vt in animalibus ossa, caro,neruus,in plantis cortex & lignum, & in ipsis fossilibus aurum, argentum, & cætera id genus, talia autem sine calido perfici non possunt. Erunt igitur hæc ipsis communia.¶Tertio. Differunt hęc omnia adinuicem penes sensibilia propria & posse agere, vt penes colores,album & nigrum,& similes, penes sonos, vt penes acute aut grauiter sonare,aut similia,penes odores & sapores, dulce & amarum,& similes,penes tangibilia calidum,frigidum, humidum & siccum, & penes posse aliquid agere in sensum. Conueniunt igitur ipsis calidum & frigidum prima actiua,sine quib⁹ non videntur inesse posteriora. & multo magis passiuis differunt,vt quę magis passiuis constēt,& quibus passionū plurimę conueniant. vt passiones secundū quas coagulabile,liquabile,mollificabile,& similes dicuntur quę & ossi & carni & neruo,cortici,ligno,metallo,lapidi,&vnicuiq; homœomerorum cōueniunt,quę si ipsis conueniūt,& prima passiua humidū,& siccum, eisdē conuenire necesse est,oibus igitur talibus calidum, frigidum humidum & siccum cōmercioveniunt, habenturq; cōmunia. Et vt passionū numerus secundum quas differunt,aliquo modo haberi possit,nominibus tum quę potentiā im

portant,tum quæ important impotentiam, inferius describimus.

Coagulabili	Incoagulabile	Capibile	Non capibile
Liquabile	Illiquabile	Trahibile	Intrahibile
Mollificabile	Immollificabile	Ductibile	Non ductibile
Intingibile	Non intingibile	Fissibile	Infissibile
Flexibile	Inflexibile	Detruncabile	Indetruncabile
Frangibile	Infrangibile	Viscosum	Fragile
Comminuibile	Incomminuibile	Cōmassabile	Incommassabile
Impressibile	Non impressibile	Exhalabile	Inexhalabile
Formabile	Informabile	Vstibile	Inustibile.

Et de coagulabili,incoagulabili, liquabili & illiquabili prius determinatum est, de quibus quasi paucis perstringentes,eorum quæ dixim⁹ adhuc hoc repetamus. Coagulabilium quædam a calido coagulantur,quædam vero a frigido. A calido quidem humidum deficcante,a frigido vero calidum exprimente. Quapropter hæc indurationem & coagulationem humidi absentia patiuntur, vt quæcunque sunt terræ:hæc vero absentia calidi,vt quæcunq; sunt aquæ. Et quęcunq; humidi absentia coagulata sunt,humido soluuntur: nisi ita compressa sint, & angusti constrictiq; pori relicti vt aqueæ molis introitum non admittant: quēadmodum de coctili diximus,quæ vero eius ingressum admittunt,vt nitrum,sales,exsiccatumque lutum,humido soluuntur omnia, & quæcunq; calidi priuatione vt glacies,æs,plumbum,a calido soluuntur. Incoagulabilia autem sunt, quęcunq; humiditate aquea carent,aut non sunt aquę(vt quę plus calidi habent) & terrę, vt mel & mustum:sunt enim calida,& velut efferuentia, & quę aquę quidem sunt, sed plus aeris habent,vt oleum,& argentum viuum:& quicquid pingue & viscosum est,vt gluten. Sed nunc ad cætera determinanda nos conuertamus.

OCtaui cap.scholia. L. Oibus mixtis perfectis cōmunia sunt. Et si in quolibet mixtorum perfectorum inuenientur dictæ quatuor qualitates,non tn̄ idcirco putandum est contraria simul esse in eodem.Non em̄ sunt in illis dictæ qualitates secundū suam excellentiam & intensionem, sed remissæ & contemperatæ adinuicem, vt secundi de Gnatione caput septimum ostendit.Quocirca non contrarię sunt simpliciter,sed duntaxat secundum quid,quas simul eidem subiecto adesse,nullum putetur inconueniens.Cum autem mixtum aliquod cuiuspiam elementi vt aquæ habet insignius & excellentius contemperamentū,& qualitates illi⁹ frigiditatem & humiditatem habet satis excellentes,& sufficientes denominare subiectam. Verum quanto maior est illarum excellentia, tanto minor est suarum contrariarum caliditatis & siccitatis in eodem mixto virtus.Quanto em̄ plus adest vnius contrarij,tanto in eodem minus adest alterius.Non ita que rursum conficitur,duo contraria simpliciter simul eidem adesse.Et quāuis in nonnullis mixtis aliqua quatuor qualitatū deesse videtur,vt in lapidibus humiditas,nihilominus & ea adest,sed admodum exiliter,neq; sensui est peruia, ob siccitatē suum cōtrarium obtinens & prædominans.Et vt passionum numerus secundum quas differunt.Passionum mixtorū perfectorū numerus describitur decem & octo nominibus,naturalem potentiā & in affirmatione designantibus,quæ in litera primo & tertio ponuntur limite.Insuper & alijs decem & octo nominibus.quę ex opposito primis respondent,naturalē quidē impotentiā & in negatione designantibus,& in litera secundo limite simul & quarto positis,hac quidem serie,vt primum secundi limitis opponatur primo primi, & secundum secundo.Ita primum quarti limitis opponitur primo tertij,& secundū secundo. Quorum oīm duo prima primi limitis coagulabile & liquabile,& duo itidem prima secundi eis opposita in coagulabile &illiquabile,superius satis determinata sunt,possuntq; hoc pacto definiri.Coagulabilia sunt quæ a calido humidū educente,aut frigido humidū intus occultāte,sunt constringibilia,vt lutum & glacies.Incoagulabilia vero sunt quæ hoc pacto neq; a calido neq; a frigido cogi, & concrescere nata sunt,vt oleum.Liquabilia sunt quę a calido sicco latens humidum proferente,aut frigido humido poros subeunte,in humorem solui nata sunt,vt metalla fusibilia,& lutum.Illiquabilia vero sunt quæ in humorem solui nata non sunt,vt lapis,later, vas fictibile. De reliquis autem sexdecim passionibus affirmatiuis & earum negatiuis sequens caput pertractat.

¶Noni cap.annotat.

¶Formabilia,effungibilia.¶Transmutata, alio translata.¶Phlegma,pituita.¶Calidum igneum, ignis, aut quod eius vim obtineat. ¶Exhalabilium hæc, exhalabilium partes aliquę.¶Halat,exhalat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

NOnum cap. cõtinet ſexdecim diffinitiones, & earum aliquo pacto declarationes. ¶ Prima diffinitio. Mollificabilia ſunt coagulata quę ab igne humiditate ad exteriora ducta, tandem tactui ceſſibilia ſunt. Et 51
non debent eſſe aquæ ſolum, vt glacies, neque terrę, a quibus ignis totum humidum euaporare faciat, vt nitrum & ſal, neq; talem (vt later) irregularitatem habentia, ſed terrea magis, aut trahibilia, aut ductibilia, non intingibilia, non aquea, ſed quæ molliantur igni, vt ferrum atque cornu. Immollificabilia ex oppoſito cognoſcuntur. ¶ Secunda. Intigibilia ſunt terrea quæ latiores poros 52
habentia, molem aquę admittunt, mollioraq; fiunt madefacta, ſolidiora tñ aqua. nam talia per totum aqua facta, ſolum dicerentur liquabilia. Et intigibilium quę dam liquabilia ſunt, vt æs, & coagulatum lutum, quędam vero nõ ſunt liquabilia vt lana. Similiter non intingibilium quædam ſunt liquabilia, vt nitrum & ſales, & quædam non liquabilia, vt later. ¶ Sed queres, cur lutum intingitur, & liquescit humido, nitrum autem & ſales liqueſcunt, & non intinguntur. ¶ Hæc cauſa eſſe põt, quod in nitro & ſalibus per totum ſunt pori aquę peruij: ideo ſtatim ſoluuntur ab aqua, atq; liqueſcunt, indurato autem luto non ſic, ſed permutatim hi magni habentur, hi vero ſtricti, & qui aquã non admittãt, ideo prius intingitur, mox deniq; ſoluitur & liquatur. ¶ Et nõ intingibilia ex oppoſito cognoſcuntur. ¶ Tertia. Flexibilia ſunt quæcunq; a rectitudine in circunferẽtiam, aut a circun
ferentia in rectitudinem duci quęunt, vt calamus & vimen. ¶ Quę ſi a rectitudi 53
ne ad conuexum ducantur, reflexa dicantur, ſi vero ad concauum deflexa atque circunflexa, & ſi a conuexo aut cõcauo ſint ad rectitudinem ducta, directa dicantur. Non enim idem eſt reflecti, deflecti, & dirigi, ſed aliud & aliud, impoſſibile enim eſt: rectum, reflexũ aut deflexum eſſe: & ſi omne tale reflexibile eſſet, aut deflexibile. ¶ Inflexibilia vero ſunt, quorum moles a rectitudine in circũferentiam, aut a circunferentia in rectitudinẽ duci nequeunt, vt later & lapis. ¶ Quar 54
ta. Frangibilia ſunt quę flexibilitatem non omnino perferentia, in duas partes abeunt diuiſa: vt lignum. infringibilia vero, quæ hanc diuiſionem non admittunt: vt glacies. ¶ Quinta. Cõminuibilia ſunt quę in quaſcunque minutas partes 55
abeunt diuiſa, non facile duarum ſolum diuiſionem admittentia. ¶ Incõminuibilia vero horum oppoſita. Et quędam ſunt frangibilia, & non cõminuibilia, vt lignum, quędam cõminuibilia & infringibilia, vt glacies & lapis. quædã vero frangibilia & cõminuibilia ſimul: vt later. Et differunt fractio & cõminutio: quod fractio magnarũ & duarum partium ſit, cõminutio vero quarumcunque, & duabus plurimum. Et quæ multos & magnos non viciſſim nõ alternatim ſeſe habentes poros habent, hęc frangibilia ſunt, quę vero paſſim & viciſſim poros habent quã plurimos minutiſſimos, hęc ſunt cõminuibilia, & quę vtraque hæc pororum gñatenent, hæc & frangibilia & comminuibilia. ¶ Sexta. Impreſſibilia ſunt quo- 56
rum exterior ſuperficies aut pulſione, aut forti ictu, percuſſioneve: aut tactu in profundum cedit: vt ęs, & cera. ¶ Non impreſſibilia autem ſunt, quę hoc pacto non cedunt. Et impreſſibilium quędam ſunt mollia, vt cera, alia vero dura, vt ęs. Similiter non impreſſibilium hęc ſunt mollia. vt aqua, quę cedit in profundum non manente ſuperficie, hęc dura, vt later, cuius ſuperficies in profundum non cedit. ¶ Septima. Formabilia ſunt bene manu impreſſibilia, & non reſilientia, 57
vt cera quę impreſſionem manu pertractata ſeruat. ¶ Quæ vero hoc pacto impreſſionẽ non ſeruant, non formabilia dicimus. Et horũ non formabiliũ quędam facile ſunt impreſſibilia: vt lana, & ſpongia, quædam difficile, vt ęs, & lignum, quædã non ipreſſibilia, vt later, & aqua. ¶ Octaua. Capibilia ſunt q̃cunq; ſecun 58
dum ſuperficiem non diuiſam aut tranſmutatam in ſeipſa ſecundũ profundum facile ſunt cedentia: vt ſpongia, cera caro, quę pulſa & indiuiſa, in ſuos ſecundum profundũ facile cedunt poros. Et capibilia omnia connaturales habent poros, in quos poſſunt cedere preſſa, ſiue ipſi inanes ſint, quales dicuntur cũ ſint inſenſibi-

liori corpore vt aere pleni, ſiue quidem pleni ſed corpore molliori q̃ quod in ſeip ſum indiuiſum cedat, vt ſpongia humectata, ſemper em̃ in ſuos cedunt poros, ipſo intercluſo aut cedente aut expreſſo corpore. ¶ Incapibilia aũt ſ; nt quę hoc pacto in ſeipſa non dedunt: vt aqua, lac fluidũ oẽ, & omne durum, q̃ tales poros non habeant, in quos cedere poſſint, vt aqua, aut hñt quidem, ſed duriuſcula, duriori- 59
busve corporibus plena. ¶ Nona. Trahibilia ſunt quorũ ad latus transferri põt ſuperficies, ipſa quidẽ ſuperficie continua manente: vt pilus, coriũ, neruus, paſta, & gluten. Trahi vero eſt ad mouens transferri: ipſo ſp plano manente continuo. ¶ Non trahibilia aũt ſunt quę ad latus hoc pacto transferri non poſſunt, vt aqua & lapis. Et trahibilium hæc capibilia ſunt, vt lana: hęc vero non, vt phlegma. Iti
dem capibiliũ trahibilia ſunt, vt lana & cera, hęc nõ trahibilia, vt ſpõgia. ¶ Deci 60
ma. Ductibilia ſunt quæcunq; eadem percuſſione ſimul & in latus & in profundum ſecundũ ſuperficiem & ſecundũ partem transferri poſſunt, vt ęs & ferrum. ¶ Nõ ductibilia vero, q̃ hũc in modũ trãsferri nõ poſſunt: vt lapis atq; lignũ. Et omnia ductibilia impreſſibilia ſunt, non autẽ oia impreſſibilia ſunt ductibilia. nam lignũ impreſſibile eſt, non autẽ ductibile. fere tñ ductibile & impreſſibile, quo ad omnia conuertuntur. & ductibiliũ quædam capibilia ſunt, vt cera & lutũ: quędam nõ, vt ferrũ. Ita & capibilium quędã ductibilia ſunt, veluti cera & lutũ:
quędam nõ, vt lana, & ſunt neq; capibilia neq; ductibilia: vt aqua. ¶ Vndecima. 61
Fiſſibilia ſunt quorũ diuiſio pręcedit diuidens, pluſq; diuiditur q̃ diuidens aſſequitur, vt lignum. Infiſſibilia autem, quę talia non ſunt. & nullũ ſimpliciter molle, fiſſibile eſt, dico em̃ ſimpliciter. nã ad alterum, ferrũ molle eſt: vt ad chalybẽ. Neq; omne durũ fiſſibile eſt, vt ferrũ, ſed talia eſſe debent, quę neq; ſint liquida, neq; ductibilia, neque cõminuibilia, talia autem ſunt quæ ſecundũ lõgitudinem poros habent, ſecundum quos adinuicem adnaſcuntur & adhærent, non autẽ ita
ſecundum latitudinem habent. ¶ Duodecima. Detruncabilia ſunt quorum di- 62
uiſio non pręcedit diuidens, ſed ſolum diuiditur, & non comminuitur quod aſſequitur diuidens. ¶ Et indetruncabilia ſunt quę hoc pacto diuidi non queunt. & detruncabilium quędam ſunt mollia, vt cera: quædam dura, & non fiſſibilia, vt ductibilia, quędam vero detrũcabilia & fiſſibilia ſimul, vt lignum quod quidem vt plurimum ſecundum longitudinem fiſſibile, ſecundum autem latitudinem detruncabile, quod cum diuiſibile ſit, & in longum, & in latum: qua diuiſibile ſecundum longum, fiſſibile eſt: qua vero ſecundum latum, dicitur detruncabile.
¶ Decima tertia. Viſcoſa ſunt quę ad multum extendi poſſunt, & bene conueni 63
re. Et hæc trahibilia aut humida & mollia ſunt, quorum partes partibus adhærent, parteſque ſequuntur velut concatenatæ colligatæque. ¶ Quę autem mollia
talia non fuerint, non viſcoſa & fragilia dicuntur. ¶ Decima quarta. Commaſſa 64
bilia ſunt capibilia quę manſiuam habent capturam, vt cera & paſta, quę impreſſionem ſeruant, & non reſiliunt. ¶ Incommaſſabilia vero quę omnino capibilia non ſunt, aut quę capibilia quidẽ manentẽ non ſeruant capturã: vt aqua, vt lana.
¶ Decima quinta. Exhalabilia ſunt quę humiditatem habẽt quidem, ſed quam 65
non ſine ſicco igneo ſeorſum euaporent. Et em̃ vapor, calido ſeparãte igneo, quędam ab humido madefactiuo ſegregatio. quæ nunc in aerem cedit, nunc in ventum, nuncvero in imbriferã nubem concreſcit. Exhalatio vero hic nuncupatur, quæ fit a calido igneo communis ſicci & aerei humidi ſegregatio, & ideo vapor madefacit, exhalatio autem non. ſed potius colorat. & exhalabilium hæc in aere tempore diſſoluuntur diſparentia & ſicca, hæc vero ipſorum remanentia fiunt terrea, differt tamen id quod ipſorum temporis tractu in aerem ſegregatur, & halat a vapore, quod id exhalationis neque cedit in ventum aut nubem, neque madefacit, quod facit ipſe vapor. ¶ Lignoſi quoque corporis exhalatio proprie fumus dicitur. ¶ Nomine autem lignoſi corporis, oſſa pilos, & cætera id genus intellígi volumus. Non em̃ habemus nomen aliud cõmune quo ipſa nuncupemus

Universidad de Deusto
Biblioteca

quãuis ſecundum analogiã ea omnia ſub eodem ſint:quod ſatis innuit Empedocles,cum pilos.& auium denſas plumas,& piſciũ ſquamas,& arborũ folia,ex eiſdem & conſimilibus oriri aſſerit. At pinguis corporis exhalatio, fuligo dicitur: vnctuoſi vero, nidor,quam κνίσσαν Græci vocant. Et hinc iterũ cognoſcere promptum eſt cur oleum & aqua elixari,calidoq; ingroſſari non poſſint. nã oleum totum exhalabile eſt,& non vaporabile:aqua vero contra,tota vaporabilis, non autem exhalabilis. Itidem dulce vinum,quod dulce eſt halat,eſt em̃ pingue,& multa cum oleo cõmunia tenens:vt frigore non coagulatur,vt neq; oleum,ſed aduritur,inflãmaturq;vt oleum:vt nomine vinũ dicatur,opera autem vini non faciat, humoremq; parũ vinoſum habeat,hac de cauſa ipſum (vt alia faciunt) nõ inebriat,ſed parũ exhalationis habet:ideo flãmam emittit. ¶ Inexhalabilia autem dicunt ur,quę cum ſicco humidum non reſoluunt. ¶ Decima ſexta. Vſtibilia ſunt 66
quęcunq; poros habent ignis ſuſceptiuos, & in poris ſecundum directũ humidi- 67
tatem,igne quidẽ debiliorem:vt lignum,os,lana,quę incõmaſſabilia ſunt. ¶ Inuſtibilia ſunt quæ huiuſmodi poros non habent:aut quæ fortiorem ipſo igne retinent humiditatem:vt lapis,glacies & viride lignũ: quæ eſſe prius poſita ſunt incõmaſſabilia. Item & alio modo latius dicuntur vſtibilia corpora, quæcunq; in cinerem redigibilia ſunt. Et hæc ſunt quæcunq; coagulata ſunt calido ſolo,aut ambobus ſimul,calido ſcilicet & frigido, his em̃ omnibus videtur ignis præualere. Carbunculum tñ pretioſam gẽmã excipio,cui ignis non præualet. Et vſtibilium hæc inflãmabilia ſunt,vt quęcunq; humida exhalabilia ſunt,vt pix,oleum,cera, & cum alijs q̃ per ſeipſa magis ſunt inflãmabilia,& quęcunq; fumum emittunt, hæc autem carbonalia ſunt:vt quæcunq; plus terræ q̃ fumi habeant. Et inflãmabilium quoddam eſt illiquabile:velut lignum (quod per totũ continuum ſit) humidum habens aptum vt peruratur,quoddã vero liquabile, vt thus. At vero æs & ſi liquabile ſit,inflãmabile tamen non eſt, quod ſi partes partibus propinquas habeat,humidum tamen ſicco non ſatis continuum & counitum habet:quod etiam minus eſt q̃ vt flãmam efficiat. Et thus duobus aſſimilatur,duorumq; tenere naturã videtur,ligni ſcilicet,& æris,ligni quidem,ꝙ fumum quo inflãmetur præſtet,æris vero,ꝙ humorem,quo mollificetur & liqueſcat. Et inflãmãtur exhalabilia,non liquabilia:ꝙ magis ſint terræ,quæ ſiccum igni commune habet. ſi itaque id ſiccum, calidum fiat:fiet ignis atq; flãma, hinc em̃ flãma exiſtit ſicci ſpiritus aut fumi ardor. Et iam diximus lignorum exhalationem fumum eſſe: & ceræ & thuris,& picis,& piciferorum omnium,& ſimilium exhalationibus nomen fuliginis coaptari:olei tñ & quoruncunq;vnctuoſorũ eſse nidorẽ:& quędam ſola paucum inflammari,quia paucum ſiccum habeant:adiuncta autem alijs (vt quę pinguia,ſicca,aut vnctuoſa fuerint) citiſsime inflammari. nam humida per ſe, vt oleum,cera,pix,magis exhalant,ſicca autẽ magis ardent. Et de his hactenus.

Oni capitis ſcholia. LIII. Impoſſibile eſt enim rectum reflexũ aut deflexũ eſſe. Non oportet ſi nomina potentiarũ ſimul eidem conueniunt eorum actus eidẽ vna pariterq; cõuenire, vt poſſe ſanari,& poſſe ęgrotare,ſimul eidem vt Socrati competunt eſſe tñ ſanum & ægrum,neutiq̃ eidẽ ſimul adeſſe poſſunt. Ita idẽ ſimul eſt dirigibile reflexibile,& deflexibile,nihil tñ ſimul eſt directum,reflexum & deflexum,quanuis eidm ſucceſſiue poſſet eſſe primo quidem directum,& deinde incuruum,aut ediuerſo. Cęterum cũ aliquid ſecundum conuexũ incuruatur, inflectitur & ſecundũ concauum, quia cum inflexibilibus exterior ſuperficies fit ĩ curua,etiã & interior, vt ſi cuiuſpiã arcus extremitates deflectantur verſus concauum, pars extima etiam fit in curua,prętumida,& extuberans. Et ediuerſo ſi verſus conuexũ inflectatur,pars oppoſita itidem ſinuoſa fit & obliqua. Non tñ idcirco idem re ipſa eſt reflexum aut deflexum. nã non dicitur aliquid reflexum aut deflexum,quia ſecundum conuexũ incuruetur,aut concauũ,ſed reflexũ,quia a rectitudine ad cõuexum curuatur,deflexum vero quia a rectitudine inflectitur ad ſuũ cõcauũ, quorum vtrunq; ſimul eidem competere non poteſt, non enim idem ſimul poteſt a rectitudine duci ad ſuum conuexum & concauũ. Similiter directum a prędictis etiã re ipſa diſcrepat,neq; idem eſſe põt directum & reflexũ, aut directum & deflexum. Nam illud ipſum ſimul rectum eſſet & curuum. Directum enim ab obliquitate in rectitudinem tendit. Reflexum vero & deflexum, a rectitudine in ſinuoſitatem. LVIII. Et capibilia omnia

connaturales hñt poros. Id diſcriminis hñt ĩpreſſibilia quæ ſunt formabilia,& quę capibilia. Nam formabilia cum in profundum cedunt,maſſiuam hñt captururam, vt remoro premente partes depreſſæ non redeãt in ſummum,neq; reſiliant. Itidem manu pertractata, quancunque impreſſionem formatam diu ſeruant,vt ſi quis ceram digitis verſando fecerit triangulam aut quadrangulã,diutius illam ſeruabit efformationem. ſi quis item digito vnam eius partem in profundũ depreſſerit, amoto digito pars depreſſa manet in imo. Capibilia autẽ non formabilia ſunt poroſa & ſpõgioſa, quę abſq; ſuperficiei diuiſione facile in profundũ cedunt,& protinus ſeſe in priorẽ diſpoſitionẽ reuocant atq; reducunt. Cedunt quidẽ egrediente corpore ſubtiliori (vt aere aut aqua) prius poris illis contento. Reſiliunt vero,corpore ſubtiliori iterũ poros illos ſubeunte,& partibus ſeſe explicantibus,vt ſpongia,lana,& panis recens. Cõpreſſa em̃ ſpongia aut aerem efflat,aut aquam intus contentã reliquat. Atvbi ceſſat cõpreſſio,rurſum partes ſpongię recepto aere ſe dilatãt. LXI. Dico em̃ ſimpliciter. Mollium hoc ſimpliciter eſt molle,illud ad alterum. Ita & durorum hoc ſimpliciter durum,illud ad alterum. Simpliciter molle eſt quod abſolute & per ſe ſumptum molle eſt,& tactui cedens,vt cera,lutum. Ad alterum molle eſt,quod ad alterum collatum,minorem eo habet duritiem faciliusve tactui cedit,vt cera ad ferrum. Sic durum ſimpliciter eſt,quod ad alterum non comparatum,ſed ſecundum ſe ſumptum,duritiem habet,vt ferrum marmor. Durum vero ad alterum eſt, quod alteri comparatũ,maiorem eo habet ſoliditatem,vt cera ad aquam. Nullũ ſane idẽ eſt ſimpliciter durum,& ſimpliciter molle,ꝙ ea pugnent aduerſenturq; adinuicem. Ad idẽ eſt molle ſimpliciter,& durum ad alterum,vt cera ad aquã collata. Sic & idem eſt ſimpliciter durum,& molle ad alterum,vt ferrum ad calybem. Sed hęc ex quarto capitis huius manifeſta ſunt, & facile perſpicua. LXV. Eſt enim vapor calido ſeparante igneo. Manifeſtũ eſt ex his diffinitionibus quas habet litera,vaporis & exhalationis etiam ſecundum ſpeciẽ diſcrimen,etſi ab eodẽ edantur efficiẽte,vtpote calido igneo,& nõnullas qualitates vt qualitatem & leuitatem habeant communes. Nempe vapor ſegregatur ab humido madefactiuo,vt aqueo,& hinc facile in aquam cõuertitur. Exhalatio autem ab humido aereo ſeparatur,& a corporibus ſiccis atq; terreis, humidi tñ aerei non expertibus. Et vapor quidem vbi ſublat⁹ fuerit,humiditatẽ plane retinet,ob quã & madefacere dignoſcitur. Exhalatio aũt cũ ſegregata fuerit,ſiccitatem habet igneã,magiſq; naturã ignis imitatur,& eã ob rem deſiccandi vim habet. Conſimile diſcrimen hñt exhalabilia & euaporabilia. Nã exhalabilia humiditatẽ hñt aereã,admodũ tñ debilẽ,& cui dominatur ſiccitas terrea,vt ligna arida, & partes terræ ſulphureę. Euaporabilia vero hñt humiditatem aqueam excellentem,& ſenſu perſpectam, ſiccitatem vero aut nullam, aut exiguam & latentem. LXVII. Carbunculum tamen pretioſam gẽmam excipio. Carbunculus lapis eſt pretioſus,diffundendi luminis miram habens virtutem. Si enim in loco tenebroſo collocetur,totum reddet lumine colluſtratum,perinde atq; ſi dies adeſſet, & a carbone,qui & in tenebris eſt conſpicuus,ob fulgorem nomen deducit,de quo Plinius xxxvij. naturalis hiſtorię libro. Principatum habent Carbunculi, a ſimilitudine ignium appellati, cum ipſi non ſentiãt ignes. Vnde & a quibuſdã dicũtur apyraſtæ,quaſi ab ignis leſione & ardore innoxij. Thus vero,& arborem,& ipſum gummi quod inde emanat,deſignat. Hoc autem in loco (vt & frequentius apud Latinos) pro ipſo gũmi ſumitur,ꝙ vbi igni impoſitum fuerit,reſoluitur in fumum gratiſſimi odoris,& teſte Plin. lib. xij. naturalis diſtoriæ, ſolum in Arabia naſcitur. Iuxta quod dicit Virg. in Georgicis. *Solis eſt thurea virga Sabæis.* & rurſum, *India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.* Neq; tamen omnis Arabia thuriſera eſt, ſed ſola eius regio quæ ſaba dicitur.

¶ Decimi capitis annotat.

¶ Similium partium corpora ſunt, quæ partes ſimilis habent denominationis. ¶ Communia ſunt,terræ & aquæ,terræ & aeris, aquæ & aeris, terræ aquæ & aeris. & ita de igne. tametſi communia ignis in animalibus,vegetantibus,& foſſilibus minus reperiantur. ¶ Electrum,nos ſuccinum dicimus,ſuccus arboris eſt pinei generis denſatus rigore vel tempore aut mari ducitur, & mixtura ex auro & quinta argẽti parte electrũ ſuccini colorẽ imitata. ¶ Compoſita,mixta perfecta.

68 Ecimum cap. quindecim ꝓpoſitiones (quę ex præcedentibus dictis aliquo pacto cognitæ eſſe poſſunt) recolligit. ¶ Prima. Similarium partiũ corpora (quę homœomera dicũt) vt ĩ animalib⁹ caro,os,nerui,vngues,pili,fibræ,venæ, ex qb⁹ cõſtant ea q̃ diſſimilium ſunt partiũ, quæ dicũtur anomœomera, diſſimilariumq; partium tota, vt pes,manus,facies,& in plantis lignum,cortex,foliũ,radix,& in foſſilib⁹ aurũ,argentũ,ferrum, ſtannũ,lapis,& ſimilia:aſſignatis differentijs abinuicẽ differũt, quæ potiſſimum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tactu dinoſcuntur. differunt & ſaporib⁹,odoribus,coloribꝰ,&varietate ſonorum.
¶Secunda. Alia ſunt ex quibus hęc conſiſtant,& a quibus cõſiſtant. ¶Nam ex 69
quibus conſiſtunt, ſunt materia, humidum ſcilicet & ſiccum,'quare aqua & terra
quæ manifeſtiſſimas has gerunt potentias. Ea vero a quibus conſiſtunt efficien=
tia ſunt duo:ſcilicet calidum & frigidum. hæc enim conſtare faciunt, cogunt &
coagulant. ¶Tertia. Eorum quæ homœomera ſunt,ſimilariumq; partium,quæ 70
dam ſunt aquæ,aut aquæ ſpecies:quædam terræ,terręve ſpecies:quedãvero com
munia. ¶Quarta. Compoſitorum quædam ſunt liquida, quędam mollia,q̃dam 71
dura. De mollibus autem & duris iam dictum eſt: nunc de liquidis reſtat agen= 72
dum. ¶Quinta. Quęcunq; liquidorum euaporãt,ea ſunt aquę. ¶Sexta. Quęcun 73
que non euaporant,hęc ſunt terrę,aut communia terrę & aquę,terræ & aeris,aut
aquę & aeris:vt lac,mel,oleum. ¶Septima. Quę calido ingroſſantur, cõmunia 74
ſunt. Sed dubium aſſurgit,cuius ſit vnum vídetur enim nunc aquæ eſſe,quia eua
porat:nunc vero commune,quia nouum vt muſtum calido ingroſſatur. ¶Díci=
mus duplex eſſe vinum: recens ſcilicet,& antiquum.& recens plus habere terrę,
quam antiquum.hinc calido ingroſſatur,magiſq; calidum eſſe: ídeo minus con=
ſtringitur & coagulatur frígido. Et eſt vinũ in Archadía,ſic terreſtre & calidum,
vt in vtribus ita a fumo exſiccetur,vt eductum appareat coagulatum,& ſi omne
vinum fecem habet,omne eſt aquæ & terræ:& cuius magis habet, eiꝰ magis eſt.
¶Octaua. Quę a frígido ingroſſantur,terrę ſunt. ¶Nona. Quę ab vtroq;,calido 75
ſcilicet & frígido,communia:vt oleum,mel,dulcevinum. ¶Decíma. Quęcunq; 76
ſolo frígido conſtant & coagulantur,aquæ ſunt: vt glacíes,nix, pruina, grando. 77
¶Vndecíma. Quæcunq; ſolo calído,terrę:vt later,caſeus,nitrũ,& ſales. ¶Duo= 78
decíma. Quæcunq; ab ambobus calído & frígido coagulantur,aquæ & terræ com
munía ſunt:& ſunt hęc quæ calídí & humidí priuatione coagulaſcũt: vt ſanguís 79
& genitura.nam ſal,& quæ ſyncera conſtant terra,ſolius humidí priuatione con
creſcunt:glacíes autem ſolius calídí:ſanguís vero,genitura,vtriuſq;. ¶Decima= 80
tertía. Quorum totus exudauit humor,vt later, & lachrymarum genera, vt ele=
ctrum,thus,myrrha,& ſimilía gummi,frígido coagulantur: quę & palã & nobis
cernentibus coagulantur:quod intercepta plerunq; animalía,vt formícæ & con=
ſimilía animalía oſtendunt,diſtillat autem electrum in fluuium:& velut mel co
ctum,in aquam demiſſum cum calído humidum euaporatione amittit. Et ho=
rum hęc ſunt terrę,& magis quę imollificabilia & illiquabilia ſunt:vt electrum,
& quidam lapides,vt ſpelęarum tophí,quos græci poros vocant. Quęvero molli=
ficantur aut liqu eſcunt ab ígní,vt ferrum & cornu,non tota ſunt terrę, ſed aquo=
ſiora. thus quoq; & myrrha & hís ſimilía conſimíliter vt lígna euaporant:& quę=
dam ſunt communía,vt cera. ¶Decimaquarta. Quęcunque líqueſcunt ab aqua, 81
hęc ſunt terrę. ¶Decimaquinta. Quę neque igne neq; aqua líqueſcũt, aut terrę 82
ſunt,aut vtríſq; communía. Ex quibus permanifeſtum eſſe poteſt, ſi cõpoſita om
nía aut fluída aut coagulata eſſe oporteat,neq; harũ paſſionum ſit medium: quæ
ipſorum erunt terræ,quę aquæ,& q̃ pluribus communía: & an calído, vt igne,an
frígido,an vtroque conſtare debeant. Notum ítem eſt argentum, ſtannum,æs,
plumbum,vítrum,& lapides multos innomínatos, quæ facile líqueſcunt calído,
eſſe aquæ:& vínum quoddam,acetum,vrínam,líxiuium,ſerũ & ſaniem, quę frí=
gído coagulantur,ítidem eſſe aquæ. Et quod ferrum,cornu,vnguis,os, neruus,pí
lus,lignum,cortex,folium, electrum,myrrha, thus, lachrymæ, tophus, omnes
fruges,vt legumina & tríticum:ſunt terræ. Et ipſorum quædam ſunt magis ter=
ræ,quę minus.quędam enim ſunt mollificabílía,& quædam exhalabílía,& frígí
do coagulata. Et ſimilí modo terrę ſunt nitrum,ſales,& lapidum genera, quę ne=
que infrígidatione fiunt, neque frígido coagulantur. & ſanguís, & genitale ſe=
men, aeris, aquæ & terræ ſunt communía. ¶Attamen ſanguís ílle quí plures
fibras habet,magis terræ eſt.ideo frígore coagulatur, & humore líqueſcít. & quí

fibras non habet magis eſt aquæ, quare & frígido non coagulatur. Genitale aũt
ſemen frígido coagulatur expirante calido ſecum humidũ rapiente,educẽteque.

DEcimi capitis ſcholia. LXVIII. Ex quibus conſtant ea quę diſſimilium ſunt partium. Non ſemper oportet totum quancunq; partium denominationem ſortiri, vt ſi pars ſit pedanea,non oportet totum dici pedaneum,aut ſi pars numeri impar, totum nume rum eſſe imparem. Ita ſi caput & pes ex homœomeris componantur,carne,oſſibus,& neruis,non protinus ſequitur caput & pedes eſſe homœomera. Et quanuis quęlibet ca pitis pars integralis,alteri eiuſdem parti ſit eadem ſpecie,quandoquidem materia vnius materię al terius,& forma formæ ſit eiuſdem ſpeciei, non tñ protinus efficitur partes eas eſſe homœomeras, & eiuſdem denominationis. Nam eadem denominatio non ſumitur a ſpeciei identitate ſolum, ſed & a ſimili contemperamento,affectionibuſque & operationibus. Quale enim contemperamẽtum, qualemve diſpoſitionem aut officium habet vna pars homœomera,conſimile habet & quæuis al=tera eiuſdem denominationis. At vero aliud eſt contemperamentum atque officium oculi, aliud manus,& aliud linguæ. Nil mirum igitur ſi diuerſam ſortita ſint denominationem. LXXXI. Et lachrymarum genera, vt electrum,thus. Myrrha,arbuſcula eſt in Arabia præcipue naſcens,& ĩ eiſ dem ſyluis permixta thuri,vt nonnulli ſentiunt. Ea bis inciditur iſdem temporibus quibus thus, ſudat autem ſponte priuſquam incidatur. Et is ſudor atque humor emanans arbore, retinet idem nomen,& myrrha dicitur,vt in litera,Refert autem Plin.lib.duodecimo naturalis hiſtoriæ,Sabęos ex myrrha non dare portionem deo,quoniam & apud alios naſcitur.ex thure autem dare,quod ſo lum apud eos gignatur. Porro lachrymas vocat litera humorem omnem qui ex arboribus & fru=ctibus emanat. Et is cum defluerit,concreſcit circa exteriorem corticis partem,duraturque,concre=tus vero & duratus,gummi dicitur,quod vulgo in ceraſis,amygdalis,prunis,& id genus arboribꝰ inuenitur omniumque oculis facile obuium eſt. Et quidam lapides,vt ſpelęarum pori. Spelęæ,arũ, aut ſpelęa,orum(quod ſecundum frequentius eſt)Greçum vocabulum eſt,ſignificãs ſpeluncas quę fodiuntur in montibus aut locis ſubterraneis,quas & ſpecus interdum appellamus. Virgilius Cer=tum eſt in ſyluis inter ſpelæa ferarum Male pati. Pori ergo ſpelęarum ſunt exiguę illę concauitates quæ ſparſim & paſſim in abrupris inueniuntur lapidibus & rupibus, quæ ſpeluncas in ſe comple=ctuntur. Cum enim ſcopuloſa ſunt loca, & duris cautibus plena, in illis diutius ſpeluncæ perma=nent,neque adeo facile terra obruuntur aut opplentur,cp vndicq; lapidibus prędurís integuntur,in quibus minutulæ concauitates ſunt quæ ſpelęarum pori hic dicuntur.

¶Vndecimí cap. annotat.
¶Alíena calídítas, quæ non eſt ſecundum prædominantís elementí naturam.
¶Propría & naturalís, quæ vniuſcuiuſque perfectioní ſit accommoda.

84 VNdecimum cap. continet quatuor concluſiones,vnum corol=larium ad tertiam, & duo ad quartam. ¶Prima concluſio. Quæcunque aquæ ſunt,vt plurimũ frígida ſunt, níſi alienam habeant calídítatem, quemadmodum habent líxiuium, vrí=
85 na,& vínum. nam maxime frígídum dominans habent ele=mentum. ¶Secunda. Quęcunque terrę ſunt, vt plurímum ca lída,hęc ob calídí operationem ſunt calída. ¶Hoc oſtendunt calx & cinis.nam omnibus ígnitís ineſt calídítas aut amplior,aut minor. alíoquí frígída ſunt.nam terra frígída eſt. ¶Tertía. Hæc ſecundum materiam accípien
86 da ſunt eſſe frígída. ¶Nam materia humídum & ſíccum eſt.ſunt enim hęc paſ=ſíua.& humídum & ſíccum maxime aquæ & terræ ſunt: quæ terminantur frígí=do,& magís aqua. Sunt ígitur ſecundum materiam accipiẽda eſſe frígída. ¶Co rollarium. Hinc perpalam euadit,quæcunque ſunt ſimplíciter aquæ,aut ſimplí=cíter terræ,frígída eſſe,modo alienam non habeant calídítatem. ¶Nã aqua ma=xime frígído determínata eſt,deinde terra. alienam autem habent calídí opera=tionẽ: vt efferuens aqua ab ígní, líxíuium a cineríbus quibus ípſum concoctum fuerít. In omnibꝰ enim ígnitis calídítas aut maior aut minor adeſt,& ita de alíjs.
87 ¶Quarta. Etſí ſecundum materíam frígída eſſe debeant, accídít tñ plerunque alienam calídítatem propríam eſſe,& ípſa terminare. ¶Nam quæ putreſcunt, manifeſtum eſt alienam calídítatem habere: & tamen ípſa propría fít dígerens, & terminans:vt inde prodeant animalía,quæ illa calídítate cõſtent & terminen=tur:ſicut lícet intueri in íjs quę facile ex putre factione vermíbus defluunt & ſca=tent. Similiter vínum,ſanguís, medulla,genitale ſemen, lac, & ſimílía plurima,

putrefactio ũdo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ cōmunia ſunt propria,& naturali caliditate conſtant,& quæ digeſſit. ¶Primum corollarium. Hinc fit vt ſanguis, medulla, genitale ſemen, lac, & ſimilia (quæ propria naturali & digerente caliditate conſtant) corrupta, & a natura egredienti a, non amplius videantur eſſe calida. ¶Nam eorum materia, vt terra, aut aqua (quę frigida eſt) relinquitur. ¶Secundum. Hinc iterum euenit, vt quidam hæc iudicent eſſe calida, quidam vero eſſe frigida. Nam qui ea reſpiciūt in propria permanentia natura, calida eſſe cenſent. qui autem a propria ſeparata natura, iudicant eſſe frigida. eſt tamen vt de ipſis determinatum eſt. Et (vt paucis & quaſi ſub epilogo dicta perſtringamus) quibuſcunque eſt materia aquæ plurimum hæc frigida ſunt. opponitur enim maxime igni calidiſſimo, quibuſcunq; vero terre aut aeris, hęc minus ſunt frigida. Frigidiſſima tñ & calidiſſima aliena caliditate & frigiditate fieri contingit: & potiſſimum quæ maxime coagulata, ſolidaque ſunt. fortiter enim caliditatis & frigiditatis impreſſionem admittunt, & impreſſam retinent. Hinc ſolidiora caliditate priuata, frigidiora apparent. itidem & calefacta apparent calidiora, fortiuſque exurunt: vt aqua calidior apparet fumo, & lapis ignitus calidior aqua, fortiuſque exurit.

VNdecimi cap. ſcholia. LXXXIIII. Quemadmodum habent lixiuuim, vinum. Lixiuium caliditatem habet alienam, & extrinſeci calidi operatione inductam, vtpote cineris per quem aqua colata eſt, aut cui eſt concocta. Cinis autem terreſtre eſt exuſtum, caliditatis vim latentem retinens ab igne ſuo authore, quemadmodum & calx, quia igni decoquitur, quanuis terrei ſit contemperamenti, adeo caloris ſeminaria retinet, vt ſuperfuſa ei aqua exæſtuet, fumumq; emittat. Sunt enim hæc duo cinis & calx, ignita, non quia ignem habent contemperamentum, aut candorem vt ferrum, ſed quia igni ſunt cōcocta, atq; exuſta. Vinum autem latentem habet & inſitam caliditatem, non quidem ab aqua & terra ſubminiſtrantibus vineæ nutrimentum, cum ambo ſint frigida, ſed a calore ſolis maturante racemos, & digerente in naturale frigidum. Hinc cum vuis exprimitur vinum, aut expreſſum cadis imponitur, efferueſcit, & ebullitionē efficit propter ſternum calorem, quo etiam dignoſcitur vinum hauſtum calefacere corpora, etſi re ipſa ſit frigidum, & a tactu iudicetur eſſe tale Maturatio eñ omnis completur & perficitur a calido, potiſſimum extrinſeco, vtpote ſolari. LXXXVI. Hæc ſecundum materiam accipienda. Hæc quę ſunt aquæ, & quæ terræ, de quibus duæ data concluſiones diſſerunt. Cum autem in approbatione ſubiungit litera, ſunt enim hæc paſſiua, per hęc, humidum & ſiccum intelligenda ſunt, quę dicta ſunt eſſe qualitates materiales & paſſiuę. Denique cum ſubiungit, & humidum & ſiccum maxime aquę & terrę eſt. hic accipiendum eſt de humido apto ad mixtorum contemperationem atque terminationem, vt ſuperius dictum eſt. nā ſimpliciter & maxime humidum, aer eſt. LXXXVII. Itidem & calefacta apparent calidiora. Non dicit Ariſtoteles ſolidiora calefacta, minus ſolidis eſſe calidiora, ſed apparere duntaxat. Nam pleraque ſolida raris & apparent & ſunt calidiora, vt ferrum candens feruentius eſt aere. Eadem alijs raris apparent quidem calidiora, ſed non ſunt, vt ferrum candens apparet feruentius igne a quo ignitum eſt, tñ minus eſt calidum, vt quod propter ignem calidum, factum ſit calidum. Neque tactus iudicans ferrum calidius igne, decipitur circa ſui proprij obiecti ſubſtantiam. iudicat enim tactus, & recte, tam in ferro, q̄ in igne eſſe calorem, ſed aberrat circa ſui obiecti conſequens, ſcilicet intenſionem, iudicās vehementiorem in ferro quam in igne eſſe caliditatem, propter materiæ cuiuſq; ineſt, varietatem, diuerſamq; conditionem. Ob quam itidem contingit ferrum plus exurere quam ignem, non ob maioris caloris vehementiam, ſed ob materiæ denſitatem & ſoliditatem, ob quam calor inexiſtēs ferro fortiter agit & quidem acrius quam calor ignis qui eſt in materia rara, molli, cedente, & minus apta, vt fortis fiat virtutis calefactiuę in extrinſeco impreſſo.

¶Duodecimi capitis annotat.

¶In igne, in contemperamento igneo. ¶In aqua, in aquæ contemperamento.

VOdecimum caput continet duas concluſiones, tres rationes ad ſecundam, & vnum corollarium. ¶Prima concluſio. Homœomera, vt caro, os, neruus, & vnunquodq; reliquorum, ex elementis conſtant. ¶Nam ex his vt materia omnia naturæ opera fiunt. Et eorum quædam ſunt ex quibus naturalia conſtant, vt ex materia: vt paſſiua. & quædam ex quibus conſtant ſecundum eſſentiam, ſpeciem atq; formam: vt actiua. ¶Conſtant igitur homœomera ex elementis. ¶Secunda. Poſteriora, & quorum gratia homœomera ſunt, & ipſorum organa ipſis notiora ſunt. ¶Primo. Quia magis 88 89

exploratum habemus q̄ homo mortuus non ſit homo, niſi æquiuoce, quemadmodum fiſtulæ lapideę, & organa videntur fiſtulę & organa eſſe, quę neq; fiſtulę neq; organa ſunt niſi æquiuoce. Id autem in homœomeris, vt carne, & oſſe, minus perſpectum eſt: & adhuc minus in aqua, & igne. ¶Secundo. Quia vbi plurimum materiæ, ibi minus formę eſt: vbi autem minus formæ, hoc minus cognoſcibile: vt ſi extrema conſtituamus, materiam ſcilicet, eſſentiam & formam, materia quidem nihil eſt præter ipſam formam. omnibus eadem, & qua nulla differre dignoſcuntur. eſſentia autem & forma, omnibus ratio eſt, & qua ſingula a ſingulis differre ſunt cognita. Intermedia igitur ꝓportionabliter ſeſe habebunt, ſecundum quod prope aut longe reſpectu, aut materiæ aut formę conſtituta fuerit. Homœomera igitur quæ materiæ propinquiora ſunt, magiſq; ipſius imitātia naturam, minus diſtingui diſcerniq; poſſunt, q̄ ea ipſa quorum ſunt, & gratia quorum exiſtunt, & quæ magis formæ conditionem ſequuntur. ¶Tertio. Quorum opera magis determinata ſunt, & ipſa manifeſtiora erunt. Quæcunque eñ ſuum proprium opus efficere poſſunt, vere ſunt: vt verus eſt oculus, qui videre poteſt: & vera ſerra, quæ ſecat. At oculus qui videre nequit, non vere eſt oculus, ſed homonyme oculus, vt oculus mortuus, & lignea ſerra, quæ ſecare non valet, non vere eſt ſerra, ſed imago ſerrę, & ſerra æquiuoce. At poſteriorum opera magis determinata ſunt, vt manus, faciei, oculi, & linguę: quam oſſis, carnis, & nerui, & carnis adhuc magis ſecundum naturam, quam ignis aut aquę. & ita in plantis & metallis, vt ęre & argento: quę & rurſum minus quam animalia cognoſcibilia ſunt: quod propinquius materiæ, potentięq; ſint accidētia. Omnia tamen homœomera, vt caro, os, neruus, & cętera eiuſmodi, in quadam aut faciendi aut patiendi potentia conſiſtunt: formę tamen & eorum rationes ſunt minus manifeſtę. ¶Corollarium. Hinc fit vt non ſit cognoſcere promptum quando exiſtant, & quando non: niſi longo temporis interſtitio multū eorum natura euariata ſit, vt ſola quaſi eorum remanente figura: quemadmodum circavetuſta mortuorum corpora in ſepulchris accidere conſpicitur. ipſa ſiquidē plerunq; ſua manente figura, aut tacta aut mota citiſſime defluunt in cinerem. ita & fructus quandoq; ſola ſuperſtite figura (etſi viſui non multum videantur inueterati) tacti tamen ſtatim diſſiliunt, diſſoluunturque. ita & circa lacticinia euenit. ¶Talia itaque homœomera, calido, frigido, & eorū motibus, coagulatione fieri cōtingit. Homœmeoras partes intelligo, cuiuſmodi ſunt caro, os, pilus, & neruus. Nam ſupra memoratis dfferunt a ſe inuicem differentijs, vt mollitie, duritie, tenſione, tractione, commutatione, & cęteris ſimilibus: quas calido & frigido & motibus mixtis diximus contingere. At ex his conſtitutorum (quę anomœomera dicimus) vt faciei, manus, & pedis, & ſimilium natura non calidum & frigidum cauſa eſt vt fiant: quemaddum neque caliditas & frigiditas cauſa ſunt vt fiat arca, phiala, aut ſerra, ſed ars. nam quod in artificialibus eſt ars, artiſque ſpecies, hoc eſt in ijs quę conſtant a natura, natura, aut quæuis alia cauſa. ¶Cum igitur cognouerimus cuius generis vnunquodque homœomerorum fuerit, accipiendum erit de eorum vnoquoque quid ſit: vt quid ſanguis, quid caro, quid ſemen: & ita de cæteris. Sic enim de vnoquoque ſciemus quid, & propter quid, cum materiam (vt ex hac diſciplina perſpectum eſt) aut formam ex alia deprehenderimus, & maxime cum ambo & generationis & corruptionis, & vnde ipſis motus ſit, principia cognouerimus. Quæ quidem cum cognita perſpectaque fuerint, mox conſiderationē noſtrā ad eaquę ex ipſis ſunt conſtituta, cognoſcēda, vt aīalia, & plātas, & alia talia, cōuertemus. 90

DVodecimi cap. ſcholia. LXXXIX. Materia quidem nihil eſt præter ipſam formam. Id de ſubſtantia materiæ, & ſecundum id quod eſt minime debet intelligi nam materia ſeparata a forma, non minus eſſet ens & ſubſiſtens quam formæ coniuncta, nihil enim exiſtentiæ propriæ deperderet per huiuſmodi formæ ſeparationē. Sed idipſum de ea ſecundum ſuum officium, ſuiq; cognitionem accipiendum eſt, vt ſi literę ſenten

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita, materiam non habere quicquam officij, nisi formam habeat. quo enim pacto quicquam in se recipiet, formæ expers, quę efficiat operationes in materia recipiendas? materiam itidem nobis non vsqadeo innotescere atq; constare, reddicq; cognoscibilem nisi per formam, cum ipsa sit immunis omnis ope operationis, qua posset per se dignosci. Cum autem deinceps dicit' itera ꝓ per materiam nulla differre cognoscuntur, id intellige secundum materiam subiectam corporibus naturalibus inter se comparatis. Nempe per materiam corpora naturalia cognoscuntur differre a supramundanis, materiæ prorsus expertibus. Dignoscuntur item sub cęlestia & sub. unaria corpora per suam materiam dissidium & discrimen habere a corporibus cælestibus, quæ alterius naturę & speciei potentiam habent susceptiuam. Intelligendum itidem est id dictum de differentia secundum speciem. nam secundum numerum Socrates a Platone per materiam dignoscitur differre, ꝓ alia numero sic Socratis, & alia Platonis materia, sicut & forma, sed veriusq; specie eadem. At vero per materiam non possunt conuinci res naturales speciei discrimen habere, cum omnium natura constantium materia sit eiusdem rationis & naturæ. Quanuis autem nonnunquam per accidens contingat per materiam cognoscere discrimen speciei vnius rei ab altera, vt quod materię huius inest contemperamentum qualitatum elementarium, illius autem materiæ solum insunt vnius elementi vt ignis qualitates, quo colligimus illa duo specie discrepare, ꝓ huiusmodi accidentariæ affectiones, non nisi specie diuersis adesse possunt, id tamen non est per se & ratione materiæ, quin potius ratione qualitatum ei inexistentium, aut formarum substantialium in materia subsisteutium. Formæ tamen & eorum rationes sunt minus manifestæ. Huius ratio est, ꝓ in anomœomeris diuersæ sunt & distinctæ operationes proprię ac peculiares, quibus formę substantiales sunt perspectiores. In homœomeris autem neque tanta operationum diuersitas, neque tam explorata formarum natura Hinc in animalibus & vegetibus concedunt omnes formam substantialem esse alteram a materia, quę proprias faciat eorum operationes. In inanimatis vero, vt minerabilibus, mixtis imperfectis, & elementis, nonnulli contendunt materiam esse totam substantiam rei, & formam illis neutiquam adesse, ꝓ eorum nos lateant proprię operationes. Hi tamen philosophiæ naturalis principijs penitus repugnant, quę supponunt rem naturalem omnem ex materia & forma, vt substantificis partibus coalitam & conflatam esse. XC. Ita & fructus quandoque sola superstite figura. Referunt authores iuxta Mare mortuum in Palęstina arbores crescere poma visu admodum pulchra & maturitatis speciem præ se ferentia producentes, quæ vbi primum quis manu cōtingit aut comprimit, resoluuntur in fauillam, & sub cortice nihil nisi cineres tegunt atque cōtinent. Sed quis non intelligat hęc esse vltricis flammæ & sulphuris tristia monumenta & indicia, quæ cælitus immissa Pentapolim ac quinquurbia ob nephanda flagitia absumpserunt.

Per materiā nō cognosci discrimina.

Paraphraseos in IIII. Meteororū

Aristotelis, & in eundem scholiorum finis.

Breuis introductio Iacobi Fabri

STAPVLEN. IN ARISTOTELIS LIBROS DE ANIMA,

adiectis quæ eā declarēt breuiusculis Iudoci Clichthouei Neoportuēsis annotationibus.

¶Anima
Potentia
Obiectum
Operatio
Organum
Gradus viuendi
¶Potentia
Vegetatrix
Sentiendi
Appetendi
Mouendi
Intelligendi
¶Vegetatrix
Alendi
Augendi
Minuendi
Generandi
¶Sentiendi
Exterior
Interior
¶Exterior
Audiendi
Videndi
Odorandi
Gustandi
Tangendi
¶Appetitio
Cupiendi
Irascendi
Volendi
¶Mouendi
Progrediendi
Nandi
Serpendi
Volandi
¶Intelligendi
Simplex apprehēdendi
Componendi
Diuidendi
Ratiocinandi
Contemplandi
Agens
Passibilis
¶Obiectum
Alimentum
Sensibile
Appetibile
Locus
Intelligibile
¶Sensibile
Per se
Per accidens
Commune
Proprium
¶Operatio
Vegetatio
Sensatio
Appetitio
Motio
Intellectio
¶Vegetatio
Alitio
Auctio
Diminutio
Generatio
¶Sensatio
Auditio
Visio
Olfactio
Gustatio
Tactio
Phantasia
¶Appetitio
Cupiditas
Ira
Voluntas
¶Motio
Progressio
Natatio
Serptio
Volatus
¶Intellectio
Simplex apprehensio
Compositio
Diuisio
Ratiocinatio
Contemplatio
Consultatio
Organum
Totum corpus organicum est
¶Gradus viuendi
Vegetans
Sentiens
Se mouens
Intelligens

ANima est actus primus, substantialis, corporis naturalis, organici, in potentia vitam habentis. ¶Vita, est vegetatiuæ potentiæ operatio. Item anima est primum principium quo viuimus, sentimus, mouemur, quove intelligimus. ¶Potentia, vis est animę, qua alicuius operis est effectiua. ¶Potentia vegetandi, est qua anima nutrit, auget, minuit, suumve producit simile. ¶Potentia vegetandi, vegetatiuum. ¶Potentia sentiendi, virtus organica est, qua sensibilia cognoscim⁹. ¶Quæ si ī exteriore organo suam facit sentiendi operationem, sentiendi potentia exterior nominatur. Si vero in interiore, interior. ¶Potentia sentiendi, sensitiuum. ¶Potentia appetendi, virtus est animæ qua cupimus, irascimur, volumus, aut qua quid simile facimus. ¶Potentia appetendi, appetitiuū. ¶Potentia mo-

uendi eſt qua viuens a ſe de loco in locum transfertur. ¶Potentia mouendi,motiuum. ¶Potentia intelligendi,eſt qua intelligimus, vt ſimplex apprehẽdimus, componimus,diuidimus,ratiocinamur,ſpeculamur, conſultamus. ¶Intellectus agens,eſt intellectionum efficiens. ¶Poſſibilis vero,intellectiones recipiens. ¶Potentia intelligendi,intellectiuum.

IN libris de Anima quinq; potiſſimum determinantur,quę ſunt potentia, obiectum operatio,organum gradus viuendi,ad perfectam animæ cognitionem habendã multum conducentia. Potentia quidem in quinque diducitur ſpecies,potentiam vegetandi,ſentiendi,appetendi,mouendi,& intelligendi. Potentia vegetandi in quatuor, potentiam alendi,augendi,minuendi,generandi. Sentiendi potentia duplex eſt, ſcilicet exterior, & interior. Exterior eſt quintuplex,audiendi,videndi,odorandi,guſtandi,tangendi. Interior non diuiditur,ſed per analogiam quinq; habet particulas, quinque exterioribus ſenſibus reſpondentes. Appetendi potentia, vt tam potentiam appetendi appetitu ſenſitiuo, quam appetitu rationali comprehendit,diuiditur in tres ſpecies,in potentiam cupiendi & iraſcendi, quæ appetitum reſpiciunt ſenſitiuum,& potentiam volendi, quę appetitum rationalem, ita ſe habentem ad ſenſitiuum appetitum, vt intellectus ad ſenſum. Sub his cæteræ appetendi potentię & ſecundum alias animæ ſenſitiuas affectiones ſumptæ comprehenduntur,vt appetitus amandi,odiendi,ſperandi,fidendi,mouendi,miſerandi. Potentia mouendi in quatuor diſtribuitur,progrediendi,nandi,ſerpendi,volandi,ſub quibus cæteræ ſe mouendi potentiæ,vt ſaltandi,ſe iactandi,& volutandi,continentur. Potentia intelligendi,in ſex diducitur ſpecies,in potentiam ſimplex apprehendendi, componendi,diuidendi,ratiocinandi,contemplandi,conſultandi. Præterea intellectus in duas partes diuiditur,ſcilicet in intellectum agentem,& intellectum poſſibilem Secundo loco obiectum in quinque diuiditur ſpecies,quinque potentijs ordine reſpondentes,ſcilicet in alimentum reſpondens potentiæ vegetandi,ſenſibile,potentiæ ſentiendi,appetibile,appetendi,locum, potentiæ ſe mouendi, & intelligibile,intelligendi. Senſibile bifariam diuiditur. Primo in ſenſibile per ſe, & ſenſibile per accidens. Secundo,in ſenſibile commune,& ſenſibile proprium. Operatio cõſimiliter vt potentia, in quinque generales ſpecies primum diuiditur,in vegetationem,ſenſationem,appetitionem,motionem,& intellectionem. Vegetatio in alitionem,auctionem,diminutionem,& generationem. Senſatio in ſenſationem exteriorem,auditionem,viſionem,olfactionẽ,guſtationem,tactionem, & ſenſationem interiorem,quæ phantaſia dicitur,ſiue imaginatio. Appetitio diuiditur in cupiditatem, iram,& voluntatem,vt operationum & non potentiarum ſunt nomina,ſub quibus amatio, commiſeratio,ſperatio,formidatio,confidentia,continentur. Motio in progreſſionem diuiditur,natationem,ſerptionem,& volationem. Intellectio in ſex particulas diſſecatur, ſimplicem apprehenſionem,compoſitionem,diuiſionem,ratiocinationem,cõtemplationem,& conſultationem. Organum non diuiditur in partes.nam per totũ corpus diffuſum eſt,cum vnaquæq; pars corporis apta ſit in qua animæ potentia ſaltem aliqua ſuas faciat operationes. Porro aliquæ potentię ſuas operationes in toto exercent corpore quod ſibi habent pro organo,vt potentia nutriendi,augendi, minuendi, tangendi. Aliæ vero certa ſibi determinant organa,vt potentia audiendi aures,videndi oculos,odorandi nares,guſtandi linguam. Ita & potentia appetendi ſenſitiua. Mouendi autem vis & facultas toto corpore vt organo vtitur. Nam licet determinata habeat inſtrumenta ad exercẽdas operationes, ea tamen ſua non ſunt organa,imo totum corpus, Potentia volendi & intelligendi non egent organo corporeo,quod ſuas operationes ſuſcipiat. Gradus viuendi ſunt quatuor, primus vegetans ſolum,vt plantæ, ſecundus vegetans & ſentiens ſolum,vt animalia terræ affixa, tertius vegetans,ſentiens,ſe mouens,vt equus,quartus vegetans,ſentiens,ſe mouens, & intelligens,vt homo. Deinde quæ in dicta partitione collocata ſunt, ordine eodẽ ſeruato diffinienda ſuſcipiuntur. Et in primis anima bifariam diffinitur.primo quod ſit actus primus ſubſtantialis, coporis naturalis organici,in potentia vitam habentis. Et primum anima actus primus dicitur, id eſt principalis ſiue præcipuus, ad excludendos actus ſecundos & inſtrumentales,cuiuſmodi ſunt calor naturalis, & cætera animæ ad operandum inſtrumenta. Adiectum eſt ſubſtantialis,quo ſecludatur actus primus accidentalis,& inter accidentales actus primatum & primum locum tenens:vt habitus, ſcientia,cuius actus ſecundus eſt conſideratio,& actualis operatio, quæ ſine primo actu eſſe non poteſt vt neq; albedinis viſio ſine albedine & lumine. Primus tñ actus.vt ſcientia,ſine ſecundo eſſe poteſt, & eſt in dormiente, vt albedo vere eſt,quanuis non videatur,ſed ſit in tenebris. Eſt ergo ſcientia ſine operatione,vt albedo in obſcuritate,cum operatione vero, vt albedo in lumine conſpicua. Deinceps ſubiunctum eſt animam eſſe actum corporis naturalis, id eſt rei naturalis ex materia & forma phyſica conſtantis,ad ſecludendam animam mundi & corporum cęleſtium, quã aſtruere nonnulli conati ſunt. Deinde additum eſt organici,id eſt habẽtis organa ad proprias operationes exercendas.quo elementa,mixta imperfecta,& mineralia,cęteraq; inanimata excluduntur,organorum opificis ad propria exequenda opera deſtituta, Deniq; ſubnectitur,in potentia vitam habentis,hoc eſt in materia ſubſtantiali vt ſubiecto vegetationem exercẽtis,quoniã hæc prima eſt corporum animatorum operatio.per quam aĩatum ab inanimato diſcernimus,& cõmuniſſima,vt quæ omnibus animatis & toto durationis eorũ circulo cõueniat. Vita autem in dicta animæ diffinitione eſt po-

tentiæ vegetatiuæ operatio ſcilicet alitio,quæ communiſſima eſt, cum & omnibus & ſemper conueniat,aut augmentatio, quæ in affirmatione eſt,& ad perfectionem,aut diminutio,quę eſt in negatione,& ad imperfectionem, aut generatio, quæ perfectiſſima eſt, vt poſtmodum philoſophus oſtendet. Secundo diffinitur anima quod eſt primum principium quo viuimus, ſentimus, mouemur,quove intelligimus. In qua & cæteris conſimiliter datis intelligantur verba a numero,& perſona abſolui,& transferantur in tertiam perſonam ſingularem pro clariore intelligentia ſic.

Anima eſt principium primum quo quicquam viuit,ſentit,mouetur,aut intelligit. Dicitur quidẽ anima primum principium ſubſtantiale, & efficiens quatuor præcipuas operationes, ſecundum quas diſtinguntur gradus viuendi. Nam particula quo viuimus, innuit gradum viuendi vegetantium,quo ſentimus,ſentientium,quo mouemur,ſe mouentium,quo intelligimus, intelligentium. Neque additum eſt quo appetimus,nam appetendi potentia non efficit gradum viuendi diſtinctũ, cum ſemper potentiæ ſentiendi annexa ſit,& omnino ijſdem ambæ conueniunt, nam quicquid ſentit,appetit,& quicquid,appetit,ſentit. Viuendi autem gradus ſecundum eam ſolam potentiam,ſumitur,quæ a cæteris ſeparatur,aut a qua cæteræ ſeparantur. Proinde,& viuendi gradibus,& in hac diffinitione,appetendi vis ſub ea quæ eſt ſentiendi,ei ſemper annexa, comprehenditur & continetur. Deinde deſcribitur potentia, eſſe vis & virtus animę per quãquidem vim anima alicuius operis viuentis eſt effectiua. Quinimo anima & potentia,aut vegetatiua, aut quęuis alia, idem ſunt re ipſa,vt homo,& pictor,ſed ratione diuerſa. Nam anima dicitur, quod cum materia rem naturalem animatam conſtituat,quare ratio eius,ſubſtantiæ eſt. Vegetatiua autem, quod nata ſit vegetationem efficere,& ſenſitiua,quod nata efficere ſenſationem,appetitiua,quod appetitionem,motiua,quia motionem,& intellectiua,quia intellectionem.perinde atque homo, ſubſtantiam nominat pictor vero,pingendi artem,ſcriptor,ſcribendi,citharœdus,citharam pulſandi, & grammaticus,latine loquendi. Idem tamen homo ſecundum diuerſas ratiões eſt pictor,ſcriptor,citharœdus,& grãmaticus. At ſicut iſtorum habituum operationes re ipſa differunt, ita & dictarum potentiarum. Quare cum primum anima adeſt materiæ rei animatę ſimul omnes potentię natæ illi animato conuenire, eidem aſſunt, vt cum primum anima plantę adeſt materię, protinus illi ineſt potentia vegetandi,vt nutriendi,augendi minuendi,& generandi, quanuis non cuiuſlibet potentiarum exerceat continuo operationem. Non enim oportet cum primum adeſt potentia, eam illico in materia operari,ſed tempus a natura ad operationem faciendam determinatum expectandum eſt,quemadmodum non oportet ſi aſſit habitus,fieri ſecundum illum habitum operationem. Sic cum primum in materia ſuſcipitur anima animalis terræ affixi,ei adeſt vegetandi, ſentiendi,& appetendi potentia,ſecundum quas operatur cum tempus operandi a natura determinatum aduenerit. Et cum in materia ſuſcipitur anima equi, ſimul adeſt potentia vegetandi,ſentiendi, appetendi, & mouendi, quæ ſucceſſione quadam,& ſtato tempore ſuas exercent operationes. Deniq; cum in materia ſuſcipitur anima hominis,ſimul in eadem eſt potentia vegetandi,ſentiendi, appetendi, & intelligendi, quarum aliquæ prius exeunt in opus, vt primo omnium vegetatiua, deinde ſenſitiua & appetitiua,tertio motiua,& poſtremo ĩtellectiua. Propter quam executionis operum diuerſitatem,& tempus varium,non debet poni in fœtu humano primo eſſe potentia vegetatiua ſine cæteris,& deinde vegetatiua & ſenſitiua cum appetitiua,ſine motiua & intellectiua.deinde vegetatiua,ſenſitiua,appetitiua,motiua,ſiue intellectiua,& vltimo intellectiua,perinde atq; ſiquis ſcribat tantum, & non pingat,non exiſtimandus eſt ſolum eſſe ſcriptor,& ſi ignis forma ſolum calefaciat, & ſurſum non moueat, idcirco non eſt putandum virtutem ſurſum motiuam ei deeſſe. Deinceps in diffinitione potentiæ vegetandi quatuor ſub diſiunctione poſitæ particulæ, quatuor potentiæ vegetandi ſpecies deſignant,earumq; diffinitiones. Eſt eñ potentia alendi,potentia vegetandi,qua anima nutrit, augendi,qua auget,minuendi,qua minuit,gñandi,qua ſuũ producit ſimile. Sed facile eſt ex diffinitione gñali particulares diffinitiones deducere. Potentia aũt vegetãdi & vegetatiuum idem ſunt. Potentia ſentiendi dicitur virtus organica,qua ſenſibilia cognoſcũtur,vt potẽtia audiẽdi,qua audibilia.viuendi,qua viſibilia.odorandi,qua odorabilia.guſtandi,qua guſtabilia.& tangendi,qua tangibilia. Virtus aũt organica,ea eſt quæ ad exercendas ſuas operationes indiget organo corporeo, vt potentia videndi indiget oculo,& audiendi,aure. Non organica vero potentia ea eſt,quę vt ſuas exequatur operationes,non indiget organo corporeo,neq; in eo ſuas peragit fructiones, qualis eſt virtus volendi,& ĩtelligendi. Potentia ſentiendi exterior eſt potentia ſentiendi quæ in exteriore organo ſuam facit ſentiendi operationem. Organum exterius, eſt quod viſui noſtro peruiũ eſt & parens,vt oculus,auris,naris,lingua,manus. Sic potentia audiendi exterior eſt quę in organo audiendi exteriori,ſcilicet aure,ſuam facit audiẽdi operationem,& ita de cęteris per ordinem. Potentia ſentiendi interior eſt quę in interiore organo ſuam facit ſentiendi operationem. Organum interius eſt organum intraneum corpori, & noſtris oculis imperuium, quod rerum exteriori ſenſu perceptarum imagines retinet & ſeruat, tanq̃ repoſitorium quoddam & reconditorium, perinde atq; ſi in ſpeculo intelligãtur duę partes imaginum ſuſceptiuę,vna quidem extrema & aeri circundanti proxima,in qua rei pręſentis ſpeculo prima præſentaretur imago. ſecunda vero penitior & interior ſeruãs & retinens imagines prima parte ſuſceptas,& nullas ĩtra ſe imagines ſuſcipiens,niſi prius in exteriori parte receptas, illa exterior ſpeculi pars eſt vt ſenſꝰ exterior, interior,& magis introrſum deliteſcẽs,vt ſenſus ĩterior. Sic potẽtia vidẽdi exterior,& audiẽdi,p analogiã diffiniẽ-

Q̃d aĩa & potentia eiꝰ re ipã idẽ ſunt.

Quid virtus organica.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur. Potentia autem sentiendi & sensitiuum idem sunt. Potentia appetendi virtus est animæ, qua anima cupit, irascitur, vult, aut quicq̃ simile facit, vt amat, odit, timet, sperat, confidit. Ex qua diffinitione haud difficile est, quid cupiendi potentia, quid irascendi, & quid volẽdi cognoscere. Potentia aũt appetendi appetitiuũ, & potentia appetitiua prorsus idem sunt. Potentia mouendi est qua viuens a se de loco in locum mouetur. Animal quidem a se mouetur, cum nullo extrinseco aduenienté potest incipere motum, & inceptum citra terminum nullo itidem extrinseco aduenienté dimittere. Sic potentia progrediendi est, qua aĩal a se de loco in locum progrediendo traducitur, & ita de cæteris potentiæ mouẽdi specieb⁹. Potentia aũt mouendi, motiuũ, & potẽtia motiua, idem sunt. Potentia intelligendi, est qua homo intelligit. Sic potentia apprehendendi simplex, est intelligendi potentia, qua anima simplex apprehendit. Potentia componendi, est potentia intelligendi, qua anima componit, & ita de cæteris per analogiam. Potentia intelligendi idem est quod intellectiuum, siue potentia intellectiua. Intellectus agens est actus substantialis ipsius intellectus, efficiẽs intellectiones, & singulas intellectus operationes. Intellectus autem possibilis est potentia substantialis ipsius intellectus, suscipiens intellectiones. Vt enim res naturalis ex forma substantiali componitur transmutationum effectiua, & ex materia transmutationum susceptiua, quæ inter se re ipsa differunt, rursum vt oculus ex forma oculi efficiente visionem, & materia eiusdem suscipiente, visionem constat, ita & intellectus ex duabus substantialibus partib⁹ cõpositus est, scilicet ex actu substantiali efficiente proprias intellectus operationes, & non suscipiẽte, qui hic dicitur intellectus agens, & ex potentia substantiali analogia materiæ, suscipiente in se intellectus operationes, & non efficiente, qui hic dicitur ĩtellectus possibilis, vt tertius de Anima clarius ostendet.

OBiectum est circa quod, vt suam faciat operationem, animę potentia negotiatur, quodq; ei præsentatur atq; obijcitur. ¶ Alimẽtum est quo vegetandi virtus alit, suaq; reliqua exercet officia. ¶ Sensibile est quod est sensu perceptibile. ¶ Quod si suam in sensu imprimit speciem, sensibile per se existit. Sin minus, sed alterius rei specie, priuationeve dijudicatur, per accidens dicitur. ¶ Sensibile commune est quod pluribus exterioribus sensibus percipitur, vt numerus, magnitudo, tempus, figura, motus, & quies. ¶ Sensibile proprium est quod ab vno duntaxat exteriore sensu percipitur, vt hæc, sonus, color, odor, sapor, caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas. Sonus est sensibile proprium, ab auditu per se perceptibile, color a visu, odor ab olfactu, sapor a gustu, caliditas, frigiditas, humiditas & siccitas a tactu. ¶ Appetibile est quod appetendi virtus concupiscit, cui irascitur, aut quod vult. ¶ Locus quid sit, satis cognitum est: cuius hæ sunt differentiæ sursum, deorsum, ante, post, dextrum & sinistrum. ¶ Intellígile est quicquid intellectu capitur, & circa quod suam exercet operationem. ¶ Operatio est cuiusque potentiæ ipsius animæ officium atque perfunctio. ¶ Vegetatio est potentiæ vegetatiuæ operatio. ¶ Alitio est alimenti in substantiam eius quod alitur conuersio. ¶ Auctio est susceptio alimẽto maioris molis acquisitio. ¶ Diminutio est viuentis ob reparandæ fluxæ substantiæ defectum molis minoratio. ¶ Generatio est ex viuentis semine alterius similis productio. Sensatio est in sensu obiecti sensibilis deprehensio. Quę si interiore fiat organo, interior, phãtasia & imaginatio nominatur. Si in exteriore, exterior. Si in auditu, auditio, in visu, visio, in olfactu odoratio, in gustu gustatio, & in tactu tactio.

OBiectum est circa quod animæ potentia versatur vt suam faciat operationem, & quod ipsi potentię animæ præsentatur ac offertur, vt color est obiectum, quia circa ipsum videndi potentia versatur, & ipse color visui obiicitur. Sic circa sonum, audiendi versatur potentia, & circa odorẽ, odorandi. Alimentum est obiectum quo vegetandi virtus nutrit, & reliquas sibi proprias facit operationes scilicet auget, minuit, & generat. Nempe si desit alimentum, neq; nutritio fieri potest, neq; auctio, neq; diminutio, neq; generatio, cum ex alimento vegetans semen suum producat, quo alterum simile specie procreet. Sensibile est obiectum a sensu perceptibile. Sensibile per se est quod suam in sensu, sentiendiq; organo imprimit speciem, vt color in visu suam producit speciem, & sonus in auditu, sic odor in olfactu, & sapor in gustu suam similitudinem imprimit, & ita de tactu. Sensibile per accidens est quod suam in sensu speciem non imprimit, sed vel alterius rei scilicet sensibilis p se specie discernitur, vt nix percipitur specie suę albedinis. cãpana p suum sonum, flos per odorem, pomum per saporem, aqua per caliditatẽ aut frigiditatem. Et hoc modo substantię quibus assunt qualitates per se sensibiles, sunt sensibiles per accidens. Cum etiam qualitas per se sensibilis, non suo sensu, sed altero discernitur, & alteri? sensibilis

specie, vt dulcedo per visum, quia percepta est esse coniuncta albedini, per accidens percipitur, per hanc primam particulam diffinitionis. Neq; inconueniens est eandem qualitatem esse per se perceptibilem, & per accidens, gratia diuersorum. Secundo, sensibile per accidens, priuatione sensibilis per se discernitur, vt tenebræ nullam in sensu speciem imprimunt, sed sola luminis priuatione dignoscuntur, & silentium priuatione soni, sic inodoratio priuatione odoris, & insipiditas priuatione saporis. Et per hanc secundam diffinitionis partem, sensibilium per se priuationes, sunt sensibilia per accidens. Sensibile commune est quod pluribus exterioribus sensibus percipi natum est, vt numerus numeratus visu & tactu, quibus itidem sensibus magnitudo rerũ percipitur, & motus figura, & quies, tempus autem modo visu, modo auditu horologii per accidens tamen dijudicatur. Et sensibilium communium quoddam est per se, quod suam in sensu imprimit speciem, vt magnitudo, motus, figura, quoddam vero per accidens, vt flos visu percipitur gratia coloris, odoratu, gratia odoris, & tactu per suam qualitatem tangibilem. Sensibile proprium, est quod ab vno tantum exteriore sensu percipi natum est, vt sonus tantum ab auditu, & color a visu. Et adiectum est, extiore, quia non repugnat rationi sensibilis proprij, quod duobus percipiatur sensibus, vno quidem exteriore, altero interiore imo omne sensibile proprium huiusmodi duobus sensibus sibi respondentibus est perceptibile. Et sensibilium propriorum quoddam est per se, vt quinq; exteriorum sensuum obiecta, quæ sic ordine diffiniuntur. Sonus est sensibile proprium ab auditu per se, per se perceptibile. Color est sensibe proprium a visu per se perceptibile. Odor est sensibile proprium ab odoratu per se perceptibile. Sapor est sensibile proprium a gustu per se perceptibile. Qualitas tãgibilis est sensibile propriũ a tactu per se perceptibile. Quoddã vero per accidens, vt tenebrę solo visu, & per accidens percipiuntur, & silentium a solo auditu. Appetibile, est quod appetendi virtus concupiscit, quo innuitur obiectum potentiæ concupiscendi quod est conueniens, aut apparens tale, vt cibus appetibile est, & potus, pecunia, dignitates, aut cui irascitur, quo denotatur obiectum potentiæ irascendi, vt vulnerans aprum est obiectum iræ apro, & paruipendens alterum, aut iniuria afficiens, est affecto iniuria iræ obiectum, aut quod vult, quo innuitur obiectum voluntatis, quod est bonum, aut apparens tale. voluntas enim suapte natura fertur in bonum, vt intellectus in verum, aliquando tamen peruerso rationis iudicio fertur in apparens bonum, tametsi bonum non sit. Quid vero sit locus, ex quarto Physicorum requirendum est, cuius sex sunt differentię positionum, sursum, deorsum, ante, post, dextrum, sinistrũ, ad quas sine vllo discrimine animalia a se mouentur indifferenter, quo is motus differt a motu secundum locum ab elementari grauitate aut leuitate facto, qui sane ad determinatam est loci differentiam, vt ad oppositam non nisi vt feratur. Demum intelligibile est quicquid ab intellectu percipi natum est, siue substantia siue accidens, siue singulare, siue vniuersale, siue sensibile, siue insensibile, siue mortale, siue immortale. Omnia enim intellectus caput ac notione percipi possunt, estque vt rerum omnium speculum, & oculus omnia videns tam sensibilia quam cælestia, cuius colores sunt quęcunq; toto mundi ambitu cõtinentur, imo ipsa supramundana entia, vt optimus rerũ conditor, qui se quoq; nostro intellectui cognoscibilem pro modulo nostro fecit, & pios aĩos in sui rapit contemplationẽ, perinde atq; lucidissimus sol mortales oculos hominum ad se cõuertit. Intelligibile itidem est circa q̃ intellectus suam facit operationem, vt simplicis apprehensionẽ, compositionem, & reliquas sibi peculiares functiones. Deinceps diffinitur tertiũ q̃ in hac introductione inter ea quę præcipue determinantur, tertio loco fuerat collocatum, scilicet operatio, quę est proprium cuiusq; viuentis potentię officium & opus. Vegetatio aũt est vegetatiuę potentiæ operatio. Alitio est conuersio susceptí alimẽti in eius quod alitur substantiã. Nempe cũ susceptum fuerit alimentum, forma cibi corrumpitur, & in eius materia acquiritur forma nutriti, ea igitur formæ nutriti in materia cibi acquisitio, nutritio siue alitio dicitur, & coniungitur particulari generationi & corruptioni, imo est particularis generatio, quæ non acquiritur ens actu & totum, sed solum alterius pars. Auctio siue augmentatio est post alimenti susceptionem maioris in viuente molis acquisitio. Siquidem in cibo præter formam substantialem est magnitudo, quæ cum fuerit coniuncta magnitudini corporis nutriti, tota magnitudo corporis nutriti ex præexistente eius magnitudine, & adueniente constans, est maior quam fuerit magnitudo viuentis præexistens, & ibi facta est augmentatio. Diminutio vero est minoratio molis viuentis, ob defectum reparandæ substantiæ corporeæ proueniens. Fluxa quidem substantia est rerum animatarum, quia continue defluit & delabitur. Cum autem minus reparatur quam deperditum fuerit, quod rebus ad interitum tendentibus contingit, fit quantitatis imminutio. Generatio autem in proposito non adeo communiter sumitur, vt in libro de Generatione, vbi diffinita est esse formæ substantialis in materia acquisitio, sed rationem habet magis propriam, ad quam duo requiruntur. Primo, quod fit productio viuentis similis secundum speciem ipsi generanti, vt ex oliua producitur oliua, ex tritico triticum, & non auena, quare muli ex asino & equa productio, generatio non est, & si ex viuentis fit semine, quia mulus non est similis secundum speciem asino aut equæ. Secundo quod huiusmodi productio fit ex semine viuentis, quare alitio siue nutritio quæ ex alimento fit susceptio, non est generatio. Et propter vtriusque rationis defectum scaturitio vermium ex cadauere hominis, aut apum ex corpore bouis, & cæterorum quæ putrefactione nascuntur, non est generatio. Sensatio est in sensu, sentiendive organo obiecti sensibilis perceptio. Siquidem sensus hic nomen substantiæ est compositæ ex forma efficiente sensa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem,& materia eam suscipiente,sic visus substantiam totam nominat ex materia oculi & forma compositam,vt visionis est susceptiua,ita auditus.In sensu itaque vt subiecto obiectum sensibile deprehenditur,quando ipsius sensibilis species & similitudo in organo sensitiuo recipitur, vt color deprehenditur in visu,quando species coloris in oculo imprimitur,& sonus in auditu, quando soni species auribus recipitur.Sensatio interior,est sensatio quæ interiori fit organo,vt dormientibus nobis coloris apparitio interior est visio,& soni perceptio interior,auditio, odoris deprehensio interior,odoratio,& saporis gustatio.Sensatio autē interior, phantasia & imaginatio idem sunt,vt phantasia nomen operationis est,& non potentiæ.Sensatio exterior, est sensatio quę fit in exteriore organo,vt perceptio coloris in oculo,& soni in aure. Auditio, est in auditu soni perceptio. Visio,est in visu coloris deprehensio,sic odoratio est in olfactu odoris perceptio,gustatio est in gustu saporis receptio,tactio vero est in tactu qualitatis tangibilis susceptio.

APpetitio,est appetitiuę virtutis operatio. ¶Cupiditas,est cōuenientis,pulchri,boni,aut tale apparentis appetitus. ¶Appetitus,appetitio, desiderium. ¶Ira est efferuente sanguine circa cor,vlciscendi appetitus. ¶Voluntas, est cum propositio,rei prosequendę aut fugiendę appetitus. ¶Motio, est eius quod a se mouetur, de loco in locū traductio. ¶Progressio, est quæ beneficio pedum exercetur motiuę virtutis operatio. ¶Natatio,quæ natandi apto instrumento. ¶Serptio,quæ ventre, & volumine molis. ¶Volatio,quę alis. ¶Intellectio,est virtutis intellectiuę operatio. ¶Simplicis apprehensio,est simplex rei conceptio. ¶Compositio,est mentis affirmatio. ¶Diuisio,negatio. ¶Ratiocinatio, est intellectus argumentatio. ¶Speculatio, est circa ea quę aliter se habere non possunt mentis consideratio. ¶Consultatio vero,circa contingentia,& ea quæ aliter se habere possunt. ¶Organum, est disposita potentia,in qua vis animę suam facit operationem. ¶Gradus viuendi intelligitur,cum viuens eā vim animę participat quę ab alijs separatur, aut a qua separatę manent reliquę. ¶Vegetans, est quod vegetandi obtinet potentiam. ¶Sentiens,quod tangendi. ¶Se mouens, quod de loco in locum se & a se agitandi. ¶Intelligens,quod vim obtinet intelligendi.

APpetitio diffinitur esse potētiæ appetēdi operatio,vt desideratio cibi aut potꝰ. Cupiditas siue concupiscentia est conueniens,aut quod apparet cōueniētis, appetitio, vt desideratio cibi ab esuriente,& potus a sitiēte,quę quidē appetitiones sunt specie diuersę,quia diuersorum sunt obiectorum.Modo vt sensationes p obiecta differunt,vt quę diuersorum sunt obiectorum specie,differant specie,ita & appetitiones,vt alia est appetitio pecunię,alia voluptatis,& alia honoris. Quod autē huiusmodi cibus & potus desideratio sit cupiditas,liquet,quia est appetitio cōuenientis Et ēm cibus conueniens esurienti,& potus sitienti. De eo quod apparet conueniens,exemplum, vt appetitio voluptatum corporalium ab intemperante,& abundantię pecuniarum ab auaro, & honorum consecutionis ab ambitioso ea enim conuenientia non sunt, sed apparent talia, Aut cupiditas est pulchri, aut quod apparet pulchrum,appetitio.Sane pulchrum est amoris obiectum,& sicut verum ad intellectum,ita pulchrum ad amandi vim,vt appetitio pulchri equi a milite,est pulchri canis a venatore, & pulchri militis a rege, etiam appetitio alicuius floris aut pomi quod videtur pulchrum,& non est. Pulchritudo quidem rerum corporearum fluxa,& euanida,infimum est summe pulchri vestigium. Virtutis autem, &doctrinæ pulchritudo animum exornans, propinquius,& perfectius, vt quæ nunquam marcescat,quibus quidem pulchritudinibus animus pulcherrimo rerum authori,& qui suam per diuersa rebus indita vestigia insinuauit pulchritudinem, assimilari debet. Cum itaque voluntas,propria,& sibi peculiari relicta pulchritudine virtutis & doctrinę,hæret & immoratur in inferioribus pulchritudinibus,quæ sunt appetitus sensitiui, degenerat & labitur, vmbratilemque pro vera pulchritudine amplectitur,tandemque emarcescit more Narcissi, qui sui imaginis amore captus, cum ea perfrui non posset, contabuit & extinctus est. Aut cupiditas est boni, aut tale apparentis appetitio,vt appetitio boni vtilis, aut delectabilis, quale est desiderium diuitiarum,aut sanitatis. Similiter appetitio deliciarum corporis,thesauri, magistratus immoderata, & rationis metam transiliens.Nam hęc bona non sunt,sed talia apparent &videntur.Siquidem bona vtilia,& delectabilia diuitiæ,& opes sunt remota admodum summæ boni vestigia, vt, quæ caduca & ad horam labentia sint,bona vero honesta,propinquiora sunt,& voluntati peculiaria,quibus summe bono & optimo rerum parenti sit conformis. Cum itaque voluntas illis neglectis hæret in bonis momentaneis appetitui sensitiuo respondentibus,degenerat,& a propriæ sortis con-

Narcissꝰ.

ditione labitur,& cum auide ea vult amplecti,fugacia,& nimium transeuntia,deperdit non modo illa,sed &vera bona,quemadmodum canis(vt fabulatur Æsopus)frustum carnis ore gestans,& illius vmbræ in aqua conspectæ specie deceptus,dum aperto rictu oris vmbram(vt quæ maior apparebat)rapere vellet,& vmbratilem illam speciem, & veram quam tenebat carnem ore elapsam, perdidit.Ira est ob sanguinis circa cor efferuescentiam & commotionem vindictę appetitus.Cum enim quisquam læditur & paruipenditur, ex læsione aut apparenti parui pensione sanguis circa cor commouetur,& concipitur desiderium vindicandi illatam iniuriam,quod dicitur ira. Voluntas siuevolitio est cum propositio,ratione,& electione appetito rei prosequendæ, vel alicuius boni consequendi,vt agricola vult largam messem,& vinitor multumvini ex vindemia. vel est appetitio alicuius rei fugiendæ,vt sanus cum proposito & intensione vult fugere ægritudinem, & vir studiosus vitium.Motio est animalis a se de loco in locum mutatio. Et differunt eius species inter se per instrumenta quibus exercentur,nam progressio fit pedibus,natatio pinnulis expansis quibꝰ pisces se mouent per aquam quasi quibusdam remigijs & gubernaculis adiuti.Reptio fit ventre & reuolutione molis corporeæ,vt explicatione partis anterioris, & complicatione posterioris. Nam impellunt priorem partem vermes,& trahunt ad se posteriorem. Volatio autem fit alis. Et animalia quæ plures habent motus,etiam plura habent instrumenta, vt anseres & cygni habēt alas,pedes,& in pedibus pellem continuam coniungentem particulas pedis pro natandi instrumento.Intellectio est potentiæ intelligendi operatio,scilicet aut simplicis,apprehensio,aut compositio, aut diuisio,& ita in cæteris.Simplicis apprehensio,est simplex rei conceptio. Tunc autem rei conceptio simplex est quando secundū vnius solum prædicamenti rationem est abstracta mentis cognitio, vt solius substantiæ apprehensio, abstracta a cæterorum prædicamentorum notionibus, &solius magnitudinis a cęteris abstracta notio.Nēpe sensus repræsentationem habet concretam, & coniunctam ex omnium prędicamentorum rationibus,apprehendit enim substantiam,vt Socratem,quantitatem,vt eius molem bicubitam,ad aliquid,vt distantiam,aut propinquitatem,qualitatem,vt albedinem,actionem,vt quod aliquid moueat,passionem,vt eius de loco in locum translationem,quando vt tempus hodiernum,vt locum deorsum quo Socrates continetur,situm,vt stationem,erectionemque eius,& habitum vbi,vt tunicam.Est igitur hęc sensus cognitio concreta ex decem prædicamentorum rationibus,& eam sensus offert intellectui, quare prima intellectus cognitio,& quam a sensu accipit,composita est & cōcreta,instar imaginis in speculo, quæ Socratem repræsentat,quantum,aliquo modo ad aliud se habentem,qualem,agentem,patientem,existentem in tempore,in loco,situm,& habentem habitum.Deinde intellectus (vt qui suarum notionum sit opifex & author)singulas decem rationum segregat, & vnamquanlibet ab alijs nouem abstrahit, vt substantiam ab omnibus accidentibus,& tunc est simplex substantiæ apprehensio quantitatem a substantia & cæteris separat,non quidem re ipsa,sed ratione. nam quantitatem solam intelligit, non simul alia quibus secundum rem coniuncta est magnitudo,intelligēdo,& illa est simplex quantitatis apprehensio. Deinde rationem ad aliquid seponit ab aliorum rationibus, & tunc ad aliquid simpliciter apprehendit.Sic & qualitatem seiungit secundum rationem ab alijs,& tunc est simplex qualitatis apprehensio,perinde atq; speculum intelligas quod solam repræsentet substantiam,alterum quod solam quantitatem, aliud quod solam qualitatem sine substantia & magnitudine, illis imaginibus abstractis per similis est simplex intellectus notio.Compositio, est mentis affirmatio, hoc est in mente affirmatiua enunciatio.Et explicatur per affirmatiuam vocalem,vt, homo est animal.Diuisio,est mentis negatio,siue quæ in mente est negatiua enunciatio. Et explicatur per propositionem vocalem negatiuam,vt,homo non est lapis.Ratiocinatio, est quæ ī mente est argumentatio,siue syllogistica,siue enthymematica,siue inductiua,siue exemplaris,& explicatur per consimilem argumentationem vocalem.Speculatio, est circa ea quæ necessaria sunt mentis consideratio.Ea quæ aliter se habere non possunt,siue necessaria,sunt necessariæ propositiones; & quæ non possunt esse falsę,quarum æternas veritates intellectus comtemplatur in disciplinis. Et aliquę sunt de rebus corruptibilibus,& quę possunt non esse,vt philosophia naturalis,& inferiores disciplinę. Aliquę vero de rebus ęternis & necessarijs,vt metaphysica,cuius idcirco dignissima est contemplatio,quod ea & circa propositiones,& circa res necessarias, perpetuas ingenitas, & incorruptibiles versetur.Consultatio est circa contingentia,& quæ aliter se habere possunt, hoc est circa propositiones contingentes,& quę possunt esse falsæ,mentis consideratio,vt agricolæ consultatio,quomodo futura messis sit copiosa,& vinitoris quomodo vinea sit fœcunda, & exuberans vindemia. Et in consultatione,propositiones sunt contingentes,simul,& res contingentes, vt sunt operationes humanæ.Organum est potentia disposita, hoc est materia debitis qualitatibus contemperata, ad suscipiendum operationes animæ,in qua, vt subiecto potentia animæ suam facit operationem, vt materia oculi est potentia disposita debitis contemperamentis in qua vis animæ auditiua, suam faciat operationem. Totum autem compositum ex huiusmodi materia, & forma, dicitur pars organica,tamesi ratione potentiæ & tota pars interdum organum dicatur, vt oculus,organum visus,& auris,organum auditus.Gradus viuendi dupliciter sumitur, primo,quando viuens aliquam animæ habet potentiam,quæ ab alijs posterioribus separatur,hoc est,quæ in aliquo viuente sine posterioribus potentijs inuenitur,vt arbor participat vim vegetandi, quæ ab alijs, vi sentiendi, mouendi, & intelligendi, separatur, nempe arbor nec sentit, nec mouet se,nec intelligit,

Æsopus.

Quid est cōceptio, siue notio simplex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

igitur habet arbor gradũ viuendi, quia est vegetans. Sic aĩal terrę affixum participat vim sentiendi quæ separatur a vi mouendi & intelligendi, huiusmodi enim animal nec se mouet, nec intelligit, quare habet gradum mouendi qui dicitur sentiens, ita canis participat vim mouendi, quæ ab alijs posterioribus separatur, scilicet a vi intelligendi, quia canis non intelligit, quare habet gradum viuendi, qui dicitur se mouens. Secundo sumitur gradus viuendi, quando viuens aliquam habet animæ potentiam, a qua reliquæ priores manent separatæ, id est sine qua cæteræ priores in aliquo viuente inueniuntur, vt homo participat vim intelligendi, sine qua reliquæ priores potentiæ, vt vegetandi, sentiendi, mouendi, in aliquo reperiuntur, priores siquidem viuendi gradus sine posterioribus inueniuntur, at posteriores sine prioribus nequaq̃ reperias. Ergo secũdo modo sumendi gradum viuendi, qui per secundam innuitur diffinitionis particulam, homo habet gradum viuendi, qui dicitur intelligens. De primo itaq; viuendi gradu exemplum, vt arbor, quia vegetandi obtinet potentiam. De secundo, vt concha terræ affixa, quia tangendi obtinet potentiam, est em̃ tactus primus sensuum quo primum cognoscimus aliquid esse sentiens. De tertio, vt canis, nam se de loco in locum traducendi habet potentiam. De quarto, vt homo, nam habet potentiam intelligendi. Et quodcunq; viuens habet posteriores viuendi gradus, habet & priores, non autem ediuerso.

¶ Introductionis in Aristotelis libros de anima,
& in eandem scholiorum finis.

Procemij de anima, annotatiũculæ.

¶ Accidentia, accidentia per se. ¶ Quid est, vt præcognitionis existit. ¶ Dialectica diffinitio est, quæ non abstractorum solam formam adhibet. ¶ Aduentitia, ab extrinseco aduenientia.

DE Anima libri tres. Primus continet quinq; capita. Primum caput duas conclusiones, quatuor rationes ad secundam, vnum corollarium ad eius tertiam rationem, & duo ad quartam. ¶ Prima conclusio. Qui bonorum & honorabilium scientiam esse opinantur, alteram altera honorabiliorem existimant, aut propter demonstrãdi certitudinem, aut ob subiectæ materiæ præstantiã atq; nobilitatem. Hac vtraque de causa, scientia de anima, scientiarum naturalium est honorabilissima. ¶ Propter quidem demonstrandi certitudinẽ, nam anima, ea est quæ in nobis vitæ principium est, & cuius opera in nobis experimur, non autem aliorum. Habet igitur demonstrandi certitudinem: imo vero animæ cognitio ad omnem proficit veritatem, & maxime rerum naturalium. Ob nobilitatem autem, nam cæteris rebus quibus sensibilis formatur mũdus, anima præesse videtur. Et id euadet clarius, cum animæ naturam deprehẽderimus, & eius passiones tum proprias, tum communes, eius enim ratione, hæ animalibus propriæ, hæ vero communes inesse videntur. ¶ Secunda. Etsi animę scientiam, demonstrandi certitudinẽ habere dixerimus, illam tñ de anima tradere certitudinem, difficillimum est. ¶ Primo. Quia quid sit anima, & eius diffinitionem afferre, non est facile, & apud Philosophos adhuc dubium est an omnium inuestigandis diffinitionibus sit modus idem, eademq; via, an diuersæ, & quemadmodum diuersa sunt de quib⁹ agitur negotia, ita diffiniendi diuersos moliri oporteat modos, & diuersas diffiniendi vias. Si omnium diffiniendorum idẽ est modus, & eadem est via, quærere illam oportet, quam vtiq; repertam exploratamq; habere, facile non est. Nam siue hanc posueris demõstrationem, siue diuisionẽ, siue compositionem atque collectionem, multę adhuc dubitationes, & multi relinquũtur errores, & vniuscuiusque propria inuestigare oportebit principia, alia enim numerorum principia, & alia linearum, & planorum. ¶ Si dixeris secundum tractandorum negotiorum diuersitatem, diuersos esse diffiniendi perquirendos modos, diuersasque vias, & id quidem amplus & magis cognitu difficile. nam circa

aia quid

vnunquodq; cognoscere oportebit, quis erit proprius diffiniẽdi modus. Scientiã igitur de anima tradere, difficillimorũ est. ¶ Secundo. Quia difficile est assignare genus animæ, an sit substãtia, quantum, quale, aut aliquid aliorum, & si sit substantia, dubium est an sit actus, an potẽtia, & an partibilis, an impartibilis, an omnis anima omni animæ similis sit speciei, quemadmodum ij putarunt, qui de anima rationali mentionem facientes, crediderunt de omni anima sufficienter determinasse, an aię specie differant, & gñe conueniant. Quod si ita fuerit, superest dubium, an ipsius sit vna cõmunis ratio, quemadmodũ animalis, an secundũ vnamquanq; speciem eius altera, & altera quẽadmodũ altera propria est hois, canis & equi. Vniuersale enim, vt animal, & vnũquodq; quod similiter prędicetur, aut nihil est, aut posterius est. ¶ Tertio. ¶ Quia non est facile determinare, an in vno, vt in animali multę sint animę, an potius vna, quę multas partes ac potentias reneat, vtpote vegetatiuam, sensitiuã, appetitiuam, motiuã, & intellectiuam. Et si potentias habeat, an potius de toto, an de potentijs, an de potentiarũ obiectis, aut operationibus prima determinatio facienda sit, & a quo potissimũ sit ordiẽdum, vt vtrum prius determinandum sit de sensitiuo, sensibili, & sentire, intellectiuo, intelligibili, & intelligere. Non enim solum quę essentiam indicant, perquirenda sunt vt mathematicis quid linea, qd planum, quid rectum, quid curuũ. ex quibus quæ per se insunt demonstrant, imo nobis in hac ediscẽda disciplina, accidentia considerare erit opportunum. Accidentia enim ad cognoscendum quod quid est, magnum nobis prestabunt adiumentum, ideo post aliquantulã accidentium deprehensionem nobis conducet non parum quid est accipere, est enim quid est, omnis demonstrationis principium. ¶ Corollariũ. Vnde fit vt diffinitiones quę
3 accidentia non complectuntur, neq; facilem de ipsis prębent coniecturam, dialecticæ & vanę sint omnes, huic nostro operi minime accommodandæ. ¶ Quarto. Quia dubitationem prestant non modicã animę passiones & accidentia, an ipsi & cõposito oia sint cõmunia, aut quędã sint ei propria. Plurima profecto sine corporis vsu omnino fieri non posse videntur, vt sentire, irasci, mitescere, misereri, timere, confidere, considerare, gaudere, amare, odisse. Videmus em̃ plerosq; magnis & duris incidentibus casibus nihil irasci, neq; timere, quia corp⁹ non mouetur, qui leui occasione corpore moto, vt irascentib⁹, protinus succẽsent & irascuntur, & nullo terribili imminẽte, aliqñ timete. Et intelligere, animę maximę proprium videtur, si tñ esset phantasia quędã, aut non sine phantasia, sine corpore esse non posset, & si animę proprium esset intelligere, sicut recto rectum est, proprium est sphæram vt æneam in puncto tangere. & multa vt huiusmodi sunt ei propria, non tñ tanget rectum separatum qñquidem a corpore seiungi separariq; non possit. Et si intelligere animę propriũ sit, vt nulla egeat corporis functione, ipsam quidem animam separari contingere, nihil apparet incõmodi. Sin autem nulla sic animę operatio propria est, separari non potest, nihil enim a natura otiosum, nihil sine vsu aliquo fit vnq̃, sed de aia & eius proprijs, vt de recto dictum est, & de ijs quæ recto, vt rectum est propria sunt, sentiendum esset. ¶ Primum corollarium. Vñ fit vt cum anima plerasq; operationes, quẽadmodum nunc dictum est corpori & materiæ coniunctas habeat, ipsius Physica sit determinatio,
4 & hoc aut de omni, aut de tali. ¶ Secundum. Fit etiam, vt in diffiniendis animæ passionibus Physicus materiam adiungere debeat, vt in diffinienda ira. Diffinit enim iram hoc pacto Physicus. Ira, efferuentia est sanguinis circa cor vlciscendi doloris desiderio concepta. Dialecticus autem hoc pacto. Ira est vlciscendi doloris appetitus. Differenter enim eadem diffiniunt Physicus & dialecticus. Nam Physicus materiam suis diffinitionib⁹ adhibet, dialecticus autem solã formam. rationem enim, formam & speciem dicimus. Diffinitionum autẽ hæc materiam solam adhibet, vt, domus est ligna, lapides, & intritum, hæc formam, vt, domus est a ventis, imbribus, caloribus & frigore defensio, hæc vero vtrunq; connectit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt domus munimentum est a ventis,imbribus,caloribus, & frigore, ex lignis,lapidibus,intritoque constans . Quæritur ergo quæ harum trium diffinitionum ad Physicum attineat? Dicimus Physicum eam curare , quæ materiam contineat, formam,& opera,quæ vt huiusmodi,seiungi separariqne non possint, vt formæ physicæ,& opera physica,quæ quidem opera & dialecticus considerat,sed materiam negligit.Sunt enim naturalia opera,hæc intrinseca,vt calor,frigiditas,humiditas,siccitas,hæc aduentitia,vt artificialia,quę materiam exornant, vt sculpturę & intercelaturę , & quę vitium emendant, vt medicina . Sũt & alia quæ & si a materia non separentur , non insunt tamen corpori physico vt physicum est, vt rectum,curuum,triangulare,quadratum. Ex his licet intueri qui formas contemplentur.nam naturales formas quæ a materia seiugari non possunt , Physici considerant,materiæ haud immemores, & easdem relicta materia dialecticí, abstractas autem non re ipsa,sed cogitatu & intelligentia,mathematicus. At veras rerum formas omnino a materię consortio seiugatas,absolutas, & immunes,primus,vltramundanus,& diuinus contemplatur Philosophus.Sed his determinatis,quid de anima senserint antiqui,nunc apperiamus.

PRimi capitis primi de anima scho. I. Qui bonorum honorabilum scientiam esse arbitrantur.Honorabile bonum dicitur,quod ob sui excellentiam honore dignum est possessoresq; suos honorabiles reddit,cuiusmodi sunt bona simpliciter,per se & suapte natura bona,scilicet bona honesta,doctrina, & virtus.Itaq; hic supponendum est scientiam esse bonum honorabile, vt quæ ob sui excellentiam honore digna sit,possessoresq; suos merito honorandos efficiat . Neq; obstat plerasq; scientias esse de malis tanquam obiectis remotissimis,vt moralem philosophiam de vitijs,& medicinam de morbis. nam illarum disciplinarum scibilia propositionesq; demõstrabiles non de ijs sunt quonam pacto sint prosequenda,sed fugiẽda. Atqui cognoscere rationẽ, modumq; mali fugiendi,vtiq; bonum est.Quod si quis scientia perperam vtatur,vt ad inflationem, ostentationemq; sui, aut errorum pertinacem defensionem,aut quæstum pecuniarium,neq; id quidem efficit scientiam esse malam.Nam illa scientiæ accommodatio ad quippiam obliquum , non ex scientiæ natura conditioneq; prouenit,sed praua eam habentis volũtate. Haud secus ac diuitias nullus contendere possit esse malas ,quia prauis sint vitiorum instrumenta,& irritamenta malorum. Neq; tamen concesserim notitiam omnem bonam esse,tametsi id de scientia admissum sit.nam quanuis omnis scientia,notitia,non tamen ediuerso omnis notitia,scienria.Sunt enim pleręq; notitiæ prorsus noxiæ,& ad prauum impellentes,vt prauorum quonam pacto sua perpetrent flagitia,aut dolo quempiam circunueniant,quas nullus inficiabitur esse malas. II. Scientiam igitur de anima tradere,difficillimorum est . Haud dubie magna fuit difficultas scientiæ de anima antequam inuenta esset,tradendæ,præsertim cum tantis opiniorum controuersijs,& dissentientibus inter se philosophorum dictis inuoluta & impedita fuerit,vt veritatem integre & syncere deprehendere foret difficillimum. Aristotelis autem (cui omnis vere philosophantium turba plurimum profecto debet) cura & studio effectum est,vt omni ablata difficultate,exactissima,certissima & facillima , hæc ars nunc eluceat.Nempe ante tempora Aristotelis diffinitionum ars nondum inuẽta fuit.quare prius omnia in dubio & ancipiti apud antiquos versabantur, ꝙ vnicuiq; nomini sua non præscribebatur ratio,neq; præcognitio quid est. At Aristoteles similis optimo & industrio artifici, non modo scientias inuenit,verum etiam & instrumenta quib⁹ inueniantur, vtpote diuisionẽ,diffinitionem, & demonstrationẽ parauit,perinde atq; peritũ artificẽ illum esse fatebuntur oẽs , qui non mõ artẽ aliquāvt fabrilẽ primus excogitauerit,sed & instrumenta quibus ea ars & cęterę exerceri possunt, fabricare docuerit.At ea igitur quę in hac prima ratione ambigua agitat Aristoteles, respondendum est diuersos esse diffiniẽdi modos,& præsertim tres,quos hic nominat.Primus est per demonstrationem,quo ex prius demonstratis colligitur diffinitio secundum materiam & demonstrabilis, & hoc pacto Aristotelesvtranq; aiẽ diffinitionem in principio secundi huius peruestigauit. Secundus per diuisionem gñis communioris in suas differentias,quousq; per continuã huiusmodi partitionẽ ad eã deueniatur orationẽ,quę cũ diffinito conuertatur. Quo pacto in secundo Posteriorum docet Philosophus hãc inuenire diffinitionem.Ternarius est numerus imparvbitrobiq; prim⁹. Tertius mod⁹ est ꝑ cõpositionẽ siue collectionẽ ,pprietatis,in qua multa singularia quibus cõuenit diffinitum,coincidunt,& cõueniri deprehendũtur. Et hoc mõ docet Aristoteles in secundo posteriorum Analyticorum inuenire diffinitionem istam magnanimi , magnanimus est qui æquo aĩo fert prospera & aduersa.Et quanuis hi modi diffiniendi sint oĩbus disciplinis cõmunes,in vnaquaq; tñ disciplina inuestigandæ sunt proprietates rei diffiniendæ, quæ pro diuersitate rerum quę tractantur,sunt diuersæ,idcirco secundum eorum quæ tractantur varietatem,diuerso modo speciali diffinitiones inuestigare oportet.Nam(vt inquit litera)alia sunt numerorũ principia, alia linearum & alia planorũ,principia inquã diffinitionum , vtpote genus & differentia, aut quod huius fungatur

officio,de quibus quidem principijs,secundum materiã subiectã,quæ hic dicũtur, accipienda sunt. Secundo,quia difficile est assignare genus animę. Vt per ordinem adhibeatur responsio ijs quæ in hac ratione proponuntur dubia,dicendum est substantiam esse genus animæ, & non accidens,cum ex non substantijs non fiat substantia.Præterea animam esse actum,formamq; substantialem , non materiam,neq; compositum,vt eius declarat diffinitio. Deinde animam partibilem esse bifariam. Primo, in partes,in modo secundum potentiarum numerum sumptas,vt quod quædam vegetatiua sit,quædam sensitiua,alia appetitiua,alia motiua,& alia intellectiua.Secundo per accidens ad diuisionem sui subiecti , vt quemadmodum albedo corporis decupedalis in decem partes diuiditur, ad diuisionem subiecti,& molis eius, ita anima per accidens extensa , & diuersis materiæ partibus respondens diuiditur,vt aliud animæ est in oculo canis,aliud in aure,aliud in lingua, & aliud in pedibus. Animam rationalem excipio,quę magis vna & simplex,huius diuisionis est expers, cum sit tota in toto,& tota in qualibet eius parte, vt secundus ostendit difficilium physicalium dialogus. Præterea subiciendum est animas specie abinuicem differre,& genere conuenire,vt figuras magnitudinum,& animalia. Vnamque esse communem animæ diffinitionem, diuersarum tñ animæ specierum diuersas esse diffinitiones,vt alia diffinitio animæ plantarum, brutalis,ac humanæ , quemadmodum eadem est diffinitio animalis secundum rationem generis,diuersarum tamen specierum animalis,diffinitiones diuersæ,& figuræ in communi diffinitio una,specierum autem eius,vt triangulí & circuli,diffinitiones variæ . Demum quod in huius rationis calce subiungit litera , scilicet. Vniuersale enim,vt animal,& vnumquodque quod similiter prædicetur,aut nihil est,aut posterius,hoc pacto est intelligendum.Quod vniuersalem habet rationem,vt animal,& vnũquodque aliorum quod consimilicer prædicetur de pluribus vno nomine,& eadem ratione,aut nihil est,aut posterius est suis singularibus,atq; minus cõmunibus . Et id sane ratione secundę partis disiuncti verum est.Nempe vniuersalis ratio posterior est quam singularis,quia ex multis singularibus in aliquo eodem conuenientibus,ratio vniuersalis consurgit,vt considerat intellectus Socratem,Platonem & cæteros particulares homines eo ipso conuenire , quod animam rationalem sortiti sunt,& ex illis particularibus rationibusformat rationem eis communem,quam noĩe speciei homo explicamus.Sic hominem,equum,asinum , & cætera animalium gña cognoscit in illo cõuenire , quod sensum habent omnia.Ex particularibus itaque rationibus format rationem omnibus animalibus communem,quam nomine gñis animal explicat.Et hoc pacto paulatim mens nostra ex singularibus rationibus ad vniuersales progreditur , easq; efformat . Quare singulares & minus communes priores quidem sunt tempore,& vniuersales eo modo posteriores,etsi natura priores sint, intellectuiq; proprię magis & accõmodiores. Tertio.Quia non est facile determinare.Quæ in hac ratione dubia proponuntur,hoc pacto sunt diluenda.In corpore animato non multę sunt animæ , sed vna tantum,cum cuiuslibet rei naturalis vnus sit actus substantialis & præcipuus,a quo ipsa suam sortitur vnitatem.Quocirca non sunt ponendę tres animæ in homine,vna vegetatiua, altera sensitiua re ipsa a prima differens : & tertia intellectiua,diuersis temporibus(t plerique arbitrantur) hõi aduentantes . Esset enim homo rerum naturalium dignissimum & consummatissimum , minus vnus terra,quam concedunt vnam tantum formam habere . Sed vna tantum homini & cuique viuenti est anima,quæ ob operationum quas efficit diuersitatem,diuersa sibi nomina vendicat . Præterea illa vna(quæcunque ea fuerit)anima diuersas habet potentias,nõ re ipsa,sed ratione sola discrepantes,vt superius in introductione huic libro prefixa ostensum est.Et pri⁹de tota anima Philosophus determinaturus est,deinde de eius operationibus,tertio loco de obiectis,& demum de potentijs ,vt ex determinatione secundi libri de anima dilucidum euadet. III. Quarto.Quia dubitationem præstant non modicam animę passiones. Quę in hac ratione a Philosopho addubitanda proponuntur, ita dissoluenda sunt. Aliqua sunt opera animæ communia,quæ scilicet pluribus conueniunt viuentium speciebus,& non nisi in organo corporeo effici possunt,vt visio,auditio, & cæteræ sensationes,quæ & pluribus conueniunt animalium speciebus, & sunt ipsius quidem formæ vt efficientis, & materię vt subiecti.Et huiusmodi opera communia sunt vegetationes, sensationes,appetitionęq; sensitiuæ,& motiones. Aliqua vero sunt opera animæ propria, quæ & soli vni conueniunt viuentium speciei,& ab anima sine corporisvsu atque ministerio fieri possunt,vt intellectio,& voluntatis operatio,non enim fiunt in organo corporeo vt subiecto.Deinceps non est admittendum intellectionem esse phantasiam & imaginationem sensationemq; interiorem vt neq; voluntatis operationem esse sensitiuam appetitionem,sicut postea ostẽsurus est Philosophus.Et sane qui iter intellectionem & phantasiam discrimen non ponunt,nec sciunt ea dijudicare atq; secernere,in multos labuntur errores,quia quod imaginatio cognoscere non potest , dicunt intellectum dignoscere non posse.Hinc astruunt plerique nullas esse notiones vniuersales,nullas esse rationes mentis absolutas,aut accidentium abstractas , quia labuntur ad phantasiam , & nihil intelligunt nisi per interiectam imaginationem,quæ intellectum haud secus perrahit in errorem , atq; appetitus sensitiuus, voluntatem in vitiosam operationem.Sicut igitur vt quis voluntate perficiatur, debet habere voluntatem principantem,& appetitum irrationalem subiectũ,ita quisquis intellectu vult perfici,debet ipsum habere subleuatũ supra phantasiam,& potentẽ eam emendare.Insuper non est concedendum,ꝙ intelligere sic sit propriũ animę , sicut recto.hoc est planę superficiei(quã propter analogiam lineę rectę appellat rectũ,ꝙ eius mediũ non discrepet ab extremis) proprium est tangere sphęram in puncto,quod Theodosius tertia propositione primę partis sui libri de sphæris, demõstran

Nam intellectio non fit in ſubiecto corporeo, & anima ſeparata melius quam corpori coniuncta fieri poteſt. Contactus autem plani ad ſphæricum fieri non poteſt, niſi rectum materiæ coniunctum ſit, vt quod a materia ſeparari non poſſit, cum ſit magnitudo & accidens. Præterea admittendum eſt quod intellectio nulla indiget (vt fiat) corporis functione, quare cognoſcitur anima rationalis a corpore ſeparabilis eſſe, vt poſt ſeparationem maneat, & propriam quam exerceat operationem habeat, neque otioſa ſit, aut ſine vſu, vt in ſequentibus Philoſophus abſolute determinabit, quod hic ſub conditione duntaxat proponit.

¶Secundi cap. annotat.

¶Nomina philoſophorum, qui de anima determinationem fecerunt, quorum adducit Ariſtoteles opiniones, Democritus, quidam Pythagorici, Anaxagoras, Empedocles, Timęus, Xenocrates, Thales Mileſius, Diogenes, Heraclitus, Alcmeon, Hippon, Critias.

SEcundum cap. continetvnã concluſion, & duodecim antiquorum opiniones. ¶Concluſio. Vt determinationis principium ab anti- 5
quorum opinionibus faciamus, conſentaneũ eſſe videtur. ¶Nam
quę ab ipſis benedicta ſunt, recipiem⁹, nobiſq; erunt adiuméto, quę
vero male, reijciemus. Et id prænoſſe operępretium eſt, omnes an
tiquos per motum & ſenſum animam a cęteris maxime ſecreuiſſe 6
& per illa inquirere quid eſſet, conatos fuiſſe. ¶Duodecim antiquorũ de aĩa opi-
niones. ¶Prima eſt Democriti & Leucippi, exiſtimãtium animam ignem eſſe,
& calorem quendã ex ſphæricis atomis conflatũ: ꝙ maxime mouere & penetra-
re ſeipſas & alia poſſint, & aĩam aĩalib⁹ pręſtare & vitã, & eã reſpirationẽ eſſe dif
finiebant. Nam quandiu reſpirat aĩal, atomi ingredientes, internas q̃ aĩm cõſti-
tuunt diſſipari prohibent, & viuit aĩal, cũ vero non reſpirat, hoc pręſidio deſtituta
diſsipatur atq; diſsoluitur aĩa, ipſumq; perit aĩal. Neq; mirũ eſse ſi aĩa non videa
tur, tametſi corporea ſit: qñquidem ramenta illa q̃ in aerevolitant, non niſi in ra- 7
dio ꝓſpicere & deprehẽdere liceat. ¶Secunda eſt quorundam Pythagoricorum
pene idem ſentientiũ. Hoc tñ intereſt, ꝙ non aĩam atomos, ſed virtutẽ atomorum
motricẽ eſſe dixerunt, ꝙ quantacunq; ſit trãquilitas, atomi cõtinui agitari pelliq; 8
videãtur. ¶Tertia eſt Anaxagorę, aĩam fontẽ & pricipiũ mot⁹ ponẽtis, & aĩam
& intellectũ idẽ eſſe, non tñ aĩam, mentẽ & ſenſum cõfundebat in idẽ, quemad-
modum Democritus, qui proinde quę ſenſu apparebant, vera eſſe oĩa dicebat, au
thore vſus Homero, qui inquit, Hector iacet, aliud ſapiens. At intellectũ omni-
bus animalibus & magnis & paruis, & honorabilib⁹ & inhonorabilibus conſimi- 9
lem i neſſe, non videtur ſecũm prudentiam dictũ. Et hę opinandi rationes ex par
te motus ſumptę ſunt. ¶Quarta eſt Empedoclis animã ex quatuor elementis, li
te & amicitia conflatã eſſe volentis, ex quibus omnia conſtent. Ideo animam om
nia cognoſcere, & ſimile in ea ſua cognoſcere ſimilia, hoc teſtantis carmine.

Terrea uis terram, uis humida percipit undas.
Æther ab æthereo, ſentitur ab ignibus ignis.
Pax pacem monſtrat, litem lis aſpera noſcit.

¶Quinta eſt Timæi volentis animam ex elementis eſſe conflatam, vt ſimile ſi- 10
mili cognoſcatur: authore Platone in Timęo. Et in ijs quæ de philoſophia, diſſe-
ruit ex vnius idea longitudinem prodire, & latitudinem & profunditatẽ ſuo mo-
do, vt vnius ideam, intellectum prębere: ꝙ ſit ſciẽdi principium primã duitatem
prębere ſcientiam: ꝙ abvno ad vnum & ſemperverũ procedat, opinionem vero a
prima naſci trinitate, ꝙ ab vno probabili ad duo, nunc ad verum, nunc ad falſum
procedat, & ſenſum a primo quaternario, ꝙ ſit ſolum corporeorũ & ſolidorum,
numeros eũ vocat rerum ſpecies, principia & elementa. Et cum intellectu, ſcien
tia, opinione & ſenſu cognoſcamus: ex horum numeris conflat aĩam. ¶Sexta eſt 11
Xenocratis, vtrunque & motum & ſenſum connectentis. Inquit enim eam eſſe
numerum ſeipſum mouentem, numerũ quidẽ, quo faciat eam ex omnium prin-
cipijs conſtare, & vt omnia cognoſcat, mouentem addit, quia eam principium &

originem motus credit, creditq; numeros rerum principia eſſe. Et vt ſummarie
dicatur, qui cognoſcere & contemplari animæ proprium crediderunt, eam ex re-
rum principijs conficiunt. & vt de rerum principijs multitudine, paucitate, cor-
12 poreo aut incorporeo euariant, ita inter ſe de animę natura. ¶Septima eſt Tha-
letis Mileſij dicentis animam eſſe aliquid motiuum. Hinc magneticũ lapidem
13 credidit, ꝙ ferrum moueret, animam habere. ¶Octaua eſt Diogenis eã eſſe ae-
rem volentis, opinantis eum omnium eſſe ſubtiliſſimum, & rerum originem, &
14 principium. ¶Nona eſt Heracliti, qui omnia ex vapore calido calidoq; halatu
gignebat, quem nihil aliud eſſe quam ignem volebat, omnium ſubtiliſſimum, &
pene incorporeum, & ſemper fluentem. Hinc animã dixit eſſe vaporem. ¶Deci
15 ma eſt Aclmeonis, animam eſſe immortalem, & ſemper moueri, & quam ſimil-
16 limam eſſe ſoli, lunæ & cælo (quę ſempiterno agitatu feruntur) volentis. ¶Vn-
decima eſt Hipponis. Inquit eũ Hippon animam eſſe aquam, quam omnium
17 ſemen humidum ſit. ¶Duodecima eſt Critę, animam ſanguinẽ eſſe ſentientis.
Hoc ideo, quia ſentire proprium eſſe animæ iudicabat, & nos ſanguinis benefi-
cio ſentire: & quæ exanguia ſint, ſanguineq; priuentur, vt oſſa, vt dentes, vt vn-
gues, non ſentiant. Et omnes ex tribus animæ diffinitionem quęrunt, motu, ſen-
ſu, & incorporeo aut ſubtiliſſimo, vt id incorporei nomen ſibi iure quodam ven-
dicare poſſe videatur. Et ſimile ſimili cognoſci conſentiunt omnes, vno Anaxa-
gora excepto, qui intellectus & aliaram rerum nullum poſuit eſſe ſimilitudinis
commercium. Hinc omnes animam ex oĩbus conflant principijs: vt omnia co-
gnoſcat. Et qui tantum vnum ponunt principium, ex vno eam conſtituunt: & qui
plura, ex pluribus: & qui contraria ex contrarijs, vt Empedocles. Vnde & nomi-
na ducta ſunt. nam qui ponunt calidum eſſe principium, inde aſserunt & πυρῶδες,
id eſt ipſum viuere eſse nominatum, ꝙ vita ipſa in feruore & calore conſiſtat.
Qui vero frigidum, ψυχῶδες, id eſt animam vocatam eſse, ꝙ euentatione & reſpira-
tione egeat. Sed quid de anima ſenſerint antiqui, hactenus ſatis percurſum eſt.

SEcundi cap. ſcholia. VI. Quandoquidẽ ramenta illa quæ in aere volitant. Ramenta, pulueres ſunt minutuli exiguęq; molis in aerevolitantes, qui propter paruitatem extra ſolis radium non conſpiciuntur, & ob debilitatẽ virtutis aerem diuidere nequeunt quo deorſum decũbant. At vero vt dignoſcatur quid veri Democriti opinio contineat, quidve falſi, quo ſimiliter in aliis quibuſq; antiquorũ opinionib⁹ perquiratur, quid vero cõſentaneum, quidve a veritate diſcrepans in eis poſitũ fuerit, in primis noſſe oportet falſum eſſe animam eſſe calorem, quãuis calor naturalis in omnibus viuentibus vt animæ inſtrumentum ad operationes exercendas iueniatur. Falſum eſt & eam ex ſphæricis atomi componi, cum non ſint huiuſmodi corpora inſectilia. Vere tamen dicun animam animalib⁹ motum & vitam pręſtare, ſed non totam animæ naturam ambiunt, cum etiamvegetibus vitam præſtet. Non itẽ recte diffiniunt animam reſpirationem eſſe, cum multa ſint anima prædita, vt plãtæ, piſces, vermes, quæ non reſpirant. Et conſimile peccatum admiſerunt plerique eorum quos impręſentiarum recenſet Ariſtoteles, aſſignantes ad animæ proprium eſſe, vt motum, aut ſenſum, aut intelligere, aut immortalitatem, quod aliquibus duntaxat anima participantibus conuenit, & aliquibus non. Neque recte ſentiunt Democritus & Leucippus reſpirationẽ fieri per ingreſſum atomorũ, cum fiat ſuſcepto introrſum aere, qui corporeus eſt & diuiſibilis. Præterea cur animal non reſpirans moriatur, & reſpirans viuat, nec veram quidem cauſam aſſignant, quę ex poſterius determinandis eſt requirẽda. Deniq; admittendum nõ eſt animã eſſe corpoream (quãuis idipſum ex eorũ dictis ſequatur. ſi eũ aĩa ex corporibus componatur, vt corporea ſit neceſſe eſt) nam corporeum id dicitur, quod magnitudinem corpoream in ſe vt ſubiectum habet. Atqui anima in ſe non habet magnitudinẽ, ſed ſolum magna eſt per accidens, ſcilicet per magnitudinem corporis. non eſt igitur anima corporea, niſi forte p̃ accidens. & quia materiæ corporeæ coniuncta. Quod itaq; anima non videatur, in cauſa eſt, ꝙ ipſa neque per ſe ſenſibile eſt, neq; aliquod accidens per ſe ſenſibile in ſe habet. Neq; ſimile eſt de pulueribus minutiſſimis, & de anima iudicium, quia pulueres minutuli per ſe corporei ſunt, & magnitudinem habent, ob molis tamen exiguitatem vix bene perceptibilem. VIII. Authore vſus Homero. Themiſtius aliã hoc loco videtur innuere intelligentiam quã litera pręſe ferat, vtpote Democritũ voluiſſe, ſentire & ſapere idẽ eſſe, contra Homeri ſententiã, eo carmine oppoſitum atteſtantis. Inquit enim Hermolao interprete. Vnde & ſentire & ſapere pro eodẽ habebat, magno alioqui teſtẽ Homero nixus, qui quodam verſu de Hectore, iacet, inquit, aliud ſapiens. Verum ex archetypo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Græco & litera exemplari Aristotelis perquirenda esset exactius huius loci explanatio. IX. Et simile in ea, sua cognoscere similia. Errauit Empedocles præter cętera quæ de anima perperā sentit sexto cap. secundi de Generatione a philosopho abunde reprobata, prętertim eo ipso q̃ posuerit in anima simile cognoscere suum simile, vt & alij fere omnes philosophi, quorū hic afferūtur determinationes de aīa atq; sententię. non enim est in anima quicq̃ ęqli quo cęlū cognoscat, & auri quo cognoscat aurum, & albedinis quo cognoscat albedinem. Id ēm asserere, plimile est atq; asiruere speculum repræsentare rerū sibi obiectarum imaginem, quod in speculo quicq̃ simile sit secundū substantiam rei obiectę, vt simile lapidi si repræsentet lapidē, & simile oui si speculum afficiatur ouis imagine, & simile lupo si referat lupum. Quod si manifeste falsum est, & primū. At si in speculo intelligatur forma substantialis nata efformare oīm colorum magnitudinumque species, & materia speculi nata illas suscipere, tunc speculum dicetur referre rerum oīm colores, quod formā habeat effectiuam imaginū coloris, & materiā illarū susceptiuam. Ita sane ponendus est intellectus oīa cognoscere, q̃ actus suus substantificus, & intellectus agens natus sit omnium rerum effingere efformareq; notiones, & sua potentia substantialis, intellectusq; possibilis omnium itidem rerum species suscipere. Est ēm intellectus vt speculum aut oculus, cuius color est quicquid existit in rerum natura. Neq; ex eo Aristotelis dicto quod habet tertius de anima, aīam intellectiuā quodāmodo esse omnia, sumi pōt efficax argumentum ad probandum animam ex omnium rerum principijs componi, & omnium in se rerum substantias cōplecti, hincq; simile in ea suum cognoscere simile. Nam non dicitur anima esse omnia secundum substantiam, sed secundum assimilationem atq; repręsentationem, q̃ ijs rebus propemodum assimiletur, quarum similitudine induitur, notionemque in se efformat. Quocirca admittendum quidem est animam habere in se rerum quas intelligit species atque similitudines accidentarias, haud tñ idcirco efficitur simile in ea suum cognoscere simile, q̃ id philosophi intellexerint de simili secundum substantiam, quodq; eiusdē esset speciei & naturę cum re intellecta. Id autem nequaq̃ sit. X. Quinta est Timæi, animam ex elementis esse conflatam. Elementa Timęi sunt numeri, ex quibus secundum Pythagoricorum sentētiam posuit omnia componi. vt corpus ex denario magnitudinum, & animam ex denario cognitionum, hoc modo.

Punctum	1	Intellectus	1
Linea	2	Scientia	2
Superficies	3	Opinio	3
Profundum	4	Sensus	4
Corpus	10	Anima	10

¶ Tertij cap. annotat.

¶ Fusile argentum, argentum viuum. ¶ Sub voluntate & intellectu, appetitum & phantasiam comprehendimus.

TErtium cap. continet duas conclusiones, septem rationes ad primam, & octo ad secundam. ¶ Prima conclusio. Animam ignem esse, & se- 18
ipsam mouere (vt vult Democritus) impossibile est. ¶ Primo. Quia prius demonstratum est, quicquid mouetur, ab alio moueri, nihilq; a seipso moueri. ¶ Secundo. Bifariam dicitur aliquid moueri: aut per se: vt quod in se motum habet, aut per alterum: vt quod cū non moueatur, in eo est quod mouetur: vt nauta sedens in naui. hæc siquidem per se mouetur, ille autem per accidens. Quæritur ergo an anima per se moueatur, an per alterum? si per se, oportet eam augmentatione, diminutione, alteratione, vno aut pluribus horum motuum moueri. Quicquid aūt aliquo horū motuū per se mouetur, in loco est, cinctumq; corpore. Aīa igitur & corporea, & in loco est: quod est ipossibile. Si dederint per alterum, vt albedo & nigredo: nullus diffitebitur, vtpote quę in eo quod mouetur existat, mouetur ēm corpus, sed eam tunc accidit & consequitur non moueri: quare nec seipsam mouere. ¶ Tertio. Quia quęcunq; sensibiliū mouentur, motum secundum naturā & motum violentū eisdem accideré videmus. Itaq; & aīæ motus secundū naturā & violentus accideret, quare & quiesceret nunc natura, nunc vi. In quod enim aliquid natura mouetur, & in eo natura quiescit, in quod aūt vi, violenter. Sed quis animę violētus motus: si seipsam moueat? quę natura quies? quę violenta? hęc ipsi vel effingere volentes, nequeant. ¶ Quarto. Si anima sit ignis, vt ponit Democritus, ignis aūt solū sursum moueat, & aīa solū sursum mouebitur. Et cum anima corpus moueat, & ipsum quoque, & aīal vnunquodq; natura sursum mouebitur. Sed quid absurdius? & ita agimus contra eos qui eam ex

aliquo aliorum elementorum conflarunt. nam si terra esset, solum agitaretur deorsum, si aqua, in locum aquæ. & si aer, in aeris locum. ¶ Quinto. Si anima seipsam moueat, rationabile est consimilibus motibus moueri corpus. nam ipsa corpus mouere videtur. Et retroagitur, si anima seipsam moueat, & moueat corpus, rationabile est animam se talibus agitare motibus, quibus & ipsa corpora agitari videmus. Atqui corpora delatione ferri videmus. delatione igitur & loci mutatione fertur anima. quare & exire continget animam: & regredi, & animalia mortua iacentia resurgere. Vnicum itaq; ipsis confugium esse videtur, animam per alterum & per accidens moueri dicere. & cum aīa aliquo violentia impellitur, & animam quoq; id per accidens pati. Non igitur per se mouebitur. Cui enim aliquid per se conuenit, illud per accidens eidē non conuenit: neq; ediuerso: vt quod est per se bonum, non est per accidens, & per alterum bonum. & neq; quod per accidens bonum est, id per se bonum est. Neq; dicere possint motus sensibilium peculiares & proprios esse animę, quibus seipsam moueat. nā sine exterioribus sensum exercitare non potest. Et ita de appetitu & cęteris dicēdum. ¶ Sexto. Quia id ipsi fatentur, animam vt animam moueri, essentiaq; esse motum. quod aūt mouetur, videmus seorsum a motu stare. quare & si de anima ita futurū sit, stabit seorsum a sua essentia. Sed quo pacto id fiat? satius est igitur confiteri ipsam secundum accidens moueri, & non per se, motumve eius esse substantiæ. ¶ Septimo. Democritus asserens sphærales atomos semper agitare corpus, q̃ nul q̃ natę sint manere, persimile dicit Philippo comœdiarum scriptori. Dędalum olim ligneo lam Venerem fecisse, quę fusili argēto infuso se motaret. Sed quęritur a Democrito, quid causa quietis animalis sit? nūquid afferre poterit semper mobiles atomos, & quæ sese quietare non possint? Et certe nō sic moueri videtur animal, sed voluntate & intellectu. Et Timæus propinqua Democrito asserebat, aīam scilicet seipsam agitando simul mouere corpus, q̃ corpori sit adiecta, alligataque. Inquit enim Timæus, cum animæ opifex deus eam condidisset rectam, circunflexit in orbem, quem in geminos secuit, quorum vnus circundaret, & alter interior haberetur. Interiorem rursum cōminuit & secuit in septem quem sectū septem rursum glomerauit in orbes. quapropter, inquit, cęlū torquet in gyrum, q̃ aīa sit circul⁹, quæ in harmonicos diuisa circulos, & ex his vt elemētis cōflata, suo motu corpus torquet & euoluit. Ex harmonicis siquidem conflata circulis, canorisque numeris, quo perdulcem illam semper possideat harmoniam, & quo emodulatos sempiterno motu afferat ciatq; gyros. Sed primum Timæus occurrit arguēdus, q̃ animam fecerit magnitudinem, & maxime eam quā vult esse rationalē & intellectum. nam hæc de aīa mundi intellexit, quā vt puram mentē esse intendit, & non qualis sensitiua, qualisve appetitiua, quæ se per directū foras profundunt, suosq; exercent actus. ¶ Secunda. Intellectus, magnitudo, siue circulus, siue glo-
19 bus (vt vult Timæus) esse non pōt. ¶ Primo. Quia oīs magnitudo cōtinua est, q̃ eius particulę in terminū cōmunem finiunt, in ipsoq; copulantur. Intellectus autem hoc pacto continuus esse non pōt, sed (vt intelligibilia) vnus est, aut omnino impartibilis, aut non vt magnitudo, cōtinuus. ¶ Secundo. Quō intelliget? cū velit Timæus ipsi opus esse tactu & appropinquatione rebus quas sit percepturus. Si qualibet parte intelligat, & partes eius sint puncta, cum ipsa sint infinita, infinita transibit. Si partes ponis magnitudines, cōtinget ipsum infinities idem intelligere, quod semel intelligere sufficeret. Si non qualibet parte, sed toto curuamine, totiusq; contactu, ad quid erunt partium contactus. Et quomodo totū tangendo intelliget, cuius nulla parte tangendo intelligas? quomodo intelliget indiuisibile, si indiuisibili, non toto curuamine, circuloque & totius contactu intelligit? neque quidam diuisibili. nam diuisibile indiuisibili attactum non habet. ¶ Tertio. Quia intellectus operatio, intellectio est circuli, circulatio. Qui fit igitur, vt intellectus circulus sit, cuius intellectio circulatio sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Quarto. Circulatio, perpetua est. At intellectus motiones fidem habent, actiuæ quidem, quia sunt alicuius gratia. Proruere autem in infinitum non valent & contemplatrices. nam hæ aut definitione aut demonstratione cõtemplantur. finita autem omnis definitio, omnisq; demonstratio, hęq; ad principium non reflectuntur, sed potius secundum rectum procedere videntur. Circulatio autem semper ad principium reflectitur. Non est igitur intellectus circulus, & eius intellectio circulatio. ¶Quinto. Intellectio & mentis operatio quieti q̃ motioni similior est. non igitur circulatio existit. ¶Sexto. Motus videtur esse ab animæ natura q̃ status magis alienus. monstrant hoc temulenti, ægrotantes, infantes, & senes. Si igitur continue & irrequiete moueretur, motus esset ei violentus, præter naturam, minusq; suę naturę conueniens semper, quod esse nequit. Et si dixeris motum esse eius essentiam, relabimur in prædicta incommoda, vrgebitq; difficultas, quo intelliget immota. videretur enim motum & sola mota deprehendere debere, cuius tamen oppositum constat. ¶Septimo. Consentiunt plurimi melius esse intellectui, liberari corpore, quo tanquam vinculis & carcere clausus detinetur: tanq̃ corpore soluto beatior feliciorq; futura sit vita. Laboriosissimũ igitur (vt sentit Timęus) aiam mundi & perfectissimũ intellectum nunq̃ a corporis vinculis posse absolui. neq; causam assignauit cur cęlestes orbes torqueãtur in gyrum. Et si quęrat causam, si intellect⁹ molis & magnitudinis oĩs sit expers, cur voluat in circulum? Dicimus quia melius est & taliter esse. Fit enim vnũquodq; q̃ fieri põt optime, sed hęc consideratio aliena est. ¶Octauo. Quia dicit Timę⁹, animam seiungere corpori, ipsam mouere corpus, & corpus moueri. Neq; definit vllo pacto quale corpus, qualiterve dispositum, ipsam suscepturum sit: perinde atq; sine discrimine in quodlibet migret: persimile Pythagoricorum fabulis, qui quanlibet animam quodlibet corpus ingredi fingunt, ijsque dicunt similia.

Morte carent animæ, semperq; priore relicta
Sede, nouis domibus uiuunt, habitantq; receptæ,
Omnia mutantur. nihil interit. errat, & illinc
Huc uenit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus
Spiritus: æque feris humana in corpora transit,
Inque feras noster: nec tempore deperit ullo.

¶Sed ita sentire nihil aliud est quam si quis artem fabrilem transire putet in fistulas. Vt enim ars propriis vtitur instrumentis, ita quoque anima propriovtitur corpore instrumento, videturque vniuscuiusque animantis corpus propriam sibi vendicare speciem & formam.

HErtij cap. scholia. XVIII. Quæcunq; sensibilium mouentur. Id non de sensibilibus, id est sensui peruijs intelligitur. Cælum enim hoc modo sensibile est, & tñ ei non competit motus naturalis & violentus, sed duntaxat naturalis. Sed de sensibilib⁹ accipitur, id est ijs quæ sunt in mundo sensibili, & concauo orbis lunę contenta. porro anima vt pars essentialis, ipsius cæli lunę ambitu (sicut & tota res naturalis) continetur. Id autẽ cui conuenit motus naturalis, & nõ motus violentus, neq; quies a motu naturali, oportet esse perpetuum, vt corpora cælestia. Quod si Democritus instet animam esse perpetuam, & idcireo eam solo motu naturali mouere debere, & non motu violento, neq; vnquam quiescere, contendit Aristoteles, & corpus itidem semper moueri debere, neq; vlla interpolari quiete. Si enim anima seipsam moueat, rationabile est cõsimilibus motibus moueri & corpus. Corp⁹ autem semper moueri ẽ possibile, igitur & animam semper a seipsa moueri. Cui eñ aliquid per se conuenit. Id proloquiũ intelligendum est de eodem secundum numerum, & non secundũ speciẽ aut gen⁹. Nã si quispiã ĩ naui oblonga quę defertur ad orientẽ, obambulauerit in occidentẽ, per se quidẽ defertur, & per accidens, sed non eadem secundum numerum delatione. Nempe per se deambulat in occidentẽ, & non per accidens. Ediuerso per accidens & ipsius nauis motu defertur in orientẽ, & non per se. Et id nullum est incommodum, sicut neq; sphæras inferiores per alterum & agitatione primi mobilis rapi de oriente in occidentem, proprio autem motu simul gyrari de occidente in orientem. Persimile dicit Philippo comœdiarum scriptori. Dędalus artis fabricandi peritissimus, teste Plinio lib. septimo naturalis historiæ, lignariam fabricam primus adinuenit, vt serrã, asciã, perpendiculũ, terebellum, & nauibus primus malum & antennam imposuit. In Creta Labyrinthum extruxit, de quo Ouid.

Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis
Ponit opus, turbatq; notas, & limina flexu
Ducit in errorem uariarum ambage uiarum.

Hunc dicit Philippus comœdiarum scriptor Grękus fecisse imaginẽ Veneris exiguã & ligneam; eiq; infudisse argentum viuum (quod sicut per se semper agitatur & fluit, ita ea quibus infunditur, reddit continuo agitatu mobilia) vt cum assidue moueretur, crederetur viua. Persimilem dicit itẽ ra esse Democriti positionem, qui dixit atomos delitescentes in corpore, agitare corpus. Et sane secundum eius sententiam argentum fusile vt aĩa est, & imaginis Venereq; lignum vt corpus. Nempe vt argentum fusile & seipsum & lignũ in illa Veneris statua mouebat, ita & anima seipsam & corpus a Democrito mouere ponebatur. XIX. Sed vt intelligibilia, vnus est. Intelligibilia, entiaq; supramundana quę solo nobis obtutu mentis adeunda sunt, vnitatem hñt longe maiorem simplicioremq; quã hæc inferiora. Nempe in partes integrantes eiusdem rationis solo numero discrepantes nõ diducuntur, sicut hęc nobis cõspicua corpora. Et hanc vltra mundanorũ entiũ vnitatem simplicitatẽq; propemodũ intellectus habet humanus, qui etiã in partes eiusdẽ naturæ secũdum numerum dissidentes ad materiæ sectionem haudquaq̃ patibilis est. In partes tñ substantiales propriũ actum propriamq; potentiam, essentialem diuisionem recipit, vt præcedentia declararunt. quare hominis intellectus non debet concedi omnino impartibilis, sed admittendus est non esse continuus, quemadmodũ magnitudo est cõtinua. Namvt quidpiam continuum dicatur hoc modo, aut magnitudo esse debet, aut magnitudinem in se habere, quorum neutrum aĩæ competit. Neq; tñ idcirco concedendus est intellectus esse discontinuus, qm̃ inter illa duo medium est, vtpote id quod quantitatis est expers. tale enim neq; continuum est, neq; discontinuum. Et si quærat causam, sit intellectus Timæus suam positionem visus est intellexisse de anima mundi infundente se moli sphærarum cælestium, & eam agitante, quam quidem ponit esse circulum, vt hac ratione cælestes orbes in gyrum torqueat. At vero negandum est animam mundi mouere cælos, vt ponit Timæus. nã neq; cęli animati sunt, neque mundus quiddam simpliciter vnum, sed aggregatione sola. Mouetur autem vnaquęque sphæra ab intelligentia eius moderatrice, non quidem eam informante, sed assidẽte ab extrinseco. Causa itaque cur cælestes orbes in gyrum mouentur, hæc est, quia vnunquoque fit quam optime fieri potest. Corpora autem cælestia quia sphærica sunt & globosa, optime circulo ferri nata sunt. Est enim circularis motus sphęricis corporibus vel maxime accõmodus. Mouentur igitur circulariter, vt ferri nata sunt. Sed ita sentire, nihil aliud est. Philosophus confutando dictum Pytagoricorum, assimilat animam arti fabrili, & corpus instrumento artis fabrilis. Inter quæ tñ id est discriminis, q̃ anima in corpore est & suis organis, quibus vt instrumẽtis naturę vtitur ad sua opificia peragenda. Ars vero fabrilis non in suis est instrumentis, sed in anima fabri. Si igitur in arte fabrili, non potest faber quocunque vti instrumento, vt fistulis, certe nec anima quouis organo aut corpore potest vti ad suas functiones exequendas, quinimo & minus, qñquidem anima magis propria & peculiaria (scilicet intrinseca) requirit instrumenta, quam ars. Natura enim vt exemplar est artis, instrumentum autem artis, duntaxat est similitudo organorum naturę, quandoquidem ars naturę imitatrix est & æmula. Quocirca perperam posuerunt Pytagorici animam humanam transire in corpora ferarum, cum ea non sint apta in quibus anima nostra suis fungatur officijs.

¶Quarti cap. annotatiunculæ.

¶Sensoria organa, sensuum organa, vt oculus, vt auris.

20 OVartum cap. continet tres conclusiones, quatuor rationes ad primã, duas ad secundã, & octo ad tertiam. ¶Prima conclusio. Anima non est (vt senserunt antiqui) harmonia. Fuit enim antiquorum cõpluribus vulgata & apprime credibilis opinio, nulla dictarum inferior, aĩam esse harmoniam, & corporis ex contrarijs cõpositi compositionem, cõmixtionem, contẽperamentumque, contraria & aduersa (ne dissoluantur) concilians. hanc enim cõpositionem, cõpositorumque ꝓportionem, vocant harmoniam. Et hęc in coĩbus congressionib⁹ communiter reprobata est opinio: quæ quod iterũ vera nõ sit, ostendimus. ¶Primo. Quia harmonia, proportio quędam est eorũ quæ sunt mixta, aut mixtorum compositio, hoc ipsi concedunt. At anima, neque proportio, neque cõpositio est, non est igitur harmonia. ¶Secundo. Harmoniæ non est mouere. Id autẽ animæ esse præcipuum cõsentiũt omnes, non est igitur harmonia. ¶Tertio. Harmonia potius afferri debet de corporeis virtutib⁹, vt sanitate, pulchritudine, robore, quam de ipsa anima, imo ipsi difficile aptari posse videtur, non est igitur statuenda harmonia. ¶Quarto. Harmoniæ duabus potissimum significationibus vtimur. Prima magnitudinibus accõmodata est, quæ ita connexæ sint, vt nihil inter eas

Universidad de Deusto
Biblioteca

consimilis naturæ percipiatur ad se in se inuicem mouendum, & ad cęteras natu
ræ functiones exercendas, optima proportione nexę. Secunda dicta est compositorum adinuicem ratio & proportio. Sed animam vt sensitiuum, appetitiuũ, intellectiuum, nullus vocabit aptam adinuicem magnitudinum (eo qui dictus est modo) collocationem, neq; compositorum proportionem. nã varia est in eodem elementorum compositorumq; proportio: vt alia est carnis, alia ossis, alia nerui. Erunt igitur in quolibet animato corpore plures animę. nõ est igitur anima, harmonia. Et ab Empedocle liceret inquirere (qui singulas corporis partes, carnem, os, neruum, propriam mixtionem & proportionem habere cẽset) an putet huiusmodi proportionem esse animam? si sic, plane fatetur eiusdem esse plures aĩas, & alio, & alio tempore alias. si non, an sit omnium concordia? & vtrum hæc etiã sit ratio, an a ratione & proportione aliud? Et si non est proportio singulorum, cur anima dissoluta, talis dissoluitur proportio? & contra, cur proportione dissoluta, dissoluatur anima? his dubitationibus vrgendus esset Empedocles. Sed satis dictum est animam non a se moueri, non in circulũ, non esse harmoniam, sed eam eo in quo continetur moto corpore, secundum alterum & per accidens simul agi
tari. ¶ Secunda conclusio. Non quia aĩam gaudere, tristari, cõfidere, timere, mi- 21
tescere, irasci, sentire, & intelligere dicere consuetudinem traximus, animam idcirco oportet moueri. ¶ Primo. Etsi gaudere, tristari, confidere, timere, misereri, irasci, & sentire, quodãmodo motus concedantur, non tñ sunt ĩ anima, sed ab anima in corporeis organis suscepta, in hoc ꝙ aliqua passa sint, aut mota, aut alterata. ¶ Secundo. Dicere animã irasci vel timere, perinde est atq; si quis dicat eam texere vel ædificare. Et sane melius est hominem per animam tristari, gaudere, confidere, timere, irasci, misereri, aut sentire, quia hi motus non in ea sint. De intellectu autem secus videtur: cũ ita vt substantia quędam intus inesse videatur, & non aboliri, aut corrumpi, cuius intelligentia & contemplatio nonvanescit, impedireturve aliquo exteriore oblęso, sed interiore. Si enim corrumperetur, abole retur, impedireturve: hoc maxime fieret ab inualescentia senectę, in qua omnia sensoria organa labefactari percipimus, rapiq; temporis edacitate. Id aũt vitium in anima non fit. Si enim senex oculum haberet vt iuuenis, vtiq; videret vt iuuenis, videndi tamen operatio impeditur corporeo & exteriore oblęso instrumẽto, & corpore passo: quemadmodum temulentis & ęgrotantibus accidit, quare intel lectus incorruptibilis, impatibilis, & aliquid diuinius esse videtur, cuius intelligentia & contemplatio non nisi aliquo interiore lęso aut indisposito impeditur,
& de hoc alius futurus est sermo. ¶ Tertia. Neq; animam numerũ esse seipsum 22
mouentem, recte a Xenocrate assertum sentiẽdum est. ¶ Primo. Quia ita dicentem sequuntur omnia incommoda, quę animam a se moueri sequuntur asserentes, & alia quędam peculiaria & propria, ꝙ ipsam numerũ esse asserat. ¶ Secundo. Quia cum quicquid mouetur, sectile sit, vnitates autem impartibiles, quo pacto mouebunt seipsas? ¶ Tertio. Dicunt punctum motu suo lineam conflare, & lineam motu suo planum, quõ ergo vnitas motu suo non efficiat lineam? Quod si ita sit, positionem habebit, eritque punctus, est enim punctus vt vnitas positionem habens. ¶ Quarto. Subtracta numeri vnitate, alius relinquitur numerus. Subtracta autem parte, anima eadem consimilisq; manet, decisa enim pleraque animalia, decisęq; plantę viuunt. Non igitur anima numerus est. ¶ Quinto. Nihil refert vnitates aĩę constituere essentiam, & vt Democritus volebat, atomos. Si enim Democriti corpuscula vt puncta intelligas, quę tñ molem relinquant, & vnitates molem, quid prohibet atomorum Democriti partem esse mouẽtem, & partem motam? & vnitatum collectione aliquid quod moueat, & aliquid quod moueatur, vt in nostra ipsa magnitudine? Et id quod mouebit, nõ quidem se, sed aliud, anima potius dicendum erit. quod enim in animali mouet, anima est, non id quod mouet: quare neq; id quod mouet & mouet. ¶ Sexto. Vnitates animam

cõstituentes differentiam habẽt, & quam habere possunt constituendo animam nisi positionem habeant vt puncta? & cum non constituant, positione careant? & si duo puncta sunt simul, quare non infinita simul erũt, & indiuisibile subiectum obtinebunt? Quorum enim locus indiuisibilis, & ipsa indiuisibilia sunt. ¶ Septimo. Si anima sit puncta: cum omne corpus puncta in se contineat infinita, cur non omne corpus habeat animam. ¶ Octauo. Dicant quo pacto intelligant puncta separari posse, nisi lineam intelligant ex punctis abire compositam atq; coalitam, & in puncta diuidi. Non erit itaq; anima numerus, neq; puncta.

Varti cap. scholia. XX. Nulla dictarum inferior. Id est non minorem quam aliqua dictarum duodecim de anima opinionum habens probabilitatem aut verisimilitudinem, neq; pauciores habens assertores. Hanc autem in publicis congressionibus communiter reprobatam esse opinionem dicit Aristoteles, hoc est in publicis concertationibus literariis & disceptationibus, quibus vnum in locum conuenientes Athenis philosophiæ studio addicti, sese exercitabant. Et sane digna fuit reprobari hæc opinio. Nam anima substantia est, & viuentis essentiam constituens. Elementarium autem qualitatum contemperamentum (quam harmoniam dicunt) accidens est, sine quo & si anima subsistere nequeat, vt quod ad viuẽtis requiratur complementum, non tamen fatendum est ipsum esse animam, quinimo ab ea genere, & quidem physico discrepare. Neq; efficax sumitur ratio animam esse huiusmodi proportionem elementorum. ex eo ꝙ anima dissoluta. dissoluitur & qualitatum proportio, & contra dissoluta proportione, dissoluatur anima. Id enim non eo fit, ꝙ anima sit proportio, sed quia anima huiusmodi contemperamentum conseruat in corpore viuentis. Deperdito autem conseruante, & id quod conseruatur, deperdi necesse est. Similiter proportio illa qualitatum est causa necessaria formæ substantialis existentis in corpore viuentis, modo non existente causa necessaria, effectum non esse est necesse, vt deperdita caliditate, deperditur & ignis forma. XXI. Secundo, dicere animam irasci vel timere. Cõueniunt irasci & timere ex vna parte, cum texere & ædificare ex altera, eo ipso ꝙ fiunt ab anima, irasci quidem & timere, ab anima appetitiua, & quatenus operationum appetendi est effectiua, textura autem & ędificatio, ab eadem, quatenus consecuta est artem texendi & ædificandi. Id tamen est discriminis, ꝙ textura & ædificatio fiunt in materia extrinseca, & non in subiecto suæ causæ efficientis. Ira autem fit in corpore vt subiecto. Cæterum hoc loco ponuntur a Philosopho prædicta conuenire, quod quemadmodum improprie & minus accommode dicimus animam texere aut ædificare, quia opera artis proprie attribui debent rotis efficientibus nomine causalitatis expressis, vt proprie dicendum esset, ædificator ædificat, textor texit, ita satis inepte atq; improprie dicimus animam irasci aut timere, namverba illa affectus animi exprimentia, non exprimunt neq; denotant id a quo fiunt passiones, sed in quo & subiectum, non enim dicitur quis timere quia timorem efficiat, sed ꝙ eum in se habeat. Cum itaq; dicimus animus irasci aut timere, significamus ipsam habere in se aut timorem aut iram, quod falsum est, nempe iram anima efficit non in seipsa sed corpore. Haud secus ac sol calorem gignit in aere, qui idcirco recte dicitur calidus, atqui non recte sol calidus dicatur, ꝙ calidum nominet subiectum caloris, & non effectiuum. Est itaq; anima vt sol, ira vt calor, homo qui denominatur irasci, vt aer suscipiens solis calorem. Cuius intelligentia & contemplatio non nisi aliquo interiore læso. Id interius quo læso impeditur actus intelligendi, est intellectus possibilis, in quo intellectiones recipiuntur. Sicut enim organis corporeis competunt naturales potentiæ, & eis interdum etiam affunt oppositę impotentiæ, ita intellectui possibili conueniunt naturales potentię ad facile recipiendum intellectiones, scilicet ingenium, quod se habet ad intellectus agentis operationes, vt pupilla bene disposita ad recipiendam visionem. Et naturalis impotentia, intellectus possibilis est obtusitas & hebetudo, quæ similis est malę dispositiõi pupillæ. & sicut mala dispositio pupillæ natura bene deducitur in meliorem statũ, & fit oculus bene videns, sic obtusitas assidua diligentia atq; exercitio facile emendatur, & in acumen perspicacitatemq; permutatur. Assignat autem Aristoteles hoc loco argumentum conuincens intellectum esse a corpore separabilem, ꝙ propriam habeat operationem, scilicet intellectionem, quam sine corporis vsu atque organo peragit. Cuius id indicium est, quia si fieret in organo corporeo, deberet defectis & debilitatis senio organis corporeis contabescere, vt cæterę operationes corporeę ingrauescente senectute labefactandi atq; deficiunt. Atqui non deficit intellectio deficiente corpore, quin potiꝰ syncerior, & valentior est, non igitur fit in organo corporeo, quare separato intellectu a corpore, æque fieri potest, aut melius, atq; ipso corpori coniuncto. Est igitur intellectus a corpore separabilis. Verum hæc ex tertio huius euadent clariora. XXII. Subtracta autem parte, anima eadem consimilisque manet. Quædam animalia reliquis imperfectiora, plantarum naturæ satis propinqua sunt, eo ipso quod sicut plantæ in diuersas partes sectæ adhuc viuunt suo modo, & non accrescunt, sic & animalia huiusmodi mutilata adhuc viuunt, & non separatur ab eis anima. quinimo partes distractæ in nonnullis rursum vniuntur, vt ostendit mutilus coluber, & musca capite trunca, & similia animalia exanguia. In animalibus autem sanguinem habentibus id non accidit, quia a plantarum natura sunt semotiora, & non patientia sectionis ob naturę suę nobilitatem, quę summę vni-

Universidad de Deusto Biblioteca

tatis proprinquior est similitudo. Porro animalia sanguine prædita vbi primum secarentur, emitterent sanguinem, quo exhausto non amplius eis superstes posset esse vita, cum sit ipsorum alimentum. Quorum enim locus indiuisibilis. Locus, receptaculum, subiectum, & non sumitur hic pro superficie concaua alterum corpus continente. Illam enim diuisibilem esse necesse est, cum sit magnitudo. At si accidentium subiectum sit indiuisibile in partes extensionis, & ipsa accidentia in huiusmodi partes sunt indiuisibilia, & si alio quouis modo diuidi possint, vt numera in anima existentes, in partes discretionis dirimuntur, & habitus animi in partes intensionis, notiones itidem mentis in partes eas constituentes.

¶Quinti cap. annotatiunculæ.

¶Mens, intellectus. ¶Moueri, moueri a se de loco ad locum.

QVintum cap. cōtinet quatuor conclusiones, duas rationes ad primam, octo ad secūdam, vnam quęstionem post quartam, Timęi responsionem, & eius improbationem. ¶Prima conclusio. Anima non est incorporea, ex quo existimāt modo, ꝙ si ex corporeo, & quidem subtilissimo, quod incorporeum appellent. ¶Primo. Quia pleraque allata huic positioni accidunt incommoda, & quædam alia specialiora. Nam cum anima in toto sentiente corpore sit, si anima sit corpus, duo corpora simul erunt, atq; se occupabunt. Sed esto dicas eam esse ex numeris & punctis: simul cum vno numero multi erunt numeri, & cum vno puncto simul multa puncta: vt totum corpus animam habeat, nisi dixeris aliquem alium iterum superuenire numerum. ¶Secundo. Quia neque hi, neque qui animam ponunt esse numerum, non modo animam non ita posse diffinire videntur, sed nec eius accidentia assignare. Quomodo enim ex his cogitationes, sensus, voluptates, dolores, & cętera talia fieri assignabunt? Non facile est modos commentari, & fingere. ¶Secunda. Non opus est animam ex elementis constare, quo singulis singula cognoscat. ¶Arbitrantur enim hi res non nisi a similibus rebus cognosci: quare anima ex ipsis rebus constituta sit oportet. Id ita non esse ostenditur. ¶Primo. Quia non solum sunt elementa, sed alia quamplurima, & pene numero infinita. Si igitur ex solis sit elementis, quonam pacto deum cognoscere? quo hominem, carnem, ossa? Non enim hæc sunt elementa: sed ex quadam elementorum adinuicem proportione (vt cecinit Empedocles) nascuntur: vt ita de Osse.

Sumpsit aquæ partes duplices, tot & aeris ignis Quatuor ex octo, tellus, hinc ossa dat alba.

¶Nihil igitur proderit elementa esse in anima, nisi & ipsæ cōpositiones, rerumque proportiones assint, quare si cognoscit os, hominem, lapidem, bonum, non bonum, & os & homo & lapis & bonum & non bonum erunt in anima, quæ q̄ sint impossibilia, dicto non est opus. ¶Secundo. Cum ea quæ sunt, hæc secundum substantiam dicantur, hæc secundum quantitatem, hæc secundum qualitatem, & ita de cæteris prædicamentis, an elementa solarum sint substātiarum? ꝙ si sic, quomodo cognoscet accidentia, quātitatem, qualitatem, & similia? An solorum accidentium? sed dicant tunc quomodo cognoscet substantiam, substantiamque compleat atque constituat? An erunt elementa substantijs & accidentibus communia? & id quidem per seipsum statim impossibile videtur, aia enim substantia est, & ex principijs quantitatis nascetur quantitas, & non substantia: & ex principijs qualitatis, qualitas. ¶Tertio. Quia absurdum est simile cognoscere suum simile, & sentire suum simile: & tamen simile non pati a simili, vt volunt, est em̄ sentire, pati, & cognoscere similiter. ¶Quarto. Empedoclis sententia est, corporeis elementis animā elementorū similia deprehendere. Atqui animalium partes quę simpliciter terreę sunt, vt ossa, pili, neruí, nihil omnino sentiunt: si tamen vera esset Empedoclis sententia, sentire deberent. ¶Quinto. Vnicuique principio maior erit ignoratio, quam cognitio. Nam vnum solū (vt simile) cognoscet, cætera omnia ignorabit. ¶Sexto. Empedocles deum omniū ignorantissimum facit, nam solus discordiam non cognoscet, quam cætera etiam cognoscent, cum

ex omnibus constent. Inquit enim deum (quem Sphęrum vocat) ex quatuor elementorum cōmixtione sola conueniente concordia prodijsse. ¶Septimo. Dicat Empedocles quō oia, aiata non sint, cum oia, aut oibus, aut vno (vt vult) constent elemento. Quodcunq; igitur, aut oia, aut plura, aut vnū cognoscere necesse esset. ¶Octauo. Pręclarius id est quod continet, q̄ id quod continetur ac spargitur, elementa autem potius contineri videntur, & conditionem sequi materiæ. Quicq̄ igitur clari⁹ existimare oportet aiam quę vt dña, vt rectrix, vt tēperatrix dñetur, & potissimum ipsam mentem longe diuiniorem, & natura dñatricem esse, & elementis priorem, non aūt ipsa elementa (vt contendunt) esse oim prima. ¶Tertia. Nullus antiquorum adhuc de tota aia attigit. Nam qui per motum eam definierunt, non plane attigerunt. Sunt em̄ pleraq; animalia quę sic sunt suę sedi affixa, atq; cohærentia, vt se nunq̄ alio transferant, hæc aūt vim motiuam nō habēt, cuius quidem vsum nunq̄ exercent, itidem & plantę. Neq; qui per sensum, nam plantæ vt stirps viuere conceduntur, sensuum tn̄ expertes sunt. Neq; qui per sensum & intellectum, nam non modo stirps & plantas, sed & animalium multa intellectus rationisq; cognoscimus expertia. Neq; propter eadem, qui per sensum & motum. Falsum & id est quod de carminibus depromunt Orphęi animam spiritalem vento ferri, anhelituq; attrahi. Nam id plantis, id animaliū multis conuenire non pōt, non enim plantę & animalia respirant oia. Et qui eam constitutam ex elementis esse volunt non ex oibus esse cōpositā tenere necesse est. nam sufficeret altera contrarietas, & ad se & ad suum pernoscendum contrarium. Et enim rectum, & sui & obliqui iudex & regula obliquum vero, neq; recti, neq; suimet iudex est. ¶Quarta. Sententia eorū minime probanda videtur, qui animam toto perfusam permixtamq; vniuerso censuerunt. Hac de causa Thales moueri potuit vt oia plena dijs assereret. Sed id non videtur. nam qua ratione igni perfusa & aeri, aial non efficiat? cum simpliciorum corporū perfectiores putent aias: perfusa autem confusis, & mixtis corporib⁹ aial efficiat. Vtrum voluerint concedant, ignem & aerem aiata esse: id sane sine ratione dictū apparebit, aut ignem, & aerem non esse aiata: & tunc quoq; quę animam habebunt, non erūt animata. Et false innitebātur rationi? ꝙ quia quęlibet animalis pars eadem specie existit, pars igitur aeris, pars aquę, animal constituens, animata hac ratione sit: quare & aerem & aquam eadem anima perfusam & animatā esse necesse est. Ita certe dicentes, pluris faciunt nostris elementorum aias, vt immortales, indissolubilesq;: nostras autem dissolubiles. ¶Quęstio cū animal vegetet, nutriatur, indolescat, minuatur. cum sentiat, audiat, videat, olfaciat, gustet, & tangat. cum appetat, gaudeat, tristetur, mitescat, irascatur, confidat, metuat, amet, odiat, secundū locū se agitet, serpat, natet, obambulet, se in aera volatu substollat. cū contempletur, intelligat, cōponat, diuidat, ratiocinetur, an oia hęc a tota proficiscantur anima? an a diuersis? an hęc ab vna parte, hęc ab altera, illa vero iterū ab alia. ¶Responderunt aliqui plane alio vegetare, alio sentire, alio appetere, alio mouere, alio deniq; contemplari ac itelligere. Sed quō? si plures sint aię, si sint dissectę, eas sustineri, continerique, ne se dislocient, neve effluant, oportet. Id em̄ corpus efficere non potest, quin potius animę officium est, ne concidat, ne defluat, continere egebunt, igitur altero continente, quod (quicquid id fuerit) verius animam dicere licebit, & de illo continēte iterum licet inquirere, an sectum, an diuisum sit. Quod si sic, egebit iterum altero continente, & hoc abibit in infinitum: aut tandem dabitur vnum, quod verius naturā imitabitur animę. ¶Secundo. Si tota anima totū corpus continet, si partes habeat discretas, diuisasq;, & pars partē cōtinebit. Sed quā obsecro potius continebit itellectus? eis nō liceat fingere. ¶Tertio. Desectę plātę ostendunt ꝑ totū eandē aiam inesse, & cōsimilis vita partes viuere: similēq; virtutē habere si surculū, si ramū iterū terra obruerís, alimentū sumit, radicē instrumentum attrahēdi, aptius sibi format ac aggenerat. Ita potentię aialis i animali nō sepa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rantur: vt sensitiuum a vegetatiuo, vegetatrix vero & plantis & animalibus sola communis inuenitur: in plantis a sensitiua seiuncta, sed in animali (vt dictum est) nunquam.

Vtrũ aïa dicẽda sit corporea an incorporea.

VInti cap. scholia. XXIII. Anima non est incorporea eo quo existimãt modo existimarunt antiqui animam reuera corpoream esse, vt quam ex corporeo compositam posuerint verum eam apparere incorpoream, q̃ id corporeum animam conflans adeo subtile foret, vt incorporeum esse videretur, quemadmodum vas corpore subtilivt aere repletum, plenum quidem est secundum veritatem, vacuum tamen secundum apparẽtiam, quod corporis ipsum opplentis non percepta corpulentia inane quiddã ibi videatur. Verum anima neq̃ per se quidem corporea est, nam non habet in se trinam dimensionem, vt subiectum suum accidens. Per accidens tamen concedi posset esse corporea, vt quæ subiecto corporeo coniungatur, eiq̃ coextendatur. Neq̃ idem tidem anima dici debet icorporea. Nam id incorporeum proprie dicitur, quod neq̃ dimensionem habet corpoream, neq̃ eam habenti, vt forma suo subiecto, coniungitur, vt spiritus cælestes & supramundani. Atqui anima suapte natura corpori coniungitur, a quo & si morte & obitu hominis ad tempus separetur, est tamen nata rursum corpori vniri, quocirca & a corpore separata, nec icorporei quidem nomen & rationem suscepit, cum vt quippiam incorporeum sit, requiritur ipsum non esse natum coniungi corpori. Neq̃ quispiam obiectet mentes supramundanas suam plenitudinem per orbes cælestes habere diffusam, quas tamen incorporeas esse fatentur omnes, & nõ per accidens corporeas. Nam beatæ mentes corporibus cælestibus non coniunguntur vt formę suis subiectis, quemadmodum neq̃ diuina plenitudo rebus corporeis, quibus tamen omnibus adest. Anima vero corpori vt subiecto atq̃ substantiali coniungitur, cum quo vnum totum constituit. Neq̃ ex eo quod animam negauerimus corpoream, consequitur eam protinus esse icorpoream. Nempe corporeum & incorporeum non sunt membra immediata, quorum alterum necesse sit de quolibet quod est verificari. Inueniuntur enim pleraque, quæ neq̃ corporea sunt, neq̃ incorporea, vt accidentia, tametsi admittendum sit corporeum & non corporeum esse immediata diuisionis membra. At alia est non corporei, & alia incorporei ratio, omne enim incorporeum est nõ corporeum, sed non remeat atq̃ recurrit illa prædicatio, cum non corporeum latius se fundat, incorporeum vero contractius sit. Quod siquis cauilletur animam substantiam esse, & proinde aut corpoream, aut incorpoream, non est autem corporea, incorporea igitur. Admittimus quidem animam substantiam esse, sed non eam quæ in duo illa membra diuidi soleat. Diuiditur enim solum substantia completa in ea diuisione, & quæ per se existit. At vero anima, substantia est incompleta, & subsistens in alio. Neq̃ obstat materiam dici corpoream solere, quæ incompleta est substantia, nam alia ratione quam animal aut planta, corporea substantia dicitur, quemadmodum animal corpus dicitur, & materia corpus, hęc quidem incompletum, illa vero completum. sic vtrũq̃ diuersa ratione dicitur corporeum. XXV. Nam qui per motum eam diffinierunt, non plane attigerunt. Totam animam attingere, est eam secundum totam eius rationem determinare, quæ & omnibus anima participantibus, & solis illis conueniat, vt qui animam discerneret a cæteris secundum vitam potentiaq̃ vegetatiuæ operationem, quemadmodum determinat Aristoteles, eam totam attingeret, nam complecteretur omnia quæ communi ipsius animæ ambitu rationeq̃ comprehenduntur. Quibuscunq̃ enim adest vita, eisdem adest & anima, & solis illis quibus vita & anima. Antiqui autẽ qui aut per sensum, aut motum a se, aut intellectum, aut horum plura simul sumpta, vt sensum & motum, sensum & intellectum, motum & intellectum, sensum motum, & intellectum, animam determinare conati sunt, totam animæ rationem, ambitumq̃ non sunt complexi. Nam tametsi ea quib⁹ horum quoduis adest, animata sint omnia, non tamẽ quęcunq̃ animam sortita sunt illorũ aliquid habent, cum eorum nihil plantis conueniat, quæ tamen sunt animatę & viuentes. Quocirca cognoscuntur & illi perperam animam determinasse, qui eam respirationem esse & ventum atq̃ spiritum dixerunt, quoniam plantæ omnes & pleraque animalium respirationis sunt immunia. XXVI. Vtrum voluerint concedant, ignem & aerem animata. Vtrum, non hoc loco interrogatiuum est, sed denotans optionem vnius ex duobus propositis pro arbitrio eligẽtis, quemadmodum propositis duobus libris eiusdem pretij, & materię venalibus, venditor emptori permittit optionem, vt vtrum illorum velit eligat. Ita in proposito Aristoteles proponit ijs contra quos agit, alterum horum, aut quod elementa ignis & aqua animata sunt, quemadmodum senserunt ij qui animam mundi posuerunt, de qua Virgilius.

Principio cælum, ac terram, camposq̃ liquentes, *Lucentemq̃ globum lunæ, Titaniaq̃ astra*
Spiritus intus alit: totamq̃ infusa per artus *Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.*

Aut q̃ elementa non sint animata, quorum vtrunuis dicatur, consequitur inconueniens. Et cum argumentantur, quanlibet partem animalis esse animatam, ignem autem & aerem esse partem animalis, cum constituant animal, & proinde ignem & aerem animata esse, admissa quidẽ propositione, neganda est assumptio. nam tametsi ignis & aer animal constituãt accidentario, & secẽm cõtemperamentorum rationem, non tã re ipsa, & secundum suam substantiam. XXVII. Quęstio. Cum

animi vegetet, nutriatur. Huic quæstioni succincta adhibenda est responsio, quasdam viuentis operationes per totum ipsius corpus fieri, vt nutritionem, auctionem, diminutionem, & tactionem, & illæ a tota fiunt anima. Aliq̃ vero eiusdem operationes non in toto fiunt corpore, sed peculiaria propriaque sibi determinant organa in quibus fiant, vt visio oculos, auditio aures. Et eæ a diuersis fiunt animę partibus, vnaquæque ab ea parte quę in proprio determinatoq̃ illi functioni est subiecto. Et id quidem locum habet in ijs viuentibus, quorum animæ secundum materiæ diuisionem sunt partibiles, nam in nomine (cuius anima huiusmodi diuisionem non admittit) operationes omnes a tota fiunt anima, cum ea partes non habeat.

¶ Paraphraseos in Primũ Aristotelis de Anima, & in eundẽ scholiorum finis.

Primi capitis paraphraseos in II. de Anima, annotatiunculæ.

¶ Totus sensus, tota sentiendi potentia. ¶ Pars sensus, particularis sensus: vt visus, vt auditus.

1 SEcundus liber de Anima continet quatuordecim capita.
2 Primum caput continet sex diuisiones, tres conclusiones, animæ definitionem, eius declarationem, & duo corollaria post tertiam conclusionem. ¶ Prima diuisio. Eorum quæ sunt hoc substantia est, illud accidens. ¶ Secunda. Substantiarum, hoc materia, & hoc species & forma, illud vero tertium ex vtrisq̃ compositum. Et materia est potẽtia, forma autem, actus & perfectio, per quam est hoc aliquid, compo
3 situm vero ex his conflatum, hoc aliquid est. ¶ Tertia. Duplex est actus, hic pri-
4 mus, ille vero secundus, quemadmodum scientia, & considerare. ¶ Quarta. Substantiarum hæ sunt corpora: quæ (& præcipue naturalia, vt sunt ignis, aer, aqua,
5 terra, & ex his composita) substantias nuncupamus, de talibus enim nostra deter-
6 minatio est, hæ autem corpora non sunt. ¶ Quinta. Corporum hæc sunt naturalia, & hæc artificialia, quib⁹ naturalia principium præstant. ¶ Sexta. Corporum naturalium hæc vita participant, illa vero vitæ sunt expertia. ¶ Dicimus enim ea vitam habere, quę per seipsa alimentum suscipiunt, nutriuntur, augescunt, mi
7 nuuntur. Vnde fit vt omne corpus naturale, vitæ particeps, substantia sit, & quidem composita. ¶ Prima conclusio. Anima, substantialis actus est corporis in potentia vitam participantis. ¶ Nam anima, corpus huiusmodi vita participans non est, tale enim corpus in subiecto non est, anima autem in subiecto est, neque subiectum ipsum, id enim materia est. & anima substantia est, & nullorum nisi vita participantium corporum, est igitur anima, substantialis actus corporis in potentia vitam participantis, nihil enim aliud quod ipsa esse possit, relictum est.
8 ¶ Secunda. Anima est actus primus. ¶ Nam cum duplex sit actus, hic vt scientia, hic vt consideratio, anima actus vt scientia est, quia sicut scientia se habet ad considerare, ita anima ad corporis viuentis operationes. Vt enim scientiam habens nunc considerat, nuncvero non habitum tamen habet: ita animam habens, nuncvigilat cęteras operationes exercens. nunc vero opprimente somno cessans a sensu, & motu, animam habet vt habitum. Atqui scientia prior est, & preuenit considerare, igitur & anima prior reliqua viuentis corporis operatione. ¶ Ter-
9 tia. Corpus animę moderamen suscipere idoneum, organicum est. Nam anima actus primus est & substantialis corporis in potentia vitam habentis. Omne autem tale organicum est: quod plane in animalibus licet intuerí: vt os ad accipiendum cibum, venas ad deferendum, ossa ad sustinendum, & fulciendum corpus. Idem fruticibus & plantis euenit, radix em̃ in ipsis vt os habetur, attrahit enim vtrumq̃ alimẽtum, fibre per totum porrectæ, vt animalium venæ, lignũ, vt ossa folia sunt in testularũ folliculorũq̃ fructuum cooperimentum, folliculi vero, in

ipsius operimentum fructus, est igitur corpus anima moderandum, organicum. ¶ Animæ diffinitio. Ex his licebit hanc communem animæ diffinitionem eli- cere. Anima est primus substantialis actus naturalis organici corporis in poten- tia vitam habentis. ¶ Neq; quęrendum est cur anima & corpus simul, vnū sint, vt neq; cur figura & cera, vnum sint, & vniuersaliter cur materia, ꝙ quę materiæ adueniunt, & cum vnum & ens dicatur multipliciter, vnum & ens actu, principa lissimum est. Et dictum est actus substantialis. nam si dolabra animal esset, spe- cies & ratio a qua dolabra nominatur, esseq; accipit, actus eius esset, & substantia, qua non existente, non amplius esset dolabra, nisi nomine tantum, & æquiuoce. Est enim animal, talis actus naturalis corporis, eam in seipso habentis, sui motus & tactus principium. Itidem si oculus animal esset, anima vtiq; visus esset, & vi- sus eius actus & substantia: quo quidem absente actu, non amplius esset oculus, nisi æquiuoce, vt lapideus, aut pictus. Vt igitur de parte, vt oculo conciperes, ita quoq; de toto animali concipito, vt enim pars sensus ad partem, & totus sensus ad totum sentiens proportionem habet. Et sicut visus & pupilla illic sunt oculus: ita hic anima & corpus, animal, & omnib⁹ ad suas functiones organis vtitur ani- ma. ¶ Primum corollarium. Ex his manifestum esse potest, animam actum per- fectionemq; non esse seminis, neq; cadaueris. ¶ Nam hoc viuere desijt, illud ve- ro nondum viuit, nondumq; formatum organis, & si semen organicum sit poten- tia, vitamq; potens accipere, nondum tamen organicum est, in potentia vitam vt nutritionem, indolescentiam, diminutionem habens: quale oportet omne viuens habere. Sicut enim formatę serræ incisio est actus, & non inexcisi, & nōdum for- mati ferri, & visio formati oculi, ita vita non huius est quod nondum viuit, sed in potentia vitam iam actu habentis. ¶ Secundum. Ex his item non est obscurum percipere totam animam non esse a corpore seiunctam neque partes si eam diui duam concedamus, & cuius partes corporis partibus asciscamus, quēadmodum uisum oculo, earum actus perfectionesque: quandoquidem tota corporis forma ita sese habere corpori videatur, vt figura serræ, & vt visus pupillæ. Non tamen ita de omni parte sentire necesse erit, nihil enim prohibere videbitur, quandam esse absolutam separatamque, & quæ neque toti corpori, neque parti addita sit, vt actus & perfectio: qualis mens & intellectus esse videtur. Nondum tamen id a nobis discussum est, an eius vis ita sit humani corporis perfectio, vt sit tamen a corpore seiunctus & separatus: quemadmodum gubernatur a naui: cuius tamen perfectio est non adhærens. Sed hæc de anima in generali, & nondum omnino exacte discussa, hic satis sint, & sufficiant.

PRimi cap. secundi de Anima scholia. III. Tertia, duplex est actus, hic primus, ille vero se- cundus. Actus primus est a quo alius actus proficiscitur & efficitur, ad quē primatum prin cipalioremque causalitatis rationem habet, vt anima ad suas operationes. Secundus actus est qui ab altero proficiscitur, eoq; aut tēpore aut natura posterior est, vt operatiōes animæ actus sunt secundi ad animam. Sic scientia actus est primus, non quidem ad animam, quia ab ea aggigni- tur, & eius potius est secundus actus, sed ad considerationem, nō tamen omnem, non enim ad eam quæ sciendi habitum præuenit, ex ea nanque consideratione scientia aggeneratur, sed ad illam quę habitum consequitur, & ab ipso habitu enascitur. Et quanuis huiusmodi consideratio scientiam conseruet (sicut enim ex operationibus acquiritur habitus, ita & per eas conseruatur, ipsisq; inter- missis, elanguescit & aboletur) id tamen impedimento non est, quo minus scientia primus sit actus, nam effectiuus est & productiuus considerationum. Actus autem primi est, non solum conseruare, sed & producere actum secundum. Neq; censendum putetur incommodum, scientiam esse effecti- uam operationum perfectarum, & operationes itidem easdem effectiuas scientiæ, cum idipsum fit diuerso efficiendi modo. Scientia enim efficit operationem, vt producens, operationes autem scien tiam efficiunt solum vt conseruantes. VIII. Anima actus, vt scientia est. Paralogismo figuræ di- ctionis decipitur, falsaq; proportione, qui ex prædicta propositione cū assumptione, scientia actus est accidentalis, colligere tentat animam esse actum accidentalem Nam non ratiocinatur in ĩis qui- bus proportionis extrema conueniunt, sed in quibus discrepant. Argumētandum vtiq; erat & sub sumendum: scientiam esse actum primum ad considerare, proinde animam esse actum primum ad vitales operationes. Sane quemadmodum scientia actus primus, sine consideratione secundo actu rompe iri pōt, vt in dormiētib⁹, secund⁹ aūt actus consideratio, sine suo primo actu, scilicet scien-

tia, esse nequa͞q potest. ita & anima sine visione, auditione, motione, & cæteris operationibus quæ non sunt necessarię ad animę in corpore conseruationē, neq; semper assunt, esse pōt, operationes au tem prænoīatæ sine aīa neuti͞q possunt. Et ad tales operationes sese habet anima, sicut scientia ad considerare. Cæterum aliqua est viuentis operatio, quā anima tempore non præcedit, sed quandiu durat viuens, eam continue exercet, vtpote nutritio, ad quā se habet anima, vt lux ad illuminatio- nem. Nam quēadmodum lux non tempore sed natura, & causalitate illuminationem præuenit, ita anima huiusmodi operatione, non tempore sed natura est prior, & ad ipsam æque vt cęteras actus primus, quare non oportet actum primum a quouis actu secundo separari posse, sed tantum ab eo qui non est necessarius ad actus primi conseruationem. Nutritio autem necessaria est ad animę con seruationem, cum sine ea viuens protinus interiret. X. Neq; quęrendum est cur anima; & corpus simul. Nam principiorum non est efflagitanda causa, sed ea vera esse supponenda sunt. At animam & corpus atq; materiam corporea magnitudine prędita͞ simul, esse vnum totum, principium est, ex hoc communiori principio sumptum. Partes simul sumptæ, sunt ipsum totū. Id igitur non est quęrendum, vt neq; quęrendum est cur cera & figura cerę sunt vnum totum artificiale, scilicet ima go cerea. Est enim cera vt corpus, figura autem cerę, vt anima. Et vniuersaliter quęrendum non est, cur materia, & formę quæ materiæ adueniunt, vnum sint, si formę quidē substantiales, vnum sub- stantiale, vt equus, oliua, sint accidentales, vnū accidentale, vt bicubitū, album. Nā talia esse vnum tanquam principium habendum est. Et cum ens & vnum multipliciter dicātur, & ęquiuoce, princi- palissima vtriusq; significatio est qua designant ens, & vnum actu, rēq; naturalem. nam cum sub- stantia sit completa, est ens simpliciter, atq; eo modo vna. Nā si dolabra animal esset. Aristoteles duplici analogia, & rerum quidem impossibilium, hic recte ostendit animam esse actum substantia- lem. Quarum prior est de dolabra, quod instrumentum est ad ligna leuiganda & complananda, quę si (inquit) esset animal, tunc forma dolabræ a qua accipit esse & nomen, scilicet figura ei per artem inducta, esset vt actus eius substantialis, nam per eam dolabra haberet esse substantiale, & existente forma dolabræ, esset dolabra, ipsa vero non existente, non esset. Haud aliter anima dat viuenti esse, & eius est forma, qua existente est viuens, non existente vero, amplius non est siquidē in analogia, anima vt figura dolabræ, viuens autem vt ipsa dolabra. Secunda analogia, & proposito quidem propinquior, est de oculo parte corporis, qui si animal esset (quod sane simpliciter verum non est, nam viuens, animal, arbor, equus, homo, nomina sunt corporum completorum, & quæ sunt actu, nulliusq; alterius rei partes, quare nulla pars animalis est animal, & nulla pars hominis est homo, forma substantialis oculi, visionis effectiua (quam visum vocat) esset anima, actusq; substantificus oculi, nam daret illi esse, eumq; inesse conseruaret, & ipsa præsente esset oculus, absente vero, non amplius diceretur oculus. Ita de toto animali, & anima eius actu substantiali sentiendum est. Sane in hac proportione anima est vt forma oculi, & ipsum animal vt oculus. Nec ab re quidem. Sicut enim particularis sensus, formaq; visionis effectiua, ad partem sentientem, scilicet oculum, ita to- tus sensus, totaq; anima sensitiua ad totum sentiens, scilicet animal se habebit, qn̄quidem vtrobiq; est partis substantialis ad suum totum proportio. XII. Non tn̄ ita de omni parte sentire necesse erit. Non oportebit (inquit) de omni parte, id est potentia animæ existimare, ꝙ sit coniuncta corpo ri, quantum ad suarum operationum perfunctionem, ꝙ scilicet eas exerceat in subiecto corporeo, eoq; indigeat ad ipsas suscipiendas. Neq; etiam credere oportet omnem animam ad diuisionē cor- poris esse diuisibilē, & partes habere eiusdem speciei, numero differentes, & materię partib⁹ respon dentes. Quędam enim est potentia animę, scilicet intellectiua, quę neq; toti corporei neq; parti eius est addita, sed absoluta est & separata, non quidem secundum inexistentiam, & informationem, sed secundum operandi rationem, ꝙ suas in corpore vt subiecto non faciat operationes. Et hæc eadem ad materię partitionē non diuiditur, neq; particulas habet materię partibus asciscendas. sed tota est in toto, & tota in quauis materiæ parte. Nondum tn̄ (inquit litera) discussum est an anima ratio nalis sit humani corporis perfectio extrinseca, & ab extrinseco assistens, sicut gubernator naui, an potius intrinseca, & corpus informans, & cum eo vnum totum constituens. Cui quidem quęstio- ni protinus respondendum est, animam humanā esse actum intrinsecum corpori, eiusq; intraneam perfectionem. Nam corpus vegetat atq; viuificat, & in eo operationes omnes animales, vt vegeta- tionem, sensationem, appetitionem sensualem, motionemq; facit, intellectiones autem, vt volunta- tis actus, non in corpore. Quare non est concedenda aīa nostra se habere ad corpus, vt natura ad na- uem, aut auriga ad currum, qm̄ nauta cum naue non facit vnum simpliciter. Confutanda insuper & despuenda est illa. Cōmentatoris (ne dicā cōmentitoris) Auerrois sententia atq; opinio, qui oīm hominum contendit esse vnum intellectum numero, ab extrinseco cum quisquā intelligit aduenien tem, eiq; assistentem, quod perinde est atq; ponere oīm hominum esse vnum & eundem oculum nu- mero, quem emptilem diuersi alternatim in vsum haberent, vt Poetæ tres, Gorgonas vnius sorti tas hominis vsum confixerunt. Et pleraq; non minus impia quā falsa Christianæq; religioni in pri mis aduersantia, idem astruere conatus est, scriptisq; mandauit. Cuius doctrinam vt perniciosam, & potissimum synceritati nostræ fidei exitialem. Ræmundus pius eremita bono Christianę religio- nis zelo permotus inter cætera petiuit eliminandam & abolendam a tota Christianorum schola, quod si impetrasset, melius reuera literis consultum fuisset.

Qđ pars hoīs non est homo

f. m^e potētia intellectiua dicat^r sepata a corpore

Auerrois

Ręmūd⁹.

¶ Secundi cap. annotat.

¶ Sensus, appetit⁹, mot⁹, intellect⁹, vis sensitiua, appetitiua, motiua intellectiua.

¶ Tetragonismus, cũ altera parte lõgius in quadratum reducitur. Et fit id, cum longioris lateris & breuioris ipsius parallelogrãmi altera parte longioris, media linea ꝓportionalis sumitur, vt docet Euclides, lib. 6. ex qua constituitur quadratum: vt esto a b figura altera parte longior, cuius longius latus b sit. 9. & breuius a sit. 4. sumaturq; linea c media proportionalis iter b. 9. & a. 4. quę erit. 6. ex qua fiat quadratum c d, ducendo eam in se. Dico c d quadratũ esse tetragonismum, equaleq; dato altera parte longiori a b. Nam vtrunq;. 36.



Secundum cap. continet quinq; conclusiones, tres quęstiones, earum solutiones. & vnum corollarium ad tertiã conclusionem, vnum ad quintam, cum secunda aiæ diffinitione, & tria ad tertiam quæstionẽ. ¶ Prima conclusio. Ex operib' animæ ipsam perquirere, & notam facere, par atq; rationabile est. ¶ Nam incertiora natura, notiora tñ nobis, ducunt nos in certiora & notiora naturæ & rationi, ab illisq; ordi endũ est, operationes autem animæ nobis certiores, & notiores sunt. Par est igitur ex talibus animam inquirere. Et debemus non modo diffinitione animæ esse contenti, quæ rem declarat esse, sed & eam habere exploratam, quę & causam adhibeat, vt quid est tetragonismus, diffinitio, quod figura sit æquilatera rectangula figuræ altera parte longiori rectangulæ æqualis, ꝙ sit tetragonismus ostẽdit, causam non adhibẽs, & demonstrationis conclusionem subiens, & diffinitio, ꝙ sit mediæ lineę inuentio, causam adhibet, & qua conclusionem efficias & demonstres. ¶ Secunda. Anima principium est quo viuimus. ¶ Nam aiatum ab inanimato vita differt, & quanuis anima multis viribus polleat, sensu, appetitu, motu, & intellectu: vna tñ est quæ solum viuere ministrare dicitur, & hæc vegetabilis nuncupatur: cuius opera sunt, alere, augere, minuere, gignere, & qua viuentia quodãmodo in cõtraria porrigantur loca. Vnde fit vt plantę manifeste viuere dignoscantur, arbores em̃, radices deorsum in terram porrigunt, ramos autem in aperto aere in altum extendunt, & hoc est proprium omnibus viuentibus, nam non mõ sursum alimẽtum mittunt, augmentumq; suscipiunt: sed & deorsum, omniq; ex parte, & viuunt quãdiu alimentum suscipiant & nutriantur. Et eo pacto animam principium esse quo sentimus, quo mouemur, & quo intelligimus, ostenderetur. ¶ Tertia. Vis animę vegetandi, a cęteris animæ viribus seiugati potest, aliæ vero ab ipsa minime. Nam plantis vis vegetandi & vita inest, quibus neq; sensus vllus, neq; appetitus, neque motus, neq; intellectus adest. At animalis sensum, aut cæterarum viriũ vllam, in rebus mortalibus nunq̃ sine altrice reperias. ¶ Corollarium. Vnde fit vt viuentia omnia, viuentia omnia viuere, & principium habere vitę a vi vegetatrice non ab re dicantur. ¶ Quarta. Quicq̃ esse animal, ob sensum, primum nuncupamus. ¶ Nam ea quæ se e cede & loco transferre nequeunt, fruticum more, modo sensum habeant vllum, animalia nuncupamus, tolle autem sensum, non amplius dicimus animalia, est igitur sentiendi vis, animalis pricipium. ¶ Quinta. Primus sensuum omnium tactus est. Nam sicut vis vegetatrix a cæteris separari potest, vt in stirpib' a sensu, appetitu, & reliquis. ita tactus a cęteris sensib' seiunctus cernitur, cuius causam aliqñ dicturi sumus, est igitur tactus omnium sensuum primus. ¶ Corollariũ. Vñ fit vt sicut vis vegetandi viuentium sit principiũ, ita tactus sentientiũ: nullumq; aial sine tactu reperiri possit vnq̃. ¶ Secda aię diffinitio. Ex his iterũ hanc animę diffinitionem elicere poterim'. Aia est primũ principiũ viuendi, sentiendi, mouendi, & intelligendi. ¶ Prima quęstio. An horum singula, vegetandi virtus, sensus, motus, & intellectus, sint animę an potius aię partes? ¶ Secunda. Si sint animę partes, an locis & subiecto distinctę sint, an ratione sola? ¶ Responsio. In aliquibus nihil difficile est videre eandem animam toto corpore perfusam, vt in stirpibus & plantis, quę diuisę in qualibet separata parte eandem, & consimilem vim viuendi retinent, cum tamen diuisæ non sunt, vnam totius actu habent animam, potentia vero plures: diuisæ autem

vegetabilis potentię opera nos

oia uiuentia a, ui uegetatrice pricipiũ uitę dicuti

primus qs

fiunt actu plures. Ita & de insectorum animaliũ (quę mutilata viuũt) animabus euenire videtur: quorum partes similem vitam, sensum & motum retinent. & si sensum & motum concedimus, etiam appetitum concedere oportet. vbi em̃ sensus adest, & voluptatem & tristitiam adesse necesse est. vbi autem hæc, & appetitum. Et nihil hic de intellectu, & contemplãdi virtute intendimus, videtur enim genus altèrum, quod separabile sit, sicut incorruptibile a corruptibili, cæterę autem loco abinuicem seiungi non possunt, quemadmodum nonnulli putare. Ratione tñ separari seiungiq; non est immanifestum. si em̃ aliud est sentire, & aliud appetere: sensum & appetitum ratione duo esse necesse est. Et differentiæ animalium secundum has sumuntur, hæc enim habent omnes, hæc plures, hæc vnam. & idem circa sensum accidit. nam hæc omnes sensus habent, hæc plures, hæc vero vnum solum. ¶ Tertia quæstio. Cum vt duo sunt quibus scimus, vt anima, vt
23 scientia: & duo quibus sanamur, vt sanitas, vt corpus: ita duorum quib' viuimus, quibus sentimus, quibus appetimus: vtrum duorum illorum est anima? ¶ Dicimus animam esse primum actum & principium viuẽdi, sentiendi, & appetendi, & ita aliorum: nõ quidem vt subiectũ, & materia: sed vt species, & ratio quędam: quemadmodum scientia & sanitas species sunt eorum, quæ disciplinæ capacia sunt, & sanitatis. Actus enim agentiũ, in passo apto, idoneo, paratoq; recipiũtur.
24 ¶ Primum corollarium. Vñ fit vt anima, naturalis corporis & organici species, ratio, forma, & actus bene posita sit. Triplici enim existente substantia, hac materia, hac specie & forma, hacvero toto & composito, neq; materia & subiectum
25 esse cognita est, neq; corpus & totum: sed actus ipsum dispositũ moderans. ¶ Secundum. Fit etiam vt recte senserint nõnulli animam neq; esse corpus, neq; sine corpore. ¶ Corpus enim esse, iam satis manifestum est. Sed ideo non sine corpo
26 re, quia sit in corpore, eius primus & precipuus actus. ¶ Tertium. Fit iterum, vt qui animam omne corpus ingredi posse putauerunt, indigne de aia locuti sint. Nam, vt dictum est, vniusq; actum impotentia existentem, in propria accommodataque materia fieri & vt fieri natus, necesse est. Sed quomodo anima sit actus, & quis, & in quo, satis abundanter dictum est.

nota dicti

Secundi cap. scho. XIIII. Vt quid est tetragonismus. Duplex tetragonismi siue quadrati in magnitudinibus hic ponitur diffinitio. Prior dicens quid est, scilicet tetragonismum esse figuram ex quatuor æquis lateribus, & totidem angulis rectis constituram, altera parte longior quatuor itidem rectos angulos habenti ęqualem. Est autem altera parte longior figura quadrilatera & rectangula, cuius longitudo latitudinem superat aut ab ea superatur, vt figura e f g h, cuius longitudo quæ a sursum in deorsum porrecta intelligitur secundum latera g & h, est maior latitudine quæ attenditur a sinistro in dextrũ, extenta secundum latera e & f. Et huiusmodi figura, latera opposita habet æqualia, non opposita autem, sed ad angulum concurrentia, inæqualia, vt latus e æquatur lateri f, & g ipsi, sed e est inæquale ipsi g. Posterior vero & secundo loco posita tetragonismi diffinitio, dicit propter quid, & causam explicat, ꝙ scilicet tetragonismus est mediæ lineæ inuentio. Dicitur autem hic media linea, non quidem dimidia, quomodo tñ in notis huius cap. sumi debet, vbi e & f minora latera altera parte longioris dicuntur esse mediæ, id est medietates costarum quadrati, & quælibet costarum esse media, hoc est dimidia lateri g & h maioribus dati altera parte longioris lateribus, sed quę inter duas lineas datas in geometrica quidem proportionalitate extremas, est media proportionalis, vt quæ sit proportio maximæ ad datam mediam, ea' sit medię ad minimam. Et duæ illæ lineę inęquales & extremę, sunt latera altera parte longioris, media autem illa linea est latus quadrati, vt dati altera parte longioris e f g h latus longius, g & h, & ęquale intelligatur vt 8. latus autem breuius e & f ei æquum sit vt 2. Inter illas duas lineas media linea secundum medietatem geometricã' erit linea a, vt 4. Nam quę proportio ipsius g maximę trium datarũ ad a mediã, eadem est ipsius a medię ad e minimã. Vtraque enim est proportio dupla. Et sane inter datas lineas g a e, haud secus est proportionalitas geometrica, q̃ inter hos tres numeros quibus lineę designatę sunt, 8 4. 2. Itaq; ex linea illa mediata, inuenta inter duo latera inęqualia altera parte longioris, in se ducta, si constituatur figura, illa erit tetragonismus, qualis est figura a b c d. Liquet ergo ex data hypothesi id verum esse, quod huius capitis notę asserunt, scilicet e itidem & f minora latera altera parte longioris, esse media dimidiaq; cuilibet costarum quadrati, perinde atq; 2. medietas est ipsius 4. & rursum costarum quanlibet, vt a, & b, c, & d, esse mediam. i. dimidiam lateri longiori g & h ipsius altera parte longioris, vt 4. dimidius est ipsi 8. Quod autem posterior diffinitio explicet causam ei' quod prior affert diffinitio,



Universidad de Deusto Biblioteca

ex eo constat, quia per hoc q̃od a costa quadrati & quęuis aliarum trium ęqualiũ sit inuenta media proportionalis inter duo latera inæqualia altera parte longioris, ostenditurq; tetragonismus esse æqualis altera parte longiori, quod primum per numeros ipsis lateribus annotatos facile ostenditur, vt pote per hos 8.4.2. Sane per vnam proprietatum medietatis geometricæ cõiunctę, quam ostendit Iordanus xxv. propositione secundi arithmetices, datis tribus numeris continue proportionalibus, quod fit ex ductu extremi in extremum, est æquum ei quod fit ex medio in se ducto, vt ex ductu ipsius 7 in 2. prouenit 16. & ex ductu ipsius 4. in seipsum, idem procreatur numerus. At quod fit ex ductu medij in seipsum, est tetragonismus, qui fit ex linea in se ducta, quod vero ex ductu extremi in extremum, est vt altera parte longior, qui fit ex minore linea in maiorẽ ducta. ęquatur igitur tetragonismus alterã parte longiori constituto ex lineis extremis, quarum media proportionalis sit costa quadrati. Secundo tetragonismum esse æqualem altera parte longiori, ostenditur per magnitudinum rationem. Esto altera parte longior e f g h, & tetragonismus a b c d, sitq; latus e f, itidem & g h, ei æquale, dimidium cuilibet costarum dati quadrati, & quæuis costarum dimidia lateri e g, & etiam lateri f h, ei æquali. Dico datum tetragonismum dato altera parte longiori esse æqualem. Diuido enim assignatum quadratum in duas medietates per lineam i k æqualem costæ, & diuidentem duas costas a b & c d in duas medietates per nonam primi Euclidis, quę ponit datæ lineę in duo æqua diuisionem. Similiter diuido datum altera parte longiorem in duas medietates per lineam l m, æqualem lateri e f, & diuidentem duo maiora latera e g & f h in medietates per eandem propositionem. Tunc sic, linea e f altera parte lõgioris est dimidia costę a b quadrati, & linea a i eidem costę quadrati a b est media, per hypothesin, igitur linea e f ęquatur lineę a i. Quæcunq; enim vnius & eiusdem sunt dimidia, ipsa inter se sunt æqualia. Sic linea l m altera parte longioris est media costę quadrati c d, cum sit posita æqualis ipsi e f, & linea c k etiam est media eidem costæ c d, ex hypothesi, igitur linea l m & c k inter se æquantur. Quæcunq; enim ad idem seruant proportionem, inter se sunt æqualia. Pręterea linea e l est dimidia totius lateris e g per hypothesin, & costa a c eidem lateri e g est dimidia per idem, igitur linea e l, & a c eiusdem dimidia, inter se ęquantur. Deniq; linea f m est dimidia totius lateris f h, & linea i k cum sit æqualis costę a c per hypothesim, eidem lateri f h est dimidia, igitur lineę f m & i k ad idem totum f h eandem seruantes proportionem, inter se ęquantur. Itaq; dati quadrati medietas a i c k, & dati altera parte longioris medietates e f, l m, quorum latera sunt ostensa æqualia, inter se æquantur. Quorum em̃ latera sunt ęqualia, & figurę sunt æquales. Simili quoq; ratione ostenditur dati quadrati alteram medietatem i b k d, æquari ipsius altera parte longioris alteri medietati l m g h, quod latera vnius ęquentur lateribus respondentibus alterius vt latus i b ipsi l m, & K d ipsi g h. Insuper latus i K ipsi l g, & b d ipsi m h. Quare totus tetragonismus a b c d, æqualis est toti altera parte longiori e f g h. Quorũ em̃ dimidia sunt ęqualia, & tota itidem sunt æqualia. Porro hisce duabus tetragonismi quadratiq; diffinitionibus Philosophus assimilat duas animæ diffinitiones, vnam præcedenti cap. inuestigatam, & alteram hoc loco inquisitam, quarum prior declarat animam esse, & solum dicit quid, respondetque priori diffinitiõi tetragoni, posterior vero animę diffinitio causam adijcit, & propter quid exprimi, secundæq; diffinitioni quadrati est persimilis. XV. At animalis sensum aut cæterarum virium vllam. Non ab re adiectum in rebus mortalibus. Nam in entibus supramundanis potẽtia intelligendi sine vi vegetatiua reperitur, at non in ijs quę mortalem degunt vitam. Et quẽadmodum hæc conclusio ostendit vim vegetatricem potentiarum animi esse primam, quod ab alijs animę viribus separari possit, alię vero ab ipsa minime, ita & vis sentiendi potest ostendi prior vi mouendi atq; intelligendi, vt a quibus separari possit in conchylibus ostreis, cæterisq; animantibus terrę affixis, mouendi autem vis & intelligendi, a vi sentiendi separari nõ possunt, aut sine ea inueniri. Demum vis mouendi simili ratione comprobatur prior virtute intelligendi, quod mouendi vis seiugata reperitur a vi intelligendi in animalibus sese de loco in locum a se transferentibus, intelligendi autem facultas, a mouendi potentia nequaq̃ separata cernitur. Sunt itaq; quatuor potentiarum animę, vegetandi, sentiendi, mouendi, & intelligendi, a quibus quatuor desumuntur gradus viuendi, vis vegetandi prima. nam a cæteris omnibus separatur vis intelligendi extrema. nam ab ea cæter omnes separantur. vis autem sentiendi & mouendi vt extremis intermedię, collocatione facta ad diuersa, priores & posteriores, nam & separantur a posterioribus, & priores ab eis manent separatę. Nempe vis sentiendi separatur a vi mouendi & intelligendi, ab ea autem separatur vis vegetandi. Vis vero mouendi separatur a vi intelligendi, & ab ea separatę inueniuntur vires vegetandi & sentiendi. XXI. Prima quæstio, an horum singula. Huic quęstioni adhibenda est responsio, dictas potentias, vegetandi, sentiendi, appetendi, mouendi, & intelligendi, non esse diuersas animas, ita vt quęlibet earum in vno & eodem viuente sit anima re ipsa ab altera distincta. Nam tunc eiusdem animati tot essent animę inter se diuersæ, quod in eo essent potentię, quod nimirum absurdum est, sed sunt ipsamet aĩa, ab ea sola ratione discrepãtes. Sunt aũt aĩę partes, non quidem constituentes, vt duę partes lineæ constituunt lineam, sed potentiæ particulares, & quæ proprijs atq; peculiaribus animæ operationibus addictę sunt. Quo fit vt in homine non sit ponenda aĩa sensitiua, dirempta re ipsaq; distincta ab aĩa intellectiua, sed subiecto & essentia ei est eadem solũque rationis discrimẽ habens. Neq; idcirco fateri oportet cõtraria, vt appetitionẽ sensualẽ ad prosequendũ & appetitionem rationalẽ ad idem refugiendum, simul esse in eodem. Nam etsi ab eodem sint numero pręcipuo agente, vtpote ab anima humana, minime tamen in eodem sunt primo atq; imme-



diato subiecto. Appetitio enim sensualis in organo subiectoq; est corporeo, & rationalis in ipsius aię propria potẽtia, quocirca deprehẽduntur illi duo actus (etsi vnus sit prosecutio, & alter eiusdẽ obiecti recusatio) nõ esse contrarij, nam contraria hñt posse esse vicissim in eodem subiecto, saltem inhæsionis. Neq; inconueniens est ab eadem anima hos actus appetendi adinuicẽ pugnantes & propemodum aduersantes in eodem toto simul pduci, vt in cõtinentibus & incõtinentib⁹, in quibus ꝙ irrationalis appetitus summopere enititur prosequi, rationalis appetit⁹ abnegat & renuit. nam gignũtur hi actus, qui i nobis pugnã colluctationeq; cient atq; efficiunt, in diuersis subiectis inhæsionis, hic quidẽ cũ ratione, ille vero sine ratione. Itaq; non præcipui agentis diuersitas, sed subiectorum diuersusq; actuũ pducendi modus hãc dictorũ actuũ facit diuersitatẽ, perinde atq; eadem aĩa in videndi organo efficit iudicium, solẽ esse minorẽ terra, in intellectu vero astronomicis theorematibus adiuto penitus diuersum, vtpote solem non esse minorẽ terra. Verum hæc iudicia contraria non sunt, cũ non sint nata esse in eodẽ primo subiecto, etsi ratione diuersorũ sint in eodẽ toto. XXII. Secunda quęstio, si sint aĩæ partes. Huic secundæ quęstioni adhibenda est rñsio, ipsas animæ potentias nõ distingui locis & subiecto, imo eas oẽs in eodem esse subiecto primo, eadẽq; subiecti parte, vt vbi & in quacũq; materiæ aĩalis ꝙ a se mouetur parte est potentia vegetandi, illic & sentiendi, & appetendi, & se mouendi adest potentia, sicut vbicunq; in igne est vis calefactiua, simul est vis rarefactiua, sursum motiua, & illuminatiua. Imo vbi vis est vegetandi, illic & videndi & audiendi est virtus, & quolibet sensu particulari sentiendi. Et vbi vis visiua, illic & auditiua, & olfactiua, atq; gustatiua, non minus q̃ tactiua. Et quanuis illa vis visiua & auditiua in ea materiæ parte in qua sola fit vegetatio & tactio, & pede, non efficiat visionem, neq; auditionem, aut gustationem, est tñ illic potentia atq; animæ virtus ad efficiendum illa, non minus q̃ in proprio organo, vt oculo, aure, aut lingua, quia est omnino eiusdem naturæ cũ ea animę parte quæ huiusmodi efficit operationem. Modo quicquid virtutis conuenit vni eorum quæ sunt eiusdem naturæ, & alteri. Quod autem anima non in omni parte vt pede visionem efficiat, id non prouenit ex propriæ virtutis defectu, sed quia illic organum non habeat dispositum ad talem efficiendam operationem, & sine organo nunquam eam efficiat, quẽadmodum si quis peritus scribendi non scribat defectu calami, nõ id ob artis absentiam prouenit, sed ob instrumenti necessarij carentiam. Itaq; quęuis animæ potentia per totum corpus diffusa est, vt vbi vna est illic & quęlibet altera tum communis, tum particularis, non tñ vbicunq; est vnius potentiæ operatio, illic & cuiusuis operatio esse nata est, quia operatio requirit organum, ꝙ si illi animæ parti cui non adest, adesset, & in ea operationem quã nunc facere non potest, anima faceret, vt si contemperamentum pupillæ esset in pede, anima in pede efficeret visionem, & si in toto corpore, & anima toto in corpore visionis officium perageret. Neq; tamen admittendum est potentiam videndi quam habet animæ particula pedem informãs, esse otiosam, ꝙ illius potentiæ actum illic nunquam exerceat, nam id otiosum dicitur, quod eum ad quem ordinatur non exercet vsum, quando, & vbi exercere natum est. Atqui anima in materia pedis non est nata visionem producere, non igitur est censenda otiosa, quod nunquam id faciat,

Qđ omnes aĩæ potentiæ in quauis aĩati parte consistant.

¶Tertij cap. annotat.

¶Trigonus, triangulus. ¶Tetragonus, quadratum. ¶Cupedia, cupiditas.

27 TErtium cap. continet duas conclusiones. ¶Prima conclusio. Potentiarum animæ (quæ sunt quinq;, vegetandi virtus, sentiendi, appetendi, mouẽdi, & intelligendi) quibusdam insunt omnes, quibusdam multę, quibusdã vero vna sola adest. Nam stirpibus vis vegetandi sola adest, animalibus omnib⁹ vis sentiendi, cui semper appetitiua coniuncta est. Primo, quia appetitus sunt cupiditas, ira, & voluntas, cuilibet autẽ animali vel imperfectissimo inest cupedia, etsi ira & voluntas desint, vt em̃ tactus, sensuum obiectissimus & infimus est, ita cupiditas appetitionũ abiectissima & infima: sine qua (vt sine tactu) nulla subsistunt aĩalia. Secundo, cuicunq; inest sensus, illi eidem delectatio & tristitia inest, cuilibet autem animali inest sensus, habẽt enim tactum. omnia igitur cuilibet animali inest delectatio & tristitia, cur autem hæc insunt, inest appetitus, est enim delectatio, cõuenientis & delectabilis cupiditas: dolor, contrarij tædium. Tertio, quia omne animal sensum habet alimenti, is autem tactus est, qui calidum, frigidum, humidum, & siccum percipit, quibus aluntur animalia, animalia enim calidis, frigidis, humidis, & siccis aluntur omnia. Et quicquid alimenti sensum habet interdum esurit & sitit. quicquid autem esu-

s in cupiditate & tactu nulla [illegible] e
delectatio [illegible]
qd alat animalia

Universidad de Deusto
Biblioteca

esurius quid & sitis

rit aut sitit, appetit, est enim esuries, calidi & sicci appetitus: sitis vero, frigidi & humidi. Et quæcunq; gula præter hæc expetit, ex superfluo & accidenti expetit. Quid sonus, quid color, quid odor, alimento conducit? omne igitur animal appetit. Quibusdam præter has potentias virtus mouendi adest, vt bipedibus & quadrupedibus omnibus, quibusdam intellectus, vt homini, & si quicquam homine præstabilius est, homini enim intellectus & cæteræ animæ potentiæ insunt. ¶ Est igitur notum potentias animæ quibusdam inesse omnes, quibusdã plures, & quibusdam tantum vnam. ¶ Secunda conclusio. Animę ratio, figurę rationi similitudinem gerit, & anima figuræ. ¶ Nam sicut datur figurę communis ratio, cunctis accommodata figuris, quæ nulli figuræ speciei propria est: itidem & animæ communis data est ratio, omnibus conueniens animis, & quæ nulli propria est. Et sicut præter circulum, triangulum, & quę deinde sequuntur particulares figuras, nulla figura est: ita præter eas quæ dictę sunt, nulla prorsus est aia. Et quemadmodum priores figuræ in posterioribus clauduntur, vt trigonus in tetragono, ita vegetatiuum in sensitiuo, & priores potentiæ in posterioribus, & vt figurarum priores a posterioribus absoluuntur, posteriores vero a prioribus nequaquam: ita licet intueri in animabus. Est enim vegetatiuum sine sensitiuo, vt in stirpibus, sensitiuum vero sine vegetatiuo nunquam. Tactus qui sensuum primus est, sine aliis sensibus esse potest, auditu, visu, odoris sensu, illi vero sine tactu nunquam, sunt enim pleraque animalia neque auditum, neque visum, neque odorandi sensum habentia. Et quæcunque se secundum locum mouent, sensum habent, non autem contra, est enim sensus prior, & ideo multa sunt aialia sensum & non motum habentia. Et cui intellectus inest (vt homini) omnes insunt, & intellectus, vltimus, minimus, atque simplicissimus est, quibuscunque mortalibus adest, & cęteras adesse potentias necesse est, non autem contra fit, vt cuicunque aliarũ virtutum aliqua assit, huic & ratiocinandi virtus assit. Quare manifestum est animę rationem, figuræ rationi similitudinem gerere, & animam figuræ. Et de singularũ potentiarũ maximeq; aię propia atq; accõmodata ratione hactenus dictũ est.

ratio animę

tactus sine aliis sensibus esse pt

Ertij capitis scholia. XXVII. Vt enim tactus sensuum abiectissimus & infimus est. Species appetendi tres, magnum inter se perfectionis habent discrimen. Nam cupiditas omnium imperfectissima, & omnibus communis animalibus, ita aliquanto nobilior, & perfectioribus duntaxat animalibus, leoni, vrso, apro, & cæteris id genus natura indulta, conchylibus autem, ostreis & vermiculis negata. Voluntas autem omnium perfectissima soli animalium homini præstita est, vt qui animalium omnium nobilissimum sit & præstantissimum. Haud dissimiliter inter particulares sensus exteriores quidam perfectionis ordo comperiri potest. Nam tactus, simul & gustus tactui cõiunctus, abiectissimus est sensuum, & infimus, omnibusq; animalibus etiam terræ affixis natura communicatus Odoratus, & in animalibus rationibus expertibus visus, itidem & auditus, ad rerum discrimen internoscendum paulo sunt perfectiores, & ne omnibus quidem animantibus distributi, sed is quæ quippiam habent perfectionis & prestabilitatis vltra affixa. Et aliquibus quidem solus odoratus, vt fortasse vermibus, aliquibus olfactus cum visu, vt apibus & muscis, quibus audiendi facultas non adest, nonnullis olfactus cum auditu, vt talpis quibus videndi abest vis. Demum plerisque brutorum visus, auditus & ôlfactus est datus, sed ad extera solum sensibilia dignoscenda. At vero alij sunt sensus nobilissimi & prestabilissimi propter vsum & accommodationem, scilicet visus & auditus in homine, ordinati ad disciplinam capessendam ad quod sane officium nulli preter hominem dicti sensus sunt accommodati. Et horum trium generum sensus exteriores, primum respondet primo generi appetitus quantum ad imperfectionem & generalitatem, vtpote tactus cupiditati, & secundum secundo, scilicet olfactus visus & auditus in brutis ire, & tertiũ tertio, visus inquam & auditus in homine ad disciplinę susceptionem, voluntati, vt hęc ostendit figura.

Sensuum proprietates & respondentiæ	Sensus	Appetituum proprietates & ad sensus respondentiæ	Appetitus
1 Imperfectissimus	Tactus & gustus	1 Imperfectissimus	Cupiditas
2 Perfectior	Visus auditus, olfactus in brutis	2 Perfectior	Ira
3 Perfectissimus	Vtq; auditus i hoie	3 Perfectissimus	Voluntas

Vt homini, & si quicquã hoie prestabilius est. Id posterius adiecit Aristoteles propter Platonicos qui posuerunt nonnulla animalia rationalia immortalia, intellectu prędita, & homine præstantiora. Cæterum eis non assentitur Philosophus hac in parte, sed hominem ponit (sicut & res se habet) animalium omnium præstantissimum & dignissimum. At vero cum in secunda huius cap. conclusione dicit litera, quibuscunq; mortalibus adest intellectus, illis & cæteras adesse potentias necesse esse, non ab re adiectũ putetur, mortalibus, ad excludendas substantias cælestes angelicas, quæ tametsi intellectum sortitæ sint, & longe quidem humana mente perspicatiorem, cęteras tñ viuentium potentias, vegetandi inquam, sentiendi, appetendi, & de se loco in locum animalium more transferendi non obtinent, quia ĩmortales sunt, sempiternę vitę supramundanę sortẽ consecutę. XXVIII. Et quẽadmodum priores figurę in posterioribus clauduntur. Priores figurę sunt, quę a priore minoreq; angulorũ numero denominantur. Posteriores vero, quę a posteriore & maiore angulorum numero nomen sortiuntur, vt trigonus prior est tetragono, & tetragonus pentagono, perinde atq; ternarius quaternario, & is quinario prior est. Porro ea figura in alia clauditur, quę ad alterius constitutionem tanquam pars concurrit, vt sine ea alia constitui nequeat, vt trigon⁹ in tetragono, non enim delineari potest tetragonus, quin trigonum suam partem contineat, non aliter q̃ esse nequit quaternarius, quin includat ternarium. Ea vero figura ab alia absoluitur, quæ sine alia esse potest, atq; deformari, quemadmodum trigonus a terragono, nod enim trigonus includit tetragonum, vt neq; ternarius quaternarium. Cõstituãtur itaq; quatuor primę figuræ rectilineę, scilicet trigonus, tetragonus, pentagonus, hexagonus, quibus intelligantur respondere quatuor animæ potẽtię, quę aut ab alijs separantur, aut a quibus alię separantur, scilicet vegetatiuum, sensitiuum, motiuum, & intellectiuum, respondereq; intelligatur trigono vegetatiuum, tetragono sensitiuum, pentagono motiuum, & hexagono intellectiuum, hoc modo.



Perspicuum est ex hac descriptione oculis subiecta, trigonũ claudi in tetragono, nam ducta diagono a d, conspicitur tetragonus cõplecti duos trigonos a b d, & a c d. Sic trigonus a b c, & tetragonus b c d e, cõtinentur in toto pẽtagono tãq; suę partes. Demũ trigon⁹ a b c, tetragon⁹ b c d e, & pẽtagonus b c d i, claudi cõspiciũtur in toto hexagono, quarto loco deformato. Haud secus vegetatiuum in sensitiuo clauditur, vegetatiuũ & sensitiuũ in motiuo, vegetatiuũ aũt, sensitiuũ & motiuũ in intellectiuo concluditur. Dilucidũ itidem est trigonũ absolui a tetragono, cum sine eo reperiatur, non aũt ediuerso trigonũ & tetragonũ a pentagono separari, deniq; trigonũ tetragonũ & pentagonum ab hexagono semoueri, sicut numeri minores a quibus denominationem accipiũt, a maioribus absoluuntur. Haud aliter vegetatiuum a sensitiuo, vegetatiuum & sensitiuum a motiuo, vegetatiuum, sensitiuum & motiuum ab intellectiuo seiuncta inueniuntur.

¶ Quarti cap. annotat.

¶ Auspicari, ordiri, incipere. ¶ Clauus, gubernaculum nauis.

Vartum cap. continet septem conclusiones, vnum corollarium ad quartam, tres rationes ad ipsum, tres alimenti proprietates, vnam dubitationem, & vnum corollarium, & tres alentis & augentis differentias ad quintam. ¶ Prima conclusio. De actibus potentiarum, quam de potentijs prior apta incumbit determinatio. Nam considerandum est quid vnaquęq; potentiarum sit, quęve passiones consequantur, & insint. At actus operationesq; potentiarũ ipsis potentij s nobis priores notioresque existunt, ipsorum igitur quam de potentijs prior incũbit determinatio. ¶ Secunda. Eadem quoq; ratione de actuũ obiectis q̃ de actib⁹ ipsis prius determinandũ est. ¶ Nam potentiarũ obiecta nobis sunt actib⁹ priora & notiora: vt alimentũ, sensibile, appetibile, locus, intelligibile. ¶ Tertia. Inter determinanda, alimentum & gñatio primũ obtinent determinandi locũ. ¶ Namvis animę vegetandi oim prima est, quę in omnibus inest: sine qua nullę aliarum insunt: cuius officia

29 30 31

quæ prius d. operationi b, q̃ de potentij dicebat

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſunt alimẽto vti, augeremínuere,& generare. Et horũ naturaliſſim & præcipuũ
eſt ſibi ſimile generare:omnibus viuentibus(modo ſint perfecta,non capta mem
bris,non deprauata,neq; ſpontaneam generationem habentia)cõueniens:vt ani
mal,animal ſimile generare,& plantæ ſimilem plantam. Sic enim ſemper ſecun
dum ſuuum ſimile(cum ea ipſa eadem in numero manere non poſſint)perſeue=
rant,& aſſimilationem conditionemq; aſſequuntur diuinam,quantum eis conce
ditur:quam appetũt omnia, cuiuſq; gratia agunt omnia quæ ſunt in natura. De
alimento igitur nutritiuæ potentiæ obiecto, & generatione potiſſimo eiꝰ opere,
& vt aliorum fine,non ab re primum auſpicamur determinationis locum. Atta=
men duplex eſt id cuius gratia res fiant,vnum quo, & diuina illa ſempiternaque
ratio,quam appetunt omnia,vt diximus,vt quantum vnunquodq; poteſt,ſit ęter
nitatis ſortiſq; diuinę particeps,illud magis,illud vero minus,& id ſummum eſt.
Alterum eſt cui,vt ea ipſa quibus hæc diuinitatis imitatio acquiritur,ad quæ at=
tinet,& pertinere videtur,& hoc infra alterũ,atq; illi inferiꝰ eſt. ¶Quarta. Ani=
ma in viuentibus trium cauſarum,formæ efficientis, atque finis vicem obtinet.
Speciei quidem & formæ,quia viuere viuentibus eſt eſſe, igitur & anima (quæ
eſt viuendi cauſa)ipſis animatis dat eſſe,& eorum forma exiſtit. Itẽ omnis actus
potentiæ, ſpecies eſt & forma, aia autem actus eſt potentiæ,eſt igitur forma. Qz
efficientis,ſtatim notum eſt.nam augmentationis motum atq; decrementum prę
ſtat. Nil enim natura incrementum decrementumq; ſuſtinet, quod non alatur,
nihil autem alitur quod non ſit animæ particeps. Et multis(etſi non omnibꝰ)ſen
ſum & motum præbet anima,eſt enim ſenſus,alteratio quædam:quæ nullis ani=
mæ expertibus accidere poteſt vnq̃,ita & neq; progreſſio,& quæcunque animali
mutatio a ſe conueniat. Et quod finis, & cauſæ gratia cuius etiã vicem obtineat,
cognitu facile eſt. Nam vt quæ mente & ratione fiunt alicuius gratia fiunt:ita &
quæ a natura fiunt,alicuius gratia fieri videntur, id enim in viuentibus eſt ani=
ma.ipſius enim gratia :& animalium & plantarum corpora: & corporum organa
ſunt omnia,ſed vt cui.Dictum eſt enim duplex eſſe quod gratia cuius:vt quo,&
vt cui. Trium igitur cauſarum,formæ,vnde motus,& cuius gratia, vices obtinet
anima. ¶Corollarium. Vnde fit vt Empedocles horum motuum in animalibus
cauſam non rite aſſignauerit. ¶Dicebat enim viuentia & plantas deorſum auge
ri,ꝙ terra ſuapte natura feratur deorſũ,& ramos & palmites ſurſũ extẽdi & auge
ri hoc faciente igne ſurſum illos rapiente,& incrementumq; præſtante.Sed hæc
non bene dicta eſſe patet. ¶Primo. Quia in ſtirpibus & plantis male ſurſum &
deorſum aſſignat.Nam quod eſt os & caput in animali,radix eſt in arbore,os au=
tem ſurſum eſt animalis:igitur & radix arboris: conſimilia enim ipſis correſpon
dent opera,quare rami & palmites e regione radicis quæ ſurſum eſt, ſunt plantæ
deorſum. Neq; putare oportet omnium ſurſum & deorſum, ſecundum vniuerſi
loca(quę nos ſurſum & deorſum nuncupamus)eſſe deputanda. ¶Secundo.Di=
cat Empedocles quid terram & ignem tam diuerſorum & diſſonantium conatu=
um retinet quo minus in ſua loca euolent & diſſipentur viuentia? Nihil præter
animam conuenienter aſſignare poſſe videbitur,quod ſi ita fecerit,animam præ
cipuum eſſe augmenti & decrementi efficiens aſſignabit. ¶Tertio.Quia inuali
da eſt ratio qua ſuſpicati ſunt cõplures ignẽ in viuentibus eſſe augmenti cauſam,
ꝙ elementorum ignis vel maxime ſolus ali nutririq; videatur, hinc opinionem
traxere viuentia ab ipſo igne crementi ſuęq; nutritionis cauſam ducere.Sed hoc
verum non eſt,quanuis calor augmentationi & nutritioni coadiuuet,eoq; vtatur
anima ut inſtrumento. Nam ignis augmentum in infinitum fit,quouſque fuerit
combuſtile: non autem animalis augmentatio: ſed omniũ natura conſtantium
magnitudinis & augmenti terminus eſt & ratio,huiuſce autem rei officiũ eſt ani
mæ & ſpeciei,potius q̃ ignis atq; materiæ.Sed vt propoſitum exequamur,de vir
tutis nutritiuę & generatiuæ, quæ oim prima eſt, alimento, nunc agendum eſt,

ignis augmenti ca nõ est

(vt ait)duplici labore & primo dedocere,& deinde rectius docere oportuerit. Conſimili pene mo
do de ſenſibus accidit.Sciens potentia primo,is eſt qui natus eſt ſcientiam habere, necdum tñ eam
habet,vt puer recens editus.Et huiuſmodi ſcientem Ariſtoteles in litera materiç aſſimilat,natę qui
dem formam ſuſcipere quam necdum habet,vt cerę natę impreſſionem ſigilli recipere,quam non=
dum ſuſcepit.Sciens potentia ſecundo,qui ſcientiæ habitum perfecte acquiſitum habet, quo cum
vult operatur.Et potentia primo,potentia remota dicitur.Secundo vero,potentia propinqua.In=
ter quos quidem duos modos Ariſtoteles triplicem differentiam exacte notandam oſtendit. Por=
ro ſciens actu eſt qui habitum habens,ſecundum eum operatur,& conſiderat,& hic maxime perfe
ctiſſimeq; ſciens dicitur,ꝙ habitui operationem ſuperaddat,ad quam habitus ordinatur.Conſimi
li modo ſentiens potentia primo,eſt quod a natura ordinatum eſt vt ex eo fiat ſentiens, necdũ tñ
formam ſubſtantialem qua ſentiat habet,quale eſt ſemen ex quo generandũ eſt animal,& hoc mo
do ſentiens,reſpondet ſcienti potentia primo.Sentiens potentia ſecundo,eſt quod ſentiendi virtu=
tem conſecutum eſt,ſiue ea operetur actu,ſiue non,& reſpondet ſcienti potentia ſecundo. Demum
ſentiens actu,eſt quod ſentiendi operationem nunc exercet, & id maxime perfectiſſimeq; ſentiens
eſt,reſponderęq; ſcienti actu.Hoc tamen intereſt,ꝙ quę actum. Quę ſenſus operationem vt obiecta
faciunt,ſunt extra ſenſum,vt rerum colores,ſoni,odores.Quæ vero intellectus operationem faci=
unt,& contemplationem vt propinqua immediataq; effectiua, qualia ſunt vniuerſales proportio=
nes,& communes(quarum opifex animus eſt) rerũ notiones, ſunt in anima,in qua iuges reſideſcq;
permanent,& accidentariæ affectiones in ſubiecto.Neq; obſtat huic loco,remota obiecta & media
ta,vtpote res quę intelligũtur,eſſe extra animam,quandoquidem de illis non fit impræſentiarum
ſermo.Quocirca recte ſubnectit litera,colligitq;, intelligere & contemplari in noſtra(q̃ partos iam
habitus habemus)ſitum eſſe poteſtate, cum ſemper præſens & internum aſſit intellectui ſuum ob=
iectum,ſentire vero non ita ſitum eſſe in noſtra libertate,cum non ſemper aſſit exterum ſenſibile,
quo quidem abſente non fit exterior ſenſatio.Et id,ipſiꝰ intellectus ſupra ſenſum non mediocrem
arguit præſtantiam atq; nobilitatem.

¶Sexti capitis annotat.

¶Senſus,ſenſus exterior.

48 SExtum cap.continet duas diuiſiones, & duas ſenſibilium per ſe,& per
49 accidens differentias. ¶Prima diuiſio. Senſibilium quædam per ſe,
& quædam per accidens. ¶Secunda.Senſibilium per ſe, hęc ſunt pro
pria:hæc vero plurimis ſenſibus communia. Senſibile proprium eſt,
quod ab vno,& nullo alio ſenſu ſentiri poteſt, & circa quod rite ſenſui obiectum
non contingit ſenſum errare,vt circa ſonum,auditum.circa colorem,viſum. cir=
ca odorem,odorandi ſenſum.circa ſaporem,guſtum.circa caliditatem,frigidita=
tem,humiditatem,& ſiccitatem,tactum. habet enim has plures ſentiendi diffe=
rentias tactus,circa quas iudicat, vt cęteri circa ſuas,& non errat. Non enim er=
rat viſus iudicando eſſe colorem,& auditus eſſe ſonum,ſed errare poteſt quid co=
loratum ſit,vbi ſit:quid ſonum edit,& vbi. Communia ſunt,quę nullus ſenſuum
ſibi vt propria vendicat.& ſunt hęc,numerus,magnitudo,figura,tempus,motus,
& quies,quę pluribus ſunt communia ſenſibus. motus enim & tactu percipitur,
50 & aſpectu. ¶Differentiæ ſenſibilis per ſe, & per accidens. ¶Differunt ſenſibile
per ſe,& per accidens.Nam ſenſibile per ſe ſentiendo,patitur ſenſus, vt colorem
videndo, patitur viſus.non autem ſenſibile per accidens,vt huiuſmodi, vt Dia=
ris filius cum ſit albus,ſenſibile eſt per accidens, quod ei albedo inſit. non autem
vt Diaris filius,quodve talem ſubeat rationem.Et ſenſibilia per ſe propria, pro=
prie ſentiuntur:& ad ea perſentienda,vniuſcuiuſq; ſenſus ſubſtantia, commoda,
aptaq; maxime natura inſtituitur.

circa propria sensibilia sensus nõ errat

errat posse sensus

quomodo differunt sensibile per se & per accidens

SExti capitis ſcholia. XLIX. Et circa quod rite ſenſui obiectum.Sẽſibile per ſe proprium
rite eſt obiectum ſenſui,quando organum ſentiendi eſt recte diſpoſitum,medium ſentien
di conueniens,& non impeditum, obiectum debite ſenſui applicatum, in ea ſcilicet quæ
requiritur aut propinquitate aut diſtantia ad ſenſum. Quod ſi organum eſſet indiſpoſi=
tum,vt oculus aut lingua amaritudine infecta,aut medium impeditum, ob caliginum, aut vapo=
rum interiectionem,aut ſenſibile nimium diſtans, facile ſenſus circa proprium aberraret ſenſibi=
le.His autem tribus,organo,medio,& obiecto,rite diſpoſitis,non contingit ſenſum errare circa eſ
ſe ſui obiecti,vt non errat viſus iudicans calorẽ eſſe,neq; auditus iudicans eſſe ſonũ. Poteſt tñ ſen
ſus hallucinari circa accidentia ſuis ſenſibilibus proprijs,& ipa conſequentia,vt viſus iudicãs quid
coloratum ſit, quantum, & vbinam ſit. Et auditus facile aberrat iudicans quidnam ſonum efft=

Universidad de Deusto Biblioteca

ciat, aut quantus est sonus, aut quo in loco. Quod autem diuersa animalia secundum consimilem sensum diuerso modo discernant, vt homo per gustum vino messe dulcedinem, non autem canis, aut asinus iudicans carduos dulci sapore præditos, & non homo, nequaq̃ arguit decipi circa suum sensibile proprium. Nam vnumquodq; eorum recte iudicat secundum suam naturã, & sui sensus contemperamentum, quod in diuersis animalibus longe varium, discrepantia efficit iudicia. Cõmunia sunt quę nullus sensuum sibi vt propria vendicat. Sensibilium communium nonnulla sunt sensibilia per se, vt magnitudo, motus localis, & figura. quanuis eũ species magnitudinis semper coniuncta sit speciei coloris, simulq; percipiatur, sicut & magnitudo in rebus naturalibus colori semper coniuncta cernitur, nihilo minus magnitudo propriam habet speciem quam sensui imprimit, genere distinctam a coloris specie, sicut & magnitudo a colore distinguitur, vt si quis clausis oculis cælum tetigerit non aliquam sensibilium qualitatum percipiet, cum nulla sit quę tactu percipi possit in cælo, sed solam eius magnitudinem. Etiam si quis lapidem haberet impedientẽ perceptionem specierum coloris (qualem ferunt Achatem, aut eum quo Gyges pastor inuento, factꝰ aliorum oculis imperuius, sublato rege Lydiæ, & regina in sui cõsortium adducta, regnũ Lydiæ, vt perhibent, sibi vendicauit) & qualitatum tangibilium, is obuians alicui solido, facile percipiet ipsum esse magnum & qualitates digitales, palmales aut pedales in eo assignabit, & tamen minime iudicabit ipsum esse coloratũ, aut qualitate tangibili affectum. Ita & motus propriam habet quẽ sensui imprimit speciem, quę aliquãdiu in oculis absente obiecto ꝓcipi solet. Aliqua vero sunt sensibilia cõia per accidens, vt quies absentia motus solũ percipienda, & tempus motus solis aut horologij a nobis dijudicabile. Demum aliud est sensibile cõmune partim quidem per se, & partim per accidens, vt numerus numeratus. nam numerus numerans nequaq̃ sensu perceptibilis est, cum in anima sit repositus. Nempe aliquis talis est sensibile commune per se, vt numerꝰ magnitudinum figurarum aut motuum. Aliquis vero sensibile commune per accidens, vt numerus hominum, equorum, quietum, temporum. Quinimo aliquis numerus est sensibile proprium, vt numerus colorum, sonorum, & odorum. Aliquis vero sensibile commune, qualis est numerus magnitudinum. Quia enim sensibilia omnia numero metiri possumus & complecti, omnia numeri numerati rationem subeunt. proinde quanta sensibilium diuersitas, tanta & numerorum rerum sensibilium.

Achates.
Gyges.

¶Septimi capitis annotat.

¶Diaphanes, siue vt quidam dicunt, Diaphanum, perspicuum, transparens, translucens.

Septimum cap. continet nouem conclusiones, vnum corollarium. diffinitionem perspicui & luminis ad tertiam, duas rationes, & vnum corollarium ad quintam, & duas ad octauam. ¶Prima conclusio. Color est visibile. Nam cuius sensibilis visus est, illud est visibile. visus autem est coloris. est igitur visibile. Et non modo color visibile est, sed & pleraq; alia quę nomine carent, vt ex determinatione dilucebit. ¶Secunda conclusio. Color per se visibile est, non ratione. ¶Per se quidem, quia ex se speciem præbet qua videatur. Non ratione, quia absoluta res est, quę ad visum non refertur, vt visibile, quæ licet nunquam conspecta, plane tamen consistet, eritq; color. ¶Tertia. Color sine lumine videri non potest. ¶Nam colorem ita diffiniunt. Est qui suapte natura mouet actu perspicuum. Actu autem perspicuũ (quod diaphanes vocant sine lumine non est. Non itaque cõtingit colorem sine lumine videri. ¶Corollariũ. Vnde fit vt de lumine & perspicuo priꝰ determinandum sit. ¶Perspicuum enim est quod suapte natura visibile non est, sed alieno visibili, vt cælum, aer, aqua, & pleraque solida corpora. Aer enim vt aer, & aqua vt aqua visibilis non est, sed illius ratione quod in ipsis recipitur visibile. Et lumẽ est actus perspicui, vt perspicuum est. est enim lumen quasi perspicuorum color. ¶Quarta. Quæ potentia perspicua sunt, tenebræ aliquando sunt. quæ autem semper actu perlucent nunquam. ¶Nam quæ potentia perspicua sunt, aliquando actu perlucent, lumine collustrata, & perspicua sunt actu, aliquando autem non perlucent, lumine carentia. sunt igitur aliquando tenebræ. tenebras enim dicimus, luminis in perspicuo carentia. Quæ autem semper actu perspicua sunt semper lumen possident collustrãs. non igitur tenebrę sunt vnq̃. ¶Quãta. Etsi corpora lucida, vt ignis, sol, & astra lumen prestant in ꝑspicuo, suę lucis speciem, non tñ lumen, aut ignis, aut sol, aut astrum, aut ab illis corporibus defluxus esse potest.

51 52 53 54 55

ꝑse uisibile color

color quid

qd ꝑspicuum
aer ⊥ aqua ꝑse
uisibilis

¶Primo. Quia si quod illorum esset, aut quidam (vt aiunt deflexus ab illis, corpus esset quod cum sit toti perspicuo præsens, duo corpora simul erunt, atq; se simul occupabunt, quod fieri non potest. ¶Secundo. Quia tenebræ sunt luminis priuatio, non autem ignis, solis, astri, aut corporum deflexus. ¶Corollarium. Vnde fit vt Empedocles absurde satis censuerit lumen inter terram & cõtinentis cęli ambitum ferri, nosq; interdum latere. ¶Nam dignareturvenia, si paruo latum spatio latere diceret: sed in tanto quantum ortu clauditur, & occasu spatio idem sibi concedi, magnum postulat, & non a rationis corpore profecto admittendum. ¶Sexta. Perspicuum coloribus vacat, & vt de se inuisibile est. Nam quod sonos capit, de se sonis est vacuum: & quod odores, inodorum, tale autem perspicuũ ad colores, cum potentia sit, quale aer ad potentia sonum: perspicuum igitur coloribus vacabit, eritque vt de se inuisibile. ¶Septima. Et si proprius vniuscuiusq; rei color videatur in lumine, non tamen omnia visibilia spectantur in lumine. ¶Nam nonnulla sunt quę non in lumine sed in tenebris cient efficiuntque sensum: vt ignita, fungi, quorũdam animalium cornua, piscium capita: squamæ, oculi, putres arbores truncti carie situq; marcidi, quorum non est vnum nomen, quo simul ea complecti possimus. Et quam ob causam in tenebris & nõ interdiu fulgeant, postea dicturi sumus. ¶Octaua. Nõ recte Democritus putauit, si totum quo cernimus spatium, vacuum esset, expedientius acutiusq; singula videri: adeo vt medio interstite vacuo, formica in cælo a nobis exactissime ac expeditissime videretur. ¶Primo. Quia id cognitum est, quod in lumine spectatur, colorem esse, natura enim eius est mouere actu perspicuum, vt aerem: qui cũ sit oculo attiguus, mouet oculum, hoc indicio cognitum, q; si colorem habens supra oculum posueris, non videbit oculus, sed cum fuerit medium actu perspicuum. Actus autẽ perspicui, lumen est, existente igitur vacuo medio spatio, nullus percipietur color. Perperam itaq; opinatus est Democritus res singulas tunc expedientius acutiusq; videri. ¶Secũdo. Fit visio, cũ sensus afficitur, ipse aũt, colore qui videtur, affici nequit, afficitur igitur a medio. Ipso igitur existente inani, non fieret visio, quare non modo existente medio vacuo, non exactius videretur, sed ne omnino quidem videretur. Et idem subit iudiciũ de sono, & odore, sapore, & tangibili. Ea siquidem supra auditus, odoratus, gustus, & tactus sedes locata, sensum non efficiunt, sed medio (vt sentiantur) hęc omnia egent. In sono enim medium est aer, in colore perspicuum, in odore innominatum est, & est aer & aqua, aliqua cõmuni passione affecta. Aquatiles eũ animantes sensum odoris obtinent, & cętera quę in terra degũt respirantia: quę sine respiratione olfacere nequeũt. Quid in saporibus, quid in tãgibilibus sit medium, & eorum quę mõ tetigimus causas posterius adijciemus. ¶Nona. Sunt nonnulla quorũ color & in lumine & in tenebris se prodit. Nam si flãmæ mouent actu perspicuũ, aliorũ colorum naturam imitando, quare interdiu se produnt, & mediũ ipsum afficiunt, redduntque actu perspicuum: quare noctu iterum se manifestant. Ex his itaque notũ est quod intenditur, & visibilium has esse differentias, hæc solo lumine, hæc solis tenebris, hæc vero vtrorunque naturam imitata, & lumine & tenebris deprehendi.

56 57 58 59 90

ratio probaꝫ ꝑspicuũ
sit lumine ⊥

nõ oia ⊥ lumine
uisibilia uidentur

ꝑspicui forma

qn fiat uisio et aiquo
afficiat medio

qd mediũ in sono
qd et in colore

Septimi cap. scholia. LIII. Nam colorem ita diffiniunt. Color interdum communem generalemq; habet rationem, qua qualitatem omnem avisu per se perceptibilem complectitur, continetq; suo ambitu lucem, lumen, fulgorem, splendorem, opacorumque affectiones visibiles, quo modo hic non sumitur, sed in eo loco quo Aristoteles dicit omnia corpora colore participare. Interdum vero rationem habet peculiarem, & propriam ad eam qualitatem, qua opaca corpora affecta sunt, per lumen a visu perceptibilem, secundum quam rationem lux, lumen, & fulgor, colores non sunt. Et hoc modo in præsenti capite sumitur, diffiniturque is esse qui natus est mouere actu perspicuum, hoc est, qui natus est, suam speciem diffundere per medium lumine collustratum. Dicitur enim actu perspicuum, quod lumine est perfusum, & cui in præsentia adest lumen. potentia vero perspicuum, quod lumine quidem caret, natum est tamen eo oppleri, vt nocte intempesta aer domorum tectis occlusus, & tenebrosus.

ꝑspicuũ actu et
potentia quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

Perſpicuum enim eſt ꝙ ſuapte natura viſibile non eſt. Hæc diffinitio de pure perſpicuo intelligenda eſt, ꝙ nullum habet natiuum colorem ſibi congenitum, idcirco ipſum de ſe non eſt viſibile, nam ingenitam non habet neq; a ſua forma productam qualitatem qua videatur, quemadmodum tamen habent opaca corpora proprio natiuoq; colore affecta. Alieno autem viſibili diaphanum eſt conſpicuum. nam ab extrinſeco productum viſibile, vt a lucido lumen recipit. quo redditur ſpectabile. Cęterum ſunt & quędam perſpicua mixta, quę lumē ſecundū interiores partes ſuſcipiunt, & proprium habent colorem, vt rubeum aut croceū, qualia ſunt vitra depicta, & hæc media ſunt inter opacum & pure ſimpliciterq; perſpicuum, de quibus non intelligenda eſt præſens diffinitio. Lumen autem diffinitur eſſe actus perſpicui, vt perſpicuum eſt, actus inquam accidentarius. Nempe vt ab albedine paries dicitur albus, ita a lumine denominatur quicquam actu perſpicuum, quare vt albedo eſt actus & forma accidentalis albi vt album eſt, ita & lumen eſt actus formaq; perſpicui, quandoquidem per lumen quippiam eſt actu perſpicuum, & lumen dat corpori eſſe actu perſpicuum, ipſumq; in tali eſſe conſeruat, ſiquidem præſente lumine corpus actu perſpicuum eſt, & abſente lumine deſinit eſſe actu perſpicuum. Et reuera lumen ad actum perſpicuum ſe habet vt virtus ad ſtudioſum, vtrunq; enim eſt principale, cuius denominatiuum & ſi re conueniat, voce tamen a ſuo principali diſcordat. LVII. Perſpicuum igitur coloribus vacabit. Dicitur perſpicuum colore vacare, ꝙ nullum habeat ſibi natura inſitum innatumq; & determinatum colorem. nam ſi talem haberet, omnia per ipſum viſa conſimilis apparerent coloris, perinde atq; quicquid per vitrum croceum videtur, apparet croceum. Eſſet igitur is a natura determinatus color impedimento rerum coloribus recte diſcernendis, perinde atq; congenitus aeri ſonus obſtaculo eſſet ſonis, & odor odoribus percipiendis. Quod ne fieret, natura melius rebus conſuluit ꝙ videndi, audiendi, & olfaciendi, media coloribus ſonis & odoribus vacua effecerit. Proinde perſpicuum ſuapte natura inuiſibile dicitur, ꝙ de ſua natura nullo adueniente extrinſeco, nihil in ſe habeat vnde videatur. LVIII. Et quam ob cauſam in tenebris & nō interdiu fulgeant. Cauſa in promptu eſt, quod diei maius lumen ea impediat videri, fulgoriq; apparentiam neget ac adimat, luminis autem abſentia nocturno tempore huiuſmodi fulgida viſui ſunt peruia, haud aliter q̄ ſydera cæli interdiu non videtur, & noctu ſunt nobis conſpicua. Neque poſſet hinc ſumi argumētum, colorem poſſe ſine lumine videri, quod lumen videatur eſſe impedimento fulgori, aſtrorumque luci conſpiciendę. nam neque lux neque fulgor color eſt in hoc loco. Et huiuſmodi impedimentum non ex luminis ſubſtantia prouenit, & quatenus lumen eſt, ſed ex ipſius intenſione & vehementia, quę alia viſibilia obtundit.

quar in natu co lore p̄ſpicuū habere nō dicat

¶ Octaui capitis annotatiunculæ.

Gurgulio, guttur, ſpiritalis fiſtula, ac arteria vocalis.

Octauum cap. continet vnam diuiſionem, vndecim concluſiones, vnum corollarium ad primam, duas ad ſeptimam, vnam queſtionem, reſponſionem, & ſonorum differentias poſt nonam, vocis diffinitionem poſt vndecimam. ¶ Diuiſio. Duplex eſt ſonus, vnus 61
actu, alter vero potentia, nam ſunt quæ plaga illata actu ſonum edunt: vt æs, & quæcunque plana & leuia corpora, & hic ſonus actu
dicitur. Sunt vero quę actu pulſa tamen ſonare poſſunt, vt nominata, & eorum ſo 62
nus potentia nominatur, ſunt deinceps quę neque actu neque potentia ſonum habent: vt ſpongia, lana, pili. ¶ Prima cōcluſio. Sonus actu ſi percipi debeat, fit inter corpus ſonans & auditum. ¶ Nam fit actu ſonus, alicuius ad aliquid attactu
(percuſſio enim edit ſonum) & in aliquo ſemper: exauditurque cū de re quæ ſo 63
nat, ad aurem delatus, medium opplet ſpatium. ¶ Corollarium. Quo fit vt vno ſo
lo exiſtente corpore, non eliciatur ſonus. Nam aliud eſt verberans, & aliud verbe 64
ratū atque percuſſum. Fit em̄ ſonus, alicuius ad aliquid attactu, & i aliquo. ¶ Se
cunda. Sonus non fit ſine motu. Nā percuſſio nō fit ſine motu, ſonus autem non 65
fit ſine ictu & percuſſione, non fit igitur ſonus ſine motu. ¶ Tertia. Nō ex quo
runcunque corporū percuſſione eliditur ſonus. Namvt diximus, lana & pili col
liſa non perſtrepunt, efficiuntve ſonum: ſed corpora dura, læuia & cōcaua. Leuia
quidem, ꝙ integre magis feriantur incolumiorque aer, minuſque fract⁹ perduci
tur ad auditum, concauavero, ꝙ refractione cōplures poſt primum congeminant 66
ictus, cū aer motus ac agitatus libere exilire nō poſſit. ¶ Quarta. Sonus & in aere & in aqua editur: ſed in aqua ſubobſcurius. Et in aere & in aqua edi notum eſt. ſunt em̄ hęc media inter ſonans & auditum. Et ꝙ ſubobſcurior in aqua, hoc ideo

nullū ſonū habeha que ſim

iter q̄ fiat ſonus

ab uno ſolo corpo nō edit ſonus

ſine mot. ſonus nō celebrat

que corpa nō edat ſonitum

67 eſt, quia ſopitur, hebeſcitq; in ea. ¶ Quinta. Et ſi aer ſonorior ſit aqua, nō ſufficit
tn̄ ad ſoni editionem: neq; ſola aqua. Nā (vt dictū eſt) requiruntur ſolida corpora
& vt ad aerem ictus fiat, priuſq̄ diffundatur. Quapropter aer aliquo, vt virga, cito
& vehementer percuſſus, ſonat: tunc duorū & percuſſi & medij fungens officio,
tunc em̄ plana motioq; percutientis velocitate diffuſionem anticipat aeris: quēad
modum ſi quis arenæ cumulū cadentē velociter cedat, eiuſdemq; caſum velocita
68 te prēueniat. ¶ Sexta. Cum fit ſonus, ſemper redditur echo, etſi nō ſp audiatur.
Echo eſt ſoni reflexio, aere ob vas aut locum ipſum circundantem, vt pila repul
ſa, reſiliente. Et ꝙ ſemper reddatur, patet. nā ita fit in ſono, ſicut i lumine. Atqui
lumen ſemper repercutitur: alioqui non vbiq; vt in vmbra, fieret lumē, ſed extra
locum illum in quo ſolis radij pertingunt, ſummę eſſent tenebrę, hoc autem fal
ſum. Fit igitur ſemper & ſoni repercuſſio: quare redditur echo, & ꝙ non ſemper
audiatur, idem & de luie proditur indiciū. nam non ab omnib⁹ ſic refringitur lu
men, vt ſemper appareat, ſed interdum iacitur vmbra, vbi minime lumen perci
pitur: ſed ad eam terminatur ſenſibile lumen. Sic echo non ſemper redditur ſen
ſibilis, ſed cum a ſolidis, concauis, & planis exceptus refringitur ſonus. ¶ Septi
69 ma. Non longe diſtat a vero, ꝙ antiqui audiendi facultatem vacuo attribuerunt.
Nam ad audiendum aer maxime proprius aptuſq; videtur, facitq; audire percuſ
ſo lęui, cum vnus & continuus fuerit ad auditum vſq; agitatu perlatus. Aer autē
70 eorum opinione inane erat & vacuum, non igitur longe diſtabant a vero. ¶ Pri
mum corollarium. Nimirum igitur auditui connaturalis cōgenituſq; aer, ineſt.
¶ Sic enim exteriore aere moto, internus aer excitus meliorem prēſtat audiendi
71 facultatem. ¶ Secundum. Fit etiam iure, vt non oī ex parte aīal audire debeat.
¶ Nam non vbiq; tranſit aer, neq; talem natiuum & congeneum habet aerem,
ad quem agitatus exterior perferatur: ſicut neq; vbique animal humidum habet
72 pupillæ. ¶ Octaua. Aer per ſe inſonus eſt, quia facile diſſipatur, diſiſcitur, & om
ni corpori vltro cedit. Si tn̄ arctior fiat illiſio, diffundiq; prohibeatur, elicitur (vt
73 dictum eſt) ſonus. ¶ Nona. Internus aer auribus inſitus, immobilis eſt. Hoc em̄
ideo eſt, ꝙ omnes motuum differentias exacte percipiat. Non tamen omnino im
mobilis eſt, ſed placide tranquilleq; agitatus, citra turbam aliquam, auriſq; obſtre
pitum. Hinc membrana contectus & conuolutus eſt, & auris iter inflexuoſum at
que anfractuoſum factum eſt, ne lædatur, ne turbetur, a ſuave tranquillitate di
moueatur. ¶ Et in aqua audimus, cum viarum anfractus difficultare defendi
tur, ne aurem ſubeat cum vero ſubdit, organum indiſponit, & non ampliuus audi
mus. Et cum membrana qua congenitur contegitus aer, læditur, auditio impedi
tur, perinde atq; læſa cuticula pupillam obuoluēte, præpediturviſio, & argumen
tum incolumis auditus eſt ſi auri aliquo (vt manu) cōtra admoto, inſonitus & tin
nitus quidem aeris vt cornu ſonantis obaudiatur. Ille tamen ſonus non eſt inſito
aeri proprius, ſed alienus. Hinc antiqui nos inani & vacuo audire (quod illo aere
interno determinatoq; egeamus) iterum trahere potuerunt opinionem. ¶ Quæ
74 ſtio. An verberans, an verberatum ſonet, an vtrunque, ſed alio modo? Reſpōſio.
Sonus eius eſt quod illo motu agitatur, & reſilit, cum corpora læuia feriūtur. De
bet enim quod verberatur planum eſſe, & æquale: vt inde vniuerſis aer totus con
cuſſus reſiliat. Nam non omne verberans & verberatum (vt dictum eſt) reddunt
75 ſonum: vt ſi acum acu colliſeris ſonum non elicies. ¶ Differentiæ ſonorū actu,
hæ ſunt, acutum, & graue. Sicut enim colores non ſine lumine percipiuntur, ita
neq; hæ ſonorum differentiæ ſine ſono actu quæ a tangibilibus ad ſonos tranſferuntur. Nam ſicut tangibile acutum cito tactum pungit & penetrat, ita ſonus acutus celeriter auditum mouet, quaſi pungens. Et vt obtuſum tangibile tarde tactum vt trudens obtundit, ita grauis ſonus auditum. Non tamen graue & acutum idem ſunt quod tardum & velox: ſed tarditate & celeritate pariuntur, & obtuſum, lentum efficere videtur motum: acutum vero & gracile, concitatiorem.
¶ Sed de ſono hactenus, nunc de voce aggrediendum eſt.

curi aqua ſonus magis obaudiatur

echo quid

quar inſonus aer

aer auribus inſitus immobilis

q̄do impediat audit

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Decima conclusio. Vox, solius est animantis, etsi non omnium. ¶Nam nulla inanima vocem fundunt. Et si vocis nomen nonnullis attribuatur instrumentis, vt tibiæ, lyræq; hoc proprie non est, sed similitudine quadam ad id quod proprie vox est: quod imitentur eiusmodi sonivocis humanę sonoritatē, & allocutionem. Et sunt pleraq; animalia (vt exanguia, & sanguine prædita, vt pisces) quæ vocem non eliciunt, & id sane non sine ratione euenit. Nam sonus, motus aeris est, exanguibus autem nulla est pellendi aeris facultas, & pisces aerem non attrahunt: vtpote qui in aquis degunt. & pisces quos amnis Achelous nutrit, sonitum attritu brachiarum edunt. ¶Vndecima. Vox, sonus est animalis, sed neq; omnis, neq; ab omni corporis parte. ¶Nam manus collisæ strepitum edunt, qui non est vox: sed ad gignendam vocem hæc requiruntur, percutiēs, percussum, & in quo. Hoc enim aer est, non omnis, sed is spiritus quem vicario ordine anhelitu accipimus, & reddimus. Et quemadmodum linguæ duplex est officium. Primum est gustandi, ad vitæ necessitatem: quapropter in omnibus hoc obtinet officium. Secundum est vt loquelæ sit vsui: ita spiritus quē anhelitu ducimus, & alternatim emittimus, duplex est vsus. Primus est ad internum temperandum calorem, necessarius quidem: cuius causa ex alio requiritur loco. Secundus est ad effingendam vocem, boni quidem gratia, & non ad vitę necessitatem. Mentis em interpretatio, nimirum boni gratia adhibita est: & ei commoda aptaq; tradita sunt instrumenta, fauces, & pulmones. Non sine ratione igitur ea sola animalia vocem eliciunt quæ respirant, & aerem attrahunt. Et hæc ea ex parte cæteris sunt calidiora: vt quę aere egeant atracto ad præcordiorum calorem temperandum, & quoquo pacto refrigerandū. ¶Diffinitio. Ex his vocis diffinitionem elicere facile est. Vox est sonus aeris ab anima respirati, percussi ad vocalem arteriam, cum alicuius significationis imaginatione. Non em satis esset respirati aeris percussi emissio, vt tussis, sed ad gurgulionem percussio fiat oportet, & cum quadam intentione affectione ve significādi. Et quod necessaria sit ad gurgulionem & sonantem arteriam aeris percussio, hinc sumitur indicium, quod non contingit expirantem, & respirantem vocem vnquam emittere, sed aerem continere oportet, & ita internum concutere. Hinc item fit cognitum, cur pisces sint sine voce, nam gurgulionem non habent, & hoc, quia non respirant: & qui eos respirare arbitrantur, peccant. Sed cur non respirent, alio differendum est loco.

Octaui cap. scholia. LXI. Fit inter corpus sonans & auditum. Corpus sonans dicitur id, quod pulsum, sonum efficit, nec in eo sonus est, sicut neq; caliditas in sole quanuis calorem in aere producat, sed est sonus in aere circunstante & attiguo corpori sonanti, & idcirco aer sonorus dicitur, siue soni susceptiuus, distantior autem aer non sonum, sed soni speciem duntaxat suscipit, & ad aurem vsq; perfert. Itaq; sonās rationem actionis habet, & quod ab eo fiat sonus. Sonorumvero rationem passionis, quodq; in ipso suscipiatur sonus vt subiecto. Est ergo proximus corpori sonanti aer, vt corpus coloratum, quod vtrunq; ipsam habeat qualitatem sensibilem. Remotior vero aer, vt perspicuum inter coloratum corpus & visum interceptum, per quod coloris species diffunditur, sicut per aerem remotiorem species soni. Similiter corpus sonans est vt candela lumen producens, quod tamen in se non habet, aer attiguus sonanti, vt aer candelæ proximus, per quem diffunditur lumen. Aer vero distātior a corpore sonante est vt aer remotiora candela, in quo solum luminis suscipitur species, & oculus in hoc existens lumen per suam speciem percipit, vt auris sonum per suam speciem percipit. Et quēadmodum eadem numero lux idemq; color videtur simul a diuersis, sed per diuersas numero species quę sunt in oculis singulorum, ita idem est numero primus sonus qui a pluribus auditur, at diuersæ sunt eius species in auribus singulorum. Hinc etiam perspicuum euadit, sonum esse in corpore sonoro atque medio & non in corpore sonante, vt campana aut lapide plerique existimant, nisi idem re ipsa esset corpus sonans, & sonorum. vt aer virga percussus aut expiratione emissus in quo vt subiecto sonus est. Neque debet corpus sonans comparari ad coloratum, sed potius ad id quod opaco colorem induit, vt pictorem, aut tinctorem. LXVIII. Fit igitur semper & soni repercussio. Ouidius i sua Metamor. elegantissie describens fabulā Narcissi, dicit Echo (q̄ poetico more nymphā dicit, innuit autem cā esse soni reflexionē) solum vltima verba soni directi referre. Ita em inquit in tertio libro.

Tamen hæc in fine loquendi
Ingeminat voces, auditaq; verba reportat. Et subiungit de eius materia,

Nec sinit incipiat, sed quod sinit, illa parata est
Expectare sonos, ad quos sua uerba remittat. Et rursum.
Ante (ait) moriar, quam sit tibi copia nostri.
Rettulit illa nihil, nisi sit tibi copia nostri.

Id tñ vero non est consentaneū, tametsi auditus illud ipsum ita se habere iudicet, quinimo quęuis soni directi pars tam prima & media quam vltima reflectitur. Eadem enim de qualibet militat ratio, qñquidem æque ob loci concauitatem ea pars aeris in qua prima aut media recipitur soni directi pars, resiliat repercutiaturq;, atq; ea in qua est vltima soni particula. Quod autem vltima soni reflexi pars, & quæ sini soni directi respondet, solum audiatur, ex eo venit, quia cū sit posterior pars soni directi, simul sit prior soni reflexi, qui debilior ob sonum directum fortiorem cum eo factum non auditur. Cum vero posterior sit soni reflexi pars, sonus directus iam finitus est, ideo illa non impedita ab aliqua soni directi parte quæ simul fiat, facile auditur. Quod si quis singulas vocis orationisve directo sono audiendæ particulas interposita tēporis mora sigillatim proferat, singularum audiet sonum reflexum, eo quidem tempore quo soni directi sit silentium, ergo & si tota dictio aut oratio continue proferatur, tota reflectitur, etsi non secundum qualibet partē reflecti percipiatur. Nam pausa & continuatio non variat soni speciem. LXXII. Aer insonus est. Non dicitur aer insonus, quod non sit natus sonum recipere, cum paulo ante dictum sit sonū in aere & aqua fieri, & in aqua quidem subobscuriorem, sed quod non sit natus sonum efficere propter nimiam eius subtilitatem, qua facile sese diffundit, & cuiuis rei cedit. Sonantia aūt corpora debent & dura esse, & solida, quo cōmodius ex collisione persirepant. Quod autem aer virga pcussus sonet, & faucibus illisus in vocis efformatione, similiter lateribus tubę aut fistulæ, sonum edat, id de se non est, neq; suapte natura ei contingit, sed propter celeriorem, qua eius prohibetur diffuso, constrictionem, & ad continentium latera impulsionem. Si quis enim lente aeremvirga agitet, non efficiet sonū, aut si quis sine collisione ad fauces, aut absq; violenta ad latera instrumentorum concauorū aeris impactione expiret, minime vocem formabit. Itaq; cum sonat aer, id violentę eius impulsioni, angustioque & arctiori eiusdem coactioni tribuendum est. Et cum aer ad solidum impulsus sonum efficit, illic idem est re ipsa corpus sonans, & quod sonum suscipit, ratione tamen diuersum, vtpote aer agitatus, cum vero vtrumque sonans est solidum & durum, neutrum eorum soni est subiectum. LXXVI. Nam sonus, motus aeris est. Id non accipiendum est vt verba sonant, sonum scilicet re ipsa esse motum aeris. nam sonus, qualitas est solo auditu per se perceptibilis, motus autem aeris, latio est, & secundum locum mutatio, eticq; sensibile commune, & tactu perceptibile & visu, nisi eius obsistat subtilitas, quare non modo re ipsa sed & genere physico discrepant. Sed hoc intelligendum, vt quod inest, causam explicet eius cui inest, & ea propositione denotetur sonus fieri ex motu aeris, nempe aeris motus causa est efficiens, sonus, eius effectus. Et huiusmodi rationes loquendi rectam potius intelligentiam quam importunam calumniam efflagitantes, frequentes sunt in disciplinis. præsertim in ns diffinitionibus quæ dicunt propter quid & causam definiti, vt lunæ deliquium non abione definiretur interpositio inter solem & lunam, quod ex huiusmodi interpositione fiat, & tonitruum haud inepte diceretur illisio exhalationis calidæ & siccæ ad latera nubis, quia ex tali concussione editur tonitruum. LXXVIII. Vox, est sonus aeris ab aīa respirati. Hęc vocis diffinitio, si attentiuscule consideretur, quadruplicem vocis causam explicare comperitur. Formalem, cum dicitur esse sonus, materialem, præsertim eam in qua est, explicat particula, aeris ab anima respirati, in eo siquidem est vox vt suo subiecto. Efficientem innuit quod subiungitur, percussi ad vocalem arteriam, nempe aeris ad fauces illisio vocem efficit. Demum & finem gratia cuius designat extrema particula, cū imaginatione significandi. Nempe aīalia rationis expertia, vocibus a natura cōcessis suos affectus, gaudiū, timorē, cupiditatem, & cætera id genus significant, quos & homo naturalibus itidem vocibus patefacit, & prætetea vocibus ex instituto significantibus, mentis notiones, & quicquid animoversat, depromit ad ingenij cultum, virtutisq; institutionem, quod secundum cæteris animantibus negatum est, & soli homini rationis participi concessum.

Vnanquā que soni directi partē reflecti atq; repercuti

¶Noni cap. annotat.

¶Sensoriū, organū. ¶Olfactus, odorandi sensus, odoratus. ¶Suffitu, fumo, suffumigio. ¶Bitumē ex mari mortuo lacu Syrię trahit, quod & asphalt⁹ dicitur.

79 Nonum cap. continet quatuor cōclusiōes, quatuor rationes ad primam, duas ad secundam cum corollario primæ, tres modos inodorabilis post tertiam, vnam quęstionem, eius responsionem, tres rationes quod non respirantia odorant, & vnum corollarium post quartam. ¶Prima conclusio. De odore & odorabili non vsqueadeo vt de dictis, facilis & prompta determinatio est. Primo. Quia non est ita facile deprehendere quid sit odor, sicut quid color, quid lumen, quid perspicuum, quid sonus. hoc enim ideo euenit, quod olfactum perdebilem habemus. odorat enim praue homo, & multis animalibus, vt canibus, vulturijs, hoc sensu inferior est. Secundo. Quia nos non sine delectatione aut fastidio odorum differentias percipimus, hoc autem in visu & auditu non

accidit. Et ideo hic ſenſus homini datus eſſe videtur ad menſuram, non vt odores quales in ſe ſint percipiamus, ſed quales ad nos perueniunt. Itaque difficilior ipſorum deprehenſio eſt. Tertio. Quia odorum ſenſorium minus cognitum exploratumq; habemus. Quarto. Ita homines odores ipſos comprehendere videntur, quibus odorandi ſenſorium obtectum eſt, vt animalia duros oculos habētia, apprehendunt colores. Atqui conſentaneum videtur, huiuſmodi durorum oculorum animalia non omnes ſentire colores, ſed eos qui ipſis terrorem triſtitiamq; ingerant, quive voluptate afficiant. quare neq; homines quoſcunq; diſjudicabunt odores. ¶ Secunda. Etſi odoris difficilis ſit naturę deprehenſio, ex ſaporum tñ ſimilitudine nobis ad hoc patebit aditus. ¶ Primo. Quia certum guſtū habemus, quod guſtus quidam ſit tactus, homo autem certiſſimum habeat tactum: & cum homo a cęteris in reliquis ſuperetur ſenſib⁹, in hoc vno euincit ſuperatq; omnia. ¶ Corollarium. Hinc fit vt homo animalium prudentiſſimum cognoſcatur. ¶ Attactu enim, mentis aptitudo aut ineptitudo deprehenditur, duros enim carne, mentis hebetis, & ineptos: molles vero, bene aptos eſſe dicimus. ¶ Secundo. Quia ex ſaporum nominibus, odoribus nomina indimus. Vt em̃ ſaporum hunc dulcem nominamus, hunc amarum, pinguem, acrem, acutum: ita quoq; odorum (tracta ſimilitudine) hunc dulcem dicimus, atq; hunc amarum, pinguem, acrem, acutum. Et quandoq; in odore & guſtu ſimiles cōueniunt denominationes, vt in melle, & croco. Mellis em̃ odor dulcis, & dulcis mellis ſapor, aliquādo vero diſcrepant. ¶ Tertia. Olfactus, odorabilis eſt, & inodorabilis. ¶ Nam vt de viſu, auditu, & reliquis ſenſibus, ita & de odoratu, viſus autem eſt viſibilis, & inuiſibilis: auditus, audibilis, & inaudibilis. Eiuſdem em̃ ſenſus eſt cognoſcere ſui ſenſibus præſentiam, & eius abſentiam. præſentiam quidem per ſe, abſentiam vero per accidens. eſt igitur olfactus odorabilis. & inodorabilis. ¶ Tres modi inodorabilis. Inodorabile multis modis dicitur. ¶ Primo. Quod omnino odorem non habet, odorariq; natum non eſt: vt color. ¶ Secundo. Quod debilem & vix ſenſibilē habet odorem. Tertio. Quod prauū tetrumq; habet odorē. ¶ Quarta. Aer & aqua, olfaciendi ſunt media. In aere, de nobis conſtat. In aqua vero, & ſanguine prædita, & non prædita illud monſtrat: quia eminus alimenti odorem percipiētia, properant ad illud ſumendum adnatare. ¶ Quæſtio. An omnia quæ ſunt odorum capacia, conſimili modo odorentur? ¶ Reſponſio. Non omnium conſimilis eſt odorandi modus. Nam animalia reſpirantia ſpiritum trahendo odorantur, cuius hæc ſunt indicia. Si ſpiritum detinet homo, aut exſpirat, neq; eminus neq; comminus (etiam ſi rem olentem in ipſius nares fundas) ſentit. Si enim in odorandi ſede atq; ſenſorio, id perpalam eſt, nam omnium ſenſuum commune eſt, ſenſibili ſenſorio ſuprapoſito non ſentire. Inſecta autem animalia, & quę ſanguine carent, vt apes: hoc pacto, cū non reſpirent, odorare nō poſſunt. Odorantur tamen. ¶ Primo. Quia conueniunt longe ad odoriferorum paſtum, habent igitur alium præter quinq; qui aſſignati ſunt ſenſum: aut olfactu odores diſcernunt, nō autem habent alium, habent igitur olfactum. Senſus enim tam bene quam male olentis nimirum olfactus exiſtit. ¶ Secundo. Grauium odorum ſuffitu, vt bituminis & ſulphuris fumo corrumpuntur, ſicut & homo. Odorantur igitur non reſpirantia, & alio quam ſpiritus attractione modo. ¶ Tertio. Quia vt animalium oculi diuerſi ſunt (horum enim ſunt molles. & hęc palpebras pro oculi munimento habent, quibus non apertis deuelatiſq;, non contingit animal videre, horum vero duri ſunt oculi: quæ hoc genere folliculorum cooperculorumq; carent, & ſemper colores apertos & occurrentes habent) ita hunc in modum diuerſi ſunt odoratus. ¶ Nam in reſpirantibus adopertus & reconditus eſt. quem cum ſpiritum ducimus, aperimus, ampliatis viarum meatibus. Non reſpirantium vero apertus. & perſimilis duris animalium oculis, ita ſemper habent occurrētes & in aperto odores: non autem reſpirantia, niſi ſpiritum ducēdo ſenſorium reuelent ac aperiant.

86 ¶ Corollarium. Hinc fit vt reſpirantia in aqua non odorentur. ¶ Nam in aqua reſpirare nequeunt. Et eſto odor ſicci, ſicut ſapor humidi, hinc res cum adolentur incenduntur, caleſcunt, ſuauius fragrant. Et cum res non percipitur olfactu, talis eſt odorandi ſenſus potentia, qualis ipſa ſit actu, cum autem olfactu percipiūtur actu, & talis eſt ſenſus actu. Et de odore & odorabili hactenus.

NOni capi. ſcholia. LXXIX. Et multis animalibus, vt canibus, vulturijs hoc ſenſu inferior eſt. Inferior quidem non dignitate & perfectione, ſed percipiendi acumine, non enim homo tam exacte rerum percipit odores, vt canes odorem ferarum dignoſcentes, & olfactu hominem ab homine ſecernentes, aut ſicut vultures, qui procul cadauerum ſentiunt ſpiramina, & ad ea depaſcenda magno ſpatij interſtitio aduolare dicuntur. Id tamen non arguit olfactum in homine minus eſſe perfectum, quam in canibus aut vulturibus. nā non quia ſenſus aliquis acutior eſt, protinus eſt perfectior. Dicitur enim aper auditum habere acutiorem homine, & lynx viſum, quem dignitate humano viſu & auditu inferiorem eſſe negabit nemo. nam dignitas vnius ſenſus ſupra alium, in perfectiori contemperamento organi conſiſtit, homo autem tale contemperamentum habet lōge perfectiſſimum & excellentiſſimum, idcirco ſenſus exteriores omnes habet animalium irrationalium ſenſibus digniores. LXXX. Quod guſtus, quidam ſit tactus. Id in analogia dictum intelligatur. nam guſtus tactui affinis & germanus, ſemper ei coniunctus eſt, vt ne guſtatio quidem ſine tactione fiat vnquam, tametſi ſenſus illi non minus inter ſe diſcriminis habeant, q̄ viſus & auditus. Proinde cum huius libri cap. 2. numero. 18 dicitur tactus a cęteris ſenſibus ſeiungi, id de tribus primis ſenſibus, quorum extraneum eſt medium, debet intelligi, non autem de guſtu. nam ſine eo (vt qui ſit ad naturæ neceſſitatem, & medium habet ſicut & tactus intraneum) tactus inueniri in animantib⁹ non poteſt. Et propter hanc naturæ affinitatem guſtus interdum nomen tactus ſortitur, & ſub eo intelligitur, vt cap. tertio huius numero. 27. cum dicitur, omne animal ſenſum habet alimenti. Is autem tactus eſt, cum alimentum conueniens a diſconuenienti guſtu potius q̄ tactu ſecernamus, eſt enim guſtus ad diſjudicandum alimentū datus. LXXXII. Olfact⁹, odorabilis eſt, & inodorabilis. Quemadmodum color & viſibile re ipſa idem eſſe dicta ſunt, & ſola ratione diſcrepare, ita odor & odorabile ſolum rationis habent diſcrimen. Ratio enim odoris abſoluta eſt, & qualitatis, q̄ ſcilicet ſecundum eum quippiam dicitur odorum, ratio vero odorabilis, relatiua, & ad aliquid, quodq; quicq̄ natum ſit olfactu percipi, refertur enim odorabile ad odoratum, haud ſecus ac viſibile ad viſum. Itaq; olfactus eſt ipſius odorabilis atque odoris, tanq̄ ſui obiecti proprij & per ſe. Nempe vt color ſuam in aere ſpeciem producit, quę diffunditur vſq; ad oculum, ita & odor in re odora, vt ſuo ſubiecto manens, diffundit ſuam ſpeciem per aerem, & huiuſmodi ſpiramina ad olfactum vſq; perducuntur, atq; ab eo per eo percipiuntur. Eſt etiam odor ipſius inodorabilis, primo atq; in prima ſua rum acceptionū, id eſt illius quod odoris eſt expers, per accidens tñ, & ſui obiecti priuatione, quem admodū de viſu & auditu dicit litera. LXXXVI. Hinc res cū adolentur, incenduntur, caleſcunt, ſuauius fragrant. Id facile thus oſtendit, quod cum igni imponitur, fragrantiſſimum reddit odorem. Nempe ſpiratio & odoratio fit effumatione a re odorifera per orandi medium, ſicut viſio lumine, & auditio motu aeris, calidum autem reſoluit & ſegregat vapores & fumos. Hinc tempore calido flores ſuauius ſpirant quam frigido. nam frigiditas obtundit & hebetat odores, prohibetq; diffundi. Hinc etiam nonnulla odifera cum confricatione incaleſcunt, percipiuntur iucundum odorem habere, qui antequam ea motu illo calefacta eſſent, non percipiebatur.

¶ Decimi cap. annotat.

¶ Potulentum, quicquid in vſum potandi eſt præparatum.

87 DEcimum cap. continet quatuor concluſiones, duas rationes, & duo corollaria ad primam, vnum corollarium ad ſecundam, & ſpecies ſaporum ad quartam. ¶ Prima concluſio. Guſtabile, quiddā tangibile eſt. ¶ Primo. Quia quod non extrinſeco medio, ſed ſolum ſentitur intraneo, tangibile eſt, guſtabile autem non extraneo, ſed ſolo ſentitur itraneo, eſt igitur quiddam tangibile. ¶ Secundo. Quia illud in quo vt in materia conſiſtit ſapor, & ſine quo ſentiri non poteſt, eſt humor, humor autē ſolius tactus eſt, eſt igitur guſtabile, quiddam tangibile. ¶ Primum corollarium. Quo fit vt exiſtentes

88 in aqua, ſaporem vt dulce deprehendamus: non quia aqua guſtandi ſit medium, ſed q̄ ſapor humori permixtus ſit, quemadmodum in liquore quem bibimus. ¶ Neq; ſimile eſt vt de colore, ſono, & odore. non enim ideo per aerē aut aquam percipiuntur, quia immiſceantur, ſed quia hæc ſunt media ipſis vt ad organa deferantur apta. Sine enim aliquo a ſenſu abiuncto, viſus, auditus, odoratus, ſenſationem explere nequeunt, quod facit guſtus. ¶ Secundum. Fit etiā vt quicquid guſtandi ſenſum afficit, humidum ſit, aut actu, aut potentia. ¶ Nam abſque hu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

more (vt dictum est) nihil afficit saporis sensum. Et sunt quędam humida potentia, quæ statim ad actum sunt reducta, vt sal cum primum admotus fuerit liguæ, statim liquescit, linguamq; humectat. ¶ Secunda. Gustus, gustabilis est & inguſtabilis. ¶ Nam id ita fit in cęteris sensibus: vt visus, visibilis est, vt coloris: & inuisibilis, vt tenebrarũ: quas reputat inuisibiles, & auditus, audibilis, vt soni: & inaudibilis, vt silentij, & odoratus, odorabilis, vt odoris: & inodorabilis, vt odore priuati. Et sicut inuisibile tribus modis dicitur, quod non est aptum videri, vt sonus: quod debiliter videtur, quod praue, vt quod excellentia visum offendat, aut corrumpat: & iaudibile tribus, quod audiri nequit, vt color: quod debiliter, quod praue: & inodorabile tribus, qui dicti sunt: ita inguſtabile tribus dicitur: quod gustari nequit: quod debilem obtinet saporem: & quod tetrum prauumq;. Vt em̃ moderatum, naturæ amicum est, & gustum saluat: ita prauũ & excellens ipsum corrumpit. ¶ Tertia. Omne potulẽtum, & tactui & gustui cõmune est. Tactui quidem, quia sit actu humidum, gustui vero, quod sapore præditum. ¶ Quarta. Gustandi natura institutum sensoriũ, neq; actu debet esse humidum, neq; tale vt humido, dilui diffundiq; nequeat. Nam debet esse potentia tale, quale gustabile actu est, sine humore autem non sentitur gustabile. ¶ Corollarium. Hinc fit, vt cum lingua nimium arescat, nimiumve humeat, quod in ægrotantibus persæpe accidit, gustare nequeat. Aegrotantib⁹ enim sæpe omnia accidit amara videri, q̃ lingua amaro sit humore infecta. ¶ Species saporum sunt, dulce, amarum, contrarię, consequens dulce, pinguis: consequens amarum, salsus, mediæ sunt, acre, austerum, suaue, acutum, acerbum, acidum: vt species colorum digestę. Et gustandi sensorium (vt iam dictum est) tale est potẽtia, quale gustabile actu, faciens autem ipsum tale, gustabile. Et de gustu & gustabili hactenus.

90 91 92 93 94

moderatũ gustũ saluat

quomodo gustũ sensoriũ debet esse

nota dictum

saporũ spẽs

DEcimi cap. scholia. LXXXVII. Gustabile, quidam tangibile est. Id non de qualitate per se gustabili intelligendum, vt sapore, q̃m ea qualitas tangibilis non est, sed de subiecto gustabili per accidens, scilicet substantia liñte in se saporem ois em̃ talis etiam caliditatem habet, frigiditatem, humiditatem, aut siccitatem, ratione cuius & ipsa tangibilis est, nunquam enim sapor inuenitur abiunctus a tactilibus affectionibus. Neq; id tñ efficit gustũ esse tactũ, etsi per idem fiant medium intraneum, scilicet carnem linguæ, & in eadem corporis particula, in lingua nã idem medium per quod fiunt sensuum operationes, non arguit sensus esse eosdem. Eodem siquidem aere contingit videre, audire & olfacere, nullus tñ ob id concesserit visum auditum & olfactum eundem esse sensum. Similiter in eadem corporis parte fit visio & tactio, vtpote in oculo, negauerint tamen omnes visum esse tactum, q̃ diuersa habeant organa, ipsorumque contemperamenta. Ita sane gustus & tactus diuersa habent suorum organorum contemperamenta, & ob eam rem censendi sunt sensus diuersi. Enimuero tactus contemperamentum per totum corpus diffusum est, gustus autem non, & longe minus ex conclusione efficitur gustationem esse tactionem, cum hæc quidem re ipsa & specie differant, gustus autem & tactus ratione sola. Non enim oportet si potentiæ gustabile & tangibile re ipsa sint eędem, & operationes esse easdem. Idem nanque sanabile & ęgrotabile, nulla tñ sanatio est ægrotatio. LXXXIX. Nam sine humore (vt dictum est) nihil afficit saporis sensum. Id est humor ad saporem percipiendũ, quod lumen ad colorem. Vt igitur sine lumine non percipitur color, ita neque sine humore sapor. Veruntamen quædam gustabilium sunt actu humida, habentiaque & antequam percipiantur, & cum sentiuntur humiditatem, vt potulenta quædam potentia humida, quæ antequam gustentur, humiditatem non produnt, lingua autem admota protinus in liquorem soluuntur, vt sal ad saccharum. Quædam vero neque actu neque potentia humida, vt piper, & alia prorsus arida, quę extraneo indigent humido a natura ad sapores discernendos determinato, scilicet salsiua, quo humectentur. XCIIII. Species saporum sunt, dulce, amarum. Possunt hoc ordine digeri saporum species hic nominatæ. Quarum quælibet duę eiusdem limitis a sinistro in dextrum protenti, contrariæ sunt. Primæ quidem duę extremę, vt in colore album & nigrum, in sono acutum & graue, in odore redolens & grauiter olens. Duæ extremis proximæ, propemodum earum naturam imitantur, eamque referunt plus cæteris mestiñs, vt pingue consequitur dulce, & salsum amarum. Reliquæ sex mediæ sunt saporum species, quæ sub dulci collocantur, & sunt in affirmatione, quæ vero sub amaro, in negatione. At quomodo hę species coloribus respondeant, ex libro de sensu & sensato desiderandum est.

Qd gust⁹ est ali⁹ sens⁹ a tactu

1	Dulce	12	Amarum
3	Pingue	4	Salsum
5	Aere	6	Austerũ
7	Suaue	8	Acutũ
9	Acerbũ	10	Acidum

¶ Vndecimi cap. annotat.

¶ Plures sensus dicuntur a pluribus & diuersis organorum contẽperamentis, requirit enim quilibet vnam moderatam modificatamq; sentiẽdi mediocritatem.

VNdecimum cap. continet duas quęstiones: post quas tres conclusiones: duo corollaria ad secundam: vnam quęstionem: eius responsionem: tactus ad alios sensus comparationem: & vnum corollarium post tertiam. ¶ Prima quæstio. An vnus, an plures sint sensus tactus? ¶ Secunda. Quid sensorium tactus? an caro in carnem habentibus, & in cęteris quod carni respondet, æmulumq; est? An aliud quicquam intermedium interius latens. ¶ Prima conclusio. Plures sunt sensus tactus. Nam oīs sensus vnus, vnius est contrarietatis: vt visus albi & nigri: auditus, acuti & grauis: odoratus & gustus dulcis & amari. Tactus vero, plurium, vt calidi, frigidi, humidi & sicci, grauis, leuis, mollis & duri, sunt igitur plures tangendi sensus. Neq; sufficere videtur solutio quam adhibent, visus & auditus consimiliter plures esse contrarietates: vt in voce non solum acutum & graue contraria sunt, sed magnitudo, paruitas, lenitudo & asperitas vocis, & ita in colore. ¶ Sed vt de tactu, simile non est. Nam magnitudo, paruitas, lenitas, asperitas translatitie in voce sunt vox grauis & acuta: & hæc translatitie omnibus sensibus applicari possunt, continenturq; in visu & auditu sub eodem sensus obiecto, vt sub sono, sub colore. Ita autem de calido, frigido, humido & sicco dicere non possimus. ¶ Secunda conclusio. Caro non est sensorium tactus, sed sentiendi medium. ¶ Nam sensibile sensui suprapositum nunquam sentitur, carni autem suprapositum tangibile sentitur. non est igitur caro tangendi sensoriũ. Porro sensibile omne medio quodam sentitur. carni autem suprapositum tangibile sentitur: & non est caro sensorium, est igitur sentiẽdi medium. Et nihil est id quo moliuntur efficere carnem esse sensorium tactus, quod carne cõtacta illico persentiatur, ita em̃ fieret ipsa tenui linteolo aut membrana conuoluta. Nullus autem idcirco dubitauerit membranam esse tangendi sensorium: ita neq; de carne addubitandum est, sed in toto corpore vt tegmen sensorio rum tactus potius existimanda est, quæ quidem sensoria plura sunt (vt plures tactus) quanuis latentia sensum: quemadmodum si congenitus aer, vt auris, intelligatur natura totus nostrum corpus cingens & circundans, eadem facilitate putare possemus nos eodem organo sonos colores, & odores deprehẽdere, quod eorum delitescerent organa, esset q; idem congenit⁹ aer, audiendi, vidẽdi, odorandi medium. Vt enim illic plures sensus, visus, auditus, olfactus, gustus, & plura eorum sensoria, ita & hic sub eodem velamine plures tactus & tangendi sedes & machinamenta. ¶ Primum corollarium. Vnde fit vt medium tangendi aer aut aqua esse non debuerit. Nam corpus animatum solidum & firmum esse debet, & cum tactus intra corpus latitet, debet igitur esse mixtum ex ipsis quæ firmum constans, & defluxibile minus efficiunt: vt terra cęteris cõmixta, qualis est caro, aut quod carnis vicem obtinet. ¶ Secundum corollarium. Quo fit iterum vt si quis ignea aut aerea statuerit animalia, difficile sit quinq; sensus & eorum sensoria in ipsis collocare. ¶ Tertia. Argumento linguę plures prodũtur esse tactus. ¶ Nam eadem in parte & intraneo medio omnia tangibilia & gustabilia sentit, est tñ alius sensus tangibilis, & alius saporis. Si igitur toto corpore sic promiscue tangibilia, & gustabilia perciperemus, possent gustus & tactus vnus sensus videri, vt calidi, frigidi, humidi, & sicci, vnus tact⁹, mõ autẽ quia non ita gustus & tactus toto corpore cõiuncti sunt, manifestum est eos esse plures sensus, ita & tactus plures (etsi toto corpore coniuncti sint) intelligere oportet. ¶ Quęstio. An tactio similiter vt visio, auditio, & olfactio fiat, medio scilicet interueniẽte extraneo? ¶ Respõsio. Mollium corporum, vt aeris, vt aquę (quæ nullo interhiante medio carnem suis extremis attingunt) fit bene tactio nullo interueniẽte extraneo medio. Duorum

95 96 97 99 100 101 102

tactus plures esse sensus

qr plures cõtrarietates cuius & auditus nõ dicuntur

carne nõ esse tactus sensorium

medium tangendi solidũ esse debet

in ipsis corporibus quæ sensus nõ ponit

in ter que corpora nõ cadat medium in tactione

Universidad de Deusto Biblioteca

vero corporum aliquid, cum tanguntur, interiacet medium. Nam ea aut tangimus in aere, aut in aqua, atqui videmus nos in aqua sic ea tangere non posse, quin semper medius humor percipiatur: ipsumq; tangendo excludere non possumus, quin medius interstesq; (extremis non manentibus siccis) habeatur. Quod si in aqua ita fuerit, tanto minus subtiliorem aerē nobis licebit excludere medium, & illa in aere sine medio tangere: tametsi in aere ob ipsius insensibilitatem magis sensum lateat. ❡ Et quanuis ita sit, vt nos firma & dura interueniente medio tangamus, tactus tamen in hoc a visu auditu & odoratu differt, quod hi eminus sua sensibilia suo medio apprehendunt, ille vero comminus, & pene nihil distante, sic vt medium (quemadmodum de membranula diximus) lateat. Et in visu, auditu, & odoratu spatium afficitur, & species defert, tangendo autem non id necessarium est, sed itraneum medium simul cū extraneo afficitur, quod quidem quia afficiatur, & nō quia huiusmodi exterum medium tangitur: sed vtrunque simul affici contingit: quemadmodum percussus clype⁹ gerulū non percutit, sed vtrunque simul percuti accidit. ❡ Corollarium. Vnde fit vt quemadmodū aer & aqua sese habent ad visum, auditum, & olfactum: ita caro & lingua ad tangendi sensorium. ❡ Et in cæteris videtur tactus alios imitari sensus: vt quemadmodum in alijs sensibus sensibile suprapositum nullum parit sensum, vt albū suprapositum oculo nullam visionem: ita est & in tactu. Hinc sub carne tactus sedem delitere oportet: quandoquidem res tangibiles carni superpositæ, sese præstant perceptibiles. Et res tangibiles sunt, calidum, frigidum, humidum, & siccum: quæ prius simplicium corporum differentias locauimus, & sensorium tactus, tale potentia esse debet, quale sit actu ipsum tangibile. Hinc tactus æquæ calida, æque algida, æque læuia & aspera non sentit, sed extrema, superabundantias atque defectus. est enim mediocritas quędam & medium extremorum iudex est. Et qui omne calidum & omne frigidum percepturus sit, calidi & frigidi actu sit expers oporter, potentia futurus & calidum & frigidum, quemadmodum visus album aut nigrum percepturus, neque actu album neque nigrum existit. Et sicut visus est visibilis & inuisibilis, & cęteri suorum oppositorum, ita tactus tangibilis est & intangibilis. Et sicut inuisibilis, & aliorum insensibilium tres sunt modi, itidem intangibile tripartitum est: quod tangi non potest, vt vox: quod debiliter tangitur, vt aer: quod praue, vt ignis tactum corrumpens. Sed de tactu et quolibet in particulari sensu, hoc pacto paucis astrictum et diffinitum sit.

Qđ gust⁹ est ali⁹ sen⁹ a tactu

VNdecimi capitis scholia. XCVII. Plures sunt sensus tactus. Sicut vnus sensus dicitur, quia est vnum organi contemperamentum, quanuis sint duo eiusdem naturę contemperamentiq; organa, vt vnus est visus, quanuis in plerisq; animaliū gemini sint oculi, vnus auditus, quanuis duę aures, ita plures dicuntur esse sensus, quia plura sunt & specie diuersa organorum contēperamēta, qualitatūq; dispositiones natura determinatæ. Itaq; tactus dicuntur plures, non quidem a diuersis formis substantialibus tactionem efficientibus denominati, aut diuersis materijs eas suscipientibus. Nempe eadem numero forma est substantialis tactionem omnem efficiens, & in eadem prorsus materia suscipitur calidi & frigidi tactio, in qua humidi & sicci, sed sensentur tactus diuersi a diuersis contemperamentis qualitatum, & quia aliud est natura contemperamentum ad percipiendum calidum & frigidum, aliudvero ad percipiendum humidum & siccum. Neq; simili ratione poterit quispiam conficere plures poni deberevisus, quod is itidem plurium sit contrarietatum, albi & nigri, flaui & liuidi, cęterorumq; mediorum. Nam visus solum vnius est contrarietatis extremarum qualitatum, cęterę autē contrarietates mediarum sunt, quę vt ad extremas reducuntur, ita consimili cū extremis percipiuntur contēperamento. Tactus vero pluriū est contrarietatum æque principalium, & quarum vna ad alterā non reducitur. Et quanuisvisibilium qualitatum coloris & lucis maior sit distinctio quantū ad naturę diuersitatem quam tangibilium, non tñ quantum ad contrarietatem. Quanuis item in visione diuersæ sint medij dispositiones, ꝙ ipsum interdum lumine offundatur, interdumvero minime, nō tñ diuersę sunt in ea organorum dispositiōes, a quib⁹ sensuū pluralitas desumitur, & quę ī tactu esse deprehenduntur. XCVIII. Quę quidē sensoria plura sunt. Non dicuntur organa tangendi plura a subiectorum pluralitate, & ꝙ in vna materię particula primū sit contemperamentum, vt percipiendi calidi & frigidi sine secundo, & in altera materię particula secundum contemperamentum, vt percipiendi hu-

midi & sicci sine primo, non enim pro cæteris tactilibus qualitatibus aut alia sunt ponēda contemperamenta, aut proprij tactus, cum reductitiæ sint ad quatuor illas præcipuas qualitates (vt secundi de Generatione secundo cap. est ostensum) earumq; ad quas reducuntur & contemperamentis & tactu persentiuntur, id enim falsum est, cum quacunq; materiæ parte percipitur caliditas & frigiditas, eadem prorsus sentiatur etiam humiditas & siccitas. sed quod in eadē materiæ parte plura sint & diuersa tangendi contemperamenta. Vt enim plures tactus dicuntur a diuersis organorum contemperamentis, ita & plura organa a diuersis qualitatum contemperamentis, quanuis etiam eidem prorsus subiecto assint, quemadmodum in oculo plura sunt organa viuendi & tangendi, quanuis in eadem omnino parte materiæ sit visio & tactio. Ita in lingua plura sunt organa, gustandi scilicet & tangendi, ob diuersa qualitatum contemperamenta in eodem penitus subiecto subsistentia, cum quacunq; parte sit gustatio, eademq; fiat & tactio. C. Siquis igneavel aerea statuerit aīalia. Huiusmodi animalium assertores non tam Plato quam Platonici fuerunt, qui ad gentilium ritum labentes, posuerunt nonnulla animalia ex igneo corpore, rationalia quidem, sed immortalia, quæ vocabant Vulcanum & Vestam, alia ex corpore aereo, vt Iouem & Iunonem, alia ex aqueo, vt Neptunum, Oceanum, Nerea, Thetin, Doryda, alia ex terreo, vt Plutonem, Persephonem, Oreadas, Driadas, Hamadryadas, Faunos, Satyros, Syluanos, malarum potius potestatum & tenebricolę regionis illusione, quam naturali ratione ad ea ponenda permoti, quibus Aristoteles nusquam assentire deprehenditur. CI. Argumento linguæ plures produntur esse tactus. Nempe vt gustus & tactus in lingua, corporisq; particula, ita diuersarum contrarietatum tactus in toto corpore vtrobiq; eñ diuersa sunt in eadem parte sentiendi contemperamenta. Atqui omnium confessione, in lingua gustus & tactus diuersi sunt sensus, igitur pari ratione in toto corpore, diuersarum contrarietatum plures sunt tactus. Rursum si gustus & tactus toto corpore essent coniuncti, vt quacunq; parte tangeremus, eadem & gustaremus, non minus gustus & tactus diuersi essent sensus ob cōtemperamentorum diuersitatem quam nunc sunt, cum in vna solum corporis parte coniunguntur. Vt enim se habent in parte, ita & tunc in toto se haberent, quanuis tunc potius videri possent gustus & tactus ijdem sensus, cum nulla parte essent seiuncti, quam nunc cum in complurib⁹ corporis partibus abiuncti sunt, non tamen reuera essent ijdem, ergo & diuersarum contrarietatum tactus quanuis toto sint corpore coniuncti, plures censendi sunt ob organorum pluralitatem, & sicut is erraret qui gustum & tactum in lingua aut toto corpore coniunctos eundem crederet esse sensum, quia in eodem coniunguntur subiecto, & vnus ab altero non semouetur, ita sane erraret qui eundem in toto corpore astrueret esse tactum. CII. Durorum vero corporum aliquid cum tanguntur interiacet medium. Non hic de tactu secundū molem sit sermo, quo quidem modo definita sunt in physicis duo corpora se tangere, quorum vltima sunt simul. Nam si quicquam intersies fuerit inter corpus durum, & animal tactus operationem exercens, vltima corporis duri & animalis non sunt simul, quare non se tangunt secundum molem, sed hic secundnm materiam subiectam sit mentio de tactu secundum sensum, & vt tactio sit in sensu qualitatum tangibilium perceptio. Hoc enim modo animal tangit corpus durum, quia eius qualitates tangibiles percipit. Et licet cum sit tactio vt est sensus operatio, simul interdum fiat, & secundum molem contactus, vt cum corpora mollia nullo interstite tanguntur, alia tamen est vnius & alterius ratio, vt quæ abinuicē aliqñ separari possunt. Nam fieri non potest molis contactus sine tactione sensuali, vt cum corpora inanimata contigua se tangunt. Potest item fieri qualitatis tangibilis alicui⁹ corporis perceptio, ad quod non est secundum molem contactus, vt cum lapis a manu percipitur calidus aere interstite. Non tamen idcirco putandum est tactum fieri medio extrinseco, nam licet aer interiectus medium sit per interpositionem, non tamen sentiendi est medium, quinimo afficitur simili qualitate qua corpus durum, & tangitur sensu vt obiecti subiectum, quemadmodum & corpus durum, non autem percipitur, vt tangendi medium.

❡ Duodecimi cap. annotat.

❡ Esse, rationes.

DVodecimū cap. continet duas conclusiones, vnum corollarium, vnam quæstionem, eius responsionem ad secundam. ❡ Prima conclusio. Id
104 sensuum commune est, rerum formas sine materia suscipere. ❡ Nam sicut sigillum: sigillive effigiē, formabilis cera sine ferro, ære, aut auro recipit: eo pacto patitur sensus ab eo quod colorē habet, quod sonū, quod odorem, quod saporem: & non vt vnumquodq; est, sedvt tale, talemq; habens speciem. Et quanuis hęc idem sint, ipsorum tñ esse diuersa sunt, quanuis etiam sensorium magnitudo quędam sit, esse tñ magnitudini non idem. Non em̄ sentit vt magnitu-
105 do, magnitudinemve habens, sed vt rationem, potentiamq; sentiendi. ❡ Secunda conclusio. Sensibilium exuperationes & excellentię sensum corrumpunt. ❡ Nam huiusmodi sensibilium fortes motiores, sensoriorum rationem atq; temperamentum dissoluunt. est enim sensus vt concentus quidam. Fidibus enim vehementius pulsis, canora contunditur disperitq; harmonia, tem peratumq; omne

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab ímtemperato díſſoluitur. ¶ Corollarium. Vñ nimirum cognoſcí pōt cur plantæ (etſi quędam animę partem obtineant, & tangibilibus afficiantur, caleſcant, frigeſcant, humectentur, areſcant) non ſentiant. ¶ Nam huiuſmodi quæ ad ſentiendum requiritur mediocritatem non habent, neque rerum ſenſibiliū formas ſine materia reprehendunt, ſed eas cum materia obtinent. ¶ Queſtio. An alinda ſenſu patí poſſit a ſenſibili? vt aliud a viſu patiatur a colore: aliud ab auditu, a ſono: aliud ab olfactu, ab odore: & ita in cęteris? ¶ Reſponſio. A ſenſibili vt ſenſibile eſt, quemadmodum a viſibili vt viſibile, ab audibili vt audibile, odorabili vt odorabile, nihil aliud a ſenſu patitur. ¶ Non enim a colore vt viſibile eſt, quicq̄ niſi viſus patitur, eſt enim color vt viſibile, prout eſt a viſu perceptibile, itidem a ſono vt audibile eſt, ſolus auditus patitur. Quod autem tonitruo diſcinduntur ligna & lapides. hoc non facit ſonus, ſed ſpiritus cum ſono eliſus, & ita de odore & ſapore. Patiuntur tamen plane ab ipſis, nonvt ſenſibilia ſunt, ſedvt ſunt affectiones, paſſionesve quędam: vt aer aliquid paſſus ſpirat & olet, odoratuque capitur. Hinc fit vt videre, audire, olfacere, guſtare, tangere, non ſit his paſſionibus afficí atque patí, ſed ipſis aliquid affectum ſentíre.

DVodecimi capitis ſcholiæ. CIIII. Rerum formas ſine materia ſuſcipere. Rerum formas, qualitatum ſenſibilium ſpecies, quas ſine materia ſubiecti qualitatum ſenſibilium recipit, tametſi eas ſpecies in materia ſui organi ſuſcipiat, vt viſus ſpeciem coloris parietis ſuſcipit ſine materia in qua, ſubiectoque illius coloris, & auditus ſpeciem ſoni ſine aere in quo eſt ſonus, perinde atque cera recipit effigiem ſiguræ ſigilli ſine ipſo ſigillo, & non recipiendo ſigilli materiam. Siquidē ſenſus, vt cera eſt, ſpecies in organo, vt effigies ſiguræ in cera, qualitas ſenſibilis, vt figura ſigillo inſculpta, & ſubiectum ſenſibilis qualitatis, vt ſigillum. Et ſenſus non percipit ſubiectum qualitatis ſenſibilis ſecundum id quod eſt, atque ſubſtantiam. non enim ſenſus ſubſtantias percipere poteſt, ſed ſentit ipſum vt tale eſt, id eſt vt qualitate aliqua affectum, aut habens qualitatem in ſe, vel colorem vel odorem, quemadmodum viſus nō percipit lapidem quatenus lapis eſt, ſed quatenus coloratus. Et quanuis hęc ſcilicet ſubſtātia, & ſubſtantia talis, vt lapis, & lapis coloratus, idem ſint, ipſorum tamen eſſe atq; rationes diuerſæ ſunt, huius quidē accidentaria & qualitatis, illius vero abſoluta & ſubſtantiæ. Sic licet ſentiendi organum re ipſa ſit magnum, alia tamen eſt ratio organi, & alia ratio magni. Dicitur enim organum ſenſus quod in eo nata ſit fieri ſenſatio, magnum vero, quod magnitudine ſit prædituū, neq; ipſum organū ſentit vt magnum, magnitudinemve habens, alioqui ęque oculus mortuus videret atque viuus, & ęque lingua mortua guſtaret vt viua, cum eandem retineat magnitudinem, ſed organum ſentit, vt ſentiendi virtutem habens a forma nata efficere ſenſationem in materia. CV. Senſibilium exuperationes & excellentiæ ſenſum corrumpunt. Non dicitur excellens ſenſibile corrūpere ſenſum, quia formam a materia ſeparet, reique naturalis cōpagem ſoluat, nam oculus cæci animatus eſt, quiimo & tangendi facultatem in ſe habet, acutumque vt acus ei admotum dolorem infert, quod ſolutovi dendi organo & contemperamento, non ſimul deperditum eſt tangendi organum, & in aure ſurdi adhuc eſt anima, quæ tactionem non minus quam ſi præſens adeſſet vis auditiua, exercet. ſed idcirco vehementia ſenſibilis ſenſus corrumpi dicitur, quod ſoluto contemperamento organum reddi tur ad ſenſationes ſuſcipiendas idoneum. Itaque ſenſum corrumpi, eſt ipſum deperdita contemperamenti mediocritate propriam in materia ſentiendi operationem exercere non poſſe. CVII A ſenſibili vt ſenſibile eſt, quemadmodū a viſibili vt viſibile. Id a viſibili vt ſenſibile eſt patitur, in quo vt ſubiecto ſenſibile facit ſenſationem, vt oculus patitur a colore vt viſibile eſt, quia color in oculo natus eſt viſionem efficere. Et manifeſtum eſt hoc pacto nihil aliud a ſenſu patí a ſenſibili, cū ſenſibile ad ſenſum referatur. Id autem patitur a ſenſibili vt paſſio & affectio quædam, quod ſubiectum eſt qualitatis ſenſibilis vt paries hoc mō patitur a colore, quod color in eo ſit tanquam accidēs in ſubiecto. Et hoc modo aliud a ſenſu patitur a ſenſibili, ſcilicet ipſorum ſenſibilium ſubiecta lapides ligna, cæterę que res inanimę quibus inſunt ſenſibilia, colores, odores, ſapores. Etiā ipſa ſentiendi media qualitatem ſenſibilem eiusve ſpeciem ſuſcipientia, patiuntur ab eis non vt ſenſibilia ſunt, ſed vt ipſorum accidentia, vt aer ſuſcipiens coloris ſpeciem, aut ſpeculum. Imo in proprīs organis interdum hæ ſpecies ſunt vt affectiones ſolum, & ſenſationem non efficiunt vt cū quis dormit apertis oculis (quod lepores natura meticuloſi facere memorantur) color externus pręſens oculo ſuam pręſente lumine efformat ſpeciem in oculo, tanquam in ſpeculo ſuam imaginem, tamen viſionem non efficit, q̄ huiuſmodi ſpeci es ab oculo non apprehēdatur neq; perſentiatur, ob ſpiritus viſiuos retractos ab oculo per ſomnū, qui ita requiruntur in oculo vt colorē ꝓcipiat, ſicut lumen in aere vt externus color percipiatur. Et q̄admodū ſole nubib' obducto retrahitur a terris eius lumē quodquidē nube diſſoluta redit, ita corde obuoluto vaporibus efficientibus ſomnum, retrahūtur ſpūs viſiui ab oculo, & cęterorū ſenſuū organis ſpūs ſenſitiui, quare non fit ſenſatio. At vaporibus illis diſperſis, vt fet in experrectione, redeūt ad ſingulos ſenſus ſui ſpūs, & rurſum fit ſenſatio. Quocirca videre nō recte diffiniretur, q̄ ſit colore affici, ſiue colorem in ſe habere, nam hoc omni

bus corporibus naturalibus conuenit. Et quanuis oculus videns in ſe proprium habeat colorem, quo vt accidente afficitur, non tamen videt eo quod huiuſmodi in ſe habeat colorem, alioqui dormiens aut in tenebris conſtitutus videret, cum æque atque vigilans & in lumine ſit coloratus, ſed dicitur videre, quia per ſpeciem coloris in ſe formatam, colorem perſpicit quare oculus bifariam a colore patitur, ab intrinſeco ſcilicet, & ſibi connaturali, vt ſubiectum a ſuo accidente, ratione cuius non magis dicitur videns quam lapis aut lignum a proprio colore. Inſuper & ab extero colore patitur oculus imprimēte in eo ſuam ſpeciem, & illius ratione oculus eſt perſpiciens. Neque etiam videre eſt coloris ſpeciem in ſe habere, cum ſit aqua & aer ſentirent, ſed eſt id quod colorem haber, viſu percipere. Et ita de cæteris ſenſibus,

¶ Paraphraſeos in ſecundum Ariſtotelis de anima, & in eundem ſcholiorum, finis.

Primi capitis paraphraſeos in .III.

Ariſtotelis de anima, annotat.

¶ Sedes, ſentiendi organum. ¶ Magnitudo res magnitudinem habens.

TErtius liber de anima continet tredecim capita. Primum duas concluſiones, vnum corollariū ad primam, vnam quæſtionem, & eius reſponſionem ad ſecundam. ¶ Prima concluſio. Nullus præter quinque, viſum, auditum, olfactum, guſtum, & tactum, alius ſupereſſe exiſtimandus eſt ſenſus. ¶ Primo. Quia omnes ſenſus habemus, & nos ſolos quinque nominatos habemus. Tametſi enim plures tactus poſuerimus, quia tamen omnia tangibilia vt tangibilia ſunt, tactu percipimus. illos vnius ſenſus nomine cenſemus, non eſt igitur alius a poſitis quinque ſupereſſe exiſtimandus ſenſus. ¶ Secundo. Si aliquis ſenſus nobis abeſſet, & aliquod nobis ſentiendi organum abeſſe oporteret. At vero nobis nullum deficere apparet. nam organi corpus vno aut pluribus elementis conſtat. ex humore autem conſtat, pupilla & viſus. ex aere auditus, olfactusvero promiſcuus, nunc ex hoc, nunc ex altero eſt. nam aquatilium odoratus ex aqua, cæterorum ex aere ignis nullius eſt ſed omnium communis, omnibuſque contemperatus habetur, quod nihil præditum ſenſu, calore vacet. Ex terra etiam nullum eſt organum, quod ineptiſſima ſit ad ſentiendum. maxime tamen tactui eſt immiſſa. nullum igitur
2 videtur nobis deficere ſentiendi organum. ¶ Corollarium. Hinc fit vt extra aerem & aquam nullum ſit ſentiendi organum. Aquatilibus enim ad percipiendos colores, ſonos, & odores, ſufficit aqua, & terreſtribus aer, & vtrūque vtriſque commune eſt, & idoneum. Et non modo homines omnibus ſenſibus, & omnium ſenſuum ſedibus pollent: ſed & animalia perfecta omnia, & non aliquo mēbro capta. imo & talpa oculos habere videtur ſub cute latētes. ſi igitur pręter quatuor elementa, & quæ ex his concreta ſunt, nihil ſenſibilium exiſtat, nullus profecto ſenſus, nullaque ſentiendi fides deficere videtur. ¶ Quarta. Nam exiſtimare oportet nullum deficere ſenſum cōmunibus ſenſibilibus deprehendendis aptum: eaque quolibet poſitorū ſenſuū per accidens deprehēdi. ¶ Cōmunia ſenſibilia ſunt vnus, numerus magnitudo, figura, motus, & quies: q̄ falſum eſt a quolibet poſitorum ſenſuum per accidens deprehendi. Nam magnitudo viſui ſpeciē ſuā imprimit, oculumq; mouet, quare & figura, eſt em̄ figura magnitudo q̄dam. Et vnuſquiſque ſenſuum, vnum & numerum propriī ſenſibilis, continui priuatione dignoſcit & motus, vt magnitudo cognoſcitur & quies, mōtus priuatione. non itaque deeſt quo ſenſibilia communia per ſe cognoſcatur. Non neceſſarius igitur quicunq; alius pro ipſis deprehendendis aſſignaretur ſenſus, & haud ſecus atque ab eo deprehenduntur. non igitur alius exiſtimandus eſt deficere ſenſus. Vnde quę per accidens ſentimus, forma ſpecieq; ſenſum nō afficiunt. Fitque

Universidad de Deusto
Biblioteca

id duobus modis. Primo, quomodo dicimus nos sentire Cleonis filium, nō quia filius sit Cleonis, sed quia albus sit: cui accidit esse Cleonis filius. Secundo quō singuli sensus sensibilia reliquorum sensuū sentire differentur: non quidem ipsorū ratione, sed quia oēs in vno communi (de quo futurus est sermo) conueniunt. Exempli causa, aliquis fel flauum vidit, quod seorsum gustauit, & inuenit amarum. ideo viso atque inspecto flauo putat esse amarum. Et eiusmodi iudiciū non tam visus est quam communis interioris sensus. non enim est aut gustus, aut visus, talia vnum aut plura esse iudicare, discrimenq; internoscere. Clare igitur dilucet plures sensus q̄ quinq; esse non posse. ¶ Quæstio. Sed queret aliquis, cur natura plures ordinauerit sensus, non vno sensu contenta, quo oia sensibilia vt cōmunia discerneret? ¶ Nos huic quęstioni hanc adhibemus responsionē, quo sensibilium differentię nobis perspectiores exploratioresq; habeātur, et quo sensibilia propria magis a cōmunibus cognoscantur differre, sitq; distinctionū rerū maior certitudo. Si em̄ solus esset visus, & hic albi, magis nos lateret albedinis & magnitudinis diuersitas (quia se mutuo sequūtur) q̄ cū alio quoquam sensu magnitudinem percipimus, quo non percepimus albedinē. ita si oim̄ esset vnus sensus, non vsq; adeo explorata esset eorū diuersitas, & hęc vel sola ratio sufficere potest.

cur natura plures ordinauit sensus

PRimi capi. Tertij de anima scholia I. Ignis nullius est, sed omnium communis. Aristoteles in lib. de sensu & sensato, attribuit olfactui ignē, magis quā cętera elementa. Id tamen dictū huic loco nō repugnat, qui plane intelligendus est, ignē nulli esse sensus organo peculiarem in tanta excellantia, & adeo insigni dominio, vt aer in auditu, & aqua in visu. Enimuero nec tantum ignis est in olfactu, quantū aut aquæ in visu aut aeris in auditu, tametsi plus sit in eo ignei contemperamenti, quā cæterorum elementorum. Cum autē dicit litera olfactum participare naturam aut aeris aut aquæ, loca in quibus degunt animalia, attēdit, & ab illis contemperamēti denominationē sumit. Consimili modo cū subiungit ex terra nullū esse organum, id intelligēdū est, in tanta excellentia, quanta est aquæ in visu, aut aeris in auditu. Enimuero tactus & etiam gustus, qui tactus quidem est, idemque habens elementorum contemperamentum, quo quinque sensibus quatuor elementa sufficiant, terræ habent dominium, minus tamē excellens quā in cæteris sensuum organis est aliorum elementorum contemperamentum. II. Hinc fit vt extra aerem aut aquam nullū sit sentiendi organū. Sententia corollarii est, nullum esse sentiendi organū, quod aeris aut aquæ in se contemperamentum non habeat, quodve alterius elementi quā aeris aut aquæ excellens aut insigne sortiatur contēperamentū. Nā de organo visus & auditus id perspicuū est. Olfactus aūt cum primo & præcipue ignis habeat contemperamētum, & aer igni plusquā aliud elementū concordet, habet olfactus secundo loco aeris contēperamētum, quare eius organum non est extra aerem. Et gustus simul cū tactu præcipuū habent terræ cōtemperamentū, cui quidē aqua plus cæteris consona & symbola est. quare secundo loco aquæ habent cōtēperamētū. non est igitur eorū organū extra aquam. Vnde cū in vnoquoque sensus organo quatuor sint elementa, cognito eo quod est in excellentia, facile est cognoscere quod aliorū magis, quod ve minus inest, secundū aliorū ad primū & excellens elementū habitudinē. Nā quæ aliorum cū primo & dominante magis cōueniunt, plus insunt, vt secundo loco elementū symbolū, & magis conforme, tertio loco elementum symbolū, magis tamen quā alterū a primo discrepans, & quarto loco elementum non symbolum. Quod subiecta descriptio apertius elucidabit.

Elementū in organis sensuum ordines	Primū & excellens	Secundo loco excellens	Tertio loco	Quarto
Visus	Aqua	Terra	Aer	Ignis
Auditus	Aer	Ignis	Aqua	Terra
Olfactus	Ignis	Aer	Terra	Aqua
Gustus, Tactus	Terra	Aqua	Ignis	Aer

Eodem quoq; modo in quouis mixto cognito elemento quod est in excellētia, facile est cognoscere quæ cæterorum magis & quæ minus insunt, secundum eorum ad primum symbolā vel non symbolam habitudinem. Et quanuis olfactus organum igni attributum fuerit, gustus autem & actus terrę, non tamen eorum organa extra aerem aut aquam sunt, cum & aerem & aquam saltem in minore excellentia obtineant, ignem autem & terrā in insigni excellentia habeāt. III. Cōmunia sensibilia sunt, vnus, numerus, magnitudo. Id intelligendū de vno & numero rerum numeratarū, quænes, sunt sensibilia propria, vt capite etiā sexto huius annotatum est. Nil enim aliud est vna albedo quam albedo, & duæ albedines q̄ albedines. Vnum vero magnitudinis, vnave magnitudo & nu-

merus magnitudinis, siue plures magnitudines, sunt sensibilia cōmunia, sicut & magnitudo res numerata. Sequuntur enim vnum & numerus naturam & conditionem rerum numeratarum, eodemque modo sentiuntur. Imo vnum & numerus ambiunt omnia sensibilia, & adeo diuersa inueniuntur sensibilia. Vnum denicq; & numerus sensibilium per accidēs, vt vnus homo, duo homines, idem tidem sensibilia sunt per accidens, vt res numeratæ. Cæterum in sensibilium communium enumeratione motus potissimum pro motu secundum locum capitur, alij autē accidētarijs motus etiam sensibilia sunt, eo scilicet mō quo res ad quas fiūt, vt augmētatio & diminutio sensibilia sunt communia, quia visu & tactu percipiuntur, sicut magnitudo terminus ad quem vtriusq;. Alteratio ad qualitates proprias sensibiles, vt colorem, sonū, odorem sensibile est proprium & per se, quemadmodum & termini ad quos proficiscitur.

¶ Secundi cap. annotat.

¶ Idem esse actu sonum & auditionem, de sono intellige citra materiam in auditu suscepto, & non de eo qui foris euagatur. ¶ Sensus, sensatio, visus, visio, auditus, auditio. ¶ Sensus actu, nomen actus, vt auditus actu. ¶ Sensus potentia, nomen potentiæ. ¶ Indiuisibile numero, vnum numero. ¶ Ratio, proportio.

5 SEcundum cap. continet sex conclusiones, duo corollaria ad secundam vnum corollarium ad quartam, vnam instantiam, & eius solutionem ad sextam. ¶ Prima conclusio. Dubitatio existit, nec immerito, cum sentim̄ nos videre, & audire, an id eodem sensu percipiamus, an alio. ¶ Nam si alio dixeris, eiusdem obiecti duos sensus facies, eū scilicet qui primo obiectum (vt colorem) intuetur: & eum qui primum sensum colorem intueri iudicabit, qui, vt primus, colorem apprehendet. Fieri em̄ nequit vt sensus aliquis visum colorem apprehendere iudicet, qui pariter non apprehendat & colorem, & ita de auditu & cæteris. Et si fuerit alius, vt posuisti, cur non erit iterum qui de ipso secundo iudicet, & iterum alius qui de tertio, & hoc abeat in infinitum: aut tandem decumbatur in aliquo, qui seipsum cognoscat: quod si sic, cur primus eadē ratione seipsum nō sentiebat. Sed esto dicas modo nos non alio sensu sentire, vt videre, & percipere nos videre. Primo hoc ingeret difficultatem, q̄ idem sensus sentiet seipsum. Secundo, q̄ a visu percipitur, color est, aut colore affectum. est enim color, eius proprium obiectum. si igitur percipit se videre, & eius visionem colorē aut coloratam esse oportet. Tertio, nō eodem mō sp̄ discernit visus, nā discernit lumē, speciē suscipiendo, tenebras itidē discernit, sed nihil suscipiendo, nonne igitur sentit se sentire tenebras, cū nihil sentiat? Hæc nimirum dubita
6 tionem ingerunt, quid potissimum hac in parte sit sentiendū. ¶ Secunda. Quod sentit, vt quod colorem perspicit: aliquo pacto sensibili, vt colore, delibutum affectumq; est. Nam instrumentum omne quo sensus administratur, sensibilium formas (vt iam dictum est) sine materia recipit, vt colorem, vt sonum, vt odorem citra materiam, est igitur quod sentit, quodammodo sensibili delibutum, atq; af-
7 fectum. ¶ Primum corollarium. Hinc euenit, vt sensibilibus remotis sensationes in sensibus aliquandiu perdurare videantur. ¶ Nam huiusmodi species citra materiam susceptæ, aliquandiu absentibus suis obiectis resides permanent, fitque his perdurantibus sensatio. ¶ Nam rei sensibilis actio, sensatioque, vna, eademque est, esse autem non idem: vt idem actu sonus & auditus actu. Non autem id dico de auditu potentia (fit enim, vt qui talem auditum habeat, non audiat) & neque de sono potentia. quod enim talem sonum habet, non idcirco sonum elicit: cum autem aliquid sonum elicit, auditusque fit actu, alterum sonationem, & alterum auditionem dicimus. ¶ Secundum corollarium. Fit iterum vt sonus actu & auditio in eo sint quod patitur, & quod potentiale est. Nam motus, actio, & passio, in eo est quod patitur ac mouetur: & sonus actu siue sonatio, sonantis est actio, auditus vero actu, siue auditio eius quod audire potest, passio. sunt igitur sonus actu, & auditio, in eo quod patitur, & quod potentia tale est, agentis enim & mouentis operatio, in eo fit quod mouetur. Quo fit vt quod mo-
8 uet, nō oporteat motu moueri. ¶ Tertia. Veteres naturæ interpretes haud sane

cuiusq; sensus instrumentū formas sine materia suscipit

actio rei sensibilis & sensatio idem

sonus actu in quo sit & auditio

Universidad de Deusto Biblioteca

aſſeruerunt colorem ſinevíſu,& ſonũ ſine auditu(& ita in cęteris)eſſe non poſſe.
ſeſibile ſin̄ ſenſu ẽẽ poteſt
¶Nam cum ſenſus ſit duplex,actu,& potẽtia,ita ſenſibile duplex eſt actu,& potentia:& quilibet in particulari ſenſus,itidem duplex, & particulare ſenſibile,duplex:vt viſus actu,viſus potentia,auditus actu,auditus potentia, olfactus actu,olfactus potentia.ita de guſtu & tactu . Senſibilibus vero aliquib⁹ noĩa poſita ſunt: vt in auditu ſonus & ſonatio,in olfactu odor & odoratio,inviſu non habem⁹,quõ a colore nomen actus deriuemus,nec in guſtu nomen guſt⁹ a ſapore. Modo q̃uis actu ſenſibile, ſine ſenſu eſſe non poſſit:id tñ de ſenſibili potentia,vt colore,odore,ſapore,perperam aſſereretur.Non itaq; ſimpliciter eorũ ſententia,ſenſibile ſine ſenſu eſſe non poſſe,probanda eſt.¶Quarta.Qui ſenſus rationes quaſdã,pro- 9
portiones harmoniaſq; aſſerunt,haud irrationabiliter loqui videntur.Nam cum vocum ſint harmonia & concentus,colorũ picturę,odorũ pigmenta atq; fragrantię,& ſenſus vt auditus nunc ſit ſonus,nuncvero non : aliq̃n ſit concent⁹ & ratio: & ita deviſu,odoratu,& cęteris.Et cũ ea quę moderamen proportionemq; excellunt,ſenſus corrumpant,vt exuperans graue & acutũ auditum,nimium ſplendidum & tenebroſumviſum,vehementer,& grauiter olens ſiue dulce ſiue amarum olfactum :non ab re dictum eſſevidetur,ſenſus rationes quaſdam proportioneſq; eſſe.¶Corollarium. Quapropter ſenſibilia , ſyncera , atq; ſimplicia (vt ſimplex 10
acutum,graue,dulce,ſalſum)cũ adinuicem miſcẽtur, bonaq; proportione temperantur,ſenſui iucundiora,atq; delectabiliora ſunt vt auditui delectabilior concentus,q̃ ſimplex graue aut acutum,& tactui,calido,frigido,humido,& ſicco,cõtemperatum,rationemq; hñs,amicum eſt & iucundũ,ſimplex aũt calidum aut frigidum,non.Senſus em̃ in quadam ratione proportioneve conſiſtit : q̃ exuperantia
ſeſus in̄ proportion conſiſtit
dolorem afferens corrumpit.¶Quinta. Alterum ſenſum,qui diuerſorum ſenſu- 11
um ſenſibilium differentias dijudicet,eſſe oportet. Namvnuſquiſq; ſenſuum(de quibus hactenus egimus)eſt vnius ſenſibilis obiecti : cuius differentias in ſua ſede diſcernit ac iudicat:vtviſus,albi & nigri:auditus,acuti & grauis:olfactus & guſtus,dulcis & amari. Atqui ſenſibilia album & dulce vi quadam ſentimus differre,non aũt viſu,nam dulce non apprehendit,neq; guſtu,quia non apprehendit album,eſt igitur alter ſenſus , illorum diſcerniculum & differentiã apprehendens: vt ſenſibilia ſenſu(quemadmodũ rationabile eſt)internoſci diſcerniq; dicantur. eſtq; is ſenſus interior occultiorq; q̃ tangendi ſedes. Male itaq; putaretur vltimã carnem eſſe tangendi ſedem,quæ tangendo diſcerneret.¶Sexta.Sicut vnus ſen 12
ſus eſt qui iudicat album differre a nigro,ita & vnum ſenſum, q̃ huiuſmodi differentias diſcernit,eſſe oportet.Nam ſi diuerſæ ſint vires,quarum altera hoc apprehendat,altera vero illud:nullum diſcrimen inter ſenſibilia conſtituere potuerũt:
aduerte dicti
non ſecus ac ſi tu clam me aliquid perceperis, ego vero clam te alterum perceperim : non fieri poteſt vt ab vtroq; noſtrũ neq; ſimul neq; ſeorſum quæ apprehenſa ſunt,cognoſcantur diuerſa ac euariantia.ſedvnum eundẽq; quivtrunq; cognoſcat,eſſe oportet.Neq; igitur ſenſibilia a diuerſis ſenſib⁹apprehenſa,ſed ea diſcernens & iudicans eſſe diuerſa,vnum eſſe oportet.Sicut igitur vnus ſenſus iudicat album a nigro differre,ita qui iudicat album differre a dulci,vnus erit . Et nõ modo ſenſus ille vnus eſt,ſed & ſimul tempore diuerſorum affert iudiciũ : & duo,vt pulchrum & amarum,malum & bonum,iudicat nunc eſſe diuerſa: & non per accidens :quia nunc dicat eſſe diuerſa,ſed dicit eſſe nunc diuerſa.quo fitvtvnus inſeparabilis,& tempore inſeparabili diuerſa diſcernat.¶Sed inſtabis.Impoſſibile eſt idem,& indiuiſibile,& tẽpore indiuiſibili,motib⁹ agitari contrarijs.Dulce autem & amarũ ſenſum mouent motibus contrarijs,pariter & albũ & nigrũ non igitur ſimul illa dijudicat.¶Dicimus ſenſumvnum eſſe, & numero ĩpartibilem & tempus in quo ſentit:ipſum tñ ratione eſſe diuerſum,& ſicvno modo,vt numero,indiuiſibilis eſt:altero vero mõ,vt ratione indiuiſibilis. Sed hoc non ſatis eſt. nam idem numero(etſi ratione multa ſit,varieq; diuiſibilis)ſimul album pariter

& nigrum eſſe non poteſt. ¶Proinde ipſum numero inſeparabilem , indiuiſibilem,&vnum eſſe dicimus,ſimilemq; circuli cẽtro,ad quod vndequaq; ex circunferentia lineæ diriguntur.Ita quoq; is ſenſu quem cõmunem, & aliorum principem nominare poſſumus,aliorum ſenſuum vt centrum eſt:& vndequaq; ex vnoquoq; ſenſu ſenſibiles ad ipſum diriguntur lineæ,qui vnus & idem manens , apprehendit,dijudicat,& diſcernit.Quo enim diuiſibilis, diuerſas apprehendens lineas,vt varia & diuerſa apprehendit,quo vero vnus , & numero indiuiſibilis,eadem plane vt vnus apprehendit,& apprehenſa diſtinguit.

quomodo ſe habeat interior ſẽſus ad reliquos ſẽſuũ obiectos

SEcundi cap.ſcholia. V. Nam ſi alio dixeris , eiuſdem obiecti duos ſenſus facies. Cum quæſtioni in litera propoſitæ reſpondendum ſit.nos alios ſenſu quicquam ſentire,& percipere id ſentire,illud enim exteriori ſenſu,vt viſu, vel auditu efficimus,hoc vero ſenſu interiori , qui ſe conuertit ſupra ſenſus exterioris functiones,& de ipſis dijudicat , quod quidem exterior ſenſus de proprijs operationibus efficere non poteſt,hinc diluendæ ſunt ipſius literæ duæ rationes,aſſertionem huius partis impugnantes . Quarmu prima quidem diſſoluitur,admittendo vtrunque ſenſum, & eum qui primo ſentit, & eum qui iudicat primum ſentire , eundem numero ſentire colorem . Nam non eſt inconueniens , duos ſenſus , vnum exteriorem , & alterum interiorem , eundem percipere colorem,licet incommodum putandum eſſet duos ſenſus exteriores eundem percipere colorem,quandoquidem color ſenſibile eſt proprium Præterea alio modo percipitur color a primo ſenſu & ſecundo nam a primo immediate,& nulla præcedẽte ſenſus operatione diſcernitur. a ſecundo vero immediate,& antecedente prioris ſenſus operatione . Secunda vero ratio diluitur negando tertium quempiam ſenſum poni poſſe,qui idem de ſecundo iudicet,quod ſecundus de primo. Namvis ſenſitiua binario completa, perfectaque exiſtit , ſcilicet virtute ſenſitiua exteriori & interiori. quocirca nulla alia vis ſenſitiua a prima & ſecunda . de ſecundo ſenſu quod ſentiat iudicare poteſt,cum nulla ſit reliqua,neque ſecundus ſenſus de ipſo iudicare valet, quẽadmodum de primo fert iudicium namvis cognoſcẽdi corporea non ſe reflectit ſupra ſuas operationes. Vis autem ſentiendi interior, virtus eſt corporea . Veruntamen ſuperior eſt cognoſcendi virtus ſupra ſenſum,quæ iudicat ſecundum ſenſum ſentire,vtpote vis intelligendi , qua facile apprehendimus nos interiore ſentiendi facultate quicquam perſentire,quod ea dignior ſit & valentior,quam extera aut interna ſentiendi virtus,de quarum vtraque hauddubie dijudicat. Neque querenda eſt rurſum altera quæ iudicet intelligendi virtutem intelligere. Nam ipſa virtutum cognoſcendi extrema eſt digniſſima,non egens organo corporeo.idcirco ſe ſupra reflectit, & conuertit ſupra ſuas operationes,atque per eam intelligimus nos intelligere . Nempe intellectus ſeipſum intelligens eſt vt oculus ſeipſum videns,quare in eo ſit cognoſcendi ſtatus ſine vlteriori progreſſu . Siquidem ſenſus exterior eſt vt linea,vt prẹſens,vt vnitas. Interior,vt ſuperficies,vt prẹſens,& prẹteritum, vt binarius,Intellectus vero,vt corpus,vt præſens,præteritum & futurũ,vt ternarius. Et ſicut magnitudo perfecta in ternario conſiſtit,neque vlla eſt magnitudo reliqua,ita quoque & cognoſcendi virtus ternario completur , & intellectu abſoluitur, vltra quẽ nulla ſuperat cognoſcendi facultas. VII. Rei ſenſibilis actio,ſenſatioque,vna,eademque eſt. Quemadmodum calefactio ſolis vt agentis efficientiſque & calefactio aeris , vt patientis atque ſuſcipientis , re ipſa idem ſunt , ratione tamen diuerſa . cum hoc paſſionis , illud vero actionis rationem obtineat , quippe dicitur calefactio ſolis,quod ſit a ſole,calefactio vero aeris,quod ſit in aere,ſic qualitatis ſenſibilis actio , & ſenſatio, vnum & idem ſunt numero ſolumq; rationis habet diſcrimẽ. Nẽpe rei ſenſibilis actio,rationem actionis habet, & eſt ſpeciei ſenſibilis a ſua qualitate in organo ſenſus ꝓductio. Vbi non ab re adiectum putetur, in organo ſenſus,quanuis idipſum ad rationem actionis non attineat, ſed ſecludendum productionem ſpeciei ab obiecto,quæ ſit in ipſo ſentiendi medio, ea enim cum ſenſatione eadem non eſt.Senſatio vero eſt ſpeciei ſenſibilis in organo ſenſus ſuſceptio , & rationem habet paſſionis . Sic idem eſt ſonus actu & auditus actu ſecundum rem diuerſa tamen ſecundum rationem. Nam ſonus actu eſt ſpeciei ſoni ab extero ſono in auditu productio, & actionem ſignat. Auditus autem actu eſt ſpeciei ſoni in organo auditus aprehenſio , & paſſionem denotat . Imo vtrunque re ipſa non eſt niſi ipſa ſoni ſpecies,quæ in organo auditus ſuſcipitur,quemadmodum motus , & mutatio aliud non eſt,quam ea ipſa forma aut affectio quæ per eam acquiritur aut deperditur. ſic actu color & viſio idem ſunt , actu odor & olfactio , & ita in cæteris ſenſibus. VII. Nam cum ſenſus ſit duplex actu,& potentia.Senſus actu,ſenſatio idem,ſenſus potentia, vis ſenſitiua , ſenſibile actu, ab ipſo ſenſibili obiecto in organo ſenſus producta ſpecies . ſenſibile potentia , eſt præcipuum externumque ſenſibile,vt color in lapide,odor in flore,ſapor in lacte. Itaque hæc quatuor huiuſmodi habent inter ſe habitudinem penes id quod eſt vnum poſſe eſſe aut non poſſe eſſe ſine altero. Primo ſenſus actu non poteſt ſine ſenſu potentia exiſtere,tamen contra ſenſus potentia ſine ſenſu actu plerunque exiſtit,vt in dormientibus.Secundo ſenſus actu ſine ſenſibili actu exiſtere non poteſt, neq; contra .Oſtenſa ſunt enim ambo eſſe inter ſe eadem ſecundum rem, & ratione ſola diſcrepare. Tertio ſenſus actu ſine ſenſibili potentia eſſe non poteſt.nam ſine extero ſenſibili non ſit ſenſatio. Contra tamen ſenſibile potentia ſine ſenſu actu eſſe poteſt , vt in tenebris eſt color ſine viſione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quarto. Sensus potentia sine sensibili actu esse potest, vt in dormiente. Contra tñ sensibile actu sine sensu potentia esse nequit, quia non potest esse sine sensu actu, qui etiam sine sensu potentia esse non potest, vt dictum est. Quinto. Sensus potentia sine sensibili potentia natura esse nõ potest. Nam sensus potentia, sine animali esse non potest. At animal omne, colore & tactilibus qualitatibus natura est præditum. Contra tñ sensibile potentia sine sensu potentia esse potest. Nullo enim existente animali, nõ esset sensus potẽtia, & tamẽ adhuc essent colorata, calida, frigida, & similia, quæ sunt sensibilia potentia. Sexto. Sensibile actu, sine sensibili potentia esse non potest. Nam sensibile actu siue species sensibilis, a sensibili potentia in prospectu formatur in organo, vt effigies a vultu præsente in speculo. Contra tñ sensibile potentia sine sensibili actu esse potest, vt in tenebris color, & nullo prorsus audiente sonus. XII. Et non modo sensus ille vnus est. Sensus ille, diuersorum sensuum exteriorum sensibilia dijudicans, & percipiens sensus est interior, qui reuera vnus & idem est numero, sed ratione diuersus. Vnus quidem, quia non modo eadem est forma substantialis effectiua sensationum interiorum, sed & eadem omnino materia susceptiua specierũ coloris, soni, odoris, & cæterorum, & idem prorsus contemperamentum atq; organum, perinde atq; idem numerovi sus organum percipit albedinem & nigredinem. Vt enim sensus exterior sese habet ad percipienda eiusdem sensus sensibilia contraria, ita interior ad percipienda quorunuis sensuum dura sensibilia. Quare dignoscitur internus iste sensus maiorem habere vnitatem quã exterior. nam licet eadem sit forma substantialis effectiua sensationum externarum, non tamen eadem est materia illarum susceptiua, neq; idem omnium aut organum, aut contemperamentum. Attamen interior sensus rationis habet diuersitatem, quia, vt natus colores percipere, dicitur visus interior, vt sonos, auditus, & ita secundum sensibilium varietatem, diuersam sortitur denominationem, idem tamen re ipsa est visus interior, auditus, olfactus, & ita de reliquis. Cæterum operationes sensus interioris, quales sunt visio interior, auditio interior, & consimiles, nõ modo numero, sed & specie differunt. Alterius enim naturæ est per sensum interiorem coloris perceptio, & soni, & tãtum habent discrimen, quantum species ipsæ a sensu exteriore in interiori receptæ. Nempe vt a circunferentiæ diuersis partibus vndiq; ad centrum conueniunt lineę, ita ab vnoquoq; sensuum exteriorum ad sensum interiorem species sensibiles, quæ in organo sensus interioris, vtpote cerebro fixæ, & permanentes sunt. Et cum ad eas se conuertit vis sentiendi interior, fit sensatio, cum vero non sese conuertit ad eas, non fit sensatio, quemadmodum existens in camera vndique depicta, eam quam attendit picturam percipit, ad quam vero non flectit oculos, eam minime perspicit. Hinc non minus in absentia quam præsentia obiecti interior sensus suam peragit functionem, quo a sensu exteriori dissidium patitur, qui in prẽsentia obiecti solum sensationem facit, & non in se speciem habet, quin per eam sentiat, quia species illę quas sensus exterior recipit, non iuges sunt & permanẽtes, sed fluxę & euanidæ. Neq; oportet si potentia sentiendi interior sit eadem numero, suas operationes esse easdẽ specie. Nam species sensibilium diuersorum sensuum in sensus interioris organo recõditæ, specie discrepant, quæ etiam concurrunt vt instrumenta ac efficiendam sensationem, perinde atq; non efficitur, si vnus est numero hominis visus qui albedinem percipit & nigredinem, visionem albedinis, & nigredinis esse eadem specie. Sed instabis. Impossibile est idem, & indiuisibile, & tempore indiuisibili. Nonnulli respondent huic obiectioni, primas, & præcipuas qualitates sensibiles esse quidem adinuicem contrarias, sed earum species, vt albedinis, & nigredinis minime adinuicem contrariari neque repugnare. idcirco non esse inconueniens, contrariarum qualitatũ species simul esse in eodem subiecto. Sed ea responsio non videtur rationi consentanea, neque Aristotelicæ sententiæ accommoda. Nam accidentia quæ sunt imagines quędam substantialium formarum adinuicem contrariarum, magis distant a formis substantialibus suis exemplaribus, quam species qualitatum sensibilium a primis qualitatibus sensibilibus, minorque est illorum quam horum naturæ conuenientia. Siquidem substantiæ & accidentia genere entis abinuicem differunt, & non solum vt exemplar & vestigium, qualitates autem sensibiles, & earum species in organis susceptæ, eodem entis genere comprehenduntur, cum sint ambo accidentia. At accidentia sunt adinuicem contraria, sicut & substantiæ, ergo etiam species qualitatum sensibilium contrariæ sunt, sicut & ipsæ qualitates sensibiles, vt si qualitates sensibiles sint simpliciter contrariæ, vt maxime album, & maxime nigrum, & ipsæ species earum sensibiles itidem simpliciter sunt contrariæ, neq; possunt simul adesse eidem. Si vero primæ, & exteræ qualitates sunt contrarię secundum quid, & earum species sunt secundum quid contrariæ, & possunt se simul admittere in eodem secundum aliquid sui. Quæ enim qualitatis ad qualitatem est repugnantiæ vel conuenientiæ habitudo, eadẽ quoque est specie ivnius ad speciem alterius. Quocirca altera adhibenda est responsio dictę obiectioni, quod impossibile quidem est idem secundum eandem eius partem moueri motibus contrariis, non tamen secundum diuersas partes, integrales. Modo sensus & exterior & interior suscipit species contrarias, non secundum eandem organi partem, sed diuersas, vt speciem albedinis secundum lineam albedinis porrectam ab albedine ad oculum secundum vnam oculi partem, & speciem nigredinis secundum lineam nigredinis porrectam a nigredine ad oculum secundum alteram oculi partem, quę quidem duæ lineę non se confundunt, nec permiscentur, sed extra se manentes & diuersæ sunt, alioqui colores a se distantes, & in diuersis subiectis, non repræsentarent. Quod si in aliqua medii parte vt aeris simul conueniant duæ species contrariarum qualitatum, aut valentior impedit imbecilliorem per eandem partem diffundi, aut æque fortes se mutuo remittunt, sicut calidum & frigidum in tepido.

Sẽsum interiorẽ esse vnicũ.

Species qualitatũ cõtrariorũ adinuicem contrariari.

¶ Tertij cap. annotat.

¶ Semper vera potentia dicitur, quæ semper suę operationi, rei correspõdentia habet. ¶ Falsa, cum rei correspõdentia deest. ¶ Sensus, sensus exterior. ¶ Phos, photos, lumen. Inde deducitur phantasia.

13 Tertium cap. continet vnam quęstionem, antiquorum responsionem, tres conclusiones, tres rationes ad primam partem primæ, & duas rationes ad secundam, quinq; ad primam partem tertię, & duas rationes, vnum corollarium, phantasiæ definitionem, declarationem, duo corollaria, differentiam sensus & phantasiæ, & quæ aĩalia natura phantasia regantur, post quartam partem eiusdem. ¶ Quęstio. Cum aĩa motu secundum locum sensu, discretione & intellectu maxime discernatur, an intellectus a sensu discrimen patiatur? Et plane antiquorum sententia est, ipsa non distare: & intelligere, sapere, & sentire, eidem esse. Canit enim Empedocles.

Sic homini ut reliquis augescit adusque uoluntas:
Hinc homini semper mens & sapientia crescit.
Tælem animum plane mortalibus esse necesse est,
Qualem quotidie primo deus efficit ortu.

Et homerus.

¶ Et hi intelligere & sapere, perinde atq; sentire credunt esse corporis: & simile
14 (vt superius dictum est) suum pernoscere simile. ¶ Prima conclusio. Non idem est sensus & intellectus: neq; cognitionis sufficientẽ causam adhibuerunt. Nam cum animal plus sit in errore q̃ scientia, dicere debuerunt vnde error, & deceptio cognoscendarum rerum nascatur. Et siue negauerint esse deceptionem vllam, dixerintq; quę apparent omnia, vera esse: siue deceptionẽ fateãtur ex dissimilium contactu absonum vtrunq; videbitur. Nam qui vnum contrariorum cognoscit, cognoscet & alterum: & qui circa vnum errat, errabit & circa alterum, contrariorum enim scientia eadem, idemq; error habetur. Et quod ad alterum sit sensus, & intellectus, statim cognitũ est. ¶ Primo. Quia oĩbus aĩalib⁹ adest sensus, intellectus vero perquam paucis. ¶ Secundo. Intelligendo, recte percipimus, & non recte, & eiusmodi recta perceptio, prudentia, scientia, & opinatio vera dicitur. non recta vero, contrarijs nominibus. At propriũ est sensus, vt semper sit verus, & omnibus assistens animalibus. ratiocinatio autem plerũq; falsa est. ¶ Tertio. Cuicunque intellectus adest, eidem adest & ratiocinandi virtus, & cui illa non adest, neq; eidem intellectus aderit. Atqui complura sunt animalia quibus ratio-
15 cinandi virtus abest. aberit igitur & intellectus. Non itaq; idem erit sensus & intellectus, sentire & intelligere. ¶ Secunda conclusio. Imaginatio (quam & phantasiam nuncupamus) ab existimatione altera est. ¶ Primo. Quia imaginatio in nostra potestate sita est, vt cũ volumus quæ lubet effingamus: quẽadmodũ facere solent qui pro saluanda memoria imagines simulacraq; qualia volunt, & qñ volunt, sibi pñtia fingunt. Existimare vero, minime in nostra sitũ est potestate cum volumus, sed cum id aut verũ aut falsum esse deprehendim⁹. ¶ Secundo. Cum existimamus malum aliquod aut terribile nobis futurum, conturbamur: & si ediuerso, bonum aliquod aut prẽsidium, contrario motu mouemur, atq; confidimus. Sed cum talia imaginamur fingimusq; prẽsentia, nõ hunc in modum turbamur, passionibusve afficimur, perinde vt neq; nobis talia repręsentante pictura mouemur. non est igitur phantasia, existimatio. Cuius prudentia, scientia, opinio vera, & eorũ contraria, species sunt, & differentiæ, de quib⁹ exacte differendi alius
16 requiritur locus. ¶ Tertia conclusio. Imaginatio, neque sensus, scientia, intellectus, neq; opinio est. ¶ Nam imaginationẽ, qua phantasmata simulacraque rerum sola in nobis efformam⁹, & non aliqua quacunq; nominis translatione sumimus, quæ quod non sit sensus, ostenditur, quia sensus, aut potẽtia, aut operatio est

sẽsus & intellectus nõ idẽ

rationis satis probabilis

sẽsũ & intellectũ non idem esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt visus,& visio. At imaginatio,neutrũ horum est. Sensus enim potẽtia non est, quia is semper adest,non autem imaginatio. Neq; quidem sensus actu & operatio. ¶Primo. Quia in quiete & somno imaginatio adest:non autem sensus operatio. ¶Secundo. Omnibus aialibus operatio sensus cõuenit,non autem imaginatio:vt api,formicæ,vel vermi. ¶Tertio. Operationes sensuũ semper veræ sunt: imaginationes vero plurimũ falsæ. ¶Quarto. Cum exacte circa præsentia sensibilia intendimus,atq; ea perfectissime sentimus,non dicimus nos imaginari,sed ipsis aut absentimus,aut eminus & dubie apparẽtib⁹,nõ est igitur sensus. ¶Quinto. Quia clausis oculis iam visa imaginamur, quæ tamen neq; videmus,neq; alio quoq; sensu sentimus.non est igitur imaginatio sensus. Et ꝙ non sit scientia aut intellectus,sic cognoscitur. Scientia namq; & intellectus solorum suntverorum, atqui imaginatio & phantasia,vt plurimum falsorum est. ¶Neque quidem erit opinio. ¶Primo. Quia opinionem sequitur assensus & fides,non autem imaginationem. ¶Secundo. Opinio persuasioni annectitur, persuasio autem rationi. est enim opinio,quædam cum ratione assensio. Non autem de imaginatione ita est. feris em̃ quibusdam imaginatio inest,quibus nulla prẽsto adest ratio. ¶Corollarium. Vnde fit vt imaginatio non sit semper sensui coniuncta,semperve coniuncta opinioni,aut vtriusq; sensus & opinionis cõnexio. Nam illa sensus & opinionis connexio, eiusdem esset obiecti, fieri enim nequiret vt esset diuersorum: vt opinio boni & sensus albi,sed profecto hæc cõplexio accidit. Nã eiusdem rei plerunq; accidit opinionẽ sensui discrepare &verã esse, sensus iudicio existente falso:vtvidetur sol pedaneus,& opinatur sol maior terra,&vere quidẽ,quæ igitur ex hac opinione vera & sensu falsa connexio erit. Si fieri debeat: aut re salua quisquamveram sui reijciet opinionem,aut opinioni nouę assentiet sensus,quæ si prima manet, eiusdem non modo erit vera & falsa opinio, sed eadem vera & falsa. ¶Phantasiæ & imaginationis diffinitio. Cum magnitudo nihil eorũ quæ dicta sunt, esse possit:talis ei aptari poterit diffinitio. Imaginatio, mot⁹ est a sensu actu in cõmuni sentiendi potestate factus. Cum enim sensus mouetur a sensibili,sensus motus mouet interiorem potestatem simili quo mouetur motu,atq; simili vestigium ex apta interioris potentiæ dispositione impressum relinquit. & talẽ interioris potentiæ motum,phantasiam nũcupamus. ¶Primum corollariũ. Hinc perspectum est phantasiam sine sensu fieri non posse, sed eã sensum habentibus & sentientib⁹ accidere. ¶Secundum. Fit etiam vt phantasiarum vera sit aliqua, & aliqua falsa. ¶Nam pendet ex sensu, qui propriorum obiectorum semper verus est,aut paucissimum falsus,& qui circa proprijs sensibilibus accidentia,vt numerum, magnitudinem, & communia sensibilia plerunq; fallitur, atque errat. Sensus enim iudicando esse album,non mentitur,sed iudicando hocvel illud esse album,vnum vel plura,magnum vel parum,longe vel prope,etiam crebro decipitur,quare & aliqua phantasia vera erit,& aliqua falsa. Et accidit eã in tribus esse falsam. Primo iudicando propria:vt albũ in absentia,& longe a tempore sensus. Secundo,iudicando hocvel illud esse album. Tertio,iudicando de communibus propria sensibilia consequentibus. ¶Et in his trib⁹ differt a sensu. Nam sensus illorũ solum pñtium,& quasi in prospectu est. Phãtasia vero & præsentiũ & absentium,& magis circa absentia errat,atque fallax est. Et quia visus, perspicacissimus sensus est,qui sine lumine percipere non potest: hæc interior potentia, eiusque operatio, a lumine nomen phantasia sortita est. est enim vt latens interior oculus,& sensus. Et,vt finem verbis faciamus,quia imagines diu seruat,estque sicut perpetuus sensus,pleraque animalia illa vi ducuntur,suasque exercent operationes,quia superiorem non habeãt:vt beluę. ¶Alia vero animalia,vt homines, qui superiorem habent virtutem, aliquando etiam ob impedimentum, vt morbum, aut somnium, phantasia rapiuntur, imaginationemque sequuntur. ¶Sed quid phantasia, quomodo animalibus accidat, satis dictum putetur,

quidẽ nõ sint sensu & imaginatio

imaginatio quid

Ertij capitis scholia. XIII. Canit enim Empedocles. Id Empedoclis dictum nondecremento quod fiat partium adiectione ad voluntatẽ augmentem(si verum esse debeat)intelligendum est,cum ipsi animæ humanæ,quę re ipsa voluntas est & intellectus,nulla fiat partiũ additio, nullaque subtractio, sed decremento secundum perfectionem qua anima cum virtutes & disciplinas sibi adsciscit ac vendicat,augeri,crescere & perfici dicitur. Non etiam penitus verum est cæteris animantibus voluntatem adesse,cum ea soli concessa sit homini, cæteris vero adest appetitus sensitiuus,voluntati analogus,& ideo plerunque volũtatis nomen sibi vendicans,vt imago sui exemplaris. Homerivero sententia dicentis talem animum esse hominibus,qualem deus in hominis natiuitate producit (vt si efficit naturalibus habilitatibus bene dispositum,illic affectum esse,sin vero ad praua trahentibus propensionibus imbutum,& talem itidem esse) vera quidem est de eo tempore quo homo nondum ad rationis vsum discretionemque peruenit,& nõ de sequenti ætate. Nam in ea interdum prauus fit animus,a natiuitatis exordio recte dispositus,& contra bonus fit per recte operandi consuetudinem qui a suæ originis initio fuerat ad mala procliuis, habueratque insitas ad vitia pronitates. XIIII. Absonum vtrunque videbitur,& nullam scilicet esse deceptionem, vt omnibus exploratissimum est,& deceptionem fieri ex dissimilium contactu,nam qui circa vnum contrariorum non errat,neque circa reliquum,ergo si quis ex similium attactu perceptum contrarium sentiens,non errat(debent enim fateri ex oppositorum natura, similium contactu scientiam haberi)& alterum ex dissimilium contactu contrarium percipiens,non errabit, quare non oportet quandocunque est dissimilium contactus,& errorem adesse,quod est dictis eorum repugnans. Insuper qui circa vnum cõtrariorum errat,& circa alterum errabit,ergo siquis errore ducatur circa vnum contrariorũ,quod dissimiliũ contactu percipitur,hallucinabitur & circa alterum, quod similium arprehenditur attactu. quare etiam similium attactus aggignet errorem,quod iterum est dictis eorum oppositũ. XV. Ab existimatione altera est. Imaginatio sensus interioris est operatio,qua scilicet rerum exteriore sensu perceptarum imagines.in sensus iterioris organo efformamus,& per eas, res sensibiles apprehendimus. Existimatio vero,intellectus est operatio, qua quicquam aut verum esse aut falsum diiudicatur,vt incredulitas huius veræ,sensus non est intellectus,aut huius falsæ,sensus est itellectus existimatio est,hæc quidem falsa,illa autemvera. Et solis conuenit hominibus,imaginatio vero etiam plerisque alijs. XVII. Si fieri debeat,aut re salua quisquam veram sui reijciet opinionẽ. Siquis dicat sensus & opinionis,quanuis repugnantia habeat iudicia,debere fieri connexionem,tunc mente salua,re salua & ratione eadem manente,quisquam huic veræ opinioni,sol est maior tota terra, prius habitæ dissentiet,& ea reiecta,hanc sui conformem approbabit & assumet. Sol est pedaneus, quod est impossibile,nam illa tria sunt causæ sufficientes conseruationis veræ opinionis, ipsisque permanentibus necesse est opinionem eandem permanere,aut sensus assentiet nouæ opinioni,scilicet sibi conformi & consimili Sol est pedaneus,cum qua secunda,si prima Sol est maior tota terra maneat,sequentur duo manifesta inconuenientia. Primum quod eiusdem obiecti ab eodem simul habebitur opinio vera & falsa. Nempe de sole tum habebitur opinio vera,quod sit maior terra, & de eodem simul opinio falsa,quod sit pedaneus. Secundum quod eadem opinio erit vera & falsa, vt opinio quod sol sit pedaneus,cui assentit sensus,esset vera per hypothesin,& ista itidem vera,sol est maior tota terra,ex qua sequitur quod sol nõ est pedaneus,quæ cum ex vero sequatur,vera est, igitur sua opposita,sol est pedaneus,est falsa. Eadem igitur opinio,vt propositionis, sol est pedaneus,est vera & falsa. XVIII. Cum enim sensus mouetur a sensibili. Operatio sensus iterioris dicitur motus,quod generis locum in hac diffinitione sortitur,eodem modo quo exterioris,tãslatitie scilicet,& nomen motus pro operatione sumendo. Vt enim motus omnis operatio est, & ab aliquo proficiscens,& in aliquo subsistens,ita & sensus iterioris operatio ab aliquo est, vtpote a sensu actu,operationeque sensus exterioris, producente similem speciem ei quam habet in sensu exteriori. Eadem in aliquo est scilicet in sensu communi sentiendi potestate facta, hoc est in sensu communi siue interiori,qui cum totum sit ex actu & potentia substantiali compositum,i eovt subiecto est imaginatio gratia eius materiæ quæ primum est subiectum,sicut visio dicitur esse in oculo gratia pupillæ. Porro itelligatur præsens lapidi speculum a omnino perspicuum & diaphanum, primoq; loco positum,deinde speculum b secundo positum loco,non tamen perspicuum, speculum a suscipiet in se speciem lapidis,& consimilem diffundet i speculum b, suscipiens quidem imaginem, sed vlterius non producens. Ita sensus exterior cum ab extero sensibili mouetur, illiusque speciem suscipit,mouet sensum interiorem, & speciem in eo producit consimilem ei quam in se recipit, ad quam anima se conuertens & itendens,iterioris sensus operationem exercet,quæ imaginatio nuncupatur. Itaque exterum sensibile est vt lapis obiectus speculo sensus exterior vt speculum a perspicuum,interior vero vt speculum b non diaphanum. Et quemadmodum in exteriore sensatione apta requiritur medij dispositio,vt in visione quod lumine colluftrerur, neque deesse debet recta organi affectio,per spirituum sensitiuorum ad cuiusque sensus organum diffusionem,qui sunt tãquam lumen animæ internum,ita quoque vt iterior fiat sensatio,requiritur apta sensꝰ iterioris dispositio per intimi luminis collustrationem,spirituum scilicet sensitiuorum ab anima ad intimi

Universidad de Deusto
Biblioteca

sensus transmissionem. Ad percipiendos enim colores, requiruntur spiritus visiui interiores, ad sonos interiore sensu apprehendendos necessarij sunt spiritus auditui, & ita de cæteris. Illa tamen sensus interioris per hujusmodi interna lumina dispositio, non est interior sensatio, vt neq; illuminatio medij est exterior visio. XIX. Nam pendet ex sensu. Sensus iterioris operatio ex sensu exteriori dicitur pendere, quod nihil interiore sensu recipitur specierum, quin illud ex sensu exteriore habeatur, qui similem ei quam in se recipit speciem in sensus interioris organo efformat. Quod autem interdum dormientibus earum rerum occurrunt insomnia, quas nunquam vigilantes sensu perceperunt, ob diuersarum specierum sensibilium in sensu communi confusionem commixtionemque prouenit, vt vidit in vigilia quispiam aurum, itidem & montem, species auri & montis in organo interiore coniunctæ, intersomniandum referunt repræsentantque illi dormienti montem aureum, qualem tamen nunquam vidit. Similiter qui equi speciem, & insuper volatus oculo receperit, & illæ species in sensorio interiori adinuicem connexæ commixtęque fuerint, videbitur interdormiendum videre equum volantem, qualem vigilans vidit nunquam. Et quia visus, perspicacissimus sensus est. Dicitur visus omnium perspicacissimus, quod a longiore spatij interuallo atque interstitio quam alij sensus sua sensibilia percipiat. Videmus enim astrorum lucem, solisque & lunæ splendores, quę in sublimi cęli fastidio collocata sunt. Tanta autem interiecta spatii intercapedine neque sonum perciperemus, neque odorem, & longe minus sapores & affectiones tangibiles, vt quę medio indigeant contraneo cui proxime admoueantur. Et cum subiungit paulopost litera, phantasiam a lumine nomen sortitam esse, non id intelligendũ est de voce illa latina, lumine inquam, nam planum est ab ea dictione lumen, non formari deductione grammatica nomen phantasia, sed de voce greca φως φωτος, quæ idem quod lumen significat, a qua dictum nomen phantasia recte deducitur. Demum sensus interiore dicitur esse velut perpetuus sensus, quod perpetuo & quandiu animal est superstes, sentire possit, eius enim operatione somno quidem impeditur, vt sensuum exteriorum, quod quidem prouenit ob diuturnitatem imaginum in eo reseruatarum, & per frequentem meditationis curam sedulo conseruatarum.

¶Quarti cap. annotatiunculę.

¶Esse, species, forma, ratio, quod quid erat esse. ¶Ea quorum rationes sunt, ipsa concreta, tota, atque composita. ¶Magnitudo, res magnitudine prędita: vt caro, os, neruus. ¶Spectatiua scientia, intellectio. ¶Scibile actu, intelligibile actu.

Vartum caput continet quinque conclusiones, vnum corollarium ad secundam, duo ad tertiam, vnum corollarium, duas quæstiones, & earum solutiones ad quintã. ¶Prima conclusio. Considerandum se offert de parte animæ qua contemplamur, consultamus, atque discernimus, an a cęteris loco & magnitudine discluſa sit, quomodo fiat intelligere, quove pacto ab imaginatione differat. Nam tãtillo determinato, pene vis illius animæ natura deprehensa erit, quam prę cęteris cognoscere operæpretium est. ¶Secunda. Intellectus ab intelligibili patitur. ¶Nam vt sensus ad sensibile, & intellectus ad intelligibile pari proportione respondet. Patitur autem (vt iam cognitum est) sensus a sensibili. Patitur igitur & intellectus ab intelligibili. ¶Corollarium. Quo fit vt eius id impassibile existat, illud vero passibile, specierum susceptiuum, & potentia tale, qualia sunt actu intelligibilia. ¶Nam vt sensus ad sensibilia, ita intellect⁹ ad intelligibilia. Sẽsus autem id impartibile est, sensationis effectiuum, id vero passibile, sensationis susceptiuum. ¶Tertia. Neque male probandum est Anaxagoræ dictũ, intellectum esse immixtum, nullamque natura speciem certam, determinatam, prędipuamq; habere. ¶Sic enim fiet, vt facillime omnia cognoscat: qui omnium species potentia retinet, nullam intus propriam retinens, quę extraneas & aduentitias excludat. Intus profecto apparens prohiberet extraneum, alijsque obstrueret aditum. ¶Primum corollarium. Vnde fit iterum, vt cum ante intelligere nihil eorum actu habeat quę intelligit (est enim purus, immixtusque) duplicis se prodat esse naturæ cuius hæc agens: hæc passibilis nuncupari potest. ¶Et de eo loquor, quo anima intelligit atque contemplatur, & non de amaginandi virtute, ad quã nonnunquam intellectus transfertur vocabulum. ¶Secundum corollarium. Quo rursus recte euenit, vt intellectus non admisceatur corpori. ¶Nam eius instru-

mentum, organumque, quia corporeum, nunc calidum, nunc frigidum, vt sensuum, organa, fieret: essentque talia intellectionibus impedimento, perinde atque plerunque sensibile sensationibus. nihil autem tale est: sed quemadmodum nonnulli probe dixerunt animam locum sedemque esse specierum, non totam, sed intellectiuam qua possibilis est, & non quidem actu natura, sed potentia, vt dictum
26 est. ¶Quarta. Non est sensus & intellectus, similis passibilitas. ¶Nam sensus maiore sensibili occupatus, vt forti colore, sono, aut odore, alia non videt, audit, aut odoratur. Intellectus autem etsi excellentius quicquam contemplatus fuerit, non minus intelligit infima. Et id certe organorum diuersitas præstare videtur, quod sensus non sine corpore sentiat: intellectus vero separatus sit, suas in corporeo functiones atque operationes absoluens. Et intellectus cum factus fuerit in actu vt sciens (hoc enim tunc est, cum per se contemplari, & considerare potest) seipsum potest intelligere, qui tametsi adhuc sit in potentia, completior tamen absolutiorque est, atque bona dispositione iutus. At priusquam quicquam
27 inuenerit aut didicerit, non ita fieri potest. ¶Quinta. Sensus & intellectus iudicandi virtus altera, & altera est. ¶Nam sensus iudicat calidum, & frigidum, & ea quorum ratio quædam est. intellectus autem non modo illa, sed eorum esse atque essentias. Aliud em est magnitudo, & aliud magnitudinis esse: vt aliud aqua & alid aquæ esse: & caro, & carnis esse: & sim⁹, & esse simi, & ita i multis alijs. at non in oĩbus, sed in quibusdam idem est. Et intellectus esse carnis & carnem, vt alio aut aliter se habente discernit: sicut circunflexa linea sese aliter habet ad seipsam rectam: aut vt alio esse carnis, reque ipsa a carne separato: & ita in alijs. Et in ijs quibus abstractione vtimur, vt in recto & curuo, duplici intellectione vtimur: vna vt in simo: & vt simul cum continuo & materia apprehendimus, altera vero sine materia, est enim alterum, quod quid erat esse recti, & rectum. Et cum intellectus totum concretum & compositum intelligit, intellectio vt composita, & vt dualitas est: cum vero formam, simplex, & vt vnitas. & ad primam & compositiorem intellectionem adminiculo sensus vtitur, secundam vero propria vir
28 tute nixus operatur. ¶Corollarium. Vnde fit vt quo modo res separabiles sint, eo modo eas contempletur. si enim omnino abiunctæ sint, omnino materiam a sua contemplatione reijcit, si non re ipsa, neque re ipsa seiunctas intelligit, sed
29 sola ratione atque cogitatione præcidit. ¶Prima quæstio. Si intellectus simplex est & impassibilis, nullam speciem & formam (vt dixit Anaxagoras) retinens, cum intelligere sit quoddam pati, quomodo intelliget igitur?
¶Responsio. Vtrisque, & agere & pati, ipsius intellectus aliquid commune est,
30 vt enim agens agit, & vt passibilis patitur. ¶Secunda quæstio. An intellectus sit intelligibilis? si enim seipsum per se & sine specie intelligat: cur & de alijs non ita futurum sit, & alia per se intelligat? Si vero mixtus, speciemque habens se intelligit: igitur aliquid habebit quod ipsum (sicut cætera) facit intelligibilem. ¶Responsio. Diximus ipsum prius secundum aliquid pati, & esse potentia quodammodo intelligibilia. actu vero prius quam intelligat, nihil: quemadmodum tabula in qua nihil actu scriptum est. hinc ipsum (vt cætera intelligibilia) intelligibilem esse dicimus. Et in seiunctis a materia idem est intellectus, & quod intelligitur, vt idem spectatiua scientia, & actu scibile. Non tamen semper noster intellectus intelligit. nam non semper factus est in actu vt sciens, & per se considerandi virtutem habens. ¶In ijs vero formis quæ materiæ addictæ sunt, & coniuges. ¶Non idem esse potest & intellectus, & quod intelligitur. est enim intellectus sine materia. ¶Talium tamen vt intelligibilium potentia, intellectus est: & earum vnaquæque reuera erit intelligibile.

Universidad de Deusto Biblioteca

platonis opinio

QVarti capitis scholia. XXIII. Intellectum esse immixtum. Platonici dixerunt animam nostram omnium rerum species & formas natura insitas habere ante eius cum corpore coniunctionem, sed per immersionem in corpus, animam quodammodo illarum obliuisci, at per laborem & exercitium quę obliuione deleta sunt, iterum in memoriam reuocare, quare non ponunt rerum scientias in nobis acquiri de nouo, sed esse nobis insitas atq; congenitas, & contemplationem intellectus nihil aliud esse, quam ipsius ad seruatas in se rerum species conuersionem, sicut si rerum omnium sensibilium essent natura nostro interiori sensui congenitæ imagines & simulacra, ad quę anima se conuertens faceret imaginationem, nihil de nouo contingeret imaginari, neq; oporteret a sensu exteriori rerum sensibilium imagines recipere, vt quæ natura adessent animæ, sed cæcus inter dormiendum interiore sensu colores perciperet, & surdus sonos. At cum Philosophus asserat in posterioribus analyticis, deficiente nobis quopiam sensu exteriori, & scientiam proprij sensibilis illius nobis abesse oportere, quod quidem non oporteret, si rerum notiones natura essent innatæ intellectui, tunc enim exterioris sensus adminiculo ad eas recipiendas non indigeret, non hoc modo ponendus est intellectus noster actu omniformis, sed potentia, quo omnium rerum species in se possit recipere. Nempe quemadmodum nullæ in sensu interiori species colorum, sonorum, aut odorum nobis congenitæ sunt, quin potius eas ab exteriore sensu recipere, & in sensuali memoria seruare oportet, sic nullæ in intellectu ponendæ sunt rerum notiones homini congenitæ, sed de nouo acquirantur, & in intellectu seruentur necesse est. Non tn̄ incōueniens est rerum notiones prius acquisitas, aut propria vi mentis effectas (est enim intellectus suarum notionum opifex) in mente seruari, & habitu firmari, neq; notiones prius acquisitę notionibus posterius acquirendis impedimento sunt, sed potius adiumento, sicut rerum sensibilium species ī sensu interiore diutius seruatæ, non sunt obstaculo alijs speciebus de nouo recipiendis. Nā intus existens & post natiuitatis exordium acquisitum non prohibet extraneum neq; in sensu interiore, neque in intellectu, sed intus existens a principio natiuitatis & congenitū prorsus extraneum excluderet, sicut in oculo aduenientes colorum species minime alias quo minus simul percipiantur impediunt, sed natura inexistens cuiuspiam coloris species, obstaculum alijs de nouo acquirendis percipiendisque pręstaret. Itaq; intellectus nonnunq̄ intelligit vt oculus exterior videt, scilicet per aduentitiæ speciei & extraneæ susceptionem, interdum vero vt sensus interior, vtpote per sui ad species in se seruatas & firmiter impressas conuersionem. Et hęc intellectio tanto altero intelligendi genere perfectior est, quanto sensus interior præstat exteriori, permanens euauido, & habitus dispositioni. XXVI. Intellectus autem etsi excellentius quicq̄. Alia insuper est intellectus supra sensum excellentia, quod excellens sensibile corrumpit sensum, vt pręcedens liber ostendit, excellens autem intelligibile non modo intellectum non corrumpit, sed & melius ad cętera intelligenda disponit. Insuper virtus sensitiua ingrauescente senectute debilitatur, languet, & tabescit cum corpore. At virtus intellectiua interitus nescia, expers senij, tanto fit validior, quanto corporis vires fiunt imbecilliores, seq; suapte natura prodit immortalē, supra magnitudinē, compositionē, tempus, motū, & cæteras rerum naturaliū affectiones imperfectionem arguentes longe supereminens, quibus tamen per accidens alligatur, q̄diu corpore clausus vt carcere detinetur, quo cū soluendus est, gaudet ob libertatem iāiam consequendā, suæ immortalitatis conscius, perinde atq; cygnus præsciā sui funeris & pręnunciam emodulationem dulciter efficit. Hinc patriarchas sanctissimos & prophetas imminente morte altissimis demum illustrationibus claruisse & ventura prænunciasse, sacrę literę commemorant. XXVII. Nam sensus iudicat calidum & frigidum. Sensus composite solum & cōiuncte cognoscit subiectum cum accidente vt album nigrum. Intellectus autem & illa quidē cognoscit vt sensus a quo eam accipit cognitionem, sed præterea eorum formas tum substantiales, tum accidentarias, sine subiecti consideratione per abstractionem apprehendit, quod sensus efficere nō pōt, vt caliditatem, frigiditatē. Aliud enim est magnitudo, & aliud magnitudinis esse. Nā magnitudo hic est substantia hn̄s magnitudinē, esse autem magnitudinis, est moles & extensio a qua res dicitur magna, sic aqua, totū compositum esse aquæ, eius forma substantialis. Ita & caro, totū ex materia carnis & forma cōpositum, esse carnis, eius forma, quæ quidem oīa re ipsa discrepant. At nō in omnibus aliud est res, & esse rei, sed in quibusdā idem est, vtpote in ipsis formis & substātificis & accidentarijs, vt idem est forma aquæ, & esse formæ aquæ, idem albedo & esse albedinis. Intellectus aūt noster quædam intelligit vt alia, req; ipsa a se inuicem diuersa, vt carnem, & esse carnis. Pleraq; autem intelligit non vt alia, sed vt aliter se hn̄tia, quę videlicet re ipsa non discrepāt, sed ratione sola, vt eandem lineam nunc circunflexā, nunc rectam. mō intelligatur linea mobilis, quę primo quidē recta sit, & postea fiat inflexa, ipsa prius & posterius re ipsa est eadem, aut propter diuersum partium situm ratione diuersa. Sic Socrates sedens, & idem ambulans, puer & vir, intelligūtur vt aliter se habentia. Et in formis mathematicis quas cogitatione & intellectu a materia secernimus, cæterisq; accidentarijs duplex fieri potest intellectio. Vna, subiecti simul & accidentis, quemadmodum simum sua ratione subiectum claudit & accidens. Altera solius accidentis sine subiecti consideratione, vt rectitudinem & curuitatē. Est enim re ipsa alterum esse recti, & rectum, nam rectum substantia est habēs rectitudinē, esse aūt, formaq; a qua quicq̄ rectum dicitur, est ipsa rectitudo. Harum autē intellectionum prior est vt cōposita, non quidē quia ex diuersis cōponatur intellectionibus partialibus, quarum vna sit subiecti notio, & altera accidentis, est enim huiusmodi notio secundū id quod est, non minus simplex, q̄ ea quæ solum accidens repręsentat, sed composita dicitur attendendo ea quæ repręsentētur obiecta, quod scilicet & subiectum repręsentet, & accidens, eadem quoque ratione dicitur dualitas, quod per eam duo intelligantur. Posterior autem intellectio simplex est, & vt vnitas, quod vnum duntaxat per ipsam intelligamus, vtpote accidens. Præterea priorem illam & compositionem intellectiorem intellectus a sensu mutuatur, secundam autem suapte virtute efformat sine sensus adminiculo, formam a subiecto sua ipsius vi abstrahens. Quo fit vt posterior intellectio magis intellectui sit propria, perfectiorq; quam altera. Quod enim per se cuipiam conuenit, magis ei est proprium, quam quod per alterum, & quod intellectus sine alterius adminiculo sufficiens est peragere, magis id agit, quam ad quod agendum alieno indiget præsidio. Quod item ad simplicitatem & vnitatem magis accedit, perfectius est eo quod labitur ad compositionem & multitudinem. At posterior simplicior est, & magis vna, prior vero compositior, & multa. Pręterea intellectus adhuc bifariam intelligit. Primo singulariter, & per notionem vnius tantū repræsentatiuam, vt hunc hominem, hunc equum, & huiusmodi intellectionem a sensu vendicat. Secundo vniuersaliter, & per notionem vnam plurium repræsentatiuam, & hanc intellectionem ipsemet intellectus efficit, propriaq; virtute format, postquam a sensu abstractionem facere nouerit. Et harum quidem intellectionum posterior, itidem perfectior est, & intellectui peculiarior, sunt enim singularia vt intellectui impropria, & precario a sensu accepta, vniuersalia vero, ei domestica, amica, & in primis peculiaria. has autem quatuor intelligendi rationes, concrete, abstracte, singularter, vniuersaliter, adinuicem componendo atq; connectendo, quatuor deprehenduntur modi intelligendi compositi. Primus quidem concrete & singulariter, qui explicatur per dicibilia concreta singularia, vt hoc album, hoc nigrum. Et hunc intellectus a sensu accipit, qui semper cōcrete & singulariter cognoscit. (Sentire enim singularium est, inquit Philosophus, & hic & nunc existentium. Secundus, concrete vniuersaliter, qui explicatur per dicibilia concreta vniuersalia, vt album, nigrum, calidum. Tertius mod⁹ est intelligēdi abstracte & singulariter, qui exprimitur per dicibilia abstracta singularia, vt hæc albedo, hæc nigredo. Quartus denique est abstracte vniuersaliter, qui exprimitur per abstracta vniuersalia, qualia sunt albedo, nigredo. Et tres postremos intelligendi modos intellectus a sensu non habet, cum sensus neque vniuersaliter intelligat, neque abstracte. Inter hos autem quatuor postremus perfectissimus est, a sensu quidem semotissimus, & intellectui maxime proprius. Primus vero, sensui coniunctissimus, & omnium imperfectissimus. Intermedij vero cum vtrisque extremis aliquid participant, primo quid modo perfectiores, & quarto imperfectiores. Habent enim in se vnum sensui & alterum intellectui respondens. XXIX. Vtrisque, & agere & pati, ipsius intellectus aliquid commune est. Id intellectus cui cōpetit agere, intellectus est agens, qui intellectionum est effectiuus, id vero cui conuenit pati, intellectus est possibilis, & intellectiones suscipiens. Totus autem intellectus, ex his intellectu inquam agente, & possibili, vt partibus suis substantialibus constitutus, & agit & patitur gratia diuersarum partium. nam ratione intellectus agētis agit, & patientis patitur, perinde atq; res naturalis gratia formæ mouet, & materiæ ratione mouetur. Has autem duas intellectus partes, non modo ratione, sed & re abinuicem esse diuersas, ex huius capitis numero .22. haud difficile est deprehendere, vbi dicit litera, id intellectus esse impassibile, scilicet intellectum agentem, illud vero passibile, scilicet intellectum possibilem. Idem & ex huius capitis numero .24. haud obscure dignoscitur, vbi dicitur intellectus prodere se duplicis esse naturæ, duasque substantiales partes obtinere, quod cum ex sequenti capite tum ex dialogis metaphysicis amplius diffusiusque relinquitur agnoscendum. XXX. Hinc ipsum vt cætera intelligibilia. Quemadmodum enim cętera intelliguntur per speciem ab ipsis in mente formatam, ita quoque & intellectus noster est intelligibilis per suam ipsius speciem in intellectu possibili productam, non enim potest intellectus humanus sine spetie rerum intelligibilium intelligere, vt neque oculus sine specie coloris videre. Et in seiunctis a materia, mentibusque supramundanis a materiæ consortio prorsus seiugatis, cum seipsas intelligunt, idem est intellectus, visq; intellectiua, & quod intelligitur. nam ipse beatarum mentium intellectus tum est obiectum illius intellectionis, sicut & cum intellectus noster seipsum intelligit, idem est intellectus, & obiectum quod intelligitur. Cum vero mentes supramundanæ alia a seipsis intelligunt, non idem est intellectus, & quod intelligitur, sicut neque cum noster intellectus alia a seipso apprehendit, est enim & noster intellectus a materia seiunctus. In ijs vero formis rerum sensibliium quę materiæ coniunctæ sunt, & sine ea subsistere non possunt, cum intelliguntur, non idem est intellectus, & quod intelligitur. nam quod intelligitur, materiæ est addictum, intellectus autem sine materia.

posterior intellectio perfectior

quoniam sensus cognoscat

¶Quinti cap. annotat.

¶Intellectus potentię, intellectus possibilis, passibilis, patiens. ¶Abiunctus, a materia. ¶Impassibilis, quia nihil vnquam in se recipit. ¶Immixtus, nullam rerum speciem in se tenens: hoc enim impassibilitatem consequitur. Id vere est, cuius substantia fluxa non est dissolubilis, atque deficiens vnquam. ¶Intellectus qui vere est, intellectus rationalis. ¶Intellectus quo reminiscitur, intellectus sensualis, imaginatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVintum cap. continet vnam conclusionem, septem intellectus agentis proprietates, & vnam vtriq; & agenti & patienti communem, vnam quęstionē, & eius solutionem. ¶ Conclusio. Intellectus, duas actus & potentiæ obtinet differentias. ¶ Nam quęcunq; natura fiunt, eorum aliquid vt materia est, ad omnia quę in illo genere fiunt, potentia, aliquid vero forma, illorum quę fiunt, effectiuum principium. Ita igitur erit in anima, atq; has aptare conueniet differentias. Est em̄ intellectus hic in omnia fieri, & omnium intelligibilium potentia: vt in sensibilibus omnium sensibilium materia, hic vero in omnia facere, intelligibiliumq; omnium effectiuum principium: vt omnium rerum naturalium formę, & actus, & hunc intellectum agentem nuncupamus, illum vero intellectum potentiæ. Et intellectus agens, rerum notiones in intellectum potentię inducit: vt habitus, & species, & vt lumen. Quomodo enim lumen existentes colores actu facit, ita intellectus agens susceptis materialibus & singularibus notionibus, eas distinguit, distinctasq; apparere facit. Et notiones vniuersales nūc has, nunc illas efformat: quę nunquā sine ipso (vt neq; sine lumine colorū varietas) apparerent. ¶ Septem intellectus agentis proprietates. Est abiunctus, impassibilis, immixtus, eius substantia, est actus, intellectu potentię honorabilior est. est enim agens honorabilius patiente, & species & forma honorabilior materia, idem intelligens, & intelligibilis: vt scientia actu, & quod scitur, est intellectu potentię tempore posterior: ꝙ non quamprimum est intellectus potentię, intelligat: & cum tunc non intelligat, postea intelligit. non tamen omnino posterior est, neq; quidē tempore. nam substantia semper adest, actione vero non semper. Et intellectus solum id separabile est, quod vere est: atq; id solum immortale atq; perpetuū. ¶ Quęstio. Cur post mortem non reminiscimur? ¶ Responsio. Intellect⁹ qui separatur, vere est impassibilis, nullaq; dissolubilis morte, is vero quo reminiscimur, & sine quo anima non reminiscitur (modo eū liceat vocare intellectum) passiuus est, morteq; dissolubilis: hinc merito post mortem non reminiscimur.

Cur post mortem nō reminiscamur

QVinti capitis scholia. XXXI. Ita igitur erit in anima. Plerique existimant intellectum agentem & possibilem re ipsa idem esse, scilicet totum intellectum, & ratione sola discrepare. nam ipsum intellectum vt efficit intellectiones, dicunt agentem vocari, eundem vero quatenus eas suscipit, possibilem. Verum non videntur ñ Aristotelis determinationi consentanea sentire, qui cum alias, tum hoc loco ostendit intellectui (ꝙ completum quiddam sit, & per se natum subsistere, propriamq; operationem habere quam exerceat) duas partes, nō modo re ipsa, sed & specie distinctas, inesse. vnam quidem rerum naturalium formæ analogiam, & intellectionum effectiuam, alteram vero persimilem materiæ, & notionum susceptiuam, quandoquidem nihil in seipso natum est quicquam efficere, aut suarum quas efficit operationum esse subiectum, nihil itidem ea quæ suscipit, natum est efficere. Sunt enim efficere & suscipere respectu eiusdem primi repugnantia, vt nulli eidem competere possint vnquam, sed hoc potentiæ, illud vero actui conuenit. Neq; hæc determinatio animæ simplicitati derogat, quæ & indiuidua & simplex dicitur, quod in partes eiusdem speciei differentes, materięq; particularis respōdentes dirimi non possit, quemadmodum aliæ rerum naturalium formæ. Nihilosecius diuidua est in partes substantiales actum & potentiam, quam sane sectionem alię formæ non sustinent, vt habitus & species, & vt lumen. Quemadmodum ad internam & quæ a phantasia proficiscitur visionem peragendam requiritur intimum lumen, vt spiritus visiui qui ab anima ad communis sensus organum diffundantur, ita quoq; ad intelligendum, spirituale quoddam lumen & intimum requiritur omni lumine corporeo longe prestantius, & diuinorum luminum subrubtilus fulgor. Et hunc intellectus agens suapte natura efficit, suamq; potentiam intimo splendore perfundit & illustrat, quo haud secus peragitur intellectio, quam visio lumine interiore in aere diffuso. At qui in errore versantur, non hoc lumine prediti sunt, sed sophistico quodam falsoq; luminis nitore, quo vera iudicant falsa, & contra, sicut oculus male dispositus lumen haberet quo album iudicaret esse nigrum. qui vero contra verum id lumen sortiti sunt, iterverū & falsum haud maiore negotio diiudicāt, q̄ oculꝰ corporeo offusus lumine incer albū & nigrū. Cęterū vt lumen corporeū interiectis nebulis aut atra caligine nostris subtrahitur obtutibus, ita & cādidissimum illud diuinumq; lumen extinguitur diffundiq; prohibetur per vitia & aī ægritudines, potissimū aūt p intemperantiā obruentē aīm, & prorsus labefactantem. Hinc honeste & tēperate ñs viuendū est, qui hoc lumen incolume & syncerū (vt par est) seruare volunt. XXXII. Et intellectus solum id separabile est. Non hicvnā partē intellectus, vt agentem

solū, separabilē esse insinuat Aristoteles, alterā vero scilicet possibilem separari non posset. Nā cum totus intellectus a corpore separabilis sit, & per se subsistere natus, oportet vtranq; eius partem & agentem & patientem etiā separabilem esse, alioqui intellectus agēs a corpore separatus esset otiosus, vt qui non haberet in quo intellectiones efficeret. Sed ea partitiōe vtitur litera, volēs designare intellectum nostrū esse īmortalē, quo excludatur intellectus sensualis, nōnunq̄ intellectus nomen sibi vendicans. Primū siquidē & præcipue intellectus de rationali intellectu dicitur, & secundo de sensuali, ꝙ imago quædā sit intellectus rationalis. Itaq; ipso intellectu in duas partes rationalem & sensualem diuiso, sola prior pars, rationalis inquam, immortalis est, posterior vero cū corpore dissoluitur ac interit. Et cum idem re ipsa sit intellectus rationalis, & aīa rationalis, haud dubie Aristoteles hic animi nostri immortalitatem asseruit, neq; de ea re (vt nonnulli calumniantur) ambiguas versat sententias. Quā quisquis sibi persuasam habet & exploratam, magnum sane habet ad sui perfectionem per doctrinam & purgatorias animi virtutes incitamentum. Cum enim tantæ dignitatis anima nostra cognoscitur, vt fato non sit obnoxia, his quasi calcarib⁹ & stimulis incitatur ad ipsum animū pro sua dignitate excolendum, & cum disciplinis tū virtutibus exornandum quo immortalis immortalibus bonis insignis effulgeat. Quod sane facient sedulo, qui ex sacro philosophiæ studio profectum quęrunt, & prēcipuū fructum. Is enim est, seipsum quantę sit dignitatis & excellentię, ex reb⁹ ipsis cognoscere, ad authorem suum qui adeo in hominem munificus fuit, se totum conuertere, eniticq; ad bonitatis illius assimilationem. XXXIII. Is vero quo reminiscimur, & sine quo aīa non reminiscitur. Quanuis idem re ipsa sit intellect⁹ rationalis & sensualis, vtpote anima humana, & intellectionem efficere nata, & imaginationem, tū ratione longe diuersa sunt, ob diuersas quas peragunt functiones. Nam rationalis intellectu dicitur, quatenus efficit intellectiones, non in materia, sed subiecto incorporeo. Et is neq; secundum substantiam deficit, neq; secundum operationem, non minus enim corpore solutus intelliget, quam corpori coniunctus. Sensualis autem intellectus dicitur, quatenus interioris sensus facit operationes, & in subiecto quidem corporeo. Et hic quanuis secundum substantiam non designat, nam idem est ipsi animæ, tū secundum rationem denominationemq; deficit. Nam post mortem non amplius huiusmodi exercebit operationes, eo ꝙ deerunt organa corporis, quare amplius non dicetur sensualis.

totus a corpore separabilis est intellect.

Aristotelē īmortalitatis animę nostræ cōscium fuisse

quare intellectus sensualis dicatur

¶ Sexti cap. annotat.

¶ Verum & falsum, propositionum passiones. ¶ Intellectus potētia, intellectus actus. ¶ Tempus indiuisibile, atomus, indiuisibile temporis.

34 SExtum cap. continet duas operationes intellectus, tres modos indiuisibilis, & vnum corollarium. ¶ Duæ intellectus operationes. ¶ Prima. Primum intelligit simplicia, quę decē prędicamentorum gñibus sunt digesta, circa quę non est verū aut falsum. ¶ Secunda est simplicium compositio, vt ex quibus fiat vnū cōponit enim simplicia intellectus, non sicut aceruum, sed taliter vt ex ipsis simplicib⁹ notionibus dissociatis atq; discollectis vnum efficiat, similisq; est ei mēbrorum cōpositioni, quam Empedocles cecinit a concordia factā. Sicut em̄ apud Empedoclē non oē mēbrorum in vnum congestum cōponit aīal, ita neq; oīs notionū congeries facit cōpositionem. Et hęc compositionum vera est: vt qua cōponit diameter a symmetro, hęc vero falsa: vt qua componit diametrū a symmetro. Et iterū cōpositionum hęc pręteritorū est, qua intellectus res ipsas factas genitasq; itelligit. hęc pręsentium, qua res ipsas intelligit vt pręsentes, & quasi pręsenti coassistentes atomo. hęc vero futurorū, qua res tanq̄ gignendæ & futuræ concipiuntur: vt intellectus apprehendit, quod Cleon fuit albus. Cleon est albus, ꝙ ve futurus est albus. & quę hoc modo cōiuncta sunt contingit negatione diuidere omnia, atq; ita intelligere. Cleon nō fuit albus, non est albus, non erit albus. Est enim negatio diuulsioni diuisioniq; simillima, & af-
35 firmatio compositioni. ¶ Tres indiuisibilis modi. primo idiuisibile est, quod neque actu neque potentia diuidi potest. Secundo ꝙ actu indiuisibile est, potentia vero diuisibile, vt linea, superficies, corpus, tempus, & omne continuum. Tertio dicitur indiuisibile, non secundum quantitatem, sed secundum speciē, vt homo. Et cum intellectus intelligit indiuisibilia primo, vt in materiales formas vtrunque & intellectus & tempus indiuisibilia sunt. Et cum indiuisibilia secundo, vt longitudinem: tunc actu indiuisibilis est intellectus, & tēpus indiuisibile. Non enim magnitudinis hanc partem prius, & illam posterius intelligit, sed totam simul. nam tunc non vnam, sed plures intelligeret magnitudines, si tamen eam di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uellit, pariter diuellet & tempus, & in tempore intelliget. Et indiuisibilia tertio, intelligit notione animę indiuisibili, & tempore indiuisibili. & non intelligimus quomodo voces & vocabula diuidue proferuntur. Per accidens tamen intellectionem diuiduam esse, & non suapte natura, sed vocabuli culpa (quod cum mora, vocisque protractione effertur) concedere, nihil apparet incommodi. Et cum in omni magnitudine, & quod secari potest, insit aliquid impartibile, quod separari nō potest, & quod vnum & continuum esse efficit: vt punctus longitudinem vnam, & nunc tempus vnum: huiusmodi impartibilia vt priuationes apprehendit intellectus, quemadmodum malum & nigrum ex suis quodāmō apprehendit contrarijs. ¶ Corollarium. Quo fit vt intellectus noster potentia sit cognoscens. Nam siquis est potentiæ non nixus, suoque iunctus contrario (potentia enim actui quodammodo contraria est) is semper seipsum cognoscit, & eius substantia maxime actus est, & propriè maximeque separatus, rerum priuationes, contraria, & informia haud intelligens, perinde atque si oculum fingas semper videntem, & auditum semper audientem: nunq̄ hic silentiū percipit, ille vero tenebras persentiet nunquam. Est igitur intellectus qui priuationes apprehendit, & contrarium ex contrario, potentiæ nixus, suoque quodammodo iunctus contrario. Et sicut oculus circa proprium visibile non errat, ita neque intellectus fallitur cum quid simplicium tractat, vt formas sine materia. At si enunciat, vt si affirmat alterum de altero sæpe ipsum falli contingit, falsumque dicere: quemadmodum oculum iudicando hoc vel illud esse album, persæpe falli contingit. 36

SExti cap. scholia. XXXIIII. Secunda, est simplicium compositio. Sub compositione diuisio, vt negatio sub affirmatione comprehenditur, quæ est simplicium notionum, per negationis notam in mente connexio, vt homo non est expers rationis, quēadmodum compositio est plurium in animo coniunctio per notam affirmationis, vt homo est prędituS ratione. Et cum omnis ratiocinatio compositio sit, nam est propositio hypothetica affirmatiua, ipsa ratiocinatio sub compositione continetur, tāquam species sub genere. Cęterum cum contemplatio ratiocinatio sit ex necessarijs procedens, consultatio vero itidem ratiocinatio, sed quę ex contingentibus sit conflata, vtrunq; & contemplatio & consultatio sub compositione comprehenditur. Demum ea mētis intellectio qua plura connectuntur aut pervnionem determinationis & determinabilis, aut per coniunctionem, vt homo albus, homo et lapis, homo vel asinus, quodammodo media est inter vtranque operationum hic positarū, vtriusque aliquid participans, conuenit enim cum simplicium apprehensione, quod neque vera neque falsa est, cum compositione, quod ex diuersis constituatur notionibus, quare sub ipsis tanquam sub extremis medium continetur. Et hæc compositionum vera est. Propositio mentalis intelligenda est tanquam imago occultata & velata in speculo. Vera quidem, vt imago vere referens id cuius est, falsa vero, vt imago falsè referens. Propositio vero vocalis & scripta est vt nota signumque sensibile in exteriori speculi superficie oculis conspicuum, designans latētem in eo imaginem. Ita enim propositio vocalis aut scripta signum est exterius, exprimens propositionem mentalem. Et sicut huiusmodi in extrema parte speculi nota diceretur vera, quia latens imago quam denotat, est vera & falsa, quia interna imago quam hoc sensibile signum refert, est falsa, ita propositio vocalis dicitur vera, quia sua mentalis est vera, & falsa, quia sua in mente recondita quam exprimit, est falsa. XXXV. Tunc actu indiuisibilis est intellectus. Intellectus, intellectus actu, intellectio quemadmodum & pauloante capi debet cum dicitur, vtrunq; & intellectus & tempus indiuisibilia sunt. At vbi dicit litera, & cum intellectus intelligit indiuisibilia primo, itē & duas intellectus esse operationes, & in alijs nonnullis huius cap. locis, intellectus sumi debet pro intellectu potentia, vicę intellectiua. Et hinc verum deprehenditur id cuius notæ admonent, intellectum hoc in capite nunc pro intellectu potentia, nunc pro intellectu actu desumi. Neq; oportet, si obiectum sit extensum & diuiduum in partes extensionis, quemadmodum magnitudo, eius simulacrum intellectuale itidem extensum esse, & partitioni obnoxium. Sunt enim magnitudinum species intelligibiles in animo inextensæ, ac indiuiduæ. XXXVI. Nam siquis est potentiæ non nixus. Intellectus noster inducitur potentia cognoscens, cp̄ non semper actu cognoscat, sed cum interdum sit non cognoscens, potest tamen cognoscere. Is itaq; intellectus dicitur non nixus potentię, qui semper est actu cognoscens, neq; vnq̄ est non intelligens, & dicitur is non esse iunctus suo cōtrario, vtpote potentiæ. nam actus est vt esse potentia vero vt nō esse, esse autem & nō esse, latam inter se habent repugnātiam & cōtrarietatem. Et huiusmodi intellectus semper actu intelligens, seipsumq; cognoscens, intellectus est diuinus, cuius substantia maxime actus dicitur, cp̄ a potentia intellectionum susceptiua, alteraq; intellectus parte longe sit alienus, quandoquidem in se recipiat nihil, sed purissimus sit simplissimusque actus. Verum

hæc metaphysicus discutiat. Cæterum quanuis talis intellectus rerum priuationes & informia per se non apprehendat, vt dicit litera, non tamen ex eo conficitur intellectum illum non omnia intelligere, quia intelligere priuationes & negationes, non est proprie intelligere, sicut nec videre tenebras est proprie videre, sed visione priuari, & audiri silentium nō est proprie audire, sed auditu priuari. Dicitur enim is intellectus, omnia intelligere, quod quæ suam referunt similitudinem aut remotam aut propinquam, intelligat omnia, & non quia cognoscat imperfecta, omnino ab eius vestigio deficientia. Id enim posse, potius impotentiæ est.

¶ Septimi capitis annotat.

¶ Pupilla, oculi sphærula per quam visio completur.

37 Eptimum caput continet decem sensus & intellectus conuenientias atq; comparationes. ¶ Decem sensus, & intellectus conuenientiæ atq; comparationes. Et si intellectus longe dignitate sensum antecedat multa tñ cum sensu cōmercia, multasq; conuenientias tenet. ¶ Prime. Sicut sensus potentia, ac tu sensu tempore prior est, & idem sensibile actu, & actu sensus: ita intellectus potentia, intellectum actu tēpore p̄uenit: & idem scibile actuque scientia. ¶ Secunda. Quemadmodum sensus neque proprie passio, alteratio, motusve est (nam motus, actus est imperfectus, actio autem sensus, absoluta semper perfectaque habetur) ita neque intellectus, passio alteratio, aut mot⁹ est, sed perfectio quædam. ¶ Tertia. Sicut sensus aliquando simplex vt flauum apprehendit, aliquando vero alterum cum altero nectit, vt cum flauum apprehendit pariter & dulce, ita intellectus interdum simplicem rei essentiam intelligit, interdum vero eam cum altero nectit, & dicit eam pulchram aut bonam esse. ¶ Quarta. Sicut sensus cum solam flauitiem apprehendit neque appetit neq; fugit, cum vero coapprehendit dulce aut amarum, protinus appetit aut fugit, hunc in modū intellectus solam sanitatis essentiam neq; prosequitur neq; fugit, sed simul atque sanitatem cum bonitate iūxerit, prosequitur. Quātum em̄ voluptas in sensu, tantum bonitas operatur in intellectu, & quantum in sensu dolor tantum potest in intellectu malitia. Vt enim sensus voluptate trahitur, refugitque dolorem. ita intellectus bonitate rapitur, malitiamque repellit. ¶ Quinta. Sicut in sensu appetitiuum aut fugitiuum a sensitiuo, aut a se inuicem seiuncta non sunt, sed esse: solaque ratio altera est, itidem & intellectiuo p̄secutiuum refugitiuumque. ¶ Sexta. Quemadmodum cum sensus sensibilia vt voluptaria apprehendit, prosequitur, cum uero tristia atque dolorifica, fugit, ita quoque cum intellectuali animæ quædam simulacra (quæ phantasmata dicuntur) assistunt, quę cum bonitate aut malitia affirmando aut negando nectit, totiēs aut p̄sequitur aut fugit, neque enim sine phantasmate intelligit anima. ¶ Septima. Sicut aer motus mouet pupillam, & pupilla interiorem & abditum sensum, & aer motus mouet auditum, & auditus consimiliter eundem introrsus sensum, qui subiecto vnus est, & in medio constitutus vt centrum, ratione tamē multa (est enim ille, qui prius positus est discrimen albi & dulcis apprehendere, & nō modo duorum, sed & trium & quatuor & quinque sensuum sensibilium discrimina dijudicat) ita ad phantasmata intellectus sese habet. Nihil enim refert iudicare non similia, & iudicare contraria, vt si ita a album, ad b nigrum, sicut c album ad d dulce, & apprehendens a & b idem subiecto sit, ita apprehendens c & d, idem subiecto erit. & ita transmutato apprehendendi modo. ¶ Octaua. Sicut sensus simulacris, vtitur seruatis, & mouetur animal absentibus sensibilibus: ita intellectus saluatis phātasmatibus, inuenitque in ipsis quod prosequatur aut fugiat, & sæpe ex pręteritis aut præsentibus futura coniecta deliberatque prosequi aut fugere. Et hic intellectus qui modo prosecutionem, modo fugā molitur. practicus, actiuus administratiuus nominatur: contemplatiuus vero nihil mouet, ipsa rei apprehensione conspectioneque cōtentus. ¶ Nona. Sicut voluptas & dolor ad sensum bonum & malum ad intellectum actiuū: ita se habet veritas & fal

sensus et intellectus conuenientiae

Universidad de Deusto Biblioteca

ſitas ad ipſum contemplatiuũ . ¶Decima. Sicut ſenſus non ſeparate cognoſcit, ita intellectus aliqua vt ſimum ſecundum quod ſimum intelligit non ſeparate. non enim ſimitatem a naſo pręcidere poteſt, quandoquidem naſum in ſuo eſſe, ſuaque diffinitione claudat. eſt enim ſimitas, naſi cauitas. Mathematica tamen & in quibus vtitur abſtractione, aliter intelligit, tametſi enim re ipſa mathematica ſeparata non ſint, ea tamen vt cogitatione & intelligentia ſeparata, ſine materia reſpicit. Et omnino intellectus qui purus actus eſt, abſolutiſſima atq; abſtractiſſima intel ligit. ¶Vtrum autem intellectus qui non omnino ſeparatus eſt, aliquid intelligat earum formarum quæ omnino a materiæ conſortio ĩmunes ſunt & abſolutæ, alius & alio loco futurus eſt ſermo.

SEptimi capitis ſcholia. XXXVII. Et idem ſcibile actu atque ſcientia. Idem eſſe actu ſenſibile, & actu ſenſum ſiue ſenſationem, ſcilicet ſpeciem ſenſibilem quæ extero ſenſibili formatur in organo, & mediante qua ſenſus percipit obiectum, dictum eſt abunde libri pręcedentis capite decimo tertio. Conſimili quoque modo exiſtimandum eſt idem re ipſa eſſe intelligibile actu, & ĩtellectum actu, atque intellectionem, vtpote ſpeciem intelligibilẽ ab obiecto in ipſo intellectu efformatam. ratione tamen diuerſa ſunt, nam ea ſpecies quatenus ab obiecto potentiaque intelligibili proficiſcitur, dicitur ĩtelligibile actu, quod actionis quidem rationem obtinet, quatenus vero eadem in intellectu recipitur vt ſubiecto, dicitur intellectus actu atque intellectio, quæ proinde paſſionis rationem ſortitur. Non eſt ergo pręter intellectionem ponenda, cum intelligimus, ſpecies intelligendi in anima, ab intellectione re ipſa diſtincta, vt nonnulli aſtruunt, cum intellectio nihil aliud ſit, quam ſpecies intelligendi in intellectu recepta, quemadmodum in ſenſu ponenda non eſt ſpecies ſentiendi a ſenſatione diuerſa, quandoquidẽ ſenſatione nihil profecto ſit aliud quam ſpecies ſentiendi in organo apprehenſa. Et hoc in loco ſcibile non contracte ſpeciatimque ſumitur pro concluſione demõſtrabili, neque ſcientia pro habitu concluſionum demonſtratarum, ſed communiter vtrunque accipitur, ſcibile quidem pro quouis intellectus obiecto, & ſcientia pro quauis intellectus notitia. Vtrunque tamen hic actus eſt nomen. Sicut ſenſus aliquando ſimplex vt flauum apprehendit. Dicitur ſenſus apprehendere ſimplex, cum vnius ſenſus duntaxat ſenſibile apprehendit, vt ſolum album, aut ſolum dulce, & non quia formã accidentariam ſine ſubiecto cui ineſt apprehendat, vt albedinem aut nigredinem. Id enim ſenſus efficere non poteſt, ſed ſolus intellectus. Alterum vero cum altero nectit ſenſus, cum diuerſorum ſenſuum apprehẽdit ſenſibilia, vt album pariter & dulce, quod potiſſimum interioris eſt officium, exterior enim non niſi per accidens alterum ſenſibile percipit, vt viſus per ſe album percipit, per accidens autem dulce, vt liber præcedens ſatis ſuperque monſtrauit. Sicut in ſenſu appetitiuum aut fugitiuum a ſenſitiuo. Appetitiuum fugitiuum & ſenſitiuum inter ſe ſolum habent rationis diſcrimen, & re ipſa idem ſunt, vtpote forma ſubſtantialis animalis, & anima, quæ appetitiua dicitur, quatenus efficere nata eſt appetitionem conuenientis proſecutionemque. fugitiua vero, quatenus refugit quippiam vt diſconuenientis. demum eadem dicitur ſenſitiua, quatenus efficit ſenſationes. Ita idem re ipſa eſt proſecutiuum & fugitiuum in intellectu atque intellectiuum, ſcilicet ipſe intellectus actiuus. ratione tamen aliud, nam proſecutiuum dicitur pro quanto aliquid conſilio proſequitur. vt bonum, fugitiuum, vt recuſat quicquam & auerſatur tanquam malum, intellectum vero quatenus conſultat deliberatque quidnam ſit agendum. Quo fit vt Ariſtoteles manifeſte ſentire dignoſcatur, animæ potentias in ſe & ab anima ſolo rationis diſcrimine dirimi, quemadmodum in adiectis ad introductionem in libros de anima declaratiunculis oſtenſum eſt. Liquet etiam intellectum hominis a voluntate (cuius officium eſt aut proſequi aut abnuere quicquam) ſola ratione diſcrepare, & vtrunque nihil aliud re ipſa quam animam rationalem eſſe. Nihil enim refert iudicare non ſimilia. Dicuntur hoc in loco non ſimilia, quæ genere quidem diuerſa ſunt, contrarietatẽ adinuicem non habentia, vt album & dulce. Contraria vero quæ eiuſdem ſunt generis adinuicem pugnantia, vt album & nigrum. Quicquid igitur iudicat non ſimilia, iudicat & contraria, vt ſenſus interior, at non contra oportet quicquid contraria iudicat, iudicare & non ſimilia, exterior enim ſenſus illud quidem poteſt, hoc autem nequaquam. Vtrum autem intellectus qui non omnino ſeparatus eſt. Is eſt intellectus humanus, qui quantum ad informationem non eſt ſeparatus a corpore. eſt enim eius actus, & forma ſubſtantialis hominis cum corpore totam eius ſubſtantiam conſtituens. idem etiam quantum ad aliquas operationes, vt vegetandi, ſentiendi, appetendi, & mouendi, non eſt ſeparatus. nam eas operationes ſolum in ſubiecto corporeo efficere poteſt. At vero quãtum ad alias, vt intelligendi & volendi, ſeparatus eſt a corpore, quia eas nõ producit in organo corporeo. Itaque intellectus partim eſt materialis, & partim immaterialis, aliarum vero rerum naturalium formæ prorſus ſunt materiales.

¶Octaui capitis annotat.

¶Senſibilia, q̃ ſenſui ſunt ꝓuia. ¶Intellígibilia, quę capiũtur ĩtellígẽtia. Actu ſcientia, intellectio. ¶Res actu ſcitæ, q̃ in aia exiſtẽtes, actu ſunt deprehenſæ.

¶Res actu ſcitæ, actu ſcibilia, vt actu ſenſus, & actu ſenſibilia. ¶Senſum eſſe ſenſibilia, & animam omnia, eſt ſenſum actu ſenſibilia in ſe continere, ſenſibiliumq; ſimilitudine indui, & animam rerum omnium notiones & ſimulacra continere, & vt omnium indui informarique ſimilitudine, quę res ipſas, eam quodãmodo videri & appa ere facit. ¶Phantaſmatis, phantaſmatibus.

38 OCtauum caput continet tres concluſiones, & vnũ corollarium ad ſecundam. ¶Prima concluſio. Anima quodammodo omnia eſt. ¶Nam omnia. aut ſenſibilia, aut intelligibilia ſunt: quæ omnia ſunt ſcibilia, intellectuque apprehenſibilia. Atqui actu ſcientia nihil aliud eſt quã res ipſæ actu ſcitæ, vt ſenſus actu, nihil aliud eſt quam ipſa actu ſenſibilia, eſt igitur anima quodammodo omnia vt ſenſus ſenſibilia. Quod adhuc vt clarius diluceat, ſenſus & ſcientia diducuntur in potentiam & actum. Potentiam quidem, cũ non in opera & functione ſunt. in actum vero, cum ſuã exercent operationem. Et cum ſenſus eſt in potentia, res ſenſibiles (quæ ſenſibilia dicimus) eſt potentia: & ſenſus, ſenſitiuum dicitur. & cum eſt actu, illa eſt actu. Ita cum anima eſt in potentia, res intelligibiles potentia eſt, & potens ſcire dicitur: & res ipſæ dicũtur ſcibilia. cum vero eſt actu eſt ipſa intelligibilia actu. ¶Secunda concluſio. Anima, res ipſæ cum materia

actu scientia quid

quomodo aia dicat oia esse

39 non exiſtit. ¶Nam anima quodammodo eſt omnia. neceſſe igitur eſt aut ipſa ſit cum materia, aut ipſorum citra materiam ſpecies & formæ. non autem eſt ea ipſa cum materia, vt neque ſenſus cum materia ſenſibilia. lapis enim non eſt in anima, ſed lapidis ſpecies. eſt igitur citra materiam omnia. ¶Corollarium. Quo

40 fit vt anima ſicut manus habeatur. ¶Vt enim manus, organum organorum eſt, & qua omnibus vtimur inſtrumentis, ita anima ſpecies ſpecierum eſt, & qua omnibus vtimur ſpecieb⁹ & formis, itidem & ſenſus, ſpecies ſenſibilium eſt. ¶Ter

41 tia. Rerum ſenſibilium, & quæ ſine magnitudine non percipiuntur, ſenſibiles ſpecies a materia ſeparatæ, intelligibilia ſunt. ¶Nam huiuſmodi ſenſibilium ſiue habitus, ſiue paſſiones, & abſtractor atque mathematicorum, vt lineæ, ſuperficiei, circuli, trianguli: intellectui habentur, vt ſenſibilia ſenſus. Hac de cauſa ſi defuerint ſenſibilium ſenſus, vt linearum & magnitudinum, neque diſcet, neq; intelliget, fierive geometer poterit vnquam: & ita ſi defuerit ſenſus aliorum ſenſibilium. Talia enim cum ſpeculetur intellectus, neceſſe eſt pariter phantaſma aliquod ſpeculari. Phantaſmata enim ſicut ſenſibilia ſunt, præter hoc quod præter materiam exiſtunt. Sed ab affirmatione & negatione differunt, quod affirmationes & negationes veræ aut falſæ intellectus complexiones ſunt, non autem phantaſmata. Hinc neque phantaſmata, primæ ſenſibilium intellectiones ſunt, ex quibus conſtant affirmationes & negationes, non tamen hæ primæ ĩtellectus notiones ſine phantaſmatis exiſtunt.

OCtaui capi. ſcholia. XXXVIII. Eſt igitur anima quodãmodo omnia. Non quidẽ ſecũdum ſubſtantiã, ſed aſſimilationem & affirmationem, ꝙ ijs rebus aſſimiletur, imo res ipſæ eſſe videtur, quarũ notiones ſuſcipit, quemadmodum ſpeculum omniũ ſibi obiectorum informatur ſimilitudine, quæ facit vt ſpeculum videatur eſſe ipſa res obiecta, vt ſi obijciatur lapis ſpeculo, fit ſpeculum lapidi cõforme, & apparet eſſe lapis. & ſi ignis redditur ſpeculum igniforme. Ipſi vero lignum, efficitur ligniforme. Ita ſenſus dicitur quodãmodo eſſe ſenſibilia, quod qualitatũ ſenſibiliũ ſpẽs in ſe recipiat, q̃ faciũt vt ſenſus appareat eſſe ea ipſa q̃ ſentiuntur. Perinde atq; quiſpiã in ſcena ludoq; theatrali veſte regia indutus, videtur rex. Idem ea cõmutata amictu militari veſtitus, apparet eſſe miles, & ritu agricolæ poſtea amictus, videtur agricola, & ita in cæteris perſonis actitandis. XL. Vt enim manus, organum organorũ eſt. Nõ qdem quantum ad dignitatem, naturæque pfectionẽ, ſed ad accõmodationẽ & adminiculationẽ Nam manus plura exercet opera, vt picturam, cælaturam, modulationẽ citharæ, q̃ aliud quoduis corporis membrum. Nempe oĩm fere artium operationes fiunt mediante manu, atque per eam vtimur cuiuſuis artis inſtrumentis, vt ædificatoriæ, fabrilis, nauigatoriæ, militaris. Anima vero dicitur ſpecies ſpecierũ non ſecundum ſubſtãtiã, & quia idem re ipſa ſit anima & ſpecies, eſt enim hoc accidens. illud vero ſubſtantia, ſed ſecundum receptionem, quia plures inter ſe rerum ſpecies accipit, quam alia quæuis potentia. omniũ em̃ eſt ſuſceptiua. XLI. Nã huiuſmodi ſenſibiliũ ſiue habit⁹

Quõ aĩa hoĩs eſt quodammodo omnia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſine paſſiones. Species ſenſibilium, dicuntur habitus, quę in ſenſu interiore fixę ſunt, & diu permanentes, paſſiones vero, quæ facile dimobiles ſunt a ſubiecto, & cito tranſeuntes. Et hæ ſenſibilium ſpecies dicuntur eſſe intelligibilia, quod intellectus ſint obiecta, ſuamque in intellectu efformēt ſpeciem, quemadmodum externus color, viſus eſt obiectum, & ſuam in organo viſus producit ſimilitudinem. Porro quemadmodum ſpecies albedinis in oculo, alterius eſt naturæ ab albedine cuius eſt ſpecies, ita & notio ſpeciei albedinis exiſtens in ſenſu interiori, alterius eſt rationis ab ipſa ſpecie cuius eſt notio Eſt ēm ſemper imago altera ſpecie ab eo cuius eſt imago. Cæterum huiuſmodi ſenſualia phantaſmata in abdito ſenſu introrſumq; recondito ſeruata, differunt ab affirmatione, & negatione, quod affirmationes & negationes, mentis ſunt enunciationes, non autem phantaſmata ſenſibilium, vt quæ ſint extra intellectum. quare neque interioris ſenſus phantaſmata ſunt primæ ſenſibilium intellectiones & notiones, ex quibus quidem notionibus fiunt affirmationes & negationes, vt neque albedo eſt ipſa viſio, non tamen hæ primę ſenſibilium intellectiones ſine ſenſualibus phantaſmatibus eſſe poſſunt, vt neque viſio ſine colore. Hinc neque phantaſmata, primę ſenſibilium intellectiones ſunt. Ad intelligendum ea quę hic Ariſtoteles affert, prēnotandum videtur quod ſicut albedo exiſtens in pariete ſuam format ſimilitudinem in oculo, fitque viſio, cuius albedo obiectum eſt, ita phantaſma ſenſuale exiſtens in ſenſu interiori, ſuam cauſat ſpeciem in intellectu & fit prima intellectio, ſingularis ſcilicet & concreta, cuius ſenſibile phantaſma obiectum eſt, & eius notio recepta intellectu, eſt intellectio. Neque recte probaretur phantaſma ſenſuale ſpecie differre ab eius ſpecie in mente recepta, quia hæc in ſubiecto in extenſo ſit, illud vero in extenſo, cum id accidentium ſpeciem non euariet, vt de albedine promptum eſt oſtendere, quæ eadem conſimiliſque naturæ in anima & pariete eſſe poneretur. neque extenſum eſſe vel inextenſum, eſt de intrinſeca accidentis natura aut ratione, ſed prorſus extrinſeca & aliena. Sed recte illa duo ſpecie differre comprobantur, quod vnum ſit obiectum, ſcilicet phantaſma quod ſenſu intimo reſeruatur, alterum vero ſit ſpecies & ſimilitudo prioris. obiectum autem & ſimilitudo ſpecie differunt, vt veritas & eius veſtigium, exemplar & imago. Huius itaque primæ intellectionis intellectus agens eſt opifex intrinſecus, concurrente tamen ſimulacro ſenſibili opifice extrinſeco ſicut forma oculi eſt efficiens intrinſecū viſionis, & apprehendens ſpēm viſibilē albedo aūt externa q̄ obijcitur oculo, eſt efficiens extraneum viſionis. Vlterius notio illa concreta & ſingularis, q̄ prima intellectio eſſe dicta eſt obiectum eſt notionū vniuerſalium & abſtractarum, quas intellectus propria virtute nixus format. Sed huiuſmodi prima notio nihil producit in intellectu ad faciendam notionem abſtractā. non enim ſuam cauſat ſpeciem, quæ ſit notio abſtracta & vniuerſalis, quia non poteſt notio illa cōcreta & ſingularis cauſare ſpeciem niſi ſibi conſimilem, ſcilicet concretam & ſingularem. Sed intellectus nihil a prima intellectione recipiendo, ſed ſolum ſe ad illam vt obiectum conuertendo format ſuapte natura notionem abſtractam, & vniuerſalem, non modo vnam, ſed etiam tot, quot prędicamentorum rationes ei conueniunt, vt notionem, ſubſtantiæ, quantitatis, qualitatis, figuræ, & cęterorum. Et hæc ſecunda intellectio perſimilis eſt viſioni albedinis quæ fieret in oculo non ſuſcepta tamen in organo viſus ſimilitudine albedinis. Vt enim albedo illic eſſet obiectum viſionis, & oculus ipſe videns, obiectum inquam non producens quicquā in oculo ex conuerſione ſui ad albedinem efficiente viſionem, ita prima intellectio obiectum eſt nihil efficiens in intellectu, & intellectus producens notionē abſtractam ex nihilo, facit eam in ſe cum iuuamine notionis concretæ, a qua abſtrahit. Et iſtarum abſtractarū notionum intellectus ſolus eſt opifex ſine quopiā cooperante, quare magis hmōi notionum ſecundarum opifex eſt intellectus, quam primarū. Intellectus aūt noſter entium ſupramundanorū, vt intelligentiarum, format notiones ſine aliquo phātaſmate ſenſibili, q̄ pro obiecto habeatur, prēcedente & ſine notione animi cōcreta præuia, q̄nquidem ꝓpria eius natura eſt intelligere entia intelligibilia, & a ſenſu longe aliena. quare ea ſine notione ex ſenſu profecta tanquam ꝓpriam prolem ex ſe gignit. At non eſt propria eius natura intelligere ſenſibilia, ſed ea infra ſuam dignitatem ſubſidentia complectitur, vt viam prębent, & adminiculum ad propria obiecta perueniendi, tanquam veſtigia ad veritatem, & imagines ad exemplar. Sunt enim ſenſibilia, intelligibilium veſtigia. Nil mirum ergo ſi ſenſibilia non intelligat niſi mediante phantaſmate ſenſibili, quod quidem cauſat notionem primam, & concretam in intellectu. Intellectus tamen ex notitijs ſenſibilium aſſurgit ad notitias intelligibilium tanquam ex medijs in finem ordinatis ad ipſum finem, & ab imperfectis ad perfectum, ſic quod niſi intellectus fuerit a ſenſibilibus excitatus, & initium ſumpſerit, impoſſibile eſt ipſum ad intelligibilium notitias peruenire, vt ſine via interſtite impoſſiſile eſt ad metam & conſtitutum terminum proficiſci. Siquidem in ſenſibilibus relicta ſunt ipſorum intelligibilium veſtigia, ex quorum quidem veſtigiorum perquiſitione vt via, perueniendum eſt ad notitiam intelligibilium. Sed non aſſurgit intellectus ex ſenſibilibus ad intelligibilia, formando de intelligibilibus notiones ſimiles ijs quæ habentur de ſenſibilibus. Nam ſiquis volens intelligibilia a materiæ conſortio prorſus exempta comprehendere, formauerit notionem alicuius ſenſibilis, haudquaquam entelligibilia intelliget, cum notio illa rei ſenſibilis tantum diſtet a vera notione intellihibilis, quantum ſenſibilia ab intelligibilibus, vt ſi quis volēs angelum intelligere, formet notionem ſimilem notioni hominis, & concipiet caput, manus pedes, ſimiliter & alas, vt aliquando aut pictum effigiatum angelorum conſpexit, tantū abeſt ea notio a propria angeli notione, quantum angelus pictus a vero angelo. Et quanuis conātibus in corporea intelligere, ꝓtinus ſeſe offert corporea moles a phantaſia obiecta, & a qua intellectus ſe

Quod obiecti extē ſi ſpecies intelligibilis eſt in extenſa.

Quō mēs noſtra intelligit ſupramundana.

vix bene poteſt eximere, tamen niſi illam exuerit, & infra ſe phantaſmatis ſpeciem ſibi impropriam abijcies, altius euadere conatus fuerit, non poteſt ad intelligibiliū ſpecies peruenire. Diſtat ēm tantum vera & propria intelligibilium notio a ratione ſenſibili hoc modo a phantaſia profecta, quantum ipſa intelligibilia a ſenſibilibus naturæ diſcrimine & diuerſitate differunt. Sed ex ſenſibilibus mens noſtra ad intelligibilia cognoſcenda eleuatur per abſtractionem & abnegationem eorum quæ in ſenſibilibus comperiuntur. Habent enim ſenſibilia proprietates, & affectiones imperfectionem arguentes, & diſtantiam a natura intelligibilium, aptas tamen ſimilitudines veriorum & perfectiorum naturarū ipſorum intelligibilium. Intellectus ergo noſter paulatim & per gradus quoſdam conſcendens abnegat & abſtrahit huiuſmodi ſenſibilium affectiones, & proprietates, & ex huiuſmodi abnegatione tandem peruenit ad veras intelligibilium notiones, vt ex notione corporei format notionem incorporei, non quidem ſumendo corporei notionem pro obiecto, & eius ſpeciem concipiendo, nam ea ſpecies nil niſi corporeum referret, ſed eam abnegando & ex ea aliam pœnitus alteram, quodammodo oppoſitam efformando. Sic ex notione plenitudinis occupantis format notionem plenitudinis non occupantis, quæ tantum natura differunt, quantum plenitudo occupans, & plenitudo non occupans. Sic intellectus ex duratione fluente notionem efformat durationis non fluētis, & ex motu rapidiſſimo notionem maximi, & perſeuerantiſſimi ſtatus. Et quia intelligibilia ſuam ſpeciem non cauſant in intellectu, ſed ea apprehendit intellectus cognitione alterius, vt ſenſibilium, aſſurgendo, ideo notiones intelligibilium quas habet intellect⁹ pro iſto in corpore incolatu, ſunt ſolum vmbratiles & debiles. Illæ vero quas habet ex ſenſibilibus ſibi obiectis, ſunt firmiores, hinc melius ſenſibilia quam intelligibilia pro hac vita deprehendit. Et cum phantaſmata ſenſualia de lineis, circulis, & triangulis in ſenſu interiori ſeruata, ſint ſingularia & concreta, repræſentātia ſimul ſubſtantiā, quantitatem, figuram, ſitum & primę intellectus notiones ab illis formatæ ſpeciebus ſenſibilibus, etiam ſingulares ſint & concretæ, ſcientia autem notionum ſit communium & abſtractarum, conſtat huiuſmodi phantaſmata & primas intellectiones non conſtituere propoſitiones diſciplinarum vt geometriæ, nihilo magis quam linea ſenſibilis in pariete deſcripta. aut triangulus aut circulus, aut viſio de ea formata ſingularis & concreta, conſtituat propoſitiones ad diſciplinas pertinentes, cum ſingularia ſint reiecta a diſciplinis. Sicut enim ex viſione lineę a b in materia ſenſibili deſcriptæ, nihil aliud deprehendit oculus quam illam lineam, neque vllam alteram, quantuncunque ſibi ſimilem videt, ita ex phantaſmate ſenſuali cauſato a ſenſu exteriori, & intellectione prima cauſata ab huiuſmodi phantaſmate. nihil aliud niſi linea illa deprehenditur, aut vnicus circulus aut triangulus. Sed intellectus a primis notionibus ſenſibilium ſingularibus concretis per abſtractionem efformat notiones communes abſtractas, quæ quidem ſolummodo repreſentabunt lineam ſine ſubiecto & alijs accidentibus. Et non ſolum lineam in pariete deſcriptam repræſentant, verumetiam omnem lineam abſtrahendo a tempore, loco, & cęteris proprietatibus ſingularia conſequentibus, & ex huiuſmodi communibus notionibus conſtituuntur propoſitiones geometricę, & ita de cęteris diſciplinis quę verſantur circa ſenſibilia, dicendum eſt. Hinc verum eſſe deprehenditur quod dicit philoſophus in primo. Poſteriorum, quod geometria nihil demonſtrat de linea in pariete deſcripta, ſed de ea quę per ipſam intelligitur. Iuuat tamen ad demonſtrationem huiuſmodi ſenſibilis deſcriptio, cum per eam ſenſus afferat intellectui præſidium quo minus turbetur & confundatur. Eſtque figuratio illa ſenſibilis vt ſcriquædam explicans notionem animi communem, perinde atque ſcriptura homo explicat notionē hominis. Et ſicut vocum ſcripturæ ſunt ad animi leuamen, ne aut confundatur, aut obliuionem incidat, ita & figurationes geometricę animum iuuant.

Quod geometria nō demōſtrat quic quam de lineis ſenſibilibus.

a b

¶ Noni capitis annotat.

¶ Cupiditas, animoſitas, voluntas, vis cupiendi, iraſcendi, & volendi. ¶ Motus, motus ſecundum locum eius quod a ſe mouetur.

42 NOnum caput continet ſex cōcluſiones, quatuor ratiōes ad ſecundā, duas ad tertiam, & tres ad ſecundam partē ſextę. ¶ Prima concluſio. Nunc de mouendi potentia determinandi ſe aptus offert locus. ¶ Nam anima duabus potiſſimum differentijs diſcernitur atque diffinitur, cognitione videlicet, & motu. De ea vero quæ cognitionem explicet, quę ſenſum, intellectū, diſcretionēq; cōtinet, iam āple diffuſeq; diſſernimus. De motu igitur, & de loco in locū mouēdi facultate nūc opportunus derminandi ſe ꝑberevidetur locꝰ. Et de ipſa q̄ſtio eſt an pars ſit aīæ, a ceteris animæ ꝓtibus, magnitudine, ſubiecto, locoq; differēs atq; diſcluſa, an rōne ſola an tota ſit aīa. Et ſi pars ſit, iterū an ſit vulgatarum animæ partiū, q̄ nūcupari ſolent cōcupiſcibilis, iraſcibilis, & rationalis an alia quę-

Universidad de Deusto
Biblioteca

libet. ¶ Secunda. Anima non est tribus partibus, concupiscibili irascibili & ra-
tionali, discerpta, diuisaque: vt volunt aliqui. ¶ Primo. Quia quibus discrimi- 43
nibus cupiditas, animositas, atque ratio differant: liceret ob consimilia & consimi-
les differendi occasiones animam in infinitas partes secare. ¶ Secundo. Quia
videntur aliæ animæ potentiæ amplius quam hæ tres distare. Nam vegetatiua
virtus (quæ & plantis & animantibus cõmunis est) plus videtur a tribus his dif-
ferre, quam ipsæ inter se & sentiendi virtus similiter, quam neque rationalē ne-
que irrationalem facile putare possis. In has autem animam non patiuntur, & se
cant. minus igitur & in tres prædictas eam ipsam secari debere putandum est.
¶ Tertio. Non modo sensus, sed & imaginandi virtus ab his distare videtur, &
tamen si anima in has tres partes esset dissecta, imaginariam virtutem, aut con-
cupiscendi facultatem, aut irascendi, aut volendi esse oporteret. Sed dicant quā
illarū efficiant. ¶ Quarto. Appetendi virtus, altera potentia ratione esse, ab om-
nibus concederetur. Atqui hanc sequestrare, diuellere & pręcidere, inconueniēs
videtur: ꝙ tamen fieri necesse foret, & eius, vna partium in concupiscibili vna in
irascibili, & vna rationali abiret. sunt enim concupiscentia, ira, voluntas, appeti-
tus. non est igitur hoc pacto secanda anima, sed has partes (quemadmodum cæ-
teras) sola ratione distare, seiunctasque esse, putare oportet. Sed nunc quid mo-
ueat animal, disquirendum est. & alio quoque loco de spiratione & respiratione
somno & vigilia futuram determinationem relinquemus. ¶ Tertia conclusio. 44
Vegetatiua virtus animal non mouet. ¶ Rati enim sunt nõnulli altricem poten
tiam mouere, ob augmentum & diminumentum quæ ab ipsa proficiscũtur. Sed
id non ita esse ostendimus. ¶ Primo. Quia semper de loco ad locum motus, ali-
cuius fit gratia, cum imaginatione, prosecutione vel fuga, modo sponte & nõ co
acta vi fiat. At nutritiua virtus & imaginatiõe caret, & (qui sensum imaginatio
nem sequitur) appetitu, non igitur vegetatiua virtus animal mouet. ¶ Secũdo.
Stirpibus inest vegetatiua virtus. si igitur ipsa esset motiua, ipsis natura aliquod
tribuisset organum ad se de loco in locum transferendum, nihil enim in natura
sine vsu & otiosum. Id autem factitatum non comperitur. non mouet igitur ve 45
getatiua virtus. ¶ Quarta. Sensualis virtus animal non mouet. Nam pleraq;
animalia sensum habent, quibus virtus motiua non adest. Fecisset enim ipsis na
tura ad illum exequendum instrumenta, si nihil frustra facit: & in necessarijs nõ
deficit. nisi forte orbata, lacessita, & mutila excipias. qualia non sunt hæc, vt q̃
augmentum & decrementum sumant, pariter & generent. Non igitur sensitiua 46
virtus motiua est. ¶ Quinta. Virtus appetitiua motiua non est. ¶ Eadem cũ su-
periori ratio duci potest. Et concupiscentes & irascentes vt continentes, non se-
quuntur appetitum: & minus rationales: sed intellectum rationemque sequũtur.
Intellectus autem (vt modo probabitur) non mouet. ¶ Sexta. Motus a virtute i- 47
tellectiua non proficiscitur. ¶ Nam duplex est itellectus, contemplatiuus & ac-
tiuus. sed eorum neuter mouet. Contemplatiuus enim non mouet, quia de singu
laribus prosequendis fugiendisve nihil considerat. motus autem proseq̃ntis aut
fugientis est. Neque quidem actiuus, etsi prosequendis fugiendisve vis illa con-
sultatrix præsit. ¶ Primo. Quia sæpe cum vis illa quę non cõtemplatur, aliquid
horrendum & fuga dignum intelligat, ita vt cor tremat, inhorrescant pili, nõ ta
men mouet. Et cum aliquid prosequendum videat, vt pars altera voluptate pro-
sequendi trahatur: plerunque tamen non mouet. ¶ Secundo. Quia frequẽti vsu
euenit vt cum ratio percipiat aliqua fugere, non moueamur. aut aliqua prosequi,
itidem non prosequamur, sed spreto rationis imperio, quocunq; concupiscentia,
trahit sequamur: vt incontinentes facere solent. ¶ Tertio. Medicus non semper
sanat, etsi medendi scientiam habeat. & eques non semper equitat, etsi equestrẽ
possideat disciplinam. Itidem neque prudens consultans semper mouebit, quasi
alterius sit proprium mouere quam scientiæ & consultationis, & sciẽdi cõsultan
dive facultatis. Non igitur vis intellectiua mouet.

vegetatiua non mouet animal

nec sensualis

a quib; animalib; mo ueat ait inde sequtus caput

Oni cap. scholia: XLII. Nunc opportunus determinandi se prębere videtur locus. Quanuis secundum communiorem rationem potentia mouendi antecedat vim intelligendi, quod pluribus conueniat, & idcirco in ordine nominandi potentias virtuti intellectiuæ prępponatur, pri⁹ tamen de virtute intelligendi q̃ mouendi apte facta fuit determinatio, tum ꝙ in fine præcedentis libri de duplici virtute cognitiua, sensu inquam exteriori & interiori, fuit expleta consideratio, cui tertiæ virtutis cognitiuę scilicet intellectus, accommodate subiungi debuit sine interpolatione determinatio. Tum ꝙ intellectus magnam habeat conuenientiam naturæq; affinitatem cum sensu, & ex ijs quæ de sensu pertractata sunt, faciliori sit naturæ ipsius intellectus deprehensio. Tum deniq; ꝙ intellectus causa sit efficiens motus secundum locum animalium cognitio autem causę habenda est ad effectum cognoscendum. Non ab re igitur determinatio de intellectu pręcessit considerationem de vi mouendi, qua animalia a se ipsis mouentur. Et de ipsa quęstio est, an pars sit animæ. Ad ea quæ ambigua proponit litera, brẽuibus respondendum est, mouendi facultatem non esse totam animæ potentiam, sed partialem, non disunctam loco, magnitudine & subiecto a cæteris. Nam quęcunq; animæ particula, & in quacunq; parte materię habet vim mouendi simul habet vim vegetandi, sentiendi, & appetendi. Et nõ est determinata animæ pars illam uim habens, sed tota anima, & quæuis eius particula. Nam cum animæ partes consimiles sint specie, easdem habent & consimiles virtutes. Deinceps sentiendum est mouendi potestatem non esse aliquam trium virtutum in quas antiquorum complures animam, sed perperam diuidebant, scilicet neq; concupiscibilem, neq; irascibilem, neq; rationalem, sed alteram ab eis. XLIII. Et sentiendi virtus similiter. Subaudiendum, plus videtur a tribus his differre, quam ipsæ inter se. nam vis sentiendi, itidem & vegetandi, genere differunt a tribus illis viribus, in quas animam dirimebant. Prædictæ autem tres sola specie inter se differunt, sub eodem propinquo genere, vtpote virtute appetendi, collocatæ. At quæ genere differunt, plus differre dignoscuntur, quam quæ sola specie, quocirca antiqui animam partiti sunt in membra minus dissidẽtia, plus autem discriminis habentia membra omiserunt, non fuit itaque recta eorum diuisio. XLV. Non igitur sensitiua virtus, motiua est. Tanquam totalis causa motus animalium & sufficiens. Nam in sequenti cap. Philosophus ostensus est sensum potissimum interiorem cum appetitu, animal mouere, ambas quidem virtutes simul, & tanquam vnum mouens, quorum neutrum per se id efficere possit. Hic autem contendit neq; sensum per se sufficere ad mouendum animal, neq; itidem appetitum, quod neq; paulo post dicendis, neque veritati repugnat.

¶ Decimi cap. annotat.

¶ Recta, quę suam naturam sequendo prudentiæ limites non excedunt. ¶ Recta, & non recta, quę illis sua natura non astringuntur, etsi aliquando illos limites obseruent. ¶ Specie, ratione. ¶ Rationalis imaginatio, intellectus. ¶ Sensualis vero, phantasia.

Ecimum caput continet quatuor conclusiones, vnum corollarium, vnam quęstionem, cum altero corollario ad tertiam, & vnum corollarium ad quartã. ¶ Prima conclusio. 48
Hæc duo, intellectus & appetitus, animal mouent. ¶ Sub que ail mouat
intellectu phãtasiam & imaginationem comprehẽdimus: nam homines plurima ex parte imaginatione poti⁹ quam disciplina & consilio reguntur. & cętera animalia quia prudentia carent, solius phantasię vsum habent. Et nos de intellectu practico intelligimus, qui a contẽplatiuo, fine differt. nã contẽplatiui finis, sola veritatis inspectio est: practici vero & administratiui, appetitio atq; prosecutio. Et ꝙ hęc duo moueant, patet. Nã ois appetitus propter aliquid est, aut prosequendum, aut fugiendum, & cuius est appetitus, hoc principiũ est practici consultatiuiq; intellectus. vltimum enim & in quod resoluitur actionis principium. Igitur cum actiua cognoscens virtus mouet, appetitę rei gratia mouet. non igitur sine appetitu mouere potest. Non immerito igitur hęc duo, intellectus & appeti- 49
tus, animal mouent. ¶ Secunda. Intellectus & appetitus vt vnum mouens mouent. ¶ Nam vnum est quod vt obiectum mouet, appetibile scilicet. est eiũ principium, & illius gratia intellectus non sine appetitu mouet. sunt igitur vnum mouens. Si enim vt duo mouerent, non secundum communem vtrisq; speciem motus mouerent: sed hoc vna specie, illud altera, quod non fit, cũ enim ratio mouet:

gręhensiuę & practicę intellectus offm

consimiliter voluntas mouet.est enim voluntas, appetitus. Non tñ cum appeti=
tus mouet,rationem mouere oportet.nam concupiscentia & ira , appetitus sunt,
qui sine ratione(vt cum imaginatione)tñ mouere possunt. Hoc tamen inter ra=
tionem & voluntatem parte ex vna,phantasiam & appetitum parte ex altera in=
terest,quod rationalis intellectus & voluntas semper recta sunt, phantasia vero,
& appetitus recta,& non recta. ¶Tertia. Non omne bonum , appetitum mouet 50
ad animal mouẽdum. Nam appetibile ita mouet appetitum . Appetibile autem
hic dicimus,quod bonum est,aut bonum apparet,contingẽs,& in nostra potesta=
te. Non autem omne bonum tale est.non igitur omne bonum appetitum ciet ad
animal mouendum. ¶Corollarium. Hinc fit vt iterum non æqua fuisse digno=
scatur tripartita animæ diuisio in concubiscibilem,irascibilem,& rationẽ. ¶Nã 51
appetitiua,vna est,quæ cum practico intellectu aut cum imaginatione animal
mouet. Non itaque hoc pacto fuit anima secanda:sed si secanda fuisset,longe in
plures particulas(vt dictum est)secanda fuisset:vt vegetatiuam,sensitiuam,ap=
petitiuam,intellectiuam,cõtemplatiuam,& actiuam.quæ plus differre adinuicẽ 52
videntur,quã concupiscibilis & irascibilis . ¶Quæstio. Si appetitiua virtus vna
sit in nobis,quo pacto euenit nos appetitus sentire contrarios? Responsio . Sicut
potentia sentiendi vna est,quinque diuersis vsa sensuum functionibus,ita appe=
tendi virtus vna est,in tres diffusa actus,concupiscentiam,iram atque rationem
Et quoties ratio aduersatur,contraque it cupiditatibus,& iræ,hos contrarios ap=
petitus in nobis experimur. ¶Corollarium. Quo fit vt hęc appetitũum dissentio 53
ijs solis animantibus accidat,quæ intellectum habent,& temporum discretionẽ.
¶Nam concupiscentia cum præsens delectabile & quod titillet attendit tanquã
summum bonum sit,sceleri manus dat victas,quia nihil de futuro præuidet.in=
tellectus vero futurum prospiciens exitum atque finem,ipsam retrahit, suoque
renititur vitio. Et hinc illa appetituum in nobis dignoscitur pugna. ¶Quarta. 54
Vnum est specie mouens quod non mouetur,& vnum specie quod mouet,& mo=
uetur. ¶Nam primum est appetibile,quod appetitum ciet,pellitque,& non mo
uetur. Secundum est appetitus,qui (vt dictum est) ab appetibili mediante intel=
lectu aut imaginatione excitatur:qui & mouet animal. ¶Corollarium. Hinc fit
vt ad parandum motum quatuor requirantur:mouens,quod & primũ immobile 55
vt bonum,mouens,quod & idem mouetur,vt appetitiuum:quod mouetur,vt ani
mal:& quo mouetur,vt sensibile & corporeum organum:de quo in eo loco qui de
operibus corporis & animæ communibus,diligentius considerandum est. huius=
modi enim corporeum organum,tubera, vertebra,concauaque,ad commissuras
& compages tenet. Est & iunctura cõmunis parti quiescenti & moræ,ratione dis=
sidens,reuoluiturque vna pars in alterius concauo,& motus ille pulsu & tactu cõ
pletur.est que aliquid circa quod reuoluitur(vt in circulo)quiescens. Sed hacte=
nus satis dictum est quomodo appetitiuũ,quod non sine imaginatione est,vt tale
animal mouet. Et imaginationem intelligimus aut rationalem,quæ in homini=
bus reperitur:aut sensualẽ,quæ & in hominibus & in alijs cõspicitur animãtib⁹.

nota differentiā

quomodo contrarios appetitus sentiamus in nobis quum sit una uirtus appetitiua

Tres ĩ homine potencias esse,cũ inferiores, cũ superiores.

DEcimi cap.scholia xlviii. Sub intellectu phantasiam & imaginationem comprehendi mus. Imagiatio,sensusque interior,imago est & vestigium ĩtellectus,vt exemplaris & veritatis,perinde atque appetitus sensualis ipsius voluntatis proinde sub intellectu re cte hoc in loco phantasia continetur,tanquã imperfectũ sub suo perfecto. Verũ vt po tentiarũ appetendi & cognoscendi quę hominibus conueniũt,aliquanto dilucidior ha beatur cognitio,& quonam modo vna alterius sit vestigiũ atque imago,annotatu nõ est indignũ tres esse potentias inferiores,& hominibus & brutis animalibus cõmunes,quibus tres in homĩe re spondent potentiæ superiores,vt exemplaria suis imaginibus,& immaterialia materialibus. Prima inferiorum est imaginatio sensualis,& virtus sentiẽdi interior, in organo corporeo suas exercens operationes,cui respõdet superior virtus intellectiua in hoĩe,a corpore secundum operationẽ sepa rata & tanto imaginatione dignior,quãto immortale mortali dignitate præstat. Et vtraque istarũ vis cognoscendi dicitur. Sensus autem exterior sub interiori continetur,cui est administratorius, & defert ab extrinseco rerũ species, easque imprimit quo interior suas functiones peragat. Secũda

inferior potentia est appetitus sensualis,suas itidẽ in corpore subiecto operationes absoluens,pręsens delectabile præteritumq; sensus adminiculo prosequens,& nihil de futuro prospiciens, & hæc mortalis est,interitumq; patitur . Cui respondet potentia superior , scilicet voluntas in homine,in subiecto incorporeo propriaq; potentia sua opera exercens,& proinde a corpore separabilis,imortalis atq; perpetua. Et harum vtraq;,potentia appetendi dicitur,hæc quidem rationalis, illa vero sensualis. Tertia inferior potentia est memoria sensualis,per species in sensus interioris organo seruatas,rerum prius sensu perceptarum recordationem faciens. Et hęc quidem tam brutis quam homini communis est,vt cæterę inferiores,& in organo corporeo suas exercet operationes,interitumque habet. Cui respondet potentia superior in homine,quæ dicitur memoria fœcunda,qua æternorum & supramundanorum per suas species in intellectu seruatas homines iugiter recordantur , ea meditantur & recolunt. Et hęc(vt cæteræ superiores)in subiecto incorporeo propriaq; potentia suas exercet operationes,ab interitu summa dei bonitate vindicata. Et harum vtraq;,potentia memorandi nuncupantur. Tres itaq; colliguntur potentiæ superiores, quibus anima rationalis insignita est,scilicet intellectus,voluntas,& memoria fœcunda,summę monadis , triadisq; indiuiduæ ab superbenedictę in homine dignissimum vestigium,ob quod dictum est, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et hic diuinus est vultus , quem diuino lumine afflatus psalmographus propheta sępius commemorat , & ad cuius considerationem quoties animum conuertit, se intimo & spirituali gaudio perfusum attestatur. Signatum est , inquit , super nos lumen vultus tui domine,dedisti lætitiam in corde meo . Et alio loco, Adimplebis me lætitia cum vultu tuo,& rursum Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Et deniq; Spera in deo,quoniam adhuc confitebor illi,salutare vultus mei & deus meus . Rogandus vtiq; est optimus rerum omnium pater , qui tantam dignitatem pro sua immensa bonitate homini conferre dignatus est,vt eum sui vultus diuina imagine insignuerit,quod illuminet vultum suum super nos, eumque perficiat dignis suę maiestatis vestigijs,quem tanta largitate atque munificentia homini præstitit. Et qui per naturalis philosophiæ studium ad huius diuinæ in nobis relucentis imaginis cognitionem a vestigijs conscendendo perducti estis,ad eam dignis & pulchris tum disciplinis tum virtutibus exornandam,& perficiendam enitimini,quæ diuinæ maiestatis oculis placeant,sua in nobis vestigia recognoscentibus, nec admittite aut turpe quicquã aut fœdum vestros animos contaminare aut polluere,quod diuini abhorreant oculi. Nam siquis regis imaginem aut principis luto defœdans,lęsę maiestatis reus, non effugit supplicium, ita nec eos immunes pœnarum fore credite , qui diuinam hanc imaginem vitijs & flagitijs commaculant. Cæterum sicut duplex est intellectus,actiuus scilicet,& contemplatiuus,actiuus quidem ad consideranda singularia , & contingentia in hoc vitæ statu prosequenda, aut fugienda,qui artem & prudentiam habet habitus,contemplatiuus vero ad vniuersalia & necessaria speculanda,cuius habitus sunt scientia,intellectus,& sapientia , ita sane duplex est voluntas, quædam actiua,quę cum ratione & proposito circa singularia in hac vita mortali operatur,& eius habitus sunt virtutes morales,optima ad hic recte viuendum eius præsidia. Altera est supramundana,quæ summi rerum authoris & beatissimorum immortaliumq; entium desiderio tota rapitur eorum flagrat amore,ad ipsorumq; consortium consequendum gemebũda suspirat,se carcere corporis eximi,dissoluiq; cum sancto Paulo efflagitat . Et hæc tanto voluntatem actiuam antecedit, quanto cælestia(circa quæ tota intenta est)terrenis dignitate præcellunt , & habitum habet,dei & diuinarum rerum ardentissimum amorem. Hac enim deum super nos diligere iubemur , inferiore vero proximum sicut nos ipsos . Consimiliter & duplex est memoria fœcunda siue intellectualis, vna quidem inferior,operationibus in hoc vitæ statu agendis subseruiens, & intellectui actiuo respondens,altera vero superior & supramundana,deum & eius magnitudinem,bonitatẽ,plenitudinem,sapientiã,maiestatẽq; iugi meditatione recolens,& solum rerũ cælestium diuinorũque bñficiorum cogitationibus intenta semperque diuina recolendo sibi præsentia habens & seruans . Et hæc itidem tanto inferiorem memoriam dignitate exuperat,quanto cælestia anteeunt sensibilia, & intellectus contemplatiuus actiuum. Cum itaque triplex sit in homine potentia,cognoscẽdi, appetendi, & memorandi,earum vnaquæque triplex insuper est. Cognoscendi quidem imaginandi(sub qua sensus exterior continetur)intellectus actiuus,intellectus contemplatiuus. Appetendi, appetitus sensualis,appetitus rationalis inferior,appetitus rationalis superior. Denique memorandi, memoria sensualis,memoria rationalis inferior,memoria rationalis superior,quare non modo triplex in homine potentia,sed & tripliciter triplex,& nouenario tetragono definita,determinataque. Intelligendæ tamen sunt hæ potentiæ sola ratione abinuicem distinctæ. nam re ipsa non sunt nisi vna eadem anima rationalis. Porro eiusdem ordinis diuersas potentias coniũgendo,vt tres primas,cuiuslibet earum singulas,tres medias, & tres consimiliter vltimas , semper de qualibet vnam sumendo, triplex in hominibus inuenitur vita,secundum potentias quas sequuntur,sumpta. Prima est infra hominem,& eorum qui sequuntur intellectum sensualem atque imaginationem appetitum sensualem,& memoriam sensualem,vt improbi & praui. Et infra hominẽ dicitur, ꝙ hæc pro humana dignitate vita non est,sed bruta,cum sit secundum eas potentias quas bruta sequuntur. Imo vero vita hęc hoĩm est brutorum vita inferior. Nam animalia rationis expertia illas sequendo potentias, viuunt secundum propriam naturã,ꝙ superiores quas sequantur,non habeãt,homo vero dignioribus potentijs neglectis,a se degenerans,abiectiores sequitur & inferiores. Et de ijs dicunt sacræ literę. Homo cũ in honore esset,nõ intellexit,cõparatus est iumentis insipiẽtibus, & similis factus est

In triplici aĩę hũanę potentia, diuini vult⁹ imaginẽ relucere.

Vnãquãque triũ ĩ hoĩe potẽtiarum adhuc eẽ triplicem

Universidad de Deusto Biblioteca

illis. Ab hacvita plane reuocat nos id Dauidicum. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Nam qui ita viuunt, similes sunt animali habenti quidem potentiam sentiendi, appetendi & mouendi, sed eius operationes non exercenti, imo solum plantarum exequenti opera, vt vegetationem & nutritionem. Et sicut tale animal(quod quidem natura ociositatē fugiens penitus abhorret)esset monstri simile, immotum & truncum, imo verius animal arboreum, ita homo inferiorum & sensitiuarum virium operationes solum sequens, est monstrosus animo, & homo bestialis. Et hinc omne pendet malum & lapsus in hominibus, suę sortis dignitatem non seruantibus, & ab ea degenerantibus. Secunda est vita secundum hominem, & eorum qui sequūtur medias potentias, scilicet intellectum rationalem, inferiorem & actiuum, appetitum rationalem, voluntatemq; inferiorem, & memoriam rationalem inferiorem. Et dicitur secundum hominem, quia homo ita viuens propriam sequitur naturam, & sibi proprias exercet operationes, scilicet virtutum officia, per consultationem & electionem. Et hæc quantulacunq; diuinæ bonitatis imitatio(quantuis ad superiora non fiat consensus) grata est optimo rerum parenti, quam quidem habent piæ mentis homines illiterati, aut ad alias contemplationes non euecti, & hæc eorum vita, actiua dicitur. Tertia vero est vita supra hominem, & eorum qui supremas sequuntur potentias, earūq; operationes exercent, scilicet intellectum contemplatiuum, voluntatem, appetitūq; rationalem superiorem, & memoriam rationalem superiorem. Et supra hominem dicitur, quod huiusmodi vita viuentes, hominum communem naturam excedunt, & ad diuinorum vitam propius accedunt, hominesq; diuini vocandi sunt, siue heroici Et vita hæc contemplatiua dicitur, proxima cęlestiū imitatrix, ad quam actiua vita ordinatur, vt medium ad finem. Non enim potest homo contemplatiuam vitam recte exercere, qui prius secundum actiuam non recte vixerit, quemadmodum eiusdem denominationis potentiarum prior ad posteriorem ordinatur, vt imaginatio est gratia intellectus actiui, & intellectus actiuus gratia contemplatiui, sic appetitus sensualis gratia voluntatis inferioris, & inferioris, & inferior gratia superioris. Debent itaq; qui ingenuo generosoq; sunt animo, primam penitus abhorrere, & a pecorum appellatione sese vendicare, secundamq; amplecti homini propriam & peculiarem. Quibus autem benignior aspirauerit natura, imo vero naturę & virtutis omnis dominus non debent secunda abire contenti, sed & ad tertiam aspirare, vt quam proxime diuinorum euadere possint æmuli. Porro hæ tres viuendi rationes secundum triplices potentias sumptæ, hac descriptione facile innotescunt.

Potentiæ	Primavita & īfra hominē	Secūda, & secūdū hominē	Tertia, & supra hominem
Intellectꝰ	Sensualis atq; imaginatio	Rōalis īferior & actiuus	Rōalis superior & cōtēplatiuꝰ
Memoria	Sensualis	Rationalis in ferior	Rationalis superior
Volūtas	Sēsualis appetitusq; brutꝰ	Rationalis inferior	Rationalis superior

Et quemadmodum intellectus est omnia, quia omnium rerum notiones continet, sic & voluntas fit omnia per concupiscentiam & amorem, quia rebus omnibus se potest addicere, & ab eis nomen desumere. Aliquando quidem descendit infra se, cum diligit res momentaneas & transitorias, vt delicias, honores, pecuniam, & fit illa per coniunctionem amoris. Aliquando sine descensu in æqualitate manet. cum res sibi consimiles amore complectitur, & fit ipsę res amatę. Aliquando vero ascendit supra se, cum dignissima naturæ entia & supramundana amore prosequitur, & transformatur in ea per vim amoris, accipitq; ab eis dignitatem, sicut a cæteris rebus ipsa sumit rei amatæ naturam & conditionem. Hinc viri doctissimi hominem cameleonta vocitant, quod sicut cameleon assimilatur cuicunq; rei fit propinquus, ita homo per voluntatis libertatem rebus omnibꝰ quas prosequitur, fit assimilis. Et maximum beneficentissimi rerum parentis munus, & quo homini aliud prestantius datum non videtur, est liberum arbitrium, quo sponte & non necessitate inductus ei præbeat obsequium, & fiat non modo humanus vel angelicus, sed & deiformis, contravero siue lit, fiat brutus vel arboreus, quemadmodū luculentissime ostendit Mirandula in ea oratione quam habuit ad Romanos. Neq; destitutus est homo diuina prouidentia, vt impij oblatrant, neq; idcirco labitur in deterius, sed libertate arbitrij donatus, ipsam sæpius deflectit ad sinistrum, & se infra se abijcit, ea siquidem libertas in homine, vestigium est ipsius summæ libertatis, quia optimus mundi conditor rebus omnibus suam bonitatem communicauit, easq; libere perduxit ad ortum, quo quidem vestigio solum insigniuit hominem in hoc mundo sensibili. Cęterum motus animaliū quo a se mouentur, symbolus est emanationi ipsius mundi ab optimo eius opifice, vt quemadmodum animalia post summam quietudinem ab eo motu, eū sponte incipiunt, & rursum sponte dimittunt, ita optimus rerum opifex, cum sibi placitum est, mundum produxit ad esse, & cum ei visum fuerit, rursum finiet. Quare vt animalium motus ab intellectu & voluntate(sub intellectu imaginationem, & sub voluntate appetitum sensualem comprehendendo)procedit, ita & mundus a diuino intellectu & voluntate processit. Quod si vel in signo deprehendisset Aristoteles, posuisset mundum incepisse, & finem habiturum, nec asseruisset eum necessitate naturæ ab ipso rerum authore prodiisse, vt lumen a luce. Ad quod tamen asserendum, potissimum eum impulit ociositas in deo vitanda & torpor, quem in ipso posuisse visus fuisset, si ipsum ante mundi exordium fuisse admisisset. idcirco non recte in octauo Physico. comparauit Philosophus motum vniuersi ad nutritionem, quia nutritio necessitate naturę fit, & quandiu durat animal, durat & ille motus. Verum ex octauo Physicorum diffusius cognoscuntur. XLVIII. Et cuius est appetitus hoc principium est. Id cuiꝰ vt

obiecti est appetitus, principium est excitatiuū & motiuum intellectus actiui. nam impellit intellectum ad consultandum de medijs conuenientibus ad finem illum acquirendum necessarijs. Et idem appetibile est vltimum in assecutione, & in quod terminatur desinitq; præcedens actio. Exempli gratia, appetit quispiam sanitatem quam deperdidit, vt bonum. Sanitas appetibile est & finis mouetq; intellectum consultatiuum vt inquirat conuenientia media hunc finem assequendi. Inquirens intellectus deprehendit haud magno impendio sanitatem reparari posse, si consulatur medicus, ac cipiaturq; purgatiuum medicamentum, voluntas id medium amplectitur. Ab intellectu actiuo & voluntate impellitur ægrotus ad accedendum medicum, fit ad illum profectio, medicamenti sumptio, & deniq; sanitatis instauratio. Hic sanitas primum est in intentione, sed vltimum in assecutione. L. Non autem omne bonum tale est. Scilicet contingens, & in nostra potestate, sunt enim bona contemplabilia necessaria, & bona supramundana, quę pro huius vitę conditione assequi non possumus, sunt & bona huiusce mundi, vt regna, imperia, quorum cōpotes euadere non possumus, quocirca manifestum est, non omne bonum in animali motum excitare. LIII. Et hinc illa appetitiuum in nobis dignoscitur pugna. Consimilis ferme dissentio est inter imaginationē virtutem cognoscendi inferiorem, & intellectum virtutem superiorem, qualis inter appetitū sensitiuum & rationem. Siquidem sæpenumero cui imaginatio assentit, intellectus dissentit, & contra, vt imaginatio iudicat effigiem in speculo conspectam, esse in profundo speculi. Etiam si quicquā fuerit aquę subsidendi ex superiori loco obiectum, quanto id aquæ efficitur propinquius, tanto imaginem eiꝰ minus esse in profundo aquæ, & propinquiorem summitati iudicat imaginatio exteriori visui innixa, quanto vero semotius & elongatius id ab aqua fuerit, tanto eius imaginem esse in aqua profundiorem. Intellectus vero elementis perspectiuis adiutus iudicat imaginem illius rei siue propinquioris siue remotioris esse solum in superficie extrema speculi aut aquę. Sic imaginatio se conformans exteriori sensui iudicat solem esse pedaneum, intellectus autem theorematibus astronomicis nixus, cum tota terra maiorem esse censet. Verum intellectus, vt superioris, & natura eminentioris, officium est, imaginationem inferiorem & minus dignam corrigere, quod cum facit, vera partatur & citra hallucinationem rerum cognitio. Perinde atq; voluntatis munus est emendare appetitum irrationalem & castigare, vt pater rebellem filium, & eques indomitum equum coercet, frenisque compescit, quod cum fit, tandem comparatur virtus, & recte vita instituitur. Cōtravero quēadmodum appetitus sensitiuus rapiens ad suas partes voluntatem, ducit eam ad multa flagitia perpetranda, vt exemplo Medeæ & Scyllę liquido constat, ita imaginatio cum intellectum trahit in suam sententiam, cogitq; sibi assentire, cum in multos pertrahit pręcipitatq; errores. Et hinc omnis fere in disciplinis lapsus ortum habuit, q̄ ad phantasiam & imaginationem labantur homines, putantes quod phantasia monstrat id scientiam esse, & nihil verum esse admittant, nisi quod phantasia verum esse censuerit, quod perinde est atq; putare nihil esse bonum, nisi q̄ appetitus sensitiuus bonum esse dijudicauerit. Hinc quantitatem non distingui a re quanta neq; numerum a re numerata, motum idem localem re ipsa non discrepare a mobili, nonnulli autumant, q̄ imaginatio ita rem sese habere iudicet, quemadmodum deuiatio omnis & exorbitatio in moribus humanis prouenit ex eo, q̄ potius cupiditati q̄ rectæ rationi morem gerant homines. Et de hoc quoq; in scholijs primi cap. primi huius factus est sermo.

Vn̄ in cogitatione & moribꝰ hoim ꝓuenit error.

Vndecimi cap. annotat.

¶ Appetitus in nobis qui cum ratione & syllogismo habetur, est voluntas, quæ & appetitus rationalis nominatur. ¶ Qui vero præter opinionē & syllogismum in nobis est, concupiscibilis & irascibilis est, quem & appetitum sensualem, irrationalem, brutumq; dicere consueuerūt.

VNdecimum cap. continet tres quęstiones, & earum solutiones.

56 ¶ Prima quæstio. A quo imperfecta animalia, vt muscę & vermes (quibus diximus prius non adesse phantasiā) moueantur? ¶ Responsio. Sicut illa indeterminatum habent & vagum motum, ita indeterminatam imaginationē habent, & appetitum. Perfectam enim phantasiam eis adesse negauimus. Videtur enim ipsis lætitia & tristitia inesse: quare & concupiscentia & appetitus quibꝰ etiam imaginationem phantasiamq; indeterminatam inesse concedimus.

57 ¶ Secunda. Cum imaginatio sensualis cæteris animantibus quę se mouent insit, hominibꝰ vero & sensualis & rationalis: quæ harum, an sensualis, an rationalis mouet in homine? ¶ Responsio. Cū doceri volumꝰ ex duabus quātitatibus vtra earum fuerit maior, certa constitutaq; vtimur mensura, vt palmo aut cubito, vt huiusce rei certitudinem experiamur. Ita duobꝰ propositis, cupientes cognoscere vtrum eligibilius sit, nos aliquid vnū vt delectabile aut vtile loco mensuræ (ad quam ea conferamus) constituere oportet. Et in nobis appetitus vnꝰ

aduerte dictum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum ratione & ſyllogiſmo habetur:eſt & vnus qui eſt præter opinionem & ſyllogiſmum,& vehementior & valentior debiliorem rapit & ſuperat. hinc ſepe euenit vt rationalis moueat irrationalem,cum vehementior fuerit. ¶ Euenit item & ſæpe verſa vice irrationalem mouere rationalem,atque ſecum rapere, cum ipſe vehementior fuerit,non quidem quod debilior ſuum motum deſerat,ſed alterius fortiore & validiore motu rapitur :quemadmodum in ſphęris cęleſtib⁹ ſphæra quæ vltimum cæli ambitum coercet, orbes planetarum motus pernicitate & velocitate præcellens ſecum rapit ſuos tamen in contrarium circuitus efficiunt, ita eſt & in nobis. Hoc tamen intereſt, quod in mundo ſemper is motus vincit, qui natura eminentior & nobilior eſt,& alios ſecum rapit:vt is qui primo & ſupremo attribuitur circulo. In hominevero fit plerunque vt natura ſuperius pręſtantiuſque ab inferiore ſuperetur,vincatur,atque rapiatur, vt incontinentium conſtat argumento : & tribus cognoſcantur agitari motibus, inferioris ſuperioris,& quodammodo tertio raptus. ¶ Tertia quæſtio. Cum duplex ſit exiſtimatio ſiue 58
apprehenſio, hæc vniuerſalis, vt omne liberalitatis opus honeſte fit, & fieri debet, hæc vero particularis, vt huic philoſophiæ operam ſtudioſe nauanti & quidem indigenti erogare,liberalitatis opus eſt:quę harum,motum imperat? ¶ Reſponſio. Vtraque,ſed vniuerſalis minus:vt quę ſtando quieſcendoque magis moueat,& ab actione remotior. Particularis vero magis,vt quę actioni vicinior propinquiorque immineat.

VNdecimi cap.ſcholia. LVI. Ita indeterminatam imaginationem habent & appetitum Id muſcæ & vermes liquido produnt.Nam cum muſca foramine vno locum quempiam ingreſſa fuerit,non facile memoriam habet per idem egrediendi ,ſed vltro citroq; volitare conſpicitur egreſſum quærens,quem ſi inuenerit,indeterminato quodam motu & fortuito comperiſſe videtur.Et cum ſemel ambuſtis alis læſa fuerit, illius immemor adhuc flammam circunuolitat,quoad tota interdum exuratur. Hinc vulgatum eſt in eos qui cito rei cuiuſpiam obliuionem capiunt,quicq; fluxa ſunt memoria dictum,quod muſcarum memoriam habeant. Vermes itidem cum ad paſtum ſuo antro exierint,vix ad illud norunt reuerti,quam obrem naturæ induſtria conſtitutum eſt,quod non procul ab antro ſuo procedant , ne longius repentes,ab eo aberrent. LII. Cum doceri volumus ex duabus quantitatibus.Quemadmodum in ludo quo multi contendunt ad ſignum poſitum quam proxime globum,lapidem,aut ſagittam mittere,cum ea quę a diuerſis miſſa ſunt,ab ipſo ſigno fixo æquidiſtare videntur , & cognoſcere volunt qui concertant,quodnam illorum cæteris ſigno ſit propinquus,communem omnium accipiunt menſuram,vt pedem aut cubitum, quam ſigillatim illis applicantes,diſtantiam ipſorum facile internoſcunt.Id autem tertium ad quod duo propoſita bona(inquit litera)conferimus, inueſtigare volentes vtrum eorum eſt eligibilius , interdum ſubiectũ eſt cui bona illa inſunt,vt virtus pręſtantius bonum eſt ſanitate,nam virtus animæ ineſt,ſanitas vero corpori, anima aũt corpore præſtantior.Interdum vtile,vt quod eſt vere maximeq; vtili vicinius ſimiliuſq; bonum, præſtabilius. Interdum diuturnum,vt diuturnius bonũ,ei quod minorem habet diuturnitatem, anteferendum, & ita de cæteris quæ tertius Topicorum latius diſſerit . Euenit item & ſæpe verſa vice . Appetitus rationalis datus eſt vt principetur ſenſitiuo,ipſumq; coerceat,quod cum facit, retrahit hominem a turpibus,vt continentes facile monſtrant,perinde atq; equus oculis captus eniteretur, & ſe & ſuum ſeſſorem pręcipitare in fluuium,ſeſſor autem id præuidens,equum freno cohibitum retraheret ab illo diſcrimine,eſt enim appetitus ſenſitiuus & brutus,vt cæcus,& futuri improuidus,rationalis autem præſidio intellectus fretus,videns & oculatus.Et tum homines naturam imitantur, in qua ſuperior ſphæra mouet inferiores,cũ vero irrationalis appetitus præualet rationali,& eum ſuperat,quemadmodum in inconuenientibus,rectus naturæ peruertitur ordo.Haud ſecus quam ſi ſphæræ inferiores ſupremam agitarent ab occidua parte verſus orientalem,& hinc in hoib⁹ omnis peruerſitas & morũ improbitas enaſcit. LVIII. Vtraq;,ſed vniuerſalis min⁹. Vniuerſalis propoſitio mediate ſolum mouet,& remote . nam cum ſola offertur cuiquam per eam non incitatur ad opus exercendũ,ſed quieſcẽs illi aſſentitur.Particularis vero propoſitio & quę alterius aſſumptio eſt imediate mouet,& propinque.nã oſtendens ſingulares operationes ipſi⁹ circunſtantias, pręſentemq; materiam, impellit animum ad operationem ſiue bonam ſiue malam incunctãter agendam.

¶ Duodecimi cap.annotat.

¶ Incorruptibile animal addit propter eos qui cęlum,imoverius mundum,animal eſſe aſſerunt,cui tamen nullum ſenſum tribuunt:vt Timęus. Ait emẽ. Nec oculis indigebat, quia nihil extra quod cerni poſſet relictum erat . Nec auribus: cum nihil ſupereſſet foris quod audiretur.Nec erãt aere circũfuſa externa mundi:vt reſpirationem requireret.Nec membris quidem talibus opus erat, per quę noua alimenta ſuſciperet,aut decocti cibi excrementa emitteret.

59 DVodecimum cap.continet ſex concluſiones; vnum corollariũ ad quintam,& quõ aĩalia a longe ſentiãt,poſt ſextã. ¶ Prima concluſio. Quicquid viuit,a gñationis initio ad ſuum vſq; obitũ interitumq; vegetatricem animam retinere neceſſe eſt . Nam oẽ tale a ſuæ gñationis initio ad ſtatum (mõ impedimentũ tollatur) augeſcit,ſtatum habet : poſt quem ad obitum vſq; minuitur. Id aũt ſine alimento fieri nequit,ineſt igitur ipſis ſuo toto du-
60 rationis tpe vegetatrix anima. ¶ Secunda. Nõ oibus viuentib⁹ præſto adeſſe ſenſum neceſſe eſt. ¶ Nã plantis nõ adeſt,etſi vitam poſſideant,earũ em̃ corpus nimis ſimplex,terreũ,& ad ſentiendũ ineptum. Nõ igitur hnt tactum , quo nõ habito,vt ceteri deficiant neceſſe eſt. ſine em̃ tactu ſenſum vllũ habere impoſſibi-
61 le eſt. ¶ Tertia. Omne aĩal ſenſum habet. Nam omnia quę natura ſubſiſtũt,propter aliquid ſunt,& natura nihil temere & fruſtra facit,habebunt igitur ſenſum, quę progrediuntur,& quæ ſe de loco in locũ transferunt,vt cibum a lõge ſibi quę ritent & acquirant.alioqui ſine carebunt, aliq; non potuerunt. Et pariter ſenſum habebunt quæ ſedi nixa alio ſe transferre nequeũt,vt cõiunctum diſcernant alimentum . Neq; licet dicere corruptibile aĩal motu præditum,intellectum habere ſufficere ad diſcernendum,& ſenſum nõ habere , neq; quidem incorruptibile. nam aut id ſic melius eſſet corpori, aut animæ non autem aię : quia nõ melius ſi-
62 ne ipſo intelligit,neq; itidẽ corpori, quod propter ſenſus animalibus datũ eſſe videtur. ¶ Quarta. Animalis corpus ſimplex eſſe impoſſibile eſt. Nam ſi ſimplex eſſet,tactum nõ haberet,tactum autẽ,ipſum habere neceſſe eſt.nõ igitur corpus
63 ſimplex,ſed cõpoſitum mixtumq; habet. ¶ Quinta. Tactus maxime aĩali neceſſarius eſt.Nam cum animal corporeum ſit,ipſum proxima cõtingere corpora neceſſe eſt,oportuit igitur ipſum muniri tãgendi facultate,qua ſalubria ab officientibus diſcernere queat,ſalutemq; ſuam efficiat:alioqui vitam nõ ſaluat, fit em̃ tactus per quiddam internum . Quõ igitur dignoſceret animal ea quæ proſunt,vt proſequatur,& ea quæ officiũt,nocẽtque,vt fugiat,ſine tactu? quo præſidio deſtituta animalia,vt ſtatim depereant neceſſe eſt. De viſu autem,auditu & odoratu,
64 non ita fit,ſed medio quodã hauriuntur extraneo. ¶ Corollarium. Hinc fit vt guſtus quodammodo animali ſit neceſſarius. ¶ Nã guſtus vt tactus quidã eſt,& alimentum tangere neceſſe eſt,eſt igitur (vt tactus) quodãmodo neceſſarius. ¶ Sex
65 ta concluſio. Viſus,auditus,& odorandi ſenſus,nõ ſunt vt tactus neceſſarij. ¶ Tactum enim & guſtum diximus animali neceſſarios, q̃ tactus alimenti ſit ſenſus, ſine quo non contingit animal eſſe poſſe,non autem de viſu,auditu, aut odorandi ſenſu ita eſt. Color enim,ſonus,& odor,alimentum non præſtant, augmẽtum, & decrementum:& natura pleraque animaliũ his ſenſibus nõ muniuit,ſed boni gratia aliquibus ipſos addidit, & potiſſimum progreſſiuis,quæ a longe victũ quę ritant.Nec mirum,nam hoc horum ſenſuũ pręſidio ipſa ſaluari neceſſe eſt,neq; ad ſuam ſalutem tactus munitio ſufficeret. ¶ Et ſi quæras, quomodo a longe ſentiant,vt videant,audiant,odorentur? ¶ Dicimus ſenſibile medium mouere,mediumvero motum,ciere mouereq; ſenſum: perinde atq; ſi mouens aliquid pellat, quod pulſum,alterum pellat:ſicut primum mouens a nullo pellitur , & vltimum pulſum ſolum pellitur,& non pellit,media vero nunc plura,nũc pauciora,& pellunt,& pelluntur:ſic in ſenſatione,hoc excepto, quod in huiuſmodi ſenſus alteratione vnum manens,& in eodem loco alterat,pellens autem,locũ mutat : quemadmodum cum ceræ ſigillum imprimis,quantum pellendo cera cedit,ſigilli veſtigium profunde tenet:vbi vero non cedit vt lapis,non retinet, ita & aqua & aer & maxime aer vnus & idem manẽs patitur,& ſenſum mouet. Et ita dicere ſatius videtur,quam putare dum videmus oportere radios ab oculis egredi, qui a colore & figura paſſi,& denſitate repercuſſi,ad oculum redeant. At leuis vt compla-

Universidad de Deusto Biblioteca

natus aer, vnus, infractusque manens, coloribus & figuris affectus, meli⁹ dicetur visum icere, & sensum coloris & figuræ facere, haud secus quam si sigillum ad finem vsque ingrederetur ceræ, illic sigilli vestigium relinquens.

DVodecimi cap. scholia. LIX. Inest igitur ipsis suo toto durationis tempore. Non solum secundum virtutem, vegetandiq; facultatem, sed & secũdum operationem. Nempe tota viuentium vita, augmentatione, statu & diminutione absoluitur. Cuius autem horum coniuncta est nutritio quæ vegetatio quędam est, & nunq̄ viuentibus abest. Toto igitur durationis tempore adest viuentibus sine intermissione vegetatio. Et eo ipso differt vis vegetandi a cęteris potẽtijs, ꝙ ipsę secundũ virtutẽ quidẽ & potẽtiã semper assunt, nullius aũt operatio semper adest. At vero vegetatricis potẽtię neq; virtus neq; operatio vnq̄ abest. LXI. Neq; quidẽ incorruptibile, subaudiendũ, aĩal ponendum est sufficere habere intellectum sine sensu, vt posuit Plato, asserens animam mundi, mundumq; totum aĩal esse. Cui respondet id Virg.

Totamq; infusa per artus Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Et huiusmodi animal posuit neq; visum habere, neq; auditũ, neque olfactum, ꝙ nulla extra totum mundum, sunt colore aut odore prædita, sonumve edentia, quæ sensib⁹ illis perciperentur, ꝙ item extra mundum non est corpus perspicuum, vt aqua aut aer, per quod fiat horum sensuum perfunctio. Insuper & gustum negauit illi adesse, ꝙ extra mundi ambitum nullum sit quod sumi possit alimentum, denique & tactum itidem abesse dixit, ꝙ nullum esset corpus extra mundi extremum, cuius qualitates aut magnitudo tactu noscantur, quemadmodum verba in notis ex Timęo Platonis adducta demonstrant. Verum id neque veritati consentaneum est, neque ab Aristotele approbatur, nam aut id, inquit, scilicet animal illud incorruptibile haberet intellectum sine sensu, melius esset animę, aut corpori. Non aĩæ, quia aĩa sine sensu, non melius neq; cõuenientius ĩtelligeret, imo nullo modo intelliget, cum vt intelligat, sensuum adminiculo a quibus excitetur indigeat. Neque id melius erit corpori, quia corpus datum est animalibus ad sensuum operationes exercendas. Per totum em̃ corpus, organũ tactus diffusum est, & determinatis corporis partib⁹, cęterorũ sensuũ organa adducta sunt, esset igĩ corpus sine sensuũ functione otiosum, quod natura summopere refugit. LXV. Et ita dicere sati⁹ videtur, q̃ putare dũ videmus. Non efficax sumĩt argumentũ ad probandum visionem fieri extra mittendo, ꝙ basiliscus visu interficiat hominẽ, ꝙ ve facinatrix, aut inuidiæ suffusa veneno, solo visum arcidum languorẽ, maciemque adempto naturali succo inducat pueris in cunabulis conspectis, vt ferunt. Hæc enim non per visionem fiũt, sed quod ab oculis & basilisci & huiusmodi sagarum inuidarũque mulierum egrediuntur venerati vapores, qui per aerem diffusi, animalia ad quę pertingunt, pestifero afflatu enecant, aut tenellis pueris, aliisve animãtibus incõmodum inferunt. At huiusmodi vapores oculis egredientes nõ amplius faciunt ad visionem, quam lachrimæ ex oculis manantes, aut sudores, a manu exeuntes concurrant ad tactionem.

Decimitertij cap. annotat.

Corpus simplex est, quod vnius solius haberet elementi contemperamentum.

DEcimumtertium cap. continet tres conclusiones, & vnum corollarium ad secundam. Prima conclusio. Animalis corpus simplex esse ĩpossibile est. Simplex intelligo, igneũ, aereum, aqueum, aut terreum. Nam sine tactu animal esse non potest, neq; aliorum sensuum vllum habere. Atqui tactus, simplicis corporis esse non potest: etsi visus, auditus, odoratus possint, vt aquei & aerei, per quę vt media sentire faciunt, tactus enim per intraneum, & tangendo, ipsa ignea, aerea, aqua, & terrea sentit, hinc tactus nomen ei inditũ est, animalis igitur corpus simplex esse non potest. At tibi forte videri posset terreum esse posse, sed sane ita esse nequit. nam tactus, susceptiuus est omnium tangibilium, vt medietas quædam: & non solum differentiarum terræ, sed calidi, frigidi, humidi, & sicci, & omnium tangi possibiliũ, hinc osa, pili, & plantę non sentiunt, quia terrea sunt. Secunda. Animalia tactu priuata mori necesse est. Nam sine eo (vt diximus) neq; animal esse potest, neq; sensus vllus, imo cum sit ille sensus, animal esse necesse est, & cum sit animal, hunc solum sensuum haberi pariter oportet. Corollarium. Hinc fit vt excellentiæ sensibilium aliorum sensuũ non animal corrumpant, sed solum sensum, nisi per accidens, excellentię vero tangibiliũ, & tactum & ipsum animal per se corrumpunt. Excellens em̃ sonus, vt tonitruus, animal non corrumpit, sed auditum: nisi per accidens: vt cum spiritus simul cũ sono elisi percussio animal exanimet. Neq; excellens visibile animal corrũpit, sed visum: nisi per accidens, vt cum visu sic terrore afficitur animal, vt e vita emigret, secedatque, & ita de odore, & sapore. At excellentiæ tãgibilium, calidum, frigidum, humidum, siccum, molle & durum, tactum per se corrumpunt, & animal, non em̃ corrupto tactu animal superuiuere contingit, & omnis sensibilis superexcellentia sensum corrumpit. Tertia. Solus tactus animali adesse [ ] necessarius est, alij vero propter bene esse. Nam solus tactus animali vt viuat, haberi est necessarius, & alij corrupti non interimunt animal, qui quod ob bene esse animali sint concessi, statim cognitum est. Visus enim additus est, quo vitam in aere aut aqua aut aliquo perspicuo sibi vendicet. auditus, quo ei aliquid indicetur. odoratus, quo odore a longe percepto, ad alimentum se conuertat. gustus, quo iucundum sit ei alimentum, & triste refugiat, postremo lingua adhibita est, vt sapores discernat, vocesque effingat. Est itaque notum, solum tactum ad esse animali necessarium eset tributum, cæteros vero non ad esse, sed ob bene esse.

DEcimi capitis scholia. LXVII. Etsi visus, auditus, & odoratus possint, subaudi, esse simplicis corporis tanquam subiecti, non quod illorum sensuum organa duntaxat vnus habeant elementi contemperamentum, sed quia insigniter vnius naturam retinent, a quo vt dominante nomen sumunt, vt visus aqueus dicitur, & auditus aereus. Sunt enim aer & aqua, in maiori dominio in dictorum sensuum organis, quam terra in organo tactus, imo si terra in tanta esset excellentia in organo tactus, in quanta aer in auditu, aut aqua ĩ visu, organum tale esset ineptum tactui. Hinc tactus dici non potest terreus. Et tangendo, ipsa ignea, aerea, aquea, & terrea sentit. Tangendo, contactum magnitudinis ad proximum corpus habendo, quia nunquam potest fieri qualitatis tangibilis perceptio, nisi tactionẽ efficiens animal aut proximum sit ei corpori cuius qualitates tangibiles sentit, vt cum id corpus cuius sunt qualitates, est molle, quale est aqua, aut aer, aut saltem sit proximum alteri corpori intermedio inter efficiens tactionem, & corpus cuius percipiuntur qualitates, vt cum tactu percipiuntur duorum corporum qualitates, quamuis enim tunc ad durum corpus non sit animalis cõtactus, sit tamen ad aquam aut aerem intermedium. Hinc nomen tactus huic sensui inditum est, a contactu magnitudinum, ꝙ qualitatum tangibilium apprehensio semper coniuncta sit contactui secundum magnitudinem aut illius corporis quod tactu percipitur, aut alterius tangenti propinquioris. Hinc ossa, pili, & plantæ, non sentiunt. Ossa etsi partes sint animalis, & augmentationem recipiant, animataque sint, non tamen sentiunt vt caro, quia nimium habent terræ contemperamẽtum, quod ipsa reddit ad peragendam sensuum functionem inepta. Neque incõueniens est aliquam partem animalis homœomeram (quale est os) non sentire, cum partes anomœomeræ nullę inueniantur quin sentiant, vt caput, pectus, pedes. Neque idcirco etiam oportet ossa alterius esse naturæ, & rationis a carnibus, nam sentire, & non sentire speciem naturamq; in partibus non variant, sicut neq; videre & non videre efficit diuersitatem speciei in oculo & pede. Nempe eiusdem rationis est forma substantialis ossis & carnis, & vtraque quidem sensitiua, sentiendique virtutem habens, sed quæ carni inest, operationem sensus facit, quæ vero ossi, minime, non quidem defectu proueniente ex parte formæ, sed subiecti, quod non est aptum suscipere sensuum functiones, & sine subiecto apto dispositoque non est nata forma eas efficere. Pili vero neque animati sunt, neque animalium partes, sed ex naturæ excrementis superfluitatibusque nascuntur, ad corporis munimentum & ornatum, non itaque mirum videri cuiquam debet, si sentiendi virtute destituti sint. LXVIII. Animalia tactu priuata mori necesse est. Non est putandum adempta ipsi animali virtute tangendi, imo & sentiendi, reliquam manere posse vegetandi virtutem, & proinde animal mori non oportere. Nam licet in ijs quæ potentias seiunctas habent, interemptis posterioribus potentijs non oportet priores abesse, vt si sensitiuum abest plantis, non oportet abesse vegetatiuum, attamen in illis quæ coniunctas habent posteriores potentias prioribus, ademptis posterioribus, & priores ademptum iri oportet, vt si non adest animali sensitiuum, neque eidem aderit vegetatiuum. nam idem sunt re ipsa. Neque inconueniens putandum est, ex eo quod sensus adest animali, colligi tactum adesse, tametsi a communiori particulariter sumpto ad minus commune fiat argumentatio, nam id argumentandi genus inualidum non est, vbi tale infertur minus commune, sine quo communius esse non potest, vt si numerus est, consequens est & binarium esse, numerus enim nullus est sine binario, sed omnis aut binarius est, aut ipsum vt suam partem complectitur. Ita si vegetatio est, & nutritio est, quoniam sine nutritione vegetatio esse non potest. Pari modo si sensus est, & tactum esse sequitur, at non ita concludi potest, si sensus est, & visum esse, quoniam sine visu sensus animali adesse potest.

Paraphraseos in tertium Aristotelis de Anima, in eundem scholiorum, finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primi capitis paraphraſeos in

Librum de Senſu & ſenſato, annotatiunculæ.

¶ Color, proprium, & per ſe a viſu perceptibile. ¶ Symbolum, ſignum ſignificatiuum.

LIber de Senſu & ſenſato ſeptem capita complectitur. Primum tres concluſiones, duo corollaria ad primã, & vnum ad tertiam. ¶ Prima concluſio. Quoniã de anima, & virtutibus eius, vt ab ipſa proficiſcuntur, determinationem fecimus: his ſuppoſitis de reliquis, & ijs quæ minus explicauimus, tam communibus quam proprijs, determinationem facere expediet. ¶ Nam de ijs quę in animalibus ſunt & corpori & animæ communia (quæ in ijs qui ſunt de anima, non exacte ſatis determinata ſunt, aut quæ illic tacta non ſunt) apta poſt cõſideratione de anima incumbit determinatio. Talia autem ſunt, ſenſus, memoria, animę & corpori communia, & fere omnibus animalibus: quemadmodum appetitus, concupiſcentia, ira, delectatio, triſtitia, & hæ quatuor numero paſſionum cõiugationes, ſomnus, vigilia, iuuentus, ſenectus, aſpiratio, reſpiratio, mors, & vita: de quibus nihil illic tactum eſt. Expediet igitur de ipſis determinationem facere, & quid vnumquodque eorum ſit: vt quid memoria, quid ſomnus, vigilia, iuuentus, ſenectus, aſpiratio, reſpiratio, quid mors, quid vita, & cur vnumquodque accidat videre. ¶ Primum corollarium. Hanc ob cauſam, naturalis philoſophi ſanitatis & ægritudinis eſt principia inuenire. ¶ Sunt enim hæ communes paſſiones, ſolis animalibus conuenientes. nam ſanitatem & egritudinem vita carentibus fieri impoſſibile eſt. ¶ Secundum corollarium. Et hinc fit vt medicorum quamplurimi auidiuſcule phyſicam artem proſequantur, & querant. ¶ Namvbi naturales finiunt, ordiuntur medici: & ex ijs quæ de natura ſunt, ſua ſumit principia medicina.

¶ Secunda. Omnia quæ dicta ſunt, corpori & animæ communia ſunt. Nam aut hæc ſenſus ſunt habitus, vt memoria: aut paſſiones quę ſenſib⁹ fiunt, vt ſomnus, & vigilia, aut animal & pariter corpus & animam ſaluãt: vt reſpiratio, iuuentus, vita, & ſanitas. aut corruptiones ſunt, & priuationes: vt reſpirationis ablatio, ſenectus, mors, ægritudo. Sunt igitur hæc omnia corpori & animę communia. Quid enim ſit ſenſus, propter quid accidat, quodq; corporis ſit (vt qui corporeo indiget ſenſorio) & ꝓ animæ, ſatis apprimeq; ſuperius dictum eſt. Dictum etiam eſt guſtum & tactum ſenſuum maxime neceſſarios animalibus eſſe. tactum quidem, quod animal ſaluetur a corrumpentibus tangibilib⁹. guſtũ vero, propter eſcam. eſt enim ſapor, ad nutritiuam partem ordinatus. Is enim ſenſus iucũdum amplectitur alimentum, triſte autem & horridum refugit & abominatur, & alios ſenſus, auditum, viſum, & odoratum (qui per exteriora media fiunt) ipſis animantibus conceſſos diximus: quo a longe alimentum dignoſcentia, ſibi melius prouideant. At viſus & auditus in animalibus intellectu & prouidentia preditis (qualis eſt homo) altioris boni, vt diſciplinę & prudentię, gratia ſunt. Nam plurimas differentias oſtendunt, ex quibus contemplatio conſurgit, & circa agibibilia humanaſq; actiones diſcretio, de quibus hæc adhuc adijciamus. ¶ Tertia concluſio. Viſus ad plura per ſe dignoſcenda, & ad neceſſaria ſecũdum ſe melior promptiorque habetur, auditus autem per accidens. ¶ Nam viſus multimodas multiformeſq; rerum differentias, & ad vitam neceſſarias per ſe monſtrat. nam omnia corpora colore participant, & ſenſibilia communia magis hoc ſenſu percipimus. Auditus autem ſolos ſonos & vocum varietates per ſe oſtendit, quę pauca ſunt.

de qby incedat tractatio

naturalis philoſophi officiũ

qd operor auditus

ſoni enim paucis conueniunt, & voces perpauca eliciunt. Viſus igitur ad plura per ſe dignoſcenda & ad neceſſaria ſecundum ſe melior aptiorque habetur. Sed quod auditus ad plura per accidens valeat, hinc cognoſcitur. nam auditus & diſciplinę & prudentię plurimum confert. Sermo enim ſolius auditus eſt, ex quo omniũ paritur diſciplina, & non modo ſonorum & colorum, nõ quidem ſecundum ſe, ſed ſecundum accidens. Conſtat ſiquidẽ ſermo, ex nominibus, quorum vnum quodq; ſymbolum eſt atque ſignũ. Vt em̃ vox vnicuiq; rei ſit ſignum, apte imponi cognoſcitur. eſt igitur auditus, per accidens plurimum. ¶ Corollarium. Vnde fit, vt a natiuitate cæci, ſapientiores euadant a natiuitate ſurdis atque mutis. Eſt enim (vt dictum eſt) auditus, ſenſus diſciplinæ. Sed de his hactenus.

PRimi capi. libri de ſenſu & ſenſato ſcholia. III. Et ex ijs quæ de natura ſunt ſua ſumit principia medicina. in naturali philoſophia nonnulla ſunt quæ ad ſolam valẽt ſpeculationem, neque ad opus accomodari facile queunt, vt quæ in octo phyſicæ auſcultationis libris tradũtur, item & ijs qui de Cælo ſunt, & Meteororum. Ex huiuſmodi autem medicina ſua proxime non ſumit principia, vt quę operis executionem tota meditetur. Alia vero, naturali philoſophia conſiderata, ad cognitionem quidem conducunt, & accommodationi ad operationem adminiculum præbent, qualia ſunt ea quæ in libris de Generatione, de Anima, & his paruorum naturalium appendicibus conſiderantur, & ex ijs potius propinquiuſque ſuam determinationem deſumit medicus. At hæc cognoſci non poſſunt, niſi in octo libris auditionis phyſicæ pertractata itidem teneantur. Quocirca philoſophiæ naturalis ſint experti, qui ad medicinæ cognitionem aſpirant, oportet. Hæc enim illi ſubordinatur & ſubiacet, vt muſica arithmeticæ. Nõ tamen ideirco, concellerim phyſicam ad medicinam recte ordinari: nam hęc minus digna eſt, vt quæ dirigat ad operandum ſecundum conſultationem, illa vero dignior quod ad contemplationem contẽdat, & in diuinorum cognitionem paret aditum. Præterea philoſophia naturalis, rerum naturalium omnium, & proprietatum eis competentium trahit cognitionem, medicina vero circa duas duntaxat animalis affectiones negociatur, ſanitatem, & ægritudinem, non ſunt autem perfectiora ad minus perfecta ordinanda. Veruntamen ob neceſſitatem humanam aliqua philoſophiæ naturalis pars prę̃ter ſuam dignitatem ad medicinam humanæ ſaluti neceſſariam ordinatur, & quodammodo deſcendit, cum potius aſcendere natura ſit. Facit enim humana neceſſitas, vt pleraque contra ſuę dignitatis rationem ordinentur, non tam pro ſuæ naturæ conditione, quam pro humanæ indigentię ſubleuamine. IIII. Nam aut hæc, ſenſus ſunt habitus. Supra nominatę in prima concluſione paſſiones, quadrifidæ ſunt. Nam aut ipſę ſpecies ſunt ſenſibiles in ſenſus interioris organo ſeruatæ, vt illis ab anima perfectæ (quę habitus ſenſuum dicũtur, ꝓ a ſubiecto non ſint facile dimobiles) vt memoria. Aut ſunt paſſiones affectioneſque quæ ſenſibus fiunt vt ſomnus, qui ſenſationum exteriorum priuatione fit, & vigilia, quę functione operationeque ſenſuum exteriorum agitur, aut aĩal ſaluant, vt hę proprietates quatuor coniugationũ ex oppoſitis ſuperius poſitarum in affirmatione exiſtentes, reſpiratio, iuuentus, vita, ſanitas, aut corruptionem animali inferunt, prædictarumque proprietatum oppoſita & priuationes ſunt, reſpirationis ablatio, ſenectus, mors, ęgritudo, quæ cum ſuis oppoſitis dictas quatuor coniugationes complent. Et horum vnumquodque ab anima fit, & in corpore ſuſcipitur, hinc dicuntur corpori & animæ communia. VI. Vnde fit vt a natiuitate cęci, ſapientiores euadant. Huius ratio ſubnectitur ab Ariſtotele, quod auditus ſit diſciplinæ ſenſus, præſertim ab altero ſuſcipiendæ. Viſus autem etſi ad diſciplinas præcipue propria inuentione, propriove ſtudio conſequendas (quo libri fungantur officio præceptorum) non mediocriter conducat, non tamen vſq; adeo & tam efficaciter ſicut auditus. nã ſermo quam ſcripturę ad docendum eſt efficacior, & viua vox (vt inquit Fabius Quintilianus) magis afficit, excitat & mouet diſcentis animum, quam litera. Itaque a natiuitate cæci & audientes poſſunt vocis adminiculo ab alijs doctrinam vendicare. quia auditu ſunt præditi, non autem a natiuitate ſurdi & videntes, ſed ſolum propria inuentione atque ſtudio, viſibilibuſue ſignis ſine vocis communicatione doctrinam capeſſere poſſunt. Atqui melius atq; cõmodius ab altero doctrina ſuſcipitur, q̃ propria aut indagine aut diligentia habeatur, cum rari ſint qui cõ poſſeant ingenio, vt per ſe diſcere poſſint, præceptoris opera non indigentes. Rurſum quod proprio conſequitur ſtudio quiſpiam, quota pars eſt eorum q̃ alterius ope poteſt in diſciplinis aſſequi? Sane perquam pauca ſunt illa quę noſtro ingenio naneiſcimur in diſciplinis, collatione facta ad ea q̃ ab alijs percipere poſſumus. Præterea proprio ſtudio atq; opera ſcientiã adipiſci fere impoſſibile eſt ei qui prima literarũ fundamenta facta non habet & animum primis illis literariæ diſciplinæ rudimentis formatum (ſine quibus libros legitrandi non poteſt haberi induſtria vel peritia, cũ ad ea neceſſaria ſit vel ipſa literarum cognitio) qualis eſſet is qui a natiuitate audiendi facultate deſtitutus eſſet. At prima illa literarũ fundamẽta altero docente debent haberi, & auditus beneficio. Nil mirum igitur, ſi a natiuitate ſurdus, aut nũquam poſſit, aut admodum difficulter aliquid ſcientiæ ſibi comparare.

In affirmatione		In negatione	
1	Reſpiratio	1	Reſpirationis ablatio
2	Iuuentus	2	Senectus
3	Vita	3	Mors
4	Sanitas	4	Ægritudo

Vtra phiſica ã medicina ſit dignior.

A natiuitate cæcũ facilius ſibi ſciẽtiã comparare poſſe q̃ ſurdũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundi capitis annotat.

Defluxus,atomorum resolutio.

Secundum caput continet quinque cōclusiones,duas rationes ad secundam , duas rationes ad secundam partem tertiæ , & vnum corollarium ad quartam. ¶ Prima conclusio. De organorum sensuum natura incumbit determinatio. ¶ Nam antiqui ea aptabant elementis. Sed cum elementa sint quatuor, sensus vero quinque,hoc ipsis ingessit difficultatem, cuinam quintum sensum aptare possent. Videndum vtique expediet an æqua eorum aptatio fuerit. ¶ Secunda. Non probanda est eorū sentētia,quivi sum,ignem esse posuerūt:vt Timæi & Empedoclis,quod constricto & moto oculo videatur oculus vt ignis fulgere. ¶ Primo . Quia si ignis ille quem ponunt in oculovisibile esset,eadem ratione videri deberet oculo quiescente,atq; oculo moto:aut causam adducant cur potius illic quam tunc. Non autem ita videtur. nam sentientem,& videntem non lateret, non est igitur ignis . Sed instabunt cur ipso moto igitur apparet fulgor,& ipso quiescente non ? Facilis & prompta responsio est,causam huiꝰ non esse ignem,sed quod læuia corpora mota, vt aqua,nata sunt in tenebris fulgere,non quidem lucem emittere . Ita pupilla oculi quæ in medio oculo nigra apparet,quia hūc in modum læuis est, in tenebris mota & constricta fulget, & pars a parte deprehenditur:quemadmodum in refractione solet, & hic duo aut plura videre apparet. ¶ Secundo. Dicunt ipso igne exeūte (q̄admodum lumine a lucerna)nos videre. Ergo videre deberemus in tenebris. Et potissimū ignis ille in tenebris deberet nobis quam in luce patentior & apertior fieri, quāndoquidem paruus ignis se magis in tenebris prodere soleat:vt torris,vt flamma. Id autem sub tenebrarum opacitate minime adhuc contigisse conspectum est. non est igitur oculus,ignis,neque ab eo talis ignis egreditur . Neque satis respondet Timæus,quod ignis ille in tenebris extinguatur,quia alios ignes in tenebris extingui nonvidemus,sed extinguitur ignis humido & frigido.est enim calidus & siccus. Et si ignis ille tenebrarum occursu disperiret extictus,tanto magis perdiem in aqua & in glacie(in quibus alia ignita extingui maxime perspiciuntur) extingueretur,nunc autem nihil tale euenit.non igitur respōdet Timæus sufficienter. Et Empedocles fere consimiliter sentit:duplicē tamen videndi modum tangit. Primum,quod fiat visio egrediente lumine, quemadmodum(inquit)noctibus hybernis iter meditans lucernam accendit, paratque vt omnium ventorum impetus a lucerna arceat, circunducta lucernæ tenui membrana, dispergunt etenim ventorum flamina flammas & quanto lumen hocvelamine circūseptum se magis diffunderit, clarius illustrat. Ita natiuo lumine circunquaque pupillæ orbem fuso:quod se aliquando fortiꝰ effusum extra profert & egerit. nosque ita videre asserit. Secundum vero modū ponit.nos scilicet corpora quę videtur,eorū defluxibus intueri. ¶ Tertia. Democritus oculū natura esse aqueum rite sensit:visionem tamen illius esse fulgorem nō bene putauit. ¶ Quod enim pupilla aquea sit, multa produnt indicia. ¶ Primum. Quia ipsa folia, multæ defluunt aquæ. Secundum,quia oculi de proximo recenterq; formati,frigiditate & claritate cętera membra excellunt. quod aquę naturæ maxime congruere videtur. Tertium,est circa pupillam albugo pinguis & adiposa,animalibus sanguine prędītis,& palpebris oculos obuelantibus concessa.ingeniose factū a natura , ne pupillæ humidū coaguletur,geleturque, hinc rigente frigore palpebris contentum nunquam frigere sentimus.& cæteris animalibus dura oculorū coopercula ad ipsius pupillę protectionē naturra tribuisse videtur. Sed ꝓ nō bene dixerit visionē esse fulgorem ,patet. Primo. Quia visio est q̄dam invidente facta passio fulgor autem accidit,quod oculus læuis sitq; facta refractio . Non igitur , visio est hmōi fulgor . Sed de ijs quę refractione apparent, nondum videtur naturam ab ipsis

7

8

9

quar albugo ad oculo natura pertinet

fuisse deprehensam. ¶ Secundo. Si visio fulgor esset,cur circa alia corpora circa quæ fulgor emicat,etiam non est visio? & ex consequenti cur illa non videāt, sed solus oculus? Accidit itaque videre,nō quia pupilla fulgeat, aut quia sit aqua,sed quia perspicua,colorum speciebus suscipiendis apta. Et licet perspicuum esse,cōmune sit & aeri & aquæ,aqua tamen durabilior,permanentiorque est, hinc potius aqueam naturæ benignitate possidemus pupillam . ¶ Quarta. Inconueniēter dicunt,quicquid id sit quod ab oculo egreditur,visionem aliquo egrediente fieri. ¶ Nam quicquid id fuerit,inconueniens est ipsum subito ad astra vsq; protendi, & si non ad astra vsque protendatur, stultum etiam est alio quopiam in medio putare coniungi.coniungitur enim lumen lumini,& non quodlibet cuilibet,sed latius est modo qui dictus est,exterius interiori coniungi. Est em̄ videndi virtus,interna,latens,& exteriore septa circundataq; membrana .ratumque id haberi debet,quod superius manifestum factum est,colores non sine lumine videri:& siue perspicuum visui & rei visę medium sit aer, siue sit aqua a colore moueri , a quo moto moueatur oculus,sicque visionem fieri. ¶ Corollariū. Rationabiliter igitur euenit vt oculus factus fuerit aqueus. ¶ Nam aqua perspicua est . ipso igitur existente aqueo,interius lumen suscipiet,& fiet actu perspicuum .poteritq; a sensibilibus vt coloribus moueri quam aptissime . quod etiam ita conspicitur. Et iterum cum illud perspicuum aereum non sit , merito aqueum esse dignoscitur. Et extremum oculi non est anime videndi organum,sed vis ea interna latet, suumq; internum habet organum .hinc interius perspicuus conspicitur oculus . Et nonnullis in bello circa temporavulneratis, pupillæ poris abscissis,accidit perpetuas subortas fuisse tenebras,sicut extincta lucerna quod pupilla iternum dictū perspicuum quasi videndi lampas recisa fuerit . ¶ Quinta. Si sentiendi organa quatuor elementis aptari vellemus,sensorium visus aquæ aptare conueniret. auditus,aeri:olfactus,igni :tactus, terræ:& quia gustus,quidam tactus est,ipsum itidem terræ aptaremus. ¶ Devisu iam dictum est,& de auditus sensorio,in ijs qui sunt de anima. De odoratu vero,quia quale quod odoratur , actu est:talis olfactꝰ potentia est:quod autem odoratur,actu igneum est.nam fumalis euaporatio,odorem & suauitatis fragrantiam parit,quę quidem ab igne est.sensus igitur odorandi,potentia igneus est.hinc circa cerebrum(quod cęteris partibus corporis humidius & frigidius existit)situs est. Et de tactu etsi totum corpus obtinere videatur, nullus tamen aliorum circa cor calidissimū.& cerebro oppositum,sibi sedem delegisse videtur.quare si ei aliquod aptandum sit elementū,cum aqua visui sit deputata aer auditui , ignis olfactui, sola terra vt ei accommodetur relicta esse videtur,itidem & gustui,cum gustus quidam sit tactus.

10

11

12

quar aqua nō actū habemus pupillam

hoc ena uidori est m. g. ca. de dia

Secundi cap.scholia . VII. Cuinam quintum sensum aptare possent. Id difficultatis diluit quinta huius capitis conclusio in calce literæ posita. VIII. Cur potius illic, quam tunc. Illic,oculo moto,q̄ tunc,oculo quiescente. Et hinc duo aut plura videre , apparet. In cōstrictione oculi,vna eius pars super alteram complicatur, & in vtraq; prte tā superiore q̄ inferiore,tā constringente q̄ cōstricta,vt discontinuatis abinuicē,apparet eiusdem rei imago. Hinc ob duas in oculo receptas imagines, vna res cuius sunt imagines, apparet esse duæ,perinde atq; in speculo fracto,diruptoque in aliquot partes suum obijciens vultum , totidē efformabit effigies, suæ faciei,quot sunt ꝑticulæ vitri discontinuatæ, atq; a cōtinui integritate distractæ. Et conspiciens rem maiusculam per minutulos fenestrarum cancellos , qui ad arcendum ventum in transuersum ordine positis ligneolis fiunt,vnam rem iudicabit esse duas,si per diuersa cancellorum foramina illius imago ad oculum feratur.Quandoquidem paruus ignis se magis in tenebris prodere solear.Siquidem maius diei lumen reddit paruum ignem interdiu minus cōspicuū ꝓ minusculum offundere exterminareque soleat . Itaq; absente diei lumine redditur paruus ignis magis spectabilis. Duplicem tamen videndi modum tangit. Neuter istorum modorum veritati est consonus. Prior quidem,ꝓ non adest oculo nostro lumen natiuū natura insitum, quod exrra se fūdat ad visionem peragendam,sed oculus(vt aer)potentia primum est perspicuus, suscepto vero intra se lumine,fit actu perspicuus. Posterior vero quod nō defluant a corporibus atomi, quorū ītra oculū susceptione fiat visio,alioqui cæli sol,astra,resque sensibiles omnes deberēt in dies magis ac magis decrescere per continuum atomarum defluxum, quandoquidem omne corpus ex corporis

Universidad de Deusto
Biblioteca

subractione fiat minus. IX. Aut quia sit aqua, sed quia perspicua. Non negat Aristoteles aqueum in oculo contemperamentum quicquam ad visionem conducere, cum idipsum in toto hoc cap. astruat, sed vult aqueum oculi contemperamentum non esse totam sufficientemque visionis causam atq; primam. & quæ cum visione recurrat atque conuertatur. Alioqui quicquid aquæ haberet contemperamentum, faceret visionē. Hinc causam eiusce rei magis propriam atque ꝓpinquā in litera subnectit. X. Nam quicquid id fuerit. Siue scilicet fulgor atque ignis, vt posuit Timæus, siue lumen natiuum, vt dicit Empedocles, siue radij visui, vt asseruerunt plerique dicentes ab oculo radios ad res visas protendi, eosque inibi affici similitudine specieque colorum, & hoc pacto visionem fieri. At hoc modo sæpiuscule monstratum est visionem non effici, quin potius eo ipso ꝙ exterius interiori coniungatur. hoc est quod ab extero visibili producta species in medio, similem in organo producat coloris speciē, & per susceptionē eiusce speciei in organo, fit visio. Hinc medium ipsum a colore moueri dicitur, quod ab eo quodammō alteretur per speciei ipsius coloris susceptionē. Et ab ipso medio moto dicitur moueri oculus, quod a medio atq; perspicuo affecto specie coloris ipse oculus itidē alteretur, afficiaturq; simili specie. Quocirca non ijs accedendū est, qui sicut molem magnitudinemque rerum, numeros, & lationes destruunt, ita & species colorū interimunt, negantque eas diffundi per medium perspicuum aut animalium oculus ingeri, quin potius cum Aristotele sentiendum, colores ipsos (vt vna quęq; res suæ speciei gigendæ natura esse auida conspicitur) suam diffundere speciem per diaphanū, & intuentium oculos hac sua similitudine afficere. Quod siquis pertinacius admittere relutet, ad perspectiuam percipiendam prorsus idoneus, quæ hoc ex philosophia naturali tanquam solidam suorum theorematum basim supponit, hoc vrgendus est ratiocinatio, & cōsimilibus quæ ex hac disciplina facile colligi poterunt. Id omnibus cōmune est sensibus, quod talis est vnusquisque sensus potentia antequam sentiat, quale sensibile est actu, cum vero fit sensatio, tunc talis fit sensus actu, quale est ipsum sensibile. Itaque oculus anteq; videat, potentia talis est, quale visibile est actu, tū vero videt, talis est actu. Atqui non est talis actu oculus per susceptum colorem quem videt, ergo per susceptam eius speciem. Rursum. Cum fit visio coloris parietis, aut ipse color idem numero qui adest parieti, eriā inest aeri intermedio, & oculo videntis. Et tunc idem numero accidens simul diuersis aderit subiectis, parieti, aeri, & oculo, quo nihil absurdius. Aut color ille parietis non suam speciem, neque seipsum eundem numero producit in aere interstite, & intuentis oculo, sed similem specie colorem, vt albedinem aut nigredinem, & tunc aer eo affectus colore, vere erit & dicetur coloratus, vt albus aut niger, deinde atque paries. Id autem sententię Aristotelis repugnat, dicentis aerem incoloratum esse, quo omnibus percipiendis coloribus prestet adminiculum. Aut a colore parietis nihil in medio perspicuo gigni dicent huiusmodi positionis assertores, neque itidem in ipso videntis oculo. Sed quid tunc non æque in tenebris ac lumine videmus, quandoquidē neq; aer neq; oculus vllo pacto debeat affici a colore qui videndus est? Et quomodo etiam tunc color mouebit medium, & intermedius aer mouebit oculū (quod toties Aristoteles asseuerat ad visionem requiri) si color visu percipiendus nihil progignat in diaphano aut in oculo videntis? Reuera tota Aristotelis de colore & visu perimitur & inualida redditur determinatio, nihilque dictorum eius cum veritate constare poterit, si hæc recipiatur positio, colorem nihil prorsus efficere in aerem aut oculum. Cum itaque dilucidum sit colorem quippiam aggenerare in proximo sibi perspicuo, & videntis oculo, & non seipsum eundem numero, neque consimilem specie colorem alterum, vt ostensum est, reliquum est vt suam speciem producat tam in medio perspicuo, quam videndi organo, perinde atque sonus & odor suas & in medio & sensorio species edunt. Nihil enim aliud relictum est quod ad efficiendam visionem color ipsi perspicuo aut videndi organo inferre ac subministrare possit. XI. Et extremum oculi non est animæ videndi organum. Quemadmodum extrema pellis manum circundans non est tactus organū, neq; extremū auris, organum auditus, ita neque extrema oculi cuticula ipsum circundans, est organum visus, sed munimentum ipsius organi introrsum latentis, quod natura circumposuit ad ipsius tutelam. Et quemadmodum vitrum ad oculi protectionem ipsum circundans in molles habentibus oculos, vim intra se visiuam non habet, ita neque in animantibus duros oculos sortitis, id corneolum atque vitreum quod prominet, videndi habet vim, sed ad illius tutamen est datum.

Species colorum tū in medio tum ī visu ponēdas eē.

¶ Tertij capitis annota.

¶ Sensus actu, sensatio. ¶ Corpora terminata, corpora opaca, q̄ scd̄m profundū, lumen non admittunt. Coccineus, purpureus, excellentia rubeus & roseus.

Ertium caput continet vnam diuisionem, quatuor conclusiones duas rationes, duos modos quibus antiqui medios assignabant colores, ad primam, & duas rationes ad secundam. ¶ Diuisio. Vnumquodque sensibilium dupliciter dicitur: hoc actu, illud potentia: vt color actu, color potentia, sonus actu, sonus potentia. Et de his vniuersaliter dictum est in ijs qui sunt de anima, & cuius sint sensus, & quomodo sonus audibile actu, sit idem auditioni, & visibile actu visioni: & ita in cæteris, sed quid eorum sensum actu faciat, nunc expe=

14 diemus: & primo de colore. ¶ Prima conclusio. Color actu sensum faciens, is est qui extremitas est perspicui in corpore terminato. ¶ Nam etsi esse perspicuum, aeri, & aquæ conueniat, ipsis tamen proprium non est, sed plerisque alijs conueniens, illis plus his vero minus. Et corpora terminata, secundum extremitatem lumen recipiunt, fiuntque perspicua. lucidum enim aliquod, vt ignis, luminis sui præsentia facit actu perspicuum cuius quidē absentia, tenebræ sunt. Et quod huiusmodi color sit perspicui extremitas aut verius in perspicui extremitate, quia proprie extremitas non est, dignoscitur. ¶ Primo, quia propter hoc Pythagorici colorem epiphaniam (quam superapparitionem dicimus) vocabant. Et si is color actu perspicuum mouens, & sensum faciens in extremitate sit perspicui, consimilis tamen naturæ interius latentem credere oportet esse colorem, quanuis actu perspicuū non moueat. ¶ Secundo. Quia interminata corpora, vt aer, & aqua, sepe colorata videntur, vt rubor rutilans in aurora: sed non quod illic verus sit color, verum propinquitas aut distantia, talis apparentiæ occasio est. nā neque aer neque aqua colorata sunt. In coloribus autem terminatorum siue eminus siue de prope perseuerat apparitio: non autem interminatorum corporum. Est igitur huiusmodi color apparens in corpore terminato. Et quod iunctus sit perspicuo indicium est, quia colores illos sæpe permutari videmus, secundum quod plus aut minus affuerit perspicui, quod quidem non ad interiora penetrat. Bene igitur dictū est colorem qui videtur. esse extremitatem perspicui, siue potius in perspicua extremitate corporis terminari. Etsi quod perspicuorum colore affectum est, similiter color in eius extremitate mouet, quemadmodum in cæteris. hoc tamen interest, quod etiam internum, atque in profundo residens mouet. ¶ Duo modi quib⁹
15 antiqui medios assignabant colores. ¶ Primus. Vt lumē in perspicuo, & tenebræ ita in corporibus terminatis albedo & nigredo. Et medios colores inter hos fieri putarunt ex commixtione albi & nigri, quorum vnumquodq; propter sui paruitatem insensibile est: medium tamen oportere nasci colorem. nam neq; albedinē neque nigredinem esse necesse est, erit tamen color aliquis, quare medius. Et qa iterum ipsi misceri conueniet cum albo aut nigro. ex tali commixtione confusio neq; alia enascetur coloris species. Et cū huiusmodi valde variæ fieri possint proportiones, vt primo duorum albi, & nigri, qui sine proportione & tēperantia sunt sed in excellentia quadam & excessu, deinde trium, vt albi, nigri, & duorū contēperatorum, & scd̄m alios numeros quoscunq;, hincvalde multos contingit medios enasci colores. Et sicut in consonātijs secundū proportionatissimos numeros delectabiles enascuntur harmoniæ, ita secundum similes colorū proportiones & numeros delectabilissimi nascuntur colores: vt coccineus, puniceus. Hic euenit vt sicut paucæ sonorum sunt consonantię, ita paucos delectabiles cōtingat esse colores: inordinatos autem multos: vt omnes quicunq; secundum alios sumātur numeros. ¶ Secūdus modus est, medios colores apparere, quia color colori sit superadditus, & colorem colore videri contingat, quemadmodum pictores apparere faciunt, colorem colori pingendo superponentes: & q̄admodum contingit medios colores in aqua apparere, vno colorato alteri superposito, & quemadmodum sol per se albus apparet, & idem per caliginem aut fumum cōspectus, rubicundus apparet, & puniceus. hac de causa multos esse medios colores aiunt: quia cū album & nigrum non sint in proportione aliqua ex ipsis adinuicem proportionatis medius nascetur color, & consimiliter vt in primo modo ponentur in proportione, quia semper eorum qui sunt in superficie ad eos qui sunt in profundo, erit proportio, qui si fuerint duo, tres, aut quatuor, sicut mutabuntur, & mediorum ipsorū
16 apparentiæ. ¶ Secunda. Neque sentiendum est (vt plerique volunt) talia apparere corporū defluxibus, atq; hunc in modū visionem fieri. ¶ Nā visio fieret corporum cōtactu. At melius fit si color moueat medium perspicuum, quod motū moueat sensum, q̄ huiusmodi corporum attactu, nullaque sequi videtur incōmo

color sensū mouet

terminata corpora lumē recipiunt

epiphania quid

aer & aqua colorem non habet

da. Non igitur hunc in modum visionem fieri, coloresque apparere, probandum est. ¶ Tertia conclusio. Primus modus medios colores statuendi, irrationabilis est. ¶ Primo. Quia sicut nulla magnitudo inuisibilis est, sed q̄libet aliqua distantia visibilis, ita neq; albedo & nigredo. quare earū mixtio non faciet mediū colorem, sed potius fiet quidam aggregatus color vtriq; cōmunis, qui etsi a longe discerni nequeat, poterit forte aliqua distantia discerni. ¶ Secundo. Quia mixtio non fit iuxtapositione minimorū ad sensum, neq; minimorum sc̄dm quantitatē quia nulla sunt talia, quemadmodū prius dictū est: sed diuisione, & minimorū natura iuxtapositione (vt est minimū semen, minimus hō, minimus equ⁹) & eorū quę adinuicē misceri nata sunt. & quæ ea sint, prius a nobis dictum est, nō eī̄ homo miscibilis est equo, neq; color colori. Non igitur hmōi cōmixtione medij ꝓueniunt colores. ¶ Quarta. Neq; mediorū colorū quo nobis appareant, sc̄d̄s approbandus est modus. ¶ Nā multi sunt medij colores q̄bus null⁹ superponi videtur alius color. Et ea q̄ superpositione apparēt, non cōsimiliter apparent de lōge, & de ꝓpe: qualiter videmus medios colores. Nō igitur apparent colorū colorib⁹ substerniculo aut suppositione. ¶ Sed q̄res, vnde igitur sunt multi & varij colores, vt hi extremi, hi vero medij? ¶ Dicimus. Sicut diuersa sunt mixta, mixtorū que cōtēperamenta, ita multi & varij sunt colores, mixtorū & cōtēperamentorū naturā sequentes. Mixtorū eī̄ hęc simpliciū supabundantiā magis imitantur, hæc minus, illa vero sc̄dm ipsorū minima, contemperamenta seruāt. Et cur colorum sonorū, & odorū species terminatæ & finitæ sint, alius futurus est sermo.

Ertij ca. scho. XIIII. Qui extremitas est perspicui in corpore terminato. Non hæc coloris diffinitio est, vt plerique autumant, nam non omni conuenit colori, cum nequaquam conueniat colori existenti in partibus corporis opaci interioribus, qui q̄uis non sit extremitas perspicui, vere tñ est color. Sed est explicatio atq; ostēsio quisnam sit color actu sensum faciens, hoc est visum mouens, & efficiens visionem. diciturque is esse qui extremitas est, vel potius (vt inquit litera) in extremitate perspicui, sumendo orationem intrāsitiuam (vt vocant) pro transitiua, quod apud authores crebriusculum est. Est enī extremitas, aut exterior pars, aut exterior superficies corporis, quare aut substantia aut quantitas. color autē neutrū horū est, sed qualitas. Porro si pro exteriori parte sumi intelligatur extremitas, in ea color est vt subiecto. sin vero ꝑ extrema superficie, nō eo inest modo, sed potius adest vt accidens suo coaccidēti, perinde atque albedo lactis eiusdem dulcedini, quod color & extima superficies in eodem sint subiecto, scilicet exteriori parte corporis. Cæterum huiusmodi corpus, in cuius extremitate color est qui oculum mouet non omnino & simpliciter perspicuum est, vt aer aut aqua, non enim in profundo lumen admittit, quare neque diaphanum dici debet, neque transparens, neque translucens, sed solum perspicuum secundum quid, quod secundum exteriorem partem lumine perfundatur, quod si abfuerit non mouebit, extremus color oculū, vt fit nocte intempesta. Demum hmōi corpus terminatum dicitur, non quia superficiebus clauditur, cum id etiā aeri & aquæ conueniat, quæ hic vocat Aristoteles interminata, sed quia secundum profundum non admittit lumen; q̄ proinde ad ipsum terminatur, neque se latius fundere potest. Quia propter hoc Pythagorici colorem, epiphaniam. Id nominis attribuebant Pythagorici colori, quod appareat sup ipsum corpus opacū & in eius extremitate spectetur. Est enim epiphania, supapparitio. Hinc dies ille festus qui annua solemnitate celebratur in eius mysterij cōmemorationem, quo tres reges ab oriente venerunt ad incunabula Christi, vt regem regum trabea carnis pro nobis indutū, cum muneribus adorarent, epiphania vocatur, quod stella super terrā apparente, ad locū natiuitatis eius vt dulce quodam peruenerint, gentiumque ad ecclesiam Christi & fidem vocationē eo ipso facto insinuarint. Non aūt interminatorum corporum. Intelligentia huius loci, talis est. In coloribus interminatorum corporum, non eadem perseuerat apparitio eminus, & cōminus. Nobis enim a nube distantibus in qua formatur iris, varij in ea colores apparent, si autem essemus prope nubem illam, nihil in ea nisi solis lumē conspicaremur. Ita in exortu diei rubor apparet rutilans in cęlo, quod lumen per caliginem videatur. si vero essemus in media regione aeris, non illa nobis appareret ruboris rutilatio. Secus autem est in corporibus terminatis, quæ eodem modo semper colorem ostentant. XV. Vt lumen in perspicuo, & tenebræ. Lumē habitus est, tenebræ priuatio. albedo autem & nigredo, qualitates sunt positiuæ, verum ea ex parte non hic sumenda est comparatio, si modo rite fieri debeat, sed potius eo ipso, quod sicut lumen in affirmatione est & dignius, tenebræ autem in priuatione, & a perfectione alienæ, ita albedo perfectior est natura colori, & lumini respondens, nigredo vero in negatione est, imperfectione quadam, tenebrarumque propemodum ęmula. XVI. Nulla magnitudo inuisibilis est. Aut per se, aut alteri coniuncta. Nempe magnitudo id molis habēs, quod per se & ab alijs

Epiphania.

separatum, mouere visum potest per se visibilis est, vt grandis saxi aut arboris. Quę vero adeo exiguæ est molis, vt ea ab alijs separata non sese visui obijcere sufficiat, vt millesima pars magnitudinis grani milij, per se quidem non est visibilis, verū alijs coniuncta visum mouet. Et virobis nō visibilis est magnitudo. Aristotelis ratio suum habetur robur in antiquos, qui dixerūt albedinē & nigredinem etiam commixta & coniuncta non posse a visu neq; per se neque cū alijs conspici. Sed diuisione, & minimorum natura iuxtapositione. Minima secundum sensum sunt exiguæ molis corpuscula, quæ sensus quidem percipit, verum eis minora percipere non potest, & nulla sunt talia, q̄ datis quantuliscūque quæ sensus percipit, adhuc minora possit percipere secundum diuisionē virtutis sensitiuæ in partes proportionales. Minima autem secundum quantitatem dicerentur corpora adeo parua, qđ eis minora dari non possent, & nulla itidem sunt talia, ob diuisionem quantitatis sine statu & termino. At vero minima secundum naturā sunt corpora naturalia, quę sub aliquā ta magnitudine formam substantialem seruant, quā sub minore seruare nō possent, quod nō est nata ea forma sub minore quantitate subsistere. Itaque mixtio fit diuisione eius quod miscetur, & cui miscetur vt vini & aquæ. nam vinum diuidit aquam infusam in minimas (quæ natura subsistere possunt) aquæ particulas, sic quod si in minores diuideretur, non posset in illis formā aquæ cōseruari. E diuerso itidem aqua diuidit vinum in huiusmodi minutissimas naturæ p̄tes, sic quod sub minutioribus vini forma non sit nata conseruari, & ex hmōi diuisione, & particularū vnius inter alterius particulas interpositione, cōpletur mixtio, vt amplius declaratum est in vltimo capite primi de generatione. XVIII. Mixtorū enim hæc simplicium super abundantiam magis imitantur. Aliqua mixtorum excellentiam simplicium elementorum propius imitātur, vt lucem igneam, diaphanitatem aeream aut aqueam, & non habent alium colorem. Aliqua vero minus, vnius elementi sequuntur conditionem. Alia vero seruant contemperamenta elementorum secundū minima, quia in eis omnium elementorum contemperamenta adeo ad mediocritatem & æqualitatem accedunt, vt vix bene discerni possit quodnam elementum dominetur in eis.

¶ Quarti capitis annotatiunculę.

¶ Purpureum, alurgum. ¶ Ceruleus, cyaneus, subobscurus color quasi niger, nigro viridique medius. ¶ Acre ponticum. ¶ Acidum, strictiuum stypticū. ¶ Colorum. & saporum mutuam habentes respondentiam dispositiones.

Album	Nigrum	Dulce	Amarum
Flauum	Liuidum	Pingue	Salsum
Puniceum	Purpureum	Acre	Austerum
Viride	Ceruleum	Acutum	Acidum

¶ Figura polygonia, figura multangula.

QVartum caput continet nouem cōclusiones, quatuor rationes ad quar
19 tam, definitionem saporis post quintam, species saporum, & colorum
post sextā, & quatuor rationes post nonā. ¶ Prima cōclusio. Quia de
sono & voce sufficienter in ijs qui sunt de anima, determinatum est
de odore sermonem facere videtur idoneum. ¶ Nam de ipso varia fuit antiquorum sententia, quę quid veri quidve falsi contineat, hac determinatione dilucebit. Quę tamen de ipso prius determinauimus, hic certa & explorata tenere debemus, vt fere consimiliter de odore, vt de sapore sentiendum esse, non tamen ipsorum eandem esse passionem. nam illius, olfactus est: huius vero, gustus. Et sapores nobis odoribus certiores, perfectioresque haberi. nam odoratum prauum, multis animalibus inferiorem habemus, gustum autem certum: quia tactus quidam est, qui nobis certissimus habetur. Idcirco a gustu & saporibus determina-
20 tionis exordium sumere, non obsonum prræterque rationem videbitur. ¶ Secun
da. Non recte putat Empedocles. saporem esse de natura aquæ, quod in aqua quędam sint minucula corpora de saporum genere, ob suam quidem paruitatem insensibilia, quæ suo defluxu sapores efficiant. ¶ Nam fructibus aperto soli expositis, sapores mutari videmus, itidem & fructibus igne concoctis. tales autem sapores ab aqua trahere non possunt. Non igitur causantur sapores ex corporeis ab aqua defluxibus, quin potius humidi resolutione tempore facta, variaque coctione, acrem, acerbum, dulcem, amarum, & omnimodum sibi assumunt sapo-
21 rem, ¶ Tertia. Aqua non est vniuersalis materia saporum (quam pansper-
miam dicere solent) vt aqua, vna parte vnum saporem præstet, & altera alterum. ¶ Nam ex multis parari sapores videmus, & ex eodem diuersos. quę aqua non esse cognita sunt. Neque id etiam verū est, omnem saporem in aqua gigni,

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsa a calidovt igne aut sole passa. nam aqua est humidorum subtilissimũ, & oleo subtilior, quanuis oleum viscositate suam se plus diffundat, aqua autem vt gluti no carens dissipetur. Hinc aqua difficilius oleo in manu seruatur, & aqua calefa cta sola ingrossari non videtur. Requirunt autem sapores omnes maiorem gros sitiem, non itaq; sufficeret calidum in aqua gignere saporem. ¶Quarta. Terra potius ad generandos sapores causa esse videtur. ¶Primo. Quia sapore prædita grossitiem seruant, & ex terra nascentiam & ortum ducunt, vt fructus. ¶Secun do. Hoc multi physiologorum asserere videntur, dicentes per quancunque terrã transierit aqua, ab illa sibi trahere saporem. quod statim in aquis salsis est mani festum. sal enim quædã terræ species est. ¶Tertio. Quia aqua cineribus colla ta redditur amara, ab ipsis quidem amaritudine ducta. ¶Quarto. Quia fontium hi dulces sunt, hi amari, hi acres, illi austeri, & omnimodas saporum differenti as repræsentãtes, quæ varietas non nisi a terrarũ varietate ducta videtur. ¶Qui ta. Rationabiliter fructuum species maxime saporum differentias obtinent. ¶Nam fructus, humidi sunt, & terrei: & sapores gignividentur, cum a terreo sic co patitur humidum. Indicia sunt, aqua salsa, aqua cineribus collata, & varia fon tanarum aquarum saporum genera. est enim humidum natum pati a suo contra rio, quemadmodum & alia contraria. Et cum ignis siccus sit, natum est etiam pa ti ab igne, sed magis a terra. nam ignis primo siccus non est, sed calidus: vt alio di ctum est loco terra vero primo sicca est. Quemadmodum enim qui coloribus & saporibus affecta colluit lauatq; aquis, talẽ in aquis colorem relinquit & saporẽ: hunc in modum terreum siccum (agente calido) per humidum latum, talem reli quit passionem. ¶Diffinitio saporis. Hinc talem sapori aptare poterimus diffi nitionem. Sapor est a terreo sicco in humido facta passio, alteratiua gustus de po tentia ad actum. Gustus enim priusquam saporem percipiat, est potẽtia ad eum percipiendum, sicut sciens ad speculari. Est enim sentire, vt speculari. ¶Sexto. Non decuit sapores in solo sicco consistere. ¶Nam sapores sunt ad nutriẽdum, animalium autem escæ non vno constant, sed mixtæ sunt omnes tangibiles qui dem, quo augmentum aut decrementum præstent. sapidæ & gustabiles, quo nu triant. nutriuntur enim omnia dulci, aut simpliciter, aut commixto quod alio de terminandum est loco. Et augmentum & nutricatio fiunt præstante calido. nam calidum, alimentum parat & digerit. quod leue autem & dulce est, attrahit ama rum autem, salsum, & graue, suo pondere subsidens reliquit. Et id animalibus & plãtis, & intra nos rõne euenit, q̃nqui dẽ exterior calor in exterioribus consimile operetur. maris enim leue & dulce, calore extrahitur, graui & amaro subsidente relicto. Sed q̃res cũ nutriamur dulci, cur alij sapores, vt salsꝰ, vt acutꝰ, ferculo cõ diendo misceãtur? Hoc est ne cælerius æquo natura trahat alimentũ, est em̃ dul ce, nimis nutritiuũ, atq; supernatatiuum. ¶Species saporum. ¶Species saporũ vt spẽs colorũ quadã similitudine & ꝓportione respõdent. Qui em̃ in saporibus sunt dulce, & amarum, sunt in coloribus album & nigrũ. Et pinguis sapor, vt dul cis est, salsus vt amarus. Et flauus color. vt albus est, liuidus vt niger. Et reliqui qui quadam similitudine sunt medij sapores, scilicet acre, austerũ, acutũ, acidũ.

Colores vero, puniceum purpureũ, viride, ceruleum, possuntq; hoc ordine digeri

Album	Nigrum	Dulce	Amarum
Flauum	Liuidum	Pingue	Salsum
Puniceum	Purpureum	Acre	Austerum
Viride	Ceruleum	Acutum	Acidum

Et sicut in perspicuo tenebræ sũt priuatio luis, ita nigredo vt priuatio est albedi nis, & amarum vt priuatio dulcis. Hinc cinis oim cõbustorum amaricatissimus est: q̃ totum expiratum exhalatũq; sit dulce. ¶Septima. Democritus & alij cõ plures non sane putãt oia sensibilia esse tangibilia. ¶Nam omnes sensus oporte ret quosdam tactus esse: q̃admodum est tactus, quod quam salsum sit & irratio-

nabile, non est cognoscere difficile. ¶Octaua. Defficiunt item magnitudine, fi gura, aspero, leui, acuto, & obtuso, communibus sensibilibus; vt proprijs vtentes, atq; propria esse putantes. ¶Nam etsi non omnium sint sensuum, sunt tamen tactus, & visus, quare communia sunt, & non propria. Et hinc euenit vt visus & au ditus circa illa decipiantur, circa colores autem & sonos non decipiũtur, nam sen sus circa propria non decipitur. ¶Nona. Democritus nõ rite propria reducebat ad cõmunia: vt album ad leue, nigrũ ad asperum, & sapores ad figuras. ¶Primo. Quia nullus sensuum magis communia sensibilia visu cognoscit. ¶Si igitur sa pores reducantur ad figuras, & visus magis figuras apprehendat, magis & gustu apprehendet sapores, hoc autem falsum est. ¶Secundo. Gustus in nobis certissi mus est, est enim tactꝰ quidam. At cum certioris sensus sit, minima & minus sen sibilia percipere: si figuræ maxime sint gustus, & ad læue & asperum reducantur album & nigrũ, illa maxime discerneret gustus, & quæcunq; figuras participant. ¶Tertio. Sensibilia propria contrarietatem habent, vt in visu contraria sunt al bum & nigrum, in auditu graue & acutum, in odoratu & gustu dulce & amarum. Figuris autem nihil est contrarium, quę enim polygoniarum circulo assignabi tur contraria? Non igitur rite sapores reducunt ad figuras. ¶Quarto. Figurarum species in infinitum prodeunt, non autem sensibilium propriorum & saporum. Cur enim aliquæ & certæ semper sentirentur, occurrentq; sensui, aliæ vero nun quam? Non itaq; bene sensibilia propria ad communia reduxere. Et hęc de sapo ribus dicta satis sint, specialiora, quoad de vegetabilibus & plantis consideratio nem faciemus, relinquentes.

QVarti cap. scholia. XXI. Neque id etiam verum est, omnem saporem in aqua gigni. Potuerunt fortasse antiqui in huius credulitatem induci, omnem scilicet saporem in aqua gigni, quod viderunt nullum saporem sine humido aut intraneo rei quæ gusta tur, aut extraneo percipi, vt saliua quam prouida natura animalibus præstitit ad sapo res diꝗudicãdos, aqua autem humidum. Verũ ex hoc solũ efficiunt humidum aqueum ad sentiendos sapores necessarium esse, non autem vt sint subsistantve sapores in proprio subiecto, aut vt in eo gignantur. Videmus enim aquosiora, vt fructus immaturos, minꝰ esse sapida, cum vero aqueus ille humor imminutus est & digestus, passusq; a terreo sicco, tunc in eis gratior est & iucundior sapor, vt cum maturuerunt fructus. XXIIII. Diffinitio saporis. Hæc diffinitio quatuor saporis causas complectitur. Formam, cum dicitur esse passio, affectioq;, & qualitas. Efficientem, cum dicitur esse passio facta a terreo sicco, est enim terreum siccũ, causa efficiens saporis, vt instru mentum præcipue formę adminicularium. Materiam, cum ea passio dicitur facta in humido, siquí dem humidum præsertim aqueum, hoc est substantia habens humiditatem, aut patentem & copio sam, vt fructus, aut latentem & paucam neq; sufficientem denominare subiectum suum humidum, vt piper, & cætera id genus, subiectum est saporis. Debet autem huiusmodi humidũ mixtum esse, & non simplex. hinc neq; aqua neq; aer sapida sunt. Debet item mediocre esse & temperatum, quare nimiam habentia humoris excellentiam, non sunt affecta sapore, aut admodum debili. Demum id humidum debet esse quicquam passum a terreo sicco, vt aqua mixta liquido prodit, quæ vbi ni hil a terra passa est, insipida est, vbi vero per terram aut cineres transitum fecerit, contraxit sapo rem. Demum & finis saporis notatur in data descriptione, cum dicitur esse passio alteratiua gustus de potentia ad actum. Natura enim ordinati sunt & instituti sapores, vt gustum moueãt de poten tia operandi ad actum operandi. Nempe ante saporis actualem perceptionem gustus est solum in potentia ad operationem, sicut habens sciendi habitum, & non considerans, est in potentia ad con templationem. Cum vero percipitur actu sapor, & mouet gustum, tum gustus per saporis admotio nem est in actu operandi. Perinde atq; scientiam assecutus, cum per habitum operatur, actu conside rat. Est enim gustus vt habitus, gustatio vero saporis, vt cõsideratio, quemadmodum sæpe dictum est prius. XXV. Animalium autem escæ non vno constant. Vno, vno contemperamento elemen ti, sed pluribus, ex cibis enim sumptis secernit anima quatuor humores, quibus vita constat, prout illic cibi huius vel illius contemperamenti plus participant. Ex puriori enim quod est similimum contemperamento igneo, natura facit choleram, ex eo quod est simillimum aeri, & puro quidem, facit sanguinem, ex eo denicq; quod simillimum est contemperamento aqueo, phlegma, demum ex contemperamento terreo, atram bilem, quare cõstat cibos omnes quibus vescuntur animalia, mix tos esse, diuersorumq; contemperamentorum. Quod autem obiiciunt nonnulli Salamandram ser pentem prę sentissimi veneni, suoq; afflatu enecantem omnia solo igne viuere, & Chamæleontem solo aere ventoq; nutriri, innitentes illi Ouidiano de Chamęleonte.

Id quoque quod uentis animal nutritur & aura,
Protinus assimilat, tetigit quoscunque colores.

Quatuor saporis causę secundum quatuor causarũ gña sum ptæ.

Salamandra. chamęleõ

Respondendum est ignem illum quo victitat Salamandra, non purum esse, sed ex quatuor elementis contemperatum, ita & aerem quo (vt ferunt) alitur Chamæleon, sicut halitus noster quo pascuntur muscæ, contemperatus est, & aqua salsa qua viuunt æquorei pisces, itidem contemperata. Et sicut in vniuerso sunt flumina, ita quoq; in nobis sunt venæ repletæ sanguine, quo maxime nutritur caro. Etiam in oculis sunt subtiles venę plenę sanguinis admodum puri pro alimento oculi, quemadmodum in arborum foliis conspiciuntur fibræ, vt filamenta quędam. Tangibiles quidem, quo augmentum & decrementum præstent. Tangibiles inquam secundum molem atq; magnitudinem, secundum quam prestant augmentum, sunt & tangibiles secundum qualitatem escæ animalium, verum id non intendit litera, q̃ secundum qualitates neq; crementum prestent, neq; decrementum. XXVI. Species saporum, vt species colorum. Duo primi limites a sursum in deorsum ducti sunt colorum, prior quidem, & ad læuam, eorum qui in affirmatione, posterior vero in negatione. Et primus color vnius, primo alterius vt extremo aduersatur, cęterivero vnius, cęteris alterius secundum numerum similem respondentibus, vt medii mediis. Tertius vero & quartus limes, saporum species complectitur, prior quidem perfectiores, posterior imperfectiores, similemque inter se contrarietatem seruant, quam & colores habere dicti sunt. Itaq; horum quatuor limitum, primus tertio respondet, & secundus quarto, hoc modo.

	Colores in affirmatione		Col. in negatione		Sapores in affirma.		Sapo. in negatione
1	Album	1	Nigrum	1	Dulce	1	Amarum
2	Flauum	2	Liuidum	2	Pingue	2	Salsum
3	Puniceum	3	Purpureum	3	Acre	3	Austerum
4	Viride	4	Ceruleum	4	Acutum	4	Acidum

XXIX. Figurarum species in infinitum prodeunt. Id potissimum de figuris planis & rectilineis intelligitur, ab angulis nomẽ sortitis. Nam additus angulus figuræ speciem variat, vt tetragonus altera figurę species est, a trigono, & pentagonus a tetragono. At data quotcunq; angulorum figura alter ei angulus adiungi potest secundum naturalem numerorum seriem, quare quotcunque datis figurę speciebus, plures adhuc dari possunt. Haud secus atq; dato quocunq; numero, altera numeri species adiectione vnitatis effici potest. At quemadmodum circa prædicamentum quantitatis in logicis diffusius annotatum est, numerorum species non a rerum sed rationum diuersitate sumuntur, ita sane & in figuris specierum diuersitas non ex rerum diuersitate prouenit, figura enim nihil aliud est re ipsa quam dimensio termino aut terminis clausa, quare re ipsa idem esse potest trigonus & pentagonus, sed ex diuersitate rationum, dicitur enim trigonus, quia tribus lineis rectis claudatur, pentagonus vero quod quinque, sicut vnum & idem primo concauum est, deinde facta inuersione, conuexum, tamen concauum & conuexum specie diuersa sunt. Ita & eadem res est caliditas & calefactio, quæ non modo specie sed & genere discrepant, ob rationum distantiam atque discrimen. Cæterum quod saporum species determinatæ sint, hinc liquet, quod in vnoquoq; sensibilium genere determinata sunt extrema, determinatis autem extremis, media esse infinita impossibile est. Præterea si essent infinitæ, deberent omnes a sensu percipi, non enim aliqua est ratio obquam aliquæ & determinatæ semper sentirentur & perciperentur a sensu, aliæ vero nunquam perciperentur. At solum finitæ, & certo numero determinatæ, a sensu percipiuntur, igitur solum sunt finitæ sensibilium & saporum species.

¶ Quinti cap. annotat.

¶ Enchyma corpora, quæ sapore prædita sunt, est enim chymus, sapor. ¶ Achyma vero sunt, quę sapore carent. ¶ Ostracoderma sunt, quę testeis pellibus vt ostrea integuntur, est enim ostracon, testa, & derma pellis. ¶ Scorię, expurgamenta metallorum & feces. ¶ Myrion, liquidum odori ferum vnguentum. ¶ Hyperbole, excessum. ¶ Rheuma, fluxus, fluor. ¶ Thorax, pectus, & pectoris tegmen, vt lorica.

Vintum caput continet decem conclusiones, tres rationes, & descriptionem odoris ad secundam, vnum corollarium ad tertiam, vnum corollarium ad quintã, duas rationes ad septimam, duas quęstiones ad octauam, & quinq; rationes ad decimam. ¶ Prima conclusio. Et aere & aqua odorari contingit. ¶ Namvt de sapore dictum est, pene consimili modo de odore sentiendum est. Quod enim terreum siccum ad sapores operatur in humido, id enchymum humidum ad odores operatur in enchymo sicco. Atqui enchyma in aere fumidam resoluunt expirationem, & consimiliter in aqua, si lota ablutaq; fuerint. Igitur & aere & aqua odorari contingit, quod & mõstrãt pisces, & ostracoderma, quæ in aqua odorari conspi-

ciuntur, illic non existente aere, nam aer semper aquę summa petit, superq; natarevidetur, nec pisces ipsi spiritum ducunt, quo valeant ipsum respiratu attrahere. Et licet esse perspicuum, aeri & aquæ commune sit, non tñ ipsis (quia perspicua sint) odoramur, sed secundum quod fumalem spirationem calido resoluente aut lotione aliqua recipiunt, quemadmodum dictum est. ¶ Secunda. Odor passio est enchymi, humido siccoq; participantis. ¶ Primo. Quia elementa, ignis, aer, aqua, terra, odore vacant: quia etsi ipsorum humida & sicca, enchyma essent, non tamen humidum & siccum in eis sunt cõmixta atq; contemperata. ¶ Secundo. Mare odorum est quod iam humidi & sicci permixtionem habere dignoscitur, & sal magis odorabile, quod ea magis contemperata habeat, vitrum vero minus, quod nimis terreum sit, quod ab vtroq; manifestat eliquatum oleum. ¶ Tertio. Lapides & metalla quæ achyma sunt, inodora conspiciũtur omnia. Hinc aurum inodorum est, nam maxime omnium achymum est. Aes autem & ferrum odora sunt, quod sint enchyma, quorũ cõsumpto humido, scoriæ, exustæq; feces, inodoræ relinquũtur: tum q̃ achymæ, tum q̃ humidi & sicci debita careant contemperatione. Et argentum & stannũ & ligna odorabilia sunt, nam sunt enchyma. Argentum autem & stannum aliquibus magis, alijs vero minus, sunt eñ aquea. Et ligna aquea minus alijs olfactu percipiuntur, minus enim fumalis spiraminis habere videntur. Hinc dicebat Heraclitus, si omnia fumus essent, nares vtique omnia discernerent. ¶ Descriptio odoris. Ex his talem odoris descriptionem elicere poterim[9]. Odor est humidi sicciq; enchymi passio, olfactus de potentia ad actum alteratiua, siue ab aquę humido siue aereo sit facta, est enimvtrunq; humidum. ¶ Tertia conclusio. Neq; odor exhalatio est, neq; vapor, neq; vtrunq; simul: vt varij varie opinati crediderũt. ¶ Primo. Quia exhalatio nõ fit in aqua, vbi tamen odorantur, & vapor, humiditas quædam est, ĩ aquam soluí parata, nõ est igitur odor, aut exhalatio, aut vapor. Neque per idem, vtrunque est. nam (vt dictum est) odoratur in aqua, vbi non est exhalatio. ¶ Secundo. Quia idem est existimare odorem exhalationem, vaporem, aut vtrunque esse, ac si ipsum credamus a corporibus esse deflexum. Atqui ipsum esse corporeum defluxum, incommodum reputamus, non est igitur odor aut exhalatio, aut vapor, aut vtrunque simul. ¶ Corollarium. Hinc fit vt odor percipiatur, cũ humidũ aut aeris aut aquæ ab enchyma patitur siccitate. ¶ Quarta. Recte odorum species, saporum speciebus quadam proportionis similitudine respondent. ¶ Nam & similibus nominibus nominantur: vt odor dulcis, amarus, pinguis, salsus, acer, austerus, acerbus, acidus. Etvt quidam sapores difficilis sunt deguſtationis, vt amari: ita putriũ odores, grauis difficilisque sunt odorationis, & quod in aqueo sapor, in aereo & aqueo odor. Et vt frigus & congelatio sapores hebetant, calidum vero mouet: ita frigus & congelatio exterminat odores, calor autem fragrantiam promouet & excitat. Nil mirum igitur si saporum speciebus consimili quadam proportione odorum species respondeant. ¶ Quinta. Plerique odorum, delectationem aut tristitiam, per accidens afferunt. ¶ Nam cibariorum odores, sicut & sapores, esurientib⁹ delectabiles sunt, saturis autem atque refartis, neque sapores delectabiles sunt, neq; odores quibuscunque enim esca delectabilis non est, neque eisdem odores afferet delectabiles. Sunt igitur nonnulli odores per accidens, & alimenti ratione delectabiles, tristabilesve. ¶ Corollariũ. Quapropter hi odores animalib⁹ sunt communes. ¶ Sexta. Quidam sunt odores secundum se delectabiles. Nam quidam sunt delectabiles nihil ad escam & edendi desideriũ facientes: vt odores florum: quin potius obsunt. Hinc Stratis Euripidem increpans aiebat. Cum lentem decoquis, non infundas myron. Et qui poculis bene olẽtes flores miscẽt, hoc faciũt, duobus sensibus odoratui & gustui delectationem afferre volentes. ¶ Septima conclusio. Odor secundum se suauis & delectabilis, hominis proprius est, qui ve-

to vna cum ſaporibus ſuæ ſumit debilitatis occaſionem, & hominibus & pecoribus communis. ¶Primo. Quia homines, frigidi ſunt cerebri, vſqueadeo vt ciborum aſcendentes fumi, ob loci frigiditatem incrudeſcant, rheumata & noxias infirmitatum læſiones hominibus inferentes, talis autem odor, tali frigiditati obſiſtit, hiſque aduerſatur nocumentis. ¶Eſt enim cerebrum, natura frigidum: & ſanguis iuxta illud exiſtens anguſtis venulis contentus, facile infrigidabilis, aliis autem animalibus, illa non eſt neceſſitas. ¶Secundo. Solus homo illis gaudet florum odoribus, illorumque calor frigiditatis cerebri hyperbolen temperat & exceſſum, fitque grata commenſuratio. ¶Eſt enim odoris virtus natura calida: & hominis cerebrum cæterorum animalium frigidius ac humidius: quod aliorum animalium cerebra magnitudine excedat. ¶Hinc non omnia animalia, ſed homo, & quædam terreſtria reſpirationis vſum habent. ¶Homo ad duos vſus. Primo ad thoracis & præcordiorum refrigerium. ¶Secundo ad ſuſcipiendos odores, contemperandumque cerebrum. Bruta vero ad internum calorem temperandum, & aliorum odorum ſenſum ad cibum proſequendum. Hinc merito ſecundum ſe ſuaues odores hominibus propriſ ſunt, per accidens autem delectabiles, & hominibus, & brutis communes. ¶Octaua concluſio. Quæ non 37
reſpirant, odoris ſunt capacia. ¶Id enim manifeſtant piſces, entoma (quę nos inſecta dicimus) apes, paruæ formicæ (quas nonnulli σκωληκας vocant) & purpuræ
marinæ, quę longe propter odorem properant ad eſcam. ¶Prima quæſtio. 38
Quomodo non reſpirantia odores percipiant, ſi reſpirantia non niſi vno modo, ſpiritum ducendo, odorum ſenſum habeant? ¶Huic quęſtioni in ijs quæ ſunt de anima, ſatisfactum eſt, duos ipſis eſſe odorandi modos, vnum reſpirantibus, ſenſorium reuelando, ſimilem videndi modo animalium, oculos palpebris contectos habentium, & alterum non reſpirantibus, non reuelando atque detegendo ſenſorium, ſed apertum & patens odorum differentijs ſemper habentibus: vt animalium duri oculi, ſemper obuiij ſunt & patentes occurrentibus coloribus. ¶Secunda quæſtio. An bruta indignentur odoribus ſecundum ſe gra 39
uibus? ¶Dicimus quod non, niſi moleſtiam & dolorem ipſis (vt carbonum & ſulphuris fumi facere ſolent) ingerant. ¶Facit enim carbonum fumus capitis grauedinem, pariter & ſulphuris odor, & plerunque corrumpunt. Et neque ſecundum ſe graues & male olentes odores proſequuntur, aut fugiunt, niſi (vt dictum eſt) cum ipſis ſeruiant ad guſtum & eſcam. tunc enim ipſos proſequen- 40
tur. ¶Nona concluſio. Rite videtur olfactus imparis ſenſuum numeri medium obtinuiſſe locum. ¶Nam aere & aqua odoratur, & per hoc cum auditu, & viſu, concordat: & odorum multi nutritioni conuenientes ſunt & apti: & in hoc conuenit cum guſtu. eſt denique humidi & ſicci, quæ paſſiones ſunt tangibiles. Eſt itaque conuenienter locatus ſenſuum medius, qui cum omnibus in aliquo communis habetur. ¶Decima concluſio. Pythagorici male aſſeue- 41
rant nonnulla animalium odoribus nutriri. ¶Primo. Quia nutriens, vt cibum oportet eſſe compoſitum. Nam nutrita non ſunt ſimplicia, hinc euenit ſemper cibi ſuperfluitas, aut extra, aut intra: vt arborum cortices monſtrant, odor autem, non eſt compoſitus: non igitur nutrit. ¶Secundo. Quia aqua per ſe, niſi commixta fuerit, non nutrit: igitur tanto minus odor. ¶Tertio. Quod nutrit, corpus eſſe debet, odor autem corpus non eſt. ¶Quarto. Corpulentus aer aptus nutricationi non fit: tanto minus igitur id fieret odor.
¶Quinto. Locus cibi receptiuus, ſtomachus eſt, odoris autem receptiuum, in capite eſt. nam quando cum aere aut ſpirabili ſubit fumoſitate, ad ſpiratiuum vtique vadit locum, non eſt igitur odor nutritiuus. Etſi odorabile, vt odorabile eſt, nutrimento non conducat: confert tamen (vt dictum eſt) ad ſanitatem. Et de odoratu hactenus dictum ſit.

QVinti cap. ſcholia. XXX. Quod enim terreum ſiccum ad ſapores operatur in humido. Saporis, terreum ſiccum effectiuum eſt, humidum autem ſuſceptiuum, odoris vero, humidum aut aereũ aut aqueũ effectiuum eſt, ſiccum autem præſertim igneum receptiuum & ſubiectũ. Neq; illi obſtat nos & aere & aqua odorare, quę humida ſunt. nam ea non prima ſunt odorum ſubiecta, quibusve primum ineſt odor, ſed duntaxat odorandi media, per quæ ſpecies odorum diffunditur. Odor autem in ſicco eſt, vt primo principo, que ſubiecto. Quod autem fragrantius ſpirant flores imbre perfuſi, & tempore pluuioſo quam altero, non eo venit, quia odor ſit in humido, ſed quia aer imbriferis vaporibus denſatus impedit florum ſpiramina latius per aerem diffundi, eaq; in vnum cogit conſtrictius quaſi eſſet aer ſerenior, at virtus vnita, fortior eſt ſeipſa diſperſa. Vehementius itaq; mouet odorum olfactum, quam tempore ſereniore. Et cum eidem rei ineſt (vt contingit) odor & ſapor, illi? odor quidem ſicco, & ſapor conſiſtit in humido, ſed vtroq; quidem temperato & commixto. quare in mediocritatem reducta, huiuſmodi ſiccum & humidum, bene ſe ſimul patiuntur in eodem, ſicut calidum remiſſius & frigidum ſimul aſſunt aquæ tepidæ. Non tamen ipſis quia perſpicua ſint, odoramur. Eſſe perſpicuum, cauſa quidem eſt neceſſaria & remota, vt per quicquam odoremur. quæ enim perſpicua non ſunt, vt corpora opaca, per ea fieri non valet odoratio, ꝙ per ipſa diffundi non poteſt fumalis euaporatio. Verum idipſum non eſt cauſa illius ſufficiens & propinqua. non enim oportet ſi quicquam ſit perſpicuum, protinus per ipſum fieri odorationem. aer enim lumine perfuſus, & non affectus fumali euaporatione, perſpicuus eſt etiam actu, & tamen per ipſum ſic diſpoſitum minime fit odoratio. quare requiritur in odorandi medio fumalis ſpirationis receptio, tanq; cauſa per ſe & propinqua. Præterea quanuis non niſi per perſpicuum vel actu vel potentia odoremur, tamen eius perſpicuitas atque diaphanitas cauſa per ſe non eſt odorationis, cum non minus in tenebris & abſente lumine odoremur, quam eo præſente, ſed alia illius eſt cauſa propria quæ dicta eſt. XXXIII. Neq; per idem vtrunq; eſt. Quia fieri non poteſt odoratio, niſi a corpore odore fumalis emanauerit ſpiratio, vt experientia liquido compertum eſt, autumauerunt antiqui odorem aut vaporem, aut exhalationem, aut vtrunq; eorum ſimul eſſe. Sed id credere perinde eſt, atq; ſiquis putaret colorem eſſe lumen, ꝙ non poſſit fieri coloris viſio ſiue lumine, aut ſonum eſſe percuſſionem corporis ſonantis, vel motum aeris, ꝙ ſine ijs non fiat ſonatio. Nempe odor manet in corpore odoro, neq; ab eo diſcedit vnquam. fumalis autem ſpiratio reſoluente calido, aut abſoluente humido diffunditur per aerem & aquam. neq; ſolum numero ab odore diſcrepat, ſed & ſpecie, ꝙ fumalis euaporatio quiddã ſubſtantiæ ſit, odoris ſpecie affectum. Præterea cum odor ſit paſſio, accidentariaq; affectio, quonam pacto eſſe poterit, aut exhalatio aut vapor, quæ ſubſtantiæ ſunt? XXXVI. Odor ſecundum ſe ſuauis & delectabilis, homini proprius eſt. Odor ſecundum ſe delectabilis eſt, qui non ſaporis gratia, ſed ſui duntaxat quæritur, vt odor florum, cynamomi & thuris ſecundum ſe voluptatem affert homini. non enim propter ſaporem coniunctum expetitur. Et ſolus homo huiuſmodi afficitur odoribus, quanuis enim bruta illis etiam odoribus imbuantur, non tamen afficiuntur voluptate aut dolore ex illorum perceptione, vt homines. Quod ſiquis obiecter, apes, florum & thymi odores cum voluptate proſequi, id non imus inficias, & odores illos florum qui homini per ſe delectabiles ſunt, dicimus apibus per accidens delectabiles eſſe. expetuntur enim ab ijs volatilibus ſaporis gratia, neq; id inconueniens putandum eſt. Odor autem per accidens delectabilis eſt, qui non ſui gratia, ſed ſaporis vna cum eo coniuncti expetitur, vt nidor aſſarum carnium affert homini voluptatem propter ſaporem, & brutis odor alimentorum eadem ratione delectabilis eſt. Habet igitur homo odores bifariam delectabiles, & per ſe, & per accidens, brutaverò tantumvno modo, vtpote alterius gratia. XXXVIII. Facit enim carbonum fumus, capitis grauedinem. Quod ſulphuris odor corrumpat animal & exanimet, ſatis exploratum eſt, cum etiam modicus & exiguus illius odor grauiter olfactum lædat. Quod vero carbonum odor nonnunquam mortem inferat, tradunt annales, qui referunt Iouinianum imperatorem Romanorum octauo menſe, poſtquam imperare cœperat, odore prunarum ſuffocatum atque extinctum eſſe, author Oroſius.

¶Sexti cap. annotat.

¶Dieſis, toni diuiſio, quod & ſemitonium minus dicitur. ¶Propinquum mouens, ſenſibile actu. ¶Elementa, literæ. ¶Minimus ſapor, minimus ſapor actu. ¶Senſibile propinquum, & coniunctum, ſenſibile actu.

SExtum cap. cõtinet tres quęſtiões, earum ſolutiones, vnam rationem improbantem, tres ꝓbantes, antiquorum reſpõſionem, & eius improbationem ad primam, tres rationes viſibile prius tpe mediũ imutare contendentes, antiquorũ reſpõſionẽ, & improbationem ad ſecundã. ¶Pri 41
ma quęſtio. Cum omne corpus ſit in infinitum diuiſibile, an ſenſibiles paſſiones, color, ſonus, odor, ſapor, caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas, grauitas, leuitas, mollities, durities, in infinitum partiãtur? Quod non ita ſit, videtur: quia ſenſum in infinitũ diuidi oporteret. eſt enim earum vnaquæq; actiua, in hoc, quod poſſit mouere ſenſum, hoc autem falſum eſſe videtur. Nam oporteret omnem magni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tudinem ſenſibilem eſſe:cum ſenſus vt viſus non apprehendat album & nigrum ſine magnitudine.album enim & non quantum videre impoſſibile eſt.ſed oppoſitum etiam apparet. ¶Primo. Quia cum omne corpus ĩ infinitum ſit partibile, ſi paſſiones illę diuiſibiles hoc mō non eſſent,tandem daretur corpus ſenſibile ſine calore,caliditate,frigiditate,humore,ſiccitate,leuitate, & grauitate . hoc autē impoſſibile. ¶Secundo. Quia ſenſibilia corpora eſſent ex non ſenſibilib⁹ corporibus. At ipſa ex ſenſibilibus cōponi neceſſe eſt , non enim ex mathematicis cōponuntur corporibus. ¶Tertio. Quia ſi aliquid eſſet tale ſine ſenſibili paſſione,ſenſu nō cognoſceretur,a quo igitur cognoſceretur,niſi ab intellectu dixeris? ſed intellectus talia exteriora ſine ſenſu non intelligit. ¶Antiquorum ſolutio fuit paſſiones eſſe indiuiſibiles,pariter & magnitudines idiuiſibiles. Sed magnitudines impartibiles non eſſe, ex impartibilibuſque conflatas abire non poſſe,ſatis prius monſtrauimus.idcirco alteram expedit huic queſtioni aptare ſolutionem. Et primo dicimus ſenſibiles paſſiones non eſſe ſecundum ſpeciem in infinitum diuiſibiles. Nam quorum determinata ſunt extrema , & media finita eſſe neceſſe eſt, ſenſibilium autem determinata ſunt extrema,vt contraria. In viſu, album & nigrum.in auditu,graue & acutum.in olfactu & guſtu , dulce & amarum.in tactu, calidum,frigidum,humidum,& ſiccum. Sūt igitur media determinata & finita. erunt itaq; ſenſibilium ſpecies finitæ atq; determinatæ. Adijcimus ſecundo,continuum in infinitum partibile eſſe ſecundum partes inęquales,non autem in partes æquales aſſignatæ determinateq; quātitatis. Et quia ſenſibilium ſpecies continuo ſunt coniunctæ,itidem vt cōtinuum ſunt diuiſibiles . & iterum aliquę ſunt actu,alię vero potentia. Et licet non omne ſenſibile vbi actu ſeparatum eſſet,ſentiret ſenſus,vt viſus milleſimum milleſimi milij,nec auditus ſonum in dieſi,potentia tamen ſenſibilia ſunt omnia,& viſibilia & audibilia,etſi nō actu : alijs em coniuncta,vna cum ipſis pariter ſenſum mouent,plerūq; tamen excellentia tanta,diuiſa,incontinens reſoluuntur vt minimus & inſenſibilis ſapor mari infuſus, in naturam maris conuertitur. Non eſt igitur ſenſus huiuſmodi ſecti ſuperabundantiæ actu,vbi diuiſa ſunt actu ſenſibilia. talium tamen (vt iterum conuenire couniriq; continuo poſſint)exiſtit. ¶Secunda queſtio. Vtrum viſibile prius tempore medium immutet quam viſum? & videtur quod ſic. ¶Primo . Quia ſonus prius tempore medium immutat,prius enim audit qui propius ſtat, quam qui remotius,priuſq; percipi ſolet ictus quam ſonus obaudiatur,& ita fit in odore. Rationale igitur eſſe videtur , hoc in viſibili & colore comperire . ¶Secundo. Hoc idem aſſeruit Empedocles,& ſolis lumē prius attingere medium oportere,quam queat attingere viſum. ¶Tertio. Omnis motus ab aliquo in aliquid, in tempore eſt, tempus igitur medium in quo a lucido ad viſum lumen in medio deferatur, eſſe oportet,quare prius in medio ferebatur radi⁹.q̄ a viſu perciperetur. ¶Dixerunt nos ſimul ſentire & ſenſiſſe:& illa eſſe abſque generatione & fieri,hinc non prius medium quam viſum viſibile recipere.Sed cur ergo ſonus prius in medio, quam ad auditum pertingat? cum(vt aiūt)ſimul ſit audire & audiuiſſe , prius em elementorum formationem videmus,quam aer delatus ad auditum, ſonum deferat.Quare igitur non ſic erit in lumine? & quare in ſpectādo lumine nihil refert aliquos eſſe æqualiter diſtantes,aut vnum propiore , alterum vero ſpatio diſtantiore:referat autem in ſono & odore? & cur nō propter hoc quod eſt aut ſonus aut odor,ſentitur? ¶Reſponſio. De ſono & odore rationabiliter euenit, vt prius medium,quam ſenſum afficiant. Nam non in eo quod vnum quodq; eſt,ſentitur:ſed motu quodammodo egent,vt aere lato,aut aliqua corporis expiratione:quæ ſine motu non fit. Ita autem in lumine non oportet. nam ſecundum id quod eſt ſentitur:nec motu,nec ſpiramine,nec alteratione, ſed ſola præſentia eget , medium q̄ ſua ſimilitudine opplet. Quæ autem motu egent, rationabiliter pri⁹ medium at-

42

uisibile prius tempore immutat medium q̄ oculum

que prius medium q̄ sensum mouent

ad uisionē luminis medium nō requiritur

tingunt,quæ vero motu non egent,medium prius attingere non eſt neceſſe:quanuis forte de omni alteratione id non oporteret. Nam idem ſimul totum alterari contingit:vt totam aquam ſimul gelari,neq; prius vnum dimidium,poſterius vero alterum. Si tñ multum coagulandum fuerit,quod attiguum eſt,ab attigūo primum patietur:totumq; id ſimul ſecundū attactum alterabitur. Et cōueniūt ſoni,odores,ſapores,& tangibilia,quod vt ſentiantur,quodā motu egeāt, aut in medio,aut appropinquante aliquo,& in hoc diſſident , q̄ ſoni & odores ad maiorem ſe diffundunt diſtantiam , ſapores autem & tangibilia ad minorem, ſapores tñ ad maiorem:nam ſi in humido eſſemus,quodāmodo guſtaremus,vt odoramur,non autem de lumine,vt quod ſit ab oī diſtātia perceptibile,ita eſt. ¶Tertia queſtio. Sed iterum queſtio incidit,an idem ſit ſon⁹ quem propinquior audit , & quem audit diſtantior? Et id eſſe non poſſe videtur,nam eodem medio id fieri non poteſt. ¶Reſponſio. Primum mouens a propiore & diſtantiore idem numero ſentitur: vt ſentiunt tintinnabulum idem numero,thus,atq; ignē. propinquum autem ſenſibile proprium atq; coniunctum,numero alterum eſt:ſpecie tamē idem . Quare multi ſimul idem audiunt,vident,ac odorantur: diuerſis tamen non corporibus, ſed paſſionibus ſuſceptis,quæ ſine ſenſibilibus corporibus non accidunt.

43

SExti cap ſcholia. XLI. Cum omne corpus ſit in infinitum diuiſibile. Cum ad propoſitam quæſtionem danda ſit reſponſio, qualitates ſenſibiles bifariam diuiſibiles eſſe, ſine ſtatu,& ſecundum extenſionem magnitudines ſubiecti cui coniungūtur,& ſecundum intenſionem,cuius vt neq; magnitudinis dādum eſt minimum, quarum quidem diuiſionum hæc qualitati propria eſt,& per ſe conueniens, illa vero impropria,diluenda eſt hæc ratio contranitens dictæ reſponſioni,admittendumq; in primis ſenſum in infinitum diuidi poſſe,non quidem ſecundum extenſionem,quanuis & ſic ſectionem ſine termino recipiat,gratia ſuæ magnitudinis,quia de tali diuiſione ſenſus non agit ratio, ſed ſecundum apprehenſionem, ſi quod ſi quiequam percipit ſenſus,poteſt illo minus percipere,& rurſum aliud minus,vt nō poſſit dari adeo paruum quicq̄ aut extenſione,aut intenſione , quin eo minus poſſit ſenſus percipere, non tñ id minus percipiat actu exiſtens,& vt nullius ſit pars,ſed vt alijs partibus coniūgatur, & ſit potentia,alteriuſq; pars.Rurſum concedendum eſt omnem magnitudinem ſenſibilem eſſe,nō quidem per ſe & actu exiſtētem,nulliuſq; alterius ſenſibilis partem,atq; alijs ſeparatā & ſeiunctam, ſed aut actu,totamq;,aut potentia exiſtentem,id eſt alijs iunctam,& alterius partem,quo etiam modo admittendum eſt colorem omnem viſibilem eſſe,& ſonum omnem auditu perceptibilē.namvt qualitas ſenſibilis,& magnitudo,& quomodo vnum non ſentitur,nec alterum,quod ſine magnitudine qualitas ſenſibilis apprehendi non poſſit. Cæterum tres aliæ rationes reſponſionē datam corroborantes,approbandæ ſunt. Continuum in infinitum partibile eſſe ſecundum partes inęquales, id eſt ſecundum partes eiuſdem rationis,atq; proportionales,quæ quidem inęquales ſunt,non comparando vnam partem ad alteram eiuſdem diuiſionis partem,nam illæ inter ſe ſunt æquę , vt medietas medietati,& tertia tertię,ſed conferendo partem vnius diſſectionis,ad partem alterius,vt diuidatur linea primo in duas medietates,ſecundo in tres tertias,& deinde in quatuor quartas, pars ſecundæ diuiſionis eſt minor parte primę,eſt enim tertia minor eiuſdem medietate , & pars tertiæ diuiſionis minor parte ſecundę nam quarta eſt minor quā tertia,& ita deinceps.Partes autem æquales,ſunt partes determinatę quantitatis rationibus abſolutis explicatæ,vt pedalia,cubitalia,in quę non progreditur in immenſum continui diuiſio,quod huiuſmodi partium ablatione finitum omne tandem abſumatur,nullaq; ſuperſit pars reliqua deſumenda.Plerunq; tñ excellentia tanta diuiſa.Interdum adeo frequenter qualitatum ſenſibilium facta eſt diuiſio,partiumq; diſtractio,q̄ propter molis paruitatem,ipſum diuiſum,vt quod non ſit natum ſub tantula quātitate conſiſtere,reſoluitur in continens,vt minimus natura ſapor,& quo non eſt natus eſſe minor,per ſe actuque exiſtens,quiq; ob ſuam exiguitatem imperceptibilis eſt,diuiſus par partiuum diuuiſionem , in aerem conuertitur,aut mari infuſus,in maris naturam tranſmutatur , quanuis ille poſſet etiam in infinitum diuidi per intellectus apprehenſionem,partibus diuiſionis non diſtractis a toto.ſed manentibus in eo cōtinuatis atq; coniunctis.Senſus itaq; non percipit huiuſmodi ſenſibile actu tanta abundantia,tamq; frequenter diuiſum,vbi actu ſenſibilia & per ſe exiſtentia partium diſtractione diuiſa ſunt,eorum tamen vt iterum continuo vniri congregariq; poſſunt , eſt ſenſus atque ſenſualis perceptio. XLII. Primo , quia ſonus prius tempore medium immutat . Hæ tres rationes moliuntur oſtendere partem oppoſitam reſponſioni quam daturus eſt Ariſtoteles.proinde diluendę ſunt, prima quidem,admittendo ſonum & odorem prius medium quam ſenſum mouere,neque ſimile iudicium eſſe de colore.nam ſonus & odor motu locali indigent,vt diffundantur , hic fumalis expirationis,illæ vero aeris,neque percipiuntur ob idipſum q̄ ſunt,quia præter ipſorum exiſtentiam requiritur inſuper huiuſmodi motus.Lumen autem vt diffundatur ; neque motu ſecundum locum,

quod quia requirit medium non sentitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

neq; temporis mora indiget, percipitur enim secundũ id quod est, quia præter eius præsentiam, vt percipiatur, ex parte obiecti nihil aliud requiritur. Secunda autem ratio soluitur, negando dictum Empedoclis cum veritate constare. nam posuit Empedocles visionem fieri per defluxũ atomorum a re visa, eorumq; delationem ad oculum. Lumen item dixit esse corpus, & per mediũ vt loco mutabile defertur, quorũ vtrunq; ab Aristotele improbatum est. Demũ tertia dissoluitur, admittendo motum ab eo dictum, quo successiue quicq; aut acquiritur aut deperditur, temporanea fieri successione, non autem eum qui subitaneus est & momentaneus. Illuminatio autem motus est non successiuus, sed instantaneus, quia non tpe perficitur, sed singulo quoq; momento perfecta est. Nã idem simul totum alterari contingit. Quod idem subiectum secundum quamq; partium integralium simul eodemq; tempore alterari possit, facile est perspicere in aqua reuocante se ad natiuum frigus, in qua cum agens sit intrinsecum, & omnibus æqualiter assistens partibus, simul depellitur calor, & acquiritur frigiditas in eis omniquaq; Similiter totam aquã simul congelari possibile est, si vniformiter eius partes dispositæ sint, & producens sit regulare. Tunc enim non prius secundum extremas partes congelabitur aqua, quam interiores, sed simul & regulariter secundum omnes. Neque oportet omne agens semper prius agere in propinquũ q̃ in distans, nisi eius actio motui secundum locum coniuncta sit, & propinquæ partes ad actionẽ recipiendam magis dispositæ sint, remotæ vero minus. Neq; itidẽ consequetur in huiusmodi alteratione non prius fieri motũ ad medium, quam ad extremum. Nam in mediũ prius, q̃ in extremum, motum fieri debere, intelligẽdum est de medio & extremo motus, & non subiecti. Debet enim prius acquiri caliditas quinq; graduũ, q̃ decem, sed non oportet in media parte subiecti prius acquiri caliditatem, q̃ in toto subiecto. Sic cum tota aqua simul congelatur, media motus & qualitatis quę motu acquiritur pars, vt cõgelatio quinque graduum, prius tempore acquiritur, q̃ tota congelatio, non tũ in vna parte subiecti prius, q̃ altera, sed simul, in toto subiecto, sic q̃ non ex parte partium subiecti fit successio, & secundum extentionis particulas, sed solum ex parte partium motus, & qualitatis acquisitæ, atq; secundum intentionis rationem. In illuminatione vero, neq; ex parte partium subiecti, neq; qualitatis quę acquiritur, successio prouenit, non enim prius vnius luminis gradus, & deinde alter acquiritur, sed totum lumen simul. Et ergo Philosophus per exemplum de congelatione innuit locum a minori. nam si congelatio quæ tempore perficitur, non prius in vna subiecti parte quam altera, sed in toto subiecto simul acquiritur, quanto magis illuminatio, quæ temporeve perficiatur non indiget, non in vna parte medij prius, & in altera posterius acquiritur, sed simul in toto medio. XLIII. Primum mouens a propiore & distantiore idem numero sentitur. Primum mouens, dicitur sensibile potentia, & extraneum quod suam speciem tum in medio, tum ĩ organo efformat. Et illud sentitur idem numero a propinquiore & distantiore, vt idem color videtur, & sonus auditur idẽ a multis. Et quanuis id fieri non possit omnino eodem medio, id tamen impedimento non est, quo minus idem percipiatur. Nam vt primum sensibile idem numero sentiatur, non requiritur idem numero medium per quod deprehendatur, diuersis enim medijs vnicus sol ab omnibus conspicitur. Et idem color, vt rei positæ in fundo aquę lympidę, per aquam & aerem videtur. Propinquum vero mouens est sensibile actu, qualitatisque sensibilis species in organo suscepta. Et illud in diuersis sentientibus. est alterum numero, idem tamen specie, vt alia coloris species in oculo Socratis, & alia in oculo Platonis, siue eodem distẽt a re visa interuallo, siue diuerso. Imo alia numero species est rei visæ in oculo dextro Socratis, & in oculo eiusdem sinistro: Alioqui idem accidens esset diuersis subiectis, quod fieri nequit.

¶ Septimi cap. annotat.

¶ Diapente & diapason, musicalium consonantiarum nomina: quarum hęc ex duplari, illa vero ex hemiolo nascitur. ¶ Hoc & alterum, vna pars & altera. ¶ Sensus, nomen actus, & potentiæ simul.

Septimum caput continet vnam quæstionem, tres ad ipsius negatiuam partem rationes, antiquorum solutionem, eius duabus rationibus improbationẽ, propriam responsionem, quatuor q̃ plura simul sentiamus rationes, & vnam conclusionem. ¶ Quæstio. Vtrum contingat eundem simul pluribus sensibus sentire eodem scilicet & omnino indiferenti tempore. Quod ita esse non possit, videtur. ¶ Primo. Quia maiores motus, minores impediunt. ¶ Hoc enim manifestant multa, nam vehementer circa aliquid intendenti, visibile ante oculos obiectum non sentitur: itidem neq; vehementer timenti, & si magnus sonus aures instrepat, debiliores sonos non sentimus. Et simplex, commixto confusoq; 44

melius sentitur, vt vnus color per se quam alteri commixtus, & vnus sonus quã alteri consonans in diapason. & vinum melius per se, quam eque cõfusum, ex quibus emũ aliquid fit vnum, se inuicem obscurant. Ex his ita nectimus argumentũ, quia simplex melius sentitur, si dicas nos plura vt duo simul sentire, vtrunq; per se magis sentiretur. Et cum maior motus minorem prepediat, si æquales fuerint, se inuicem exterminabunt. sin in æquales, valentior faciet sensum. Neque dicere possis sensum vnum esse ex vtrisque commixtum confusumque, nam ea commiscentur, quorum extrema contraria sunt, & ex illis fit vnum. non autem ea quæ diuersorum sunt generum. Ex acuto enim & graui vna nascitur consonantia, sed ex acuto & albo nihil fit vnum. Secundo. Magis possibile esse videtur simul eodem sensu plura posse sentire, & vnius eiusdem sensus diuersos motus percipere. Atqui hoc fieri non videtur. nam auditus duo non percipiet, nisi commixta fuerint. Commixta autem si fuerint, vnum aliquid sunt, igitur & sensus vnus, & vnius erit, & ita in visu est. Si autem commixta non fuerint, erunt duo sensus secundum actum. At vnius potentiæ secundum idem temporis vnam operationem esse volunt omnes, est autem vnus sensus, vna potentia, quare si non contingat eodem sensu simul plura sentire, minus arbitrandum est contingere & pluribus. ¶ Tertio. Quia aut illa specie erunt similia vt albũ & album, & tũc in sensu non faciunt, nisi vnum numero. Aut specie dissimilia sunt, vt album & nigrum, dulce & amarum, & tunc sensus motibus mouebitur contrarijs, motus enim cõtrariorum, contrarij esse videntur. Aut sunt dissimilium generum, vt album & dulce, & illa (vt dictum est) commisceri contemperarique nequeunt. Sed quæ contemperantur, proportionesque habent, eiusdem sunt generis & contrarietatis, vt sonorum consonantiæ quę diapason & diapente dicũtur. & in numeris proportionem habẽt ad imparem, & impar ad parem, suntque adinuicem multi, pauci, dupli, subdupli. At vero multa proportionem adinuicem habentia, simul sentiri nõ possunt, nisi vnum efficiant commixtum, multo igitur minus simul percipiẽtur ea quæ genere discrepant, vt album & dulce, & quæ plus differunt, & ex quibus nullum paritur mixtum. Et hæ rationes facere videntur nos non posse simul plura sentire. ¶ Huic quidẽ quęstioni talem adhibebant responsionẽ nos simul plura sentire, neque in consonantijs nos simul plures sonos audire, quanuis hoc ob temporis insensibilitatem nos lateat. Et ita quanuis idem simul credat audire & videre, non ita fit, sed tempus medium cum sit insensibile, eum latet. Ita autem non recte dicunt. ¶ Primo. Quia nullum est insensibile tempus quod nos lateat, nam quilibet sentit se esse aut alium aliquo toto tempore continuo. Si itaque aliquod esset insensibile nos latens, neque seipsum neque alterum esse in illo sentiret. ¶ Secundo. Si aliquo tempore continuo aliquid sentit, vt aliquam magnitudinem videt, nihil illius tẽporis, nihilque illius magnitudinis existit, quod non percipiat. Nõ enim percipit in quocunque tẽpore quia in parte pcipiat, aut quancunque magnitudinem videt, quia partem eius videat, quemadmodum cõtigit in anno ambulare, quia in hac anni parte ambulatio fiat. Quod ostendo sic. Si tempus aliquod ob paruitatem insensibile sit, aut magnitudo aliqua insensibilis sit tempus a b in quo sentit, sitque aliquid illius vsqueadeo exiguũ, vt sensibile non sit a c, distraho igitur a c. cum ergo sentiret c b, hoc ergo erat quia aliquid ipsius sensit. Subtraho igitur c d equale quidem ipsi a c, quod non sentiat, eoque perducam quod aliquod tempus sentiet, in quo nihil est quod sentiat. Similis emẽ ratio putabitur de d e, e f, & cæteris cumque peruentum fuerit ad K b, erit tempus sensibile, cuius nulla prorsus pars sentietur, nam neque K I, neque I b, neque earũ partium pars aliqua, quia minores sunt, ideoque ob maiorem paruitatem magis insensibiles. Quare aut totum tempus aut tota magnitudo sentitur, aut nulla nihilque eius sentitur. Et certe totum tempus & tota magnitudo, & quælibet pars sensibilis est: sed non semper quanta fuerit apprehenditur, vt quadricubita a longe conspecta, non quadricubita videtur, sed magnitudo sola. Et indiuisum

a
c
d
e
f
g
i
k
l
b

Universidad de Deusto Biblioteca

videtur,quod idem diuisum non videretur, cuius causa a nobis alias cõtra Zenonis argutias adducta est. ¶Huic igitur quæstioni hãc aptare poterimus solutionem. Quia quod sentitur,diuisibile est,& sentiens simul sentit totum,& eius hoc & alterum ideo plura sentit numero,specie autem eadem. Et quia sensus diuisibilis, vnus tamen continuus,ideo ipsum vnũ eundem,vno vnũ,& altero alterum sentire contingit,quę tamen sentit:genere eadem sunt. Et non modo ea quę genere sunt eadem simul sentire contingit,sed & quę genere dissidẽt. ¶Primo. Quia de re visa per vtrunq; oculum non habemus nisi vnum iudicium, quod in vno communi conueniunt,cuius operatio vna est. Et si ipsorum,vnum est alterũ sentiẽs,& aliorum sensuum æquali facilitate idem erit. quare simul iudicabit ea quę genere sunt dissidentia. ¶Secundo. Quia idem sensus plures esset, q̃ admodũ scientiæ diuersæ diuersorum sunt obiectorum. nam non erit operatio sine virtute,nec sine hac sensus,hoc autem falsum est. ¶Tertio. Vnus idemq; sensus est (quemadmodum prius dictum est) simul albi & dulcis differentiam diiudicans, quæ genere discrepant. magis igitur vnus & idem erit, eorũ quæ genere sunt eadem,differentias dignoscens. ¶Quarto. Si anima,vna parte album,& altera parte dulce sentit,quæ non sunt vnum,& iudicat ex ipsis aliquid vnum esse,aut non esse vnũ, necesse est aliud vnum esse sensitiuũ,quo sensibilia discernit omnia,ac sentit,vnum quidem subiecto,secundum esse autem multa, & vnum sensibiliũ genus per aliud sentiens,& alterum per aliud:& vt vnũ sensitiuum est actu, vnũ est albi & dulcis:cum vero secundum actum alterum factum est vt exterior sensus albi,& exterior dulcis:re apsa alterum est. Et id rationabiliter euenit.nam q̃ admodum in rebus ipsis contingit,ita in anima reperire consentaneum est. In rebus autem idẽ,album & dulce & multa alia esse reperitur,ita igitur & animæ sensitiuum erit vnum. Et vt illic vnum numero existit,cuius passiones abinuicẽ inseparabiles sunt: & quod quidẽ ratione valde multa est:ita in sensu vnum numero,commune omni sensui existit,esse tamen alterum & alterum est, horum quidẽ sensibilium genere,horum vero specie. Erit igitur vnum & idem multa sentiens ratione autem non vnũ. ¶Conclusio. Omne quod sentitur,diuisibile est,ipsumque indiuisibile,sensibile non est. ¶Nam vnum visibile non videtur infinita distantia,sed finita:neque audibile infinita,sed finita,itidẽ odorabile,gustabile, tãgibile,distantia percipiuntur finita. Est itaque aliquod vltimum distantię vnde non videtur,& primum vnde videtur.& id indiuisibile esse necesse est. Et quod in vlteriori fuerit,non sentitur.quod vero fuerit in citeriori, sentietur. Si igitur sit indiuisibile sensibile,ipso posito in vltimo vnde non sentitur, ipsum nõ sentietur.& quia erit in primo vnde sentitur,idem sentietur.quare idẽ simul sentietur, & non sentietur.Sed his de sensibus & sensibilibus expeditis, nunc ad considerationem de memoria atque reminiscentia nos conuertimus. 46

Septimi cap.scho. XLIIII.Primo,quia maiores motus minroes impediunt.Cum experientia satis compertum sit nos eodem tempore plura diuersi. sensibus percipere posse, vt simul videre colorem,& audire sonum,diluendæ sunt rationes annitentes oppositam partem comprobare,& prima quidem hoc pacto.Si maior motus & minor diuersorum sunt sensuũ,maior non ipedit minorẽ q̃ circa diuersa genere sunt obiecta,& in diuersis subiectis,vt vehemens sonus non prępedit colorem videri.si vero eiusdem fuerint sensus, & maior non sit in magna supra minorem excellentia,neque quidem eius percipiendi præbet impedimentum,vt sonus campanæ non impedit vocem loquentis audiri. At si maior insignem habeat supra minorem excellentiam,impedit vt sonus tormentorũ & machinarũ bellicarũ vocem hominis simul audiri.Simplex autem sensibile,& per se,melius,id est fortius atque vehementius mouet sensum,q̃ si esset commixtum alteri sensibili eiusdẽ sensus,non tã melius,id est gratius sensui, & iucundius. Nẽpe vt secundus de anima monstrauit,sensibilia quæ bona proportione adinuicẽ sunt contẽperata,ipsi sensui iucundiora sunt & delectabiliora.Cũ itaq; assumit hæc ratio, si plura simul sentiantur,vtrũq; per se melius sentiri,si id intelligat de pluribus eiusdẽ sensus obiectis, quæ simul cõmixta atq; confusa sentiantur,id tribuendũ est,& hanc intelligentiã prętendebat ,ppositio secundo loco supposita,& modo explicata.si vero de sensibilibus diuersorũ sensuũ,aut eiusdẽ sensus abinuicem tamen subiecto separatis,id certe refutandũ est, nisi vnũ alteri ne quoquo pacto percipiatur

impedimento sit.Sonus enim æque cum colore percipitur eodem tempore,sicut per se, & sine conjuncta auditioni coloris visione,similiter duos colores subiecto separati,æque simul ab oculo percipiuntur,sicut vterque per se,& sine altero.Deinceps quod secundo assumitur loco,scilicet si motus sensuum æquales fuerint,ipsos se inuicem exterminaturos esse, ita discutiendum est, si diuersorum sensuum motus fuerint,vt visio & auditio,non se exterminant & impediunt, neque si eiusdem sensus sint,& citra summam excellentiam, vt visio albi quinque graduum, & nigri totidem partium in diuersis subiectis. Si vero vtrunque sensibile eiusdem fuerit sensus, & in summa excellentia, vt albissimum & nigerrimum,se exterminant & impediunt in sensu, quia sensum corrumpunt. Quod demum tertio assumitur loco, si inæquales fuerint motus, solum valentiorem mouere,diuidendum, distinguendumque est, vt prima huius rationis propositio atque suppositio. Siquidem diuersorum fuerint sensuum,aut vnius sensus,sed non magis vnius vltra aliud sensibile excellentia vterque efficiet motum.Si autem vehemens & insignis fuerit vnius supra alterum eminentia,solum vehementior efficiet sensationem.Postremum vltro admittendum est,non fieri sensum vnum actu ex vtrisque commixtum, hoc est non vnam fieri sensationem commixtam ex vtriusque sensibilis specie in organo recepta,sed cum plura diuersis sensibus simul apprehenduntur,non minus distinctum & perfecte quoduis eorum cum altero apprehendi,quam si per se & separatim sentiretur.Nam vehementer circa aliquid intendenti, visibile ante oculos obiectum non sentitur.Causa huius,quare visibile obiectum ante oculos vehementer intenti circa aliquid, non sentitur,non est quia excellens sensibile impedit id quod minus est videri, quemadmodum videntur velle qui illud adducunt ad huius comprobationem,sed quia cum quis intentius imaginatur, internique sensus facit operationem,spiritus sensitiui(mediantibus quibus fiunt sensationes vt instrumentis intrinsecis ad sensuum organa transfusis)relictis exteriorum sensuum organis,retrahũtur ad organum imaginandi,scilicet cerebrum,& ibi spiritus visui faciunt interiorem visionem,auditui auditionem, & ita de cæteris. quare neque spiritus visui aderunt oculo, neque auditiuis auribus.Illis autem absentibus non potest in organis exterioribus fieri sensatio,cum huiusmodi spiritus causæ sint sensationis necessariæ,quare visibile obiectum non facit tunc visionem, neque sonus auditionem.Itidem quoque euenit cum quis intentissimo animo curat quippiam intelligere, collectaque introrsum mente totus consideratione deditus est.Tunc enim retractis spiritus, sensus quasi obsequens a sua cessat operatione,quo integrius & melius suam intellectus pergat functionem. Hinc memoriæ proditum est Carneadem philosophum insignem,cum ad mensam sumpturus cibum sederet,adeo contemplationibus rerum fuisse sæpenumero intentum, vt neglexerit cibum ori admouere,quasi cogitationibus assiduis animi alteretur. Author Valerius. De vehementer autem timẽte,quod obiectum colorem nõ videat,id in causa est, quod sicut in ipso videmus sanguinem prius apparebat in vultu,retrahi ad confortandum cor,qui tamen substantia est corporea, & admodum materialis,ita spiritus omnes sensitiui(qui subtiliores sunt, substantiæ tamen corporeæ,quæ alternatim retrahuntur a sensu,& iterum ad sensus organa diffunduntur) ab organis sensuum mittuntur etiam ad cor confortandum,& sic nulla in eo qui ingenti motu concutitur,fit sensatio,sicut neque in dormientibus,propter illorum spirituum absentiam. Secundo, magis possibile esse videtur. Hęc ratio diluitur, admittendo nos etiam vno sensu posse plura simul sentire, vt visu album & nigrum,sicut & pluribus sensibus simul plura,negando tamen illud quam hoc videri magis possibile.nã si illud fiat,videntur contraria simul eidem inesse,vt species albedinis & nigredinis eidem oculo,quanuis reuera non insint, saltem secundum eandem oculi partem, si vero hoc fiat,nulla sequitur repugnantium aut contrariorum in eodem susceptio,quare verisimiliusvidetur hoc quam illud,cuius oppositum innuit prima huius rationis propositio. Cęterũ negandum est nos eodem sensu non posse simul plura percipere. In cuius quidẽ probatione id falso assumitur, sensum vnum non posse simul multa percipere,nisi adinuicem commixta & contemperata fuerit. nam visus simul percipit album & nigrũ in diuersis subiectis,ex quibus non fit vnus color,& auditus simul campanam sonantem,& vocẽ humanam,ex quibus non fit aliquid vnum.Concedendum est præterea sensibilia commixta esse aliquid vnum,non quidem continuũ neq; intẽsum, sed aggregatum,quare negandum est sensationem ipsorum commixtorum esse vnam numero. Visio em̃ picturæ aut colorum in cauda pauonis,non est vna,nec vna auditio consonantiæ, sed tot diuersę sensationes,quot diuersa sunt sensibilia adinuicẽ cõmixta. Ea em̃ cum post cõmixtionẽ adhuc diuersa maneant æque diuersas faciunt sensationes, atq; si in diuersis essent subiectis abinuicẽ separata quare siue commixta fuerint, siue non,diuersæ sunt eorum secundum actum sensationes. Negandum præterea est illud quod principũ speciem præ se fert,& tamẽ falsum est, vnius potẽtiæ scilicet simul esse vnam tantũ operationem. Nam potentia vegetandi simul nutrit,& auget,& potẽtia sentiendi simul visionem facit,& auditionẽ,quinimo potentia videndi,simul visionẽ albi,& nigri, & audiendi,simul auditionẽ acuti & grauis. Tertia. Quia aut illa specie erunt similia. Hęc denique ratio hoc pacto dissoluitur. Sentimus quidem interdũ ea quæ eiusdem sunt speciei, vt duo alba, sed negamus ea in sensu vnum efficere,sunt enim suę species ita distinctæ in oculo,vt ipsa obiecta,& in diuersis oculi partibus, perinde atq; si duo eiusdem speciei lapides, aut manus obijciantur speculo,in diuersis appparent partibus speculi,& inter se diuersa. Interdum vero sensus apprehendit ea quæ specie sunt diuersa,& genere eadẽ,vt album & nigrum, negandũ tamen est idcirco ipsum moueri motibus contrarijs secundum eandem partẽ,nam species albi & nigri non in eadẽ organi par

Carneades. Valerius

Universidad de Deusto
Biblioteca

te recipiuntur, sed in diuersis, cum apparere faciant res distinctas, & non confusas. Interdum autem non vno sensu exteriori, sed pluribus percipiuntur simul sensibilia genere discrepantia, quæ conceduntur adinuicem contemperari non posse, cum id ipsum minime vt sensatio fiat requiratur. Quare negandum est multa adinuicem proportionem habentia non posse simul sentiri, nisi vnum efficiant commixtum, colores enim adinuicem proportionem habentes, & diuersis subiectis discreti, simul ab eodem percipi possunt, sic & ea quæ genere diuersa sunt, tametsi nullum efficiant commixtum, simul percipi possunt. nam vt aliqua simul tempore percipiatur, non requiritur quod mixtum constituant, sed si id faciant, hoc accidit. Cum ergo sentiret c b, hoc ergo erat, quia aliquid illius sensit. Subtracta parte temporis a c (quæ per hypothesin ob suam paruitatem est insensibilis) tempus c b remanens adhuc erit sensibile. Nam vt a diuisibili subtractum indiuisibile, non reliquit diuisibile minus ita a sensibili subtractum insensibile relinquit residuũ æque vt prius sensibile. non enim quicquam sensibile per insensibilis subtractionem redditur minus sensibile. Et cum ipsius totius temporis c b residui pars c d per hypothesin sit æqualis parti a c insensibili, & pars c d erit insensibilis. nam si vnum æqualium est insensibile, & alterum. Et ita de cæteris partibus dicendum. Aeque earum partium pars aliqua quia minores sunt. Si K l est insensibile non poterit aliqua eius pars (vt K prima eius medietas, aut l medietas altera) sensu percipi. Similiter si totum l b non potest sensu deprehendi, neque eius pars aliqua. nam si quis totum ob suam paruitatem percipere non potest, neque eius partem, vt quæ sit minor, percipere poterit. Est enim totum minus resistens virtuti sensitiuæ, quia maius, pars vero magis resistens, quia minuscula, quod autem non potest in minus resistens, neque idem poterit in magis. Et si ipsorum vnum est alterum sentiens. Ambo oculi in vno communi vtrique centro conueniunt, duorum oculorum neruos connectente, cuius operatio vna est, & si ipsorum oculorum vnum commune in quo conueniunt, sentit vnum, item & alterum specie sensibile, & aliorum oculorum quilibet diuersa iudicans, vnus erit, quare idem sensus numero, vtpote interior, simul iudicabit ea quæ genere differunt. Secũdo. Quia idem sensus, plures esset. Sicut diuersa obiecta diuersas habent scientias, ita & diuersa sensibilia diuersas sensationes. si ergo eadem esset vtriusque sensatio, vna sensatio plures esset sensationes. non enim erit operatio sensus sine virtute sentiendi, neque sine operatione sensus. At falsum est vnum sensum esse plures sensus. Et vt vnum sensitiuum est actu, vnum est albi & dulcis. Virtus sentiendi interior quæ dicta est esse vna subiecto, & ratione multa, & sentire vnum sensibilium genus, & visibilia per aliud scilicet visum interiorem, & alterum sensibilium genus per aliud, scilicet gustum interiorem si attendatur vt facultas nata sensationem efficere & secundum rationem potentiæ, eadem est numero quæ albi est perceptio, diuersa est numero, imo specie ab ea quæ est perceptio dulcis vt enim exterior albi sensatio & dulcis, re ipsa sunt aliæ, ita sane interior vtriusque apprehensio, ab altera prorsus est aliena. Et vt illic vnum numero existit. Illic ĩ rebus ipsis vt lacte, cuius passiones albedo & dulcedo abinuicem nequeunt separari, non enim potest in lacte dulcedo sine albedine, neque albedo sine dulcedine subsistere, & illud idem, vnumque numero, ratione valde multa est, scilicet album, dulce; frigidum, humidum, graue, densum, & cętera id genus. Ita in sensu est vnũ numero, vtpote sensus interior, commune omni sensui exteriori, vt secundus liber de Anima patefecit. XLV. Est itaque aliquod vltimum distantiæ vnde non videtur. Vltimum distantiæ vnde non sentitur, est terminus distantiæ vnde non sentitur, vltra quem ad oculum diuergẽdo nulla est distantia, quin ab illa res sentiatur. Primum autem distantiæ vnde sentitur, est terminus distantiæ vnde sentitur, quo nullus est prior ab oculo discedendo vnde sentiatur. Et sicut idem est punctum quod est finis vnius partis lineæ, & principium alterius, ita idem extremum siue vltimum distantię vnde non sentitur, & primum distantiæ vnde sentitur, scilicet impartibile, distantiam per quam videtur, distantiæ per quem non videtur connectens. Esto enim spatium datum a c, quod diuidatur in signo b, oculusque in a positus videat totum spatiũ a b, & nihil amplius, & spatium b c sit distãtia per quam non sentitur. Tunc b est vltimum distantiæ vnde non sentitur. nam est terminus partis b c vnde non sentitur, vltra quam nulla est distantia versus a, vnde non sentiatur. b etiã est primum distantiæ vnde sentitur, quia est terminus distantię a b per quam sentitur, quo nullus est prior vnde sentiatur, & quod fuerit, in spatio vlteriori quam b, versus c tendẽdo, non sentietur, quod vero citra b, & versus a, bene sentitur

a c d e g h i K l b

a b c

¶Paraphraseos in librum Aristotelis de Sensu & Sensato & in eundem scholiorum, finis.

Primi capitis paraphraseos in librum de Memoria & Reminiscentia, Annota.

¶Sensus, sensus exterior. ¶Spectrum, simulacrum. ¶Abũde dicitur. Monius Marcellus testem adducit historicum. Sisennam & apud Cor. Celsum frequẽs vocabulum est.

1 Liber de Memoria & Reminiscẽtia duo capita cõtinet. Primũ octo conclusiones, vnum corollarium ad quintam, duas rationes ad sextam, vnã quęstionem, eius solutionem, tres in oppositum rationes, & earũ solutiones, & quatuor corollaria ad septimã. ¶Prima conclusio. Determinãdũ est quid mẽoria, quid memorari, ppter quam causam fiat, cuius aĩæ partis, passio sit. & eadem fere de Reminiscentia determinare expediet. ¶Nam de memoria & reminiscẽtia, memorari & reminisci, prius nos determinaturos promisimus. ¶Secunda. Memoria & Reminiscẽtia, me
2 morari & reminisci, nõ eadem sunt. ¶Nam frequenter memoria valent qui tardo sunt ingenio, reminiscentia autem, qui celeriores acri solertique discunt inge
3 nio. ¶Tertia. Expedit discutiendum quæ memorabilia, quæve memoriæ sint obiecta. ¶Nam obiecta nobis notiora sunt, idque cognoscere difficultatem affert, atque dubitationem. ¶Quarta. Memoria neque futurorum est, neq; pręsen
4 tium. ¶Nam futurorum opinio quędam est, & spes, & quædam speratiua scientia, quam præsagitricem diuinatiuamque quidam dicere solent. Præsentiũ autem sensus est. ipso enim neque futura neq; pręterita cognoscimus, sed duntaxat
5 quod instat, atque pręsens est. ¶Quinta. Memoria, pręteritorum est. ¶Nam cũ quid præsens adest, vt cum quis pręsens aliquid intuetur, nullus ipsum memorari dixerit, neque cum quis considerat & intelligit, sed dicent illum sensum habere, hunc vero habere scientiam. Sed qui memoratur, cum sensum & scientiam sine actibus habeat, dicit se memorari se hoc olim vidisse, hoc audiuisse, hoc sensisse, se didicisse triangulum tres duobus rectis ęquales angulos habere memoraríque se hoc vel illud contemplatum fuisse. Et quotiescunque memorari nos dicimus, semper præteritum adijcimus, vtimurque his aut consimilibus verbis, prius vidi, prius audiui, sensi, intellexi. Est igitur memoria pręteritorum. ¶Corol
6 larium. Vnde fit vt memoria neque sensus sit, neque opinio. ¶Sẽsus quidem nõ erit, nã sensus præsentis est. opinio vero, quia & ipsa futuri est. Sed memoria (vt dictũ est) alicuius horũ est cum factum fuerit tẽpus, aut habitus, aut passio. Facti enim, & cuius iam tempus abijt, actumq; est, omnis memoria est. Sensus autẽ præsentis: & opinio & spes futuri. ¶Sexta. Sola ea quę sensum habent, tẽpusque
7 sentiũt, memorantur. & eorum quorum non habuerint sensus, ipsa memorari nõ contingit. ¶Primo. Quia memoria pręteritorũ est, & eorũ spectrorũ simulacrorũq; quę imaginationem in rerum absentia cient atq; efficiunt, quæ phãtasmata (cum aĩam sine phantasmate non intelligere dixerimus) nuncupauimus. Sed de phantasia, & imaginandi virtute, satis in ijs qui sunt de anima, dictum putamus. Sed dubitatio suborítur. Si memoria talium esset spectrorũ, sensualiumque
8 phantasmatum ipsa intelligibilium non esset. ¶Responsio. Memoria per se pręcipui sensus (quem abditũ & interiorem diximus) passio est, ad quem hęc sensualia phantasmata spectant. Intellectus aũt per accidens est q̃ intellectum contingat consimilibus afformari similitudinibus. Euenítq; intellectui q̃ geometrę euenit describenti. Cũ ei nulla ei sit opus certa determinataq; quãtitate, certã tã determinatãq; describit quantitatẽ. Ita intellectui (q̃uis rem quantitatis immunem intelligere satagat) protinus moles quantitasq; obiecta assurgit, & si quantũ determinatum ipsi obiectũ sit, ipsum indifferẽs, nulloq; certo mensu diffinitum atque terminatum protinus apprehendit. Sed cur sine dimensione, sineque tem

q nõ memoria valent & reminiscentia

pteritorũ & nõ pseteritũ seu futuroru ẽ memoria

quę nõ memorari dicũtur

cuius sensus sit memoria

Universidad de Deusto Biblioteca

poris tractu & successione nihil aut vix quicquam nobis occurat intelligendum
nisi disserendum est loco. ¶Secundo. Quia si intellectiuæ partis passio esset ali
qua, multa animalia quę neque opinionem neque prudentiam habent, imo nul
la alia ab homine memorarentur, atqui nunc multa alia memorari videmus. Est
igitur non intellectiuę partis alicuius passio aliqua, sed vt dictum est, primi præ
cipuę sensus. ¶Septima. Non omnia animalia memoria prędita sunt. ¶Nã 9
non omnia temporis sensum habent, vt prius sentiant & posterius quæ sunt in tẽ
pore. Memoria autem eorum est quæ non modo tempus vt præsens sentiant,
sed & prius, & posterius: vt quæ cognoscant aut vidisse, audisse, didicisse, aut ali
quid talium, vbi simul prius & posterius apprehendunt. Non igitur omnia ani
malia memoria sunt prædita. ¶Quæstio. Cur simulacro præsente, rei præteritæ
& absentis memoramur, speciei autem nobis pręsentis non memoremur? ¶Re
sponsio. Vt hanc diluamus quęstionem, id operę pretium est prenoscere, exterio 10
re sensu moto, simulacra quędam, vt picturę, vt sigillorum impressiones, in corpo
rea parte sensui interiori famulante afformari atque reponi. quorum memoriam
diximus habitum aut passionem esse, & ad quę vt in arca, vel in promptuario,
thesauroque recondita, & ad functiones illas seruata, se imaginandi virtus con
uertit quoties meminisse memorarique volumus. ¶Sed ex his videri potest
memoriam afformati simulacri esse, & non rei absentis. Primo. Quia si memo
ria ita fieret, ipsa sentiendo fieret. Quod autem absens est, nõ sentimus: sed quod
sensui obiectum, præsensque est. Secundo. Quia species, simulacraq; quibus me
moramur, picturis & figuris similia fecimus. Horum autem est sensus, & memo
riam parans hæc intuetur, & non absentia. Tertio. Quia ratione dicas memori
am absentis esse, vimque illam interiorem, rem absentem memorari, eadem ra
tione rem absentem & videre & audire confiteri licebit: vt cum quis rei pręteri
tę intueatur imaginem, vt animal in tabula pictum. ¶His hanc subnectimus
responsionem. Sicut idem est quod in tabula depictum est, & animal & imago.
non tamen amborum eadem ratio est: ita idem nobis est quod phantasma est, &
quod alterius est imago, ratio tamen altera est. Nam vt secundum se considera
tur spectaturque, phantasma dicitur: quemadmodum qui solam in pariete pictu
ram vt Corisci imaginem intuetur, & nunquam moueri Coriscum, & animal
pictum vt tale animal. vt vero ad id cuius est, ipsum conferimus atque compara
mus, non secundum id quod est, sed vt imaginem apprehendimus. Itaque cum
memoramur ipsum phãtasma non vt spectrum & phantasma, sed vt imaginem
absentis rei deprehendimus, hinc potius rei absentis q̃ nobis præsentis simula 11
cri memorari dicimur. ¶Primum corollarium. Hinc fieri dignoscitur, cur debi
lis & infirma sit memoria ijs qui ægritudinibus, aut ætatis fluxu, in motu & agi
tatu cõtinuo sunt, & quibus frigidi, duriusculi, & corneoli sensus existunt. ¶Nã
motus disturbatio, simulacri residem impressionem impedit, perinde atque si si
gillum incurrentem amnem demerseris effigiem non relinquis. Et nimis frigi
di, vt antiqua ędificia (quibus picturę imaginesque ob vetustatatem oblitæ atq;
deletę sunt) simulacris seruandis sunt inepti. Durorum vero & corneorum sen
suum impressionem ob rigorem & duritiam, vt neque lapis sigilli effigiem non
admittunt. ¶Secundum. Proinde etiam tam qui infantilem ætatem degunt, q̃ 12
qui extremum senium, obliuiosos esse necesse est. ¶Illi enim propter augmẽtũ
in continuo motu agitatuque sunt, hi vero propter decrementum. ¶Tertium. 13
Qui etiam citę velocisque apprehensionis existunt, quive nimium hebetes at
que tardi: male memorari consueuerunt. ¶Illi quidem, quod plus æquo humidi
sint, phantasma non retinent. hi vero q̃ duriores æquo, impressionem non recipi
unt. ¶Quartũ. Rursus frequentivsu euenit, vt cum rei præteritæ nos subit recor
datio, dubij ancipitesque simus, an rei ita factę memoremur, an alia occasiõe nos 14
sentire contingat. ¶Nam phantasma plerunque fit vt imaginabile solum ali-

quando vero vt imago & memorabile. Cum aũt vt imaginabile solũ apparet, in
certi sumus an tale aliquid factũ viderimus, aut audiuerimus, & discursu rõcina
tio neque facta, plerunque nos reminisci contingit, & huiusce rei deprehendere
certitudinem, & ipsum vt alterius cognoscere imaginem. Contingit etiã contra
plerunq;, vt cũ rem factã nonnulli intuiti non sint, sed phãtasma, se rei ita factæ
memoratos putent, q̃admodũ in Antiphetõte. & ijs fere qui extasi & excessu mẽ
tis agũtur, accidit, illic em̃ phãtasma vt rẽ factã narrant. Et hoc est cũ phãtasma
non, vt phantasma, & imaginabile solũ considerant, sed imaginẽ, cum res ita fa
cta nõ fuerit. Cũ vero ipsum vt imaginẽ capiãt, factaq; res ita fuerit, & credũt se
memorari: pculdubio memorãtur. ¶Octaua. Meditatiões reminiscẽdo memo 15
riã confirmãt, tuentur & saluant. ¶Meditari em̃ hoc pacto nihil aliud est, q̃ cre meditari quid
bro imagines repetere atq; recurrere vt imagines, & nõvt in se spectra simulacra
que sunt: id em̃ faciẽdo, pmanẽtior, diuturnior, prõptiorq; paratur memorię habi
tus. meditationes igitur memoriã tuentur, & saluant. Sed de memoria quid sit,
& cuius sit (est enim primi præcipuiq; in nobis sensitiui) satis abundeq; diximus.

PRimi cap. libri de Memoria & Reminiscentia scholia. I. Determinandum
est quid memoria, quid memorari. Hic de memoria sensuali duntaxat ab
Aristotele determinatio traditur, quæ sensus interioris est passio, in sub-
iecto corporeo, suscepta, & non de rationali, seiuncta secundũ operationẽ
a corpore, & suas functiones in organo incorporeo peragente. Cæterum
vt per sensum natura intellectus deprehensa est, ita per cõditiones memo
riæ sensualis, memoria rationalis apte cognoscitur. II Nã vt frequẽter me
moria valent qui tardo sunt ingenio. Quãuis difficile ijs qui tardo sunt in-
genio, quicq̃ imprimatur, impressum tamen diutius asseruatur, assimilan-
tur enim rebus duris & firmis, quibus difficile admodum imprimuntur effigies, at impressæ diu
turnius seruãtur. Qui vero celeriore sunt & acriore ingenio, vt cito aliquid capiũt, ita & facile obli
uioni tradunt, instat molliusculæ ceræ, quæ haud magno impẽdio imaginem suscepit, citoq; deper
dit susceptam. Ob ingenij tamen acumen celeriter ratiocinando facile perueniunt in reminiscentiã
eius q̃ obliuione abolitum est. quam hinc reminiscentia potius memoria valent. Aliæ quibus me
moria & reminiscentia adinuicem distant differentię, ex sequentibus agnoscentur. IIII. Quã p̃sagi-
triceẽ diuinatiuãq; quidam dicere solent. Non de ea loquitur hic Aristoteles futurorũ cõiectatione
quę vanitati coniuncta est, litque per auiũ volatum, aut astrorũ inspectũ (quibus mendaces varicu-
li quę ignorant futura pręsagire se profitentur) aut alia quæuis id genus superstitiosa, sed de ea dun
taxat venturi prænunciatione hic verba facit Philosophus, quæ fit quibusdam indicis naturę. No
runt enim plerique futurorum contingentium, effectuumque naturalium, vt pluuiæ, ventorũ, ser-
tilitatis & sterilitatis terrę vel arborum rationem per naturalia indicia coniectare. Quo quidẽ mo
do traditur olim Thales Milesius post magnam oliuarum vbertatem pręcognouisse futurã sequẽ
te anno earundẽ sterilitatem, & vili pretio multum olei tũ coemisse, quod aduenienie penuria caro
admodũ vendidit, vt ostenderet philosophum adminiculo philosophię etiam sibi opes comparare
posse cum vellet, quo illorũ confutaret ineptiã, qui philosophiã vt pauperẽ, inanem, sterilemq; ca-
lumniabantur. V. Nullus ipsum memorari dixerit. Quanuis rem cuius memoria cuiuspiã subit ani
mũ quis aut coram videat aut consideret, vt contingit sępiusculę, de pręsenti tamẽ illa visione aut
consideratione memoria non est, sed de ea quę prius facta est, & præterijt, cuius pręsens illa visio
aut recordatio nos quodammodo admonet, recordarique facit. quare is qui memoratur, est sine
actibus illis quorum memoratur, vt qui pręterierint. Similiter quanuis ea quorum memoramur,
pręsentia sint, non protinus sequitur memoriã esse pręsentiũ, quia non memoramur eorum quate-
nus pręsentia sunt, sed quatenus fuerint, aut prius quicquam egerint. Et duo priora Philosophi ex
empla de memoria sunt sensitiua, posteriora vero de rationali, q̃ eam habet annexionem ad memo
riam sensitiuam, sicut intellectus ad sensum Sicut enim intellectus sensibilia intelligere non potest
nisi a sensu illorum species susceperit, ita neque in memoria rationali firmatur habitus principio-
rum aut conclusionũ, nisi in memoria sensitiua vocum aut scripturarũ (quibus ea prius sensui ob-
iecta fuerant) firmatus sit & acquisitus habitus. Adde q̃ operationes intellectus, vt consideratio-
nes, disciplinationes, & talia vix vnq̃ fiunt quin eis annectãturvnacq; iungantur sensationes exterio
res, cirunstantięq; aut loci aut tẽporis aut psonę Et cum hmõi functionũ sensus, vt visionis scriptu
rę, aut auditionis vocum nos subit recordatio, dicimus nos itidem memoriam habere considera-
tionis aut susceptionis disciplinę illi coniunctę. VI. Alicuius horum est cum factum fuerit tempus,
aut habitus, aut passio. Memoria interdum nomen est potentiæ, & tunc vis est memoratiua, siue
animę sensitiuæ virtus qua rei p̃ęritę per seruatam imaginem recordamur, interdum nomen est
habitus, diffiniturq; esse habitus partis sensitiuæ alicuius sensibilium, cum factum fuerit tẽpus. Vt

Universidad de Deusto Biblioteca

cum anima ſeruatas habet imagines in parte ſenſitiua interiori, non tamen aduertit ad illas, huiuſ modi ſeruata imago eſt memoria habitus. Demum & actus nomen eſt, diffiniturque eſſe partis ſenſitiuæ paſſio, cum alicuius ſenſibilium factum fuerit tempus, vt cum eſt actualis rei prius ſenſu perceptæ apprehenſio cum ſenſatione temporis præteriti, quando ſcilicet anima eſt in actu & opera ſe conuertens ad ſeruatas imagines. VIII. Ita intellectui quanuis rem quantitatis immunem intelligere ſatagat. Id potiſſimum euenit propter phantaſiam, ad quam intellectus non omnino ad illius ſpeciebus & imperfectionibus liber ſæpe cadit, conturbatque nos huiuſmodi phantaſia, impeditque non parum a perceptione diuinorum. Loquitur vtique hic Ariſtoteles de intellectu alligato ſenſui, phantaſiæque coniuncto. Siquidem intellectus labens ad phantaſiam, & interdum ad exteriores oculos, nihil ſcilicet credens niſi quod ad oculum videat, aut phantaſia ſic eſſe iudicet aſſimulatur oculis hominum ſenio confectorum, qui ob viſus imbecillitatem nihil perſpicere poſſunt niſi per conſpicilla ocularia, quæ exemptilia interponuntur viſui & rei viſæ. Vt enim oculi natura perfectiores, huiuſmodi ſpecillis imperfectioribus res contuentur, idque infirmitatis oculorum indicium eſt, ita intellectus natura præſtantior, per phãtaſiam natura inferiorem, vt corneam fibram, res conſiderat, quod quidem infirmitatis intellectus indicium eſt. nam firmior & potentior intellectus phantaſiam abnicit, & ſub ſe relinquit, perinde atque acutiores oculi ſpecilla, & huiuſmodi ad videndum adminicula reiiciunt. Verum contingit intellectum ſæpius in principio perphantaſiam iudicare, perfectior autem factus, vt in ſenecture a phantaſia (vbi prius exculcus fuerit) liber eſt, conuerſo ad corporeos oculos ordine, qui prius perfecti per ſe viderẽt, obtuſiores aũt facti propter ætatem indigent adminiculo extrinſeco. Nempe oculi per ætatem a perfectione ad imperfectionem tendunt, intellectus vero contra, ab imperfectione ad duraturam ſemper perfectionem, quo ſane & immortalem ſe prodit, & ſe ſupra corpus quiddam præſtantius habere. X. Species autem nobis præſentis non memoremur. Id cauſa eſt, quod res abſens cuius ſpecies ex præterita ſenſatione eſt aſſeruata in organo interiori, primum eſt, & principale memoriæ obiectum, ſpecies autem ſeruata, minus principale, & inſtrumentum per quod fit memoria. Itaque ſicut non dicimur videre ſpeciem coloris exiſtentem in oculo, ſed per eam vt inſtrumentum cernere exterum colorem, ita neque ſpeciei præſentis dicimur memorari, ſed per eam rei abſentis, eſt enim, memoria, quãadmodum & viſus, primi præcipuique obiecti. & ad illud debet referri. Quocirca diluendæ ſunt rationes quæ moliuntur probare memoriam eſſe ipſius ſimulahri in animo ſeruati, tanquam præcipui obiecti prima quidem, admittendo memoriam ſentiendo fieri, non quidem in ſenſu exteriori, ſed interiori. eſt enim omnis memoratio, ſenſus interioris operatio, at non ediuerſo. Quod autem abſens eſt, etſi exteriore ſenſu non percipiatur, nihil tamen vetat ipſum interiore ſentiri. Secunda vero ratio literæ diluitur, admittendo ſpecies ſeruatas in organo memorię ſimiles eſſe picturis, & figuris, quantum ad id quod eſt eſſe alterius ſimilitudinem, alterumque repræſentare, non autem ad id quod eſt eodem modo ſentiri, vel obnici ſenſui. Nam picturæ & figuræ obiecta ſunt principalia & prima quæ obnciuntur viſui exteriori, ſimulacra autem ſeruata in anima, ſunt obiecta minus principalia, imo potius ſunt inſtrumenta quibus in principalium obiectorum reuocamur memoriam. Hinc non oportet illorum eſſe memoriam, vt picturæ & figurę eſt viſus. Demum tertia ratio ſoluitur, abnegando eadem ratione qua dicimur abſentis memorari, nos debere viuere rem abſentẽ, cuius imaginem coram intuemur. Nam propter ſeruatã in anima ſpeciẽ, & virtutis ſenſitiuę cõuerſionẽ ad illam, fit memoratio, & quidẽ ſemper. Eſtq; vnum alterius cauſa per ſe, at nõ, ꝓpter imaginem rei abſentis obiectam oculo tanquam cauſam per ſe neceſſariã, & ſufficiẽtem, cognoſcimus rem cuius eſt imago, ſed quia eam prius viderimus, & eius ſpeciem in anima efformatam tenuerimus, ſi enim viſio imaginis cauſa eſſet per ſe cognitionis illius cuius eſt imago, oporteret obiecta nobis cuiuſuis imagine, etiam hominis ignoti, & nunquam ante conſpecti, protinus cognoſcere eũ cuius eſſet imago, quod falſum eſſe liquido conſtat. Hinc per ſpeciem rei in anima fixam recte dicimur memorari abſentis, cuius ea eſt ſpecies, at per imaginem obiectam viſui nunquam dicimur videre rem cuius eſt imago. eſt enim viſus ſolum eorum quæ ſunt in proſpectu. Sicut idem eſt ꝙ in tabula depictum eſt. Pictura tabulæ, & imago re ipſa idem ſunt, ratione tamen longe diſſentiunt. nam ratio picturæ abſoluta eſt, & ſine collatione ad alterum, imaginis autem, relatiua ad eum cuius eſt imago. Cum enim pictor temere pingit, non curans alicuius determinati effigiem exprimere, ſolum pictura eſt, cum vero animum intendit ad aliquod exemplar quod ſua imagine vult deſignari, non modo pictura eſt, ſed & imago, quod ſuam habeat veritatem, & reſpõdentiam in re. Haud aliter quam ſcriptura propoſitionis, homo eſt animal, latinæ linguæ experti, literas tamen cognoſcenti, ſolum ſcriptura eſt, cognoſcenti autem impoſitionem terminorum, & ſcriptura eſt, & ſignum. Et res omnes mundi ſenſibiles, ſecundum ſe conſideratæ, res ſunt, ad ea vero quę ipſis reſpondent, in mundo intelligibili collatæ, imagines exiſtunt. Et cum ſolum vt res apprehenduntur, nihilo magis proſunt, quam ſcriptura ignaro literarum, ipſiſque vt veris & præcipuis bonis inhiant cæci mortalium animi. Cum vero apprehenduntur vt imagines, magnopere animum iuuant, præſidiumque ferunt ſe ad cæleſtia attollendi, & ex imaginibus ad veritates dignoſcendas erigendi. Ad quod naturalis philoſophia non mediocre affert præſidium, quandoquidem oſtendat cuius veritatis vnaquaque res ſenſibilis ſit imago naturalis, & naturales rerum reſpondentias edocet, perinde atque grammatica impoſitiones terminorum, quare vt grãmatica ad cæteras diſciplinas, ita quantũ ad naturales imaginũ ĩſinuationes, philoſophia na-

turalis ad diuinorũ cõtẽplationẽ. XV. Id eñ faciendo ꝑmanentior, diuturnior, prõptiorque paratur memorię habitus. Cũ rerum prius exteriore ſenſu perceptarũ crebrius in aĩa reſoluuntur imagines, ex vnaquaque repetitione relinquitur nouũ in aĩa veſtigium, ꝙ prioribus adiunctum, ꝑmanentem & diuturnũ parit memoriæ habitum, perinde atque ſequẽs caloris gradꝰ ꝑcedentibus adiunctus, intenſionem efficit calorẽ. Cæterum ſicut poſteriores caloris partes vt qualitatẽ intendant, aduenire dñt prioribus adhuc ſaluis, & cum necdũ fuerint deperditi, nã ſi ſequẽtes acquirerentur deperditis prioribus, manifeſtũ eſt eas cũ prioribus intenſiorẽ qualitatem non effecturas, ita cum ſaluæ ſunt imagines, primo aĩæ impreſſę, debẽt frequentiuſcule & ſine lõga quidẽ intermiſſione meditationes fieri, ex quibus noua ſp̃ acquiſita veſtigia, & cõſimilia prioribus addita, totã confirmentur imaginẽ, donec partus fuerit habitus. Nẽpe ſi lõga fuerit inter ipſas medietatiões, vt vnius menſis interruptio, deperditis interea priorib̃ imaginibus ſuccedentes poſteriores nõ redderent firmiorẽ imaginem. Porro mẽorię rationali eorũ quę traduntur in diſciplinis, eſt coniuncta memoria ſenſitiua exteriorum ſignorũ, eique ſubſeruiẽs. Docemur eñ vocũ & ſcripturarũ adminiculo, quarum memoria eſt ſenſitiua, ſine qua, memoria rationalis apte & perfecte haberi non põt, vt neque ſenſibilium intellectus ſine ſenſu. Et hęc cõcluſio maioris eſt pro arte memorię & põderis, q̃ quęcunque alia eiuſce rei documenta pręceptaque quæ dari poſſent. Oñdit eñ quonã pacto rerũ oim mẽoria apparari debeat, imovero quõ omnis habitus acquiri. Et hanc aſſiduæ meditationis curam Fabꝰ quoque Quintil. cum futurum oratorem inſtituit, quã maxime probat, vocatque eam & vnã & maximam memoriæ artem Et facile crediderim eos qui præ cęteris memoria valuiſſe celebrantur, & a Quintiliano eodem in loco nominantur, plurimum hac arte adiutos fuiſſe, vt Mithridatem regem Ponti, qui duas & viginti (quod nationibus imperitauit) percaluit linguas, & Cyrum regem Perſarum, qui omnium ſuorum militum nomina tenuit. Themiſtoclem quoque Athenienſem, qui intra vnius anni curriculum linguam Perſicam integre & expedite didicit. Demum & Theodectum, qui coram eo pronunciata quotlibet carmina nunquam prius aut viſa ei aut audita, ſine errore, & eodem ordine retuliſſe dicitur.

Quintil.
Mithridates.
Cyrus
Themiſtocles.
Theodectus.

Secundi cap. annotat.

¶ Meminiſſe, memorari. ¶ Pomilio, nanus. Pomilio, latinũ. Nanus, græcum.

16 SEcundum cap. continet decem concluſiones, quatuor quæſtiones poſt quartã, tria corollaria ad primã queſtionem, vnum ad ſecundam, & tria ſigna ad decimã. ¶ Prima concluſio. De reminiſcentia nunc agendum eſt. ¶ Nã poſt expletã de memoria determinationem, ſuę determinationis locũ requirit; & prius ea ponemus quę cõmunibus ventilatis rationibus, de ipſa vera eſſe cõprobata ſunt. ¶ Secunda. Re

17 miniſcentia neq; memorię reſumptio, neq; diſciplinę aſſumptio eſt. ¶ Memorię quidem reſumptio non eſt: nam ea optime fit ſemper pręſente habitu, nullaq; facta obliuionis interuentione, non autem reminiſcentia. Neq; quidem diſciplinę aſſumptio eſt. nam cum quis primum diſcit, diſciplinamq; de recẽti accipit, non reſumit memoriam, neq; vnam quidem, neq; ſimul memoriam accipit. nam memoria, habitus aut paſſio eſt, cum fuerit factum tempus. Atqui reminiſcẽtia non ſine memorię reſumptione fit: fitq; ſimul cum ea memoria, non igitur erit reminiſcentia, diſciplinæ aſſumptio. Et licet eorum quæ nunc ſcimus, memorari contingat per accidens, non tñ per ſe contingit, vt nunc ſcita, non eñ factum eſt tempus, ſed memoramur nũc aut vidiſſe, aut audiuiſſe, aut paſſum fuiſſe, aut aliquid

18 ſimile. ¶ Tertia. Plura ad reminiſcendũ q̃ ad diſcendũ & memorandũ requiſita ſunt. ¶ Nã cum fit habitus, diſcimus, & cũ ſaluo habitu, alicuius eorũ quę facta fuerunt, recordatio ſubit, memoria patitur. Id autem remiſcentię nõ ſatis eſt, ſed & memoriam pręcedere, & memoria ſequi oportet. Fit eñ, cũ præteriti alicuius memoriam partim tenemus, partim vero memoria excidimus, oblitiq; ſumus: & cum ex parte illa ſana iterum in oblitæ menteq; collapſæ partis memorię reſumptionem atq; diſcentiam venimus, tunc reminiſcentia facta eſt. Contingit ſiquidem eundem bis idem diſcere, ac inuenire, atq; bene dictũ eſt memoriam præcedere, non quidem omnino, ſed partim, memoriamq; ſequi, nam ſimul reſumitur; non quidem omnino, ſed quod a mente collapſum fuerat. Differt igitur reminiſcentia a memoria, & a doctrinæ perceptione: ꝙ plurium egeat. ¶ Quarta. Remi

19 niſcentia, ex rerũ natura naſcitur. Nam motus animę ita ſe habent, vt alter alterum conſequio trahat: vt hic motus poſt illum fiat. Quod ſi ex neceſſitate id fuẽ

rit, quō ignē ſequiť calor,& lumē ſplendor,& illi⁹ memineris,& huius te memi-
niſſe neceſſe erit. Si contingenter,vt ex conſuetudine,vt plurimū ex primo mo-
ueberis in ſecundum,& ex ſecundo in tertium. Et qui velocius conſueſcunt,con
ſuetudinemq; ſibi parant,vtpote qui ſemel motu facto,memorari reminiſciq; ap
tiores ſunt,quivero tardius,vt qui pluribus motibus factis, ineptiores ha bentur.
Contingit eñ quoſdā ſemelvidendo magis diutiuſq; mēorari,q̄ alios eiſdem cō-
pluries viſis. ex tali igitur rerum ordine facile memoria paratur. Cum eñ remi-
niſcivolumus,mens ab aliquo primo excita,in alterum ſecundū conſuetudinem
fertur,& iterum in alterum inueſtigamuſq; meditantes,nūc a ſimili,nunc a con-
trario,nunc a diſtante,nunc a propinquo,& cum ad motum rei quā quęrimus,de-
uentum fuerit,reminiſcentia paritur. Et cum ab hoc inceperit,aut ab illo, motus
plerunq; eoſdem inuenit,qñq; diuerſos,qñq; totos,quandoq; partim,cumvero ab
illo inueſtigare occipit,reminiſcentia nulla paratur, ꝙ non perducit ſuorum con
ſequio motuum ad id quod petitur, at cum ita non inueſtigat, ſed aliunde orſus:
conſequitur quod deſiderat,reminiſciturq;. Primo enim habito,cętera nexu quo
dam & quaſivinculo colligata ad ſeriem confluūt. ¶ Prima quęſtio. Sed quęſtio 20
incidit,cur plerunq; eorum quæ procul,multoq; diſtantia ſunt tempore, bene re-
miniſcimur:eorumvero, quę prope ſunt,vt quę heſternus peperit dies reminiſci
nequim⁹? Hoc certe mirū non eſt,neq; aliā q̄ diximus adducere oportet cauſam.
Nam ea quę a noſtro atomo procul abſunt,& quę multo ante didicimus,quodam
accepto motus initio in memoria ſe reuocare ſolent. Habito igitur illorum prin-
cipio,cui cōnexa & conſequentia ſunt quę ad illa pducunt(ꝙ ex cōſuetudine di-
ximus euenire)procul abſentium reminiſcimur, nō habito autem eorū principio
quę prope ſunt,ad quę cōnexa & cōſequentia nos perducant, eorū haudquaq̄ re-
miniſci poſſumus. ¶ Primum corollariū. Hinc fit vt oīs reminiſcentia,principio
ex quo pendet habito, citiſſime optimeq; abſoluatur. Sicut eñ res ſecundū conſe 21
quentiam adinuicē ſeſe hñt,ita & motus. ¶ Secundū corollariū. Fit etiā vt quæ 22
bona ordinatione,diſpoſitioneq; diligenti notata ſunt,facile memorentur,quę ve
ro cōfuſo ordine invnū cōgeſta & cumulata ſunt,difficile:vt mathematica,quod
ordinem,bonamq; ſeriem ſeruent, facile ſunt reminiſcibilia. ¶ Tertiū. Ex quo
etiam cognoſcitur differētia inter reminiſci,& iterum diſcere. Nam qui remini
ſcitur,a ſeipſo mouetur, & ex principio quodam incolumi inueſtigat connexa & 23
iuncta principio. Quivero diſcit, non a ſe mouetur,ſed a præceptore, docenteve,
neque quidem adhuc memoratur. ¶ Secunda quęſtio. Cur quęrentes reminiſci,
id non poſſint:quærentes etiam aliquando poſſint? ¶ Id euenit cum multa reuol 24
uunt,motuſque efficiunt,neque veniant ad eam motionem,ad quam reminiſcen
tiæ motus ſequatur,tunc enim reminiſci nequeunt, cum vero accepto principio
ad eam perueniant motionem,poſſunt. Reminiſcuntur enim(quēadmodum di-
ctum eſt)qui talem habent facultatē,& tale auſpicantur principium, cuius nexa
& conſequentia ad motionē rei petitæ perducat. ¶ Corollarium. Quo fit vt qui 25
ad reminiſcētiam celer eſſe cupit,principium tale ſumere debeat,cui loci reſpon
deant. Locos dicimus,aut coniugata,ſimilia, aut contraria. Nam id cauſa erit vt
cito in memoriam alteriusveniamus. Exempli cauſa,ex lacte venimus in cando
rem,ex candore in aera,ex aere in humorem,ex humore in autūnum, ex autūno
in brumam. hoc eñ temp⁹ ſupponatur eſſe quæſitū. Et in omni genere, quod in
medio eſt,aptūvideť poſſe ſumi principiū,quo inuento,facillima compertu ſunt
reliqua,vt ſi his literis a,b,c,d,e,f,g, certæ reſpondeant notiones: inuenta media
litera d,ſi non eſt quæ petitur,ad e,ad f,ad g,perueſtiganda te conuertas,quarum
ſi nulla eſt quam quæris,retro facile te conuertis ad c,ad b, ad a, vbi quod quęras
inuenire poſſis. ¶ Tertia quæſtio. Cur ab aliquo principio orſi etiam apto, ali-
quando reminiſcamur,aliquando vero minime? ¶ Hoc ideo eſt, ꝙ diuerſa con- 29

nexa habeat conſequentia,quorum hæc ad petitum perducunt,illavero minime
rapimurq; ad id ad quod maior nobis conſuetudo facta fuerit. Vt ſi d principium
eſt perducendi ad f & ad a,ſi maior vſus & cōſuetudo vt ab antiquo tibi fuerit mo
ueri ex ipſo d ad a q̄ ad f,rapieris ad memorandū a,& non f. Quod enim ab anti-
quo nō eſt,incōſuetius eſt:ipſaq; cōſuetudo iamvt natura quędam eſt. & quę fre-
quenter intelligimus, cito reminiſcimur. Et ſicut natura hoc poſt hoc eſt, ſic &
27 operatio huius poſt hoc facit cōſuetudinem,naturamq; parit. ¶ Quarta quæſtio.
Cur reminiſcendo oberrare cōtingit? Sicut in ijs quæ ſunt a natura,oberrare cō-
tingit, & aliqua temere & a caſu euenire,ita & in reminiſcentia accidit, & natu-
ra & cōſuetudine quæſita,& magis in ijs quę conſuetudine,vbi nō apte cōſequen
tiam ſeruant,oberramus: vt cum alicuius reminiſci volumus,alterum pro altero
(ꝙ ſimilitudinis forte nomen ſubeat)accipimus:vt cum Protagoræ reminiſci la
boramus,Pythagoræ nomen ſubit,credimuſque bonam nos reminiſcentiam fe-
28 ciſſe,fallimurque atque erramus. ¶ Quinta concluſio. Ad memorandū & remi-
niſcendum ſummopere tempus noſſe oportet,aut vt certa conſtitutaque menſu-
ra definitum:aut vt incertum atque indeterminatum. ¶ Alioqui nos nō potius
memorari aut reminiſci dicere poſſumus,quam qui phantaſmatibusvt phantaſ-
mata ſunt,illuſi falluntur. ¶ Sexta. Vis interna ſenſualis, latens, comprehenſis
29 ſpectris iudicat de tēpore ſtatuto,incerto,pluri,minori,nullo foras egreſſo quem
admodum credebant radijs ab oculis emiſſis viſionem fieri. ¶ Nam de hac vir-
tute & intelligentia idem ſubit iudiciū. Intelligentia autem magnitudinem ſta-
tutam,incertam,maiorem,minorem proſpicit:nihil extra fundendo,mittendo-
que. Nam non minus magnitudine nō exiſtente eam proſpicit,& cōſimili notio
ne & motu mouetur,atque magnitudine præſente, & pro nutu ipſam apprehen-
ſam,aut maiorem,aut minorem,aut intra, aut extra effingit, facit igitur imagi-
nandi virt⁹ in ſua ſede de tempore iudiciū. nō egrediendo aut aliquid foras pro-
fundendo. ¶ Septima. Modus qui rebus & notionib⁹ accōmodatur, cōſimili pro
30 portione tempori accōmodandus eſt. ¶ Namvt minor res ſe habet ad maiorem,
ita minus tempus ad maius: & vt tota res ad totum tempus, ita partes ad partes.

Trigoni rerū memorandarū & tēporū.



Vt eſto a b c temporis triangulus, quem equi
diſtātibus lineis in ſignis d,e,f, g, ſeco. Eſto
deinde h i K minor triangulus rerū quarum
ſimul cū tempore notiones cōaprehendim⁹.
Sicut enim K h & h i ad K l & l m, ita quoque
c a & a b,ad c d & d e. Et q apprehendit K l,
ſimul apprehēdit K n, & percurrit temp⁹ c d,
& c f,ipſum ſimul ſentiēs. Et ita ſemper pro-
portione quadam, particulis trianguli rerū,
trianguli temporis particulæ reſpondebunt.
Modus igitur reb⁹ notionibuſque accommo
datus, ſimili proportione & tempori accom-
modatur. ¶ Octaua. Contingit dupliciter la
bi,& a recta memoria & reminiſcētia deuia-
re. ¶ Nam cū rei pariter & temporis fit mo-
tus & apprehenſio,recta memoria eſt. Cum
vero id putetur fieri,& nō fiat, recta excidit
memoria: quemadmodū ſi Xenocratis me-
morari putas,cum non Xenocratem ſed Xe-
nophontem tenes. Itidem recta labitur memoria,cum te memorari non putas ſi-
milis ſomnianti,cum tamen memoria ſit. Et contingit rei cognitę modo certum
tempus adhibere:vt cum memini me aut heri aut nudiuſtertius exercitaſſe,mo-

do vero indefinitum,atq; incertum,quemadmodum plurimi rem factam memoria tenentes dicere consueuerunt,factum memini, sed quando,nescio , ꝙ definitam & certam temporis mensuram non cognoscant. ¶Nona . Reminiscentia a memoria differt,primo quidem differt,ꝙ bene reminiscentes,communiter male memorari(vt prius diximus)consueuerunt, & memoria reminiscentiam tempore præuenit. ¶Secundo. Quia reminiscentia solis hominibus concessa est. ¶Decima. Reminiscentia,passio corporalis est. ¶Huius multa sunt indicia . ¶Primum. Quia(ꝙ phantasmate egeant)contingit quosdam plerunq; turbari cum reminisci nequeant,vt melancholicos(quos maxime phantasmata mouent) cum diligentia atq; attentione reminisci conantes,& non potentes quidem, neq; corporeos motus sedare: vt neq; qui lapidem pepulit , suæ amplius potestatis ipsum sedare non est . Turbantur etiam plurimum quibus sensorium humidum est,ꝙ ipso agitato non quiescat,donec omnes motus vt in rectũ procedentes absoluantur. Facile enim motum recipit,& hinc modica ira aut metu tẽtati, statim excandescunt,aut accrescit timor vltro,quod motus sedare nequeant inceptos . Estque hæc affectio persimilis melodijs:vt cum cantores emodulati sint, ipsis silentibus & nolentibus concentum reddi,concentus iterum redditur , atq; iterum auditur harmonia. ¶Secundum. Superiora grossa habẽtes, peius alijs memorari solent. Multam enim grauitatẽ habent,acceptoq; principio,haud recte ob sensorij diffusionem ad id quod reminisci laborant,procedũt. ¶Tertium. Quod senes & pueri male memorantur atq; reminiscuntur:illi ob decremẽti motum, hi ob motum augmenti. Sunt enim pueri ad longam ætatem nanis(quos pomiliones dicimus) persimiles. Sed quid memoria,cuius partis animę sit , cuius sit obiecti , quæ animalia memorentur,& eadem de reminiscentia , abunde dictum satis sit.

Secundi cap. scholia. XVII. Memoriæ quidem resumptio non est . Memorię resumptio dicitur,cum quis rem cuius prius memoriam habuit rursum animo repetit,neq; illa requirit obliuionem intercessisse inter priorẽ memorationẽ & posteriorem, qualem requirit reminiscentia. Disciplinæ autem assumptio fit,cum quis eius quod prius ignorauit,cognitionem acquirit,& ea vt fiat, non requirit rem cuius assumitur disci 21
plina, prius fuisse cognitam,quod tamen expetit reminiscentia,eorum siquidem quæ nunq̃ cognouimus,haudquaquam est reminiscentia. Et quanuis non possit fieri reminiscentia sine resumptione
memorię paruis saluæ,& non mente collapsæ,neq; sine assumptione disciplinę alterius partis,quæ 22
obliuione interciderat, non tamen contra oportet quandocunq; fit memoriæ resumptio , tum esse reminiscentiam. vt cum nihil animo excidit,neq; itidem opus est qñcunq; fit disciplinæ assumptio, tunc esse reminiscentiam,vt cum quis aliquid de nouo discit. Quare antiqui per illa perperam de-
finierunt reminiscentiam,nam definitio etiam vtraq; transcenderet definitum. Porro quemadmo 23
dum argumentationis doctrinalis duæ sunt partes,antecedens cum assumitur notũ,& consequens ignotum,cognoscendum tñ ex antecedentis habita cognitione,ita reminiscentię duæ sunt partes, vna quidem salua,& non obliterata,alteravero obliuione deleta, & per ratiocinationem ex parte salua deuenimus in recordationem partis mente elapsæ,non aliter q̃ per antecedens in consequẽtis 24
inuestigationem. Quanuis ergo prior illa memoriæ pars,quæ salua permansit,sit memoriæ resumptio,& altera in cuius memoriam reuocamur,disciplinæ assumptio,tota tñ reminiscentia neq; memorię resumptio est,neq; disciplinæ assumptio,vt & tota argumentatio neq; per se nota,neq; ignota est. XVIII. Differt igitur reminiscentia a memoria,& a doctrinæ perceptione,ꝙ plurium egeat. Memoria nullo indiget nisi conuersione animę ad speciem in organo interiore seruatam,neque
debet ad faciendam memorationẽ præcessisse obliuio. Discentia aũt rei de nouo,fit per nouam disci 25
plinę susceptionem,neq; requirit cognitionem aliquã præcessisse. Reminiscentia vero & ante factam cognitionem & obliuionem requirit,atq; ex parte salua rei oblitæ in animum reuocationem,quare memoratio vnico indiget, itidem & disciplinæ acceptio,reminiscentiam vero aut duobus ad minimum,aut tribus. Neq; ex hoc efficitur facilius esse quippiam de nouo discere q̃ reminisci,quod hoc q̃ illud plurium egeat,& ꝙ pauciorib⁹ fit,leuius faciliusq; fieri solere. nam id quod discentia requirit,maiore eget opera,labore,& studio,q̃ quod reminiscentia,qui enim de nouo discit , nihil habet illius animo infixum,& ergo magno negotio atque conamine eget, vt quicq̃ imprimat , qui vero reminiscitur,prius habuit id fixum animo cuius oblitus est,quare facilius in illius reuocatur agnitionem. Itaque leuissimum est memorari,difficilius reminisci, difficillimum discere. XIX. Primo enim habito,cętera nexu quodam & quasi vinculo colligata. Primũ atque principium reminiscen- 29
tiæ id dicitur , ex quo saluo atque incolumi manente deuenimus in recordationem partis abolitæ,

quando ab ipso per debita media ad huiusmodi rem cuius reminisci volumus,procedimus . Quod si id principium non fuerit,natum in eam rem cognoscendam perducere, per ipsum non reminiscimur illius, sed aliud sumamus oportet. Perinde atque viator ab vna incipiens via, non peruenit interdum ad terminum propositum , quod ad illum via qua profectus erat , perducere nata non est, qua quidem relicta,& altera accepta,facile ad terminum constitutum perueniet. Est enim inuestigatio illa rei propositæ per reminiscentiam,analogia profectioni per viam , quod sicut in hac ab aliquo vitæ principio per interiectum spatium ad terminum aliquem progredimur , & ab vna spatij parte subinde in alteram transferimur,ita in reminiscentia sumpto exordio, per diuersa media certo quodam ordine se cõsequentia peruenitur ad id quod animo exciderat. Et assimilatione proportioneque reminiscentiæ ad progressionem de termino in terminum , multa in hoc capite adducta possunt facilius intelligi. XXIIII. Id euenit,cum multa reuoluunt,motusque efficiunt. Eadem potest reddi causa,cur alicuius reminisci volens , interdum non possit , & cum non intendit reminisci,sine negotio reminiscitur,quod sæpius vsu venire conspicitur. Id enim eo venit, quod ex cõnatu reminiscendi,multi surgunt interni motus animi, impedientes animum alijs intentum , ad id cuius reminisci expetit,peruenire,qui vbi tranquillior redditus est,se facile conuertit ad eam imaginem,& insperato reminiscitur,vt sæpenumero quærentes rem perditam , inuenire non possunt, vbi vero non quærunt,vltro oblatam inueniunt . Cum enim quis non se conuertit ad eius rei imaginem cuius reminiscentiam quærit,non reminiscitur illius . Vbi primum autem ad illam conuertitur anima,paratur reminiscentia. Haud aliter quam quærentes rem perditam,& totam ferme domum perueſtigantes,si ad eum locum vbi res perdita facet, non venerint, eam minime reperiunt; vbi vero ad illum peruenerunt,haud cunctanter quam quærunt rem inueniunt. XXV. Vt si id principium est perducendi . Quemadmodum vna via interdum in duas dissecatur , in principio quidem conuenientes,in fine vero discrepantes , quarum vna ad optatum perducit terminum,altera vero abducit,ita interdum vnius eiusdemque ad reminiscendum principij diuersa sunt consequentia,& contingit nos ad vnum ferri, vbi animus fuit nos ferendi ad alterum , vt in poematis interdum duo carmina idem habent exordium , & diuersum exitum , & cum ab illo initio ferimur in exitum secundi carminis,cum volumus reminisci finis primi,aut ferimur in finem primi,vbi volumus reminisci secundi,hoc pacto decipimur. Sic & operatio huius post hoc,facit cõsuetudinem, naturamque parit. Quemadmodum ex secundo corollario huius capitis admonuit Aristoteles, ad multa edisceda, memoriaque tenenda , operæpretium est vt ordinem nobis certum præfigamus,quo omnis tollatur confusio. nam ordo determinatus in rebus , efficit bonam ordinationem in animæ motionibus,vt recta serie vna alteram consequatur,quo nihil est ad memorandum efficacius. Et hanc ob causam(vt affert Aristoteles ibidem) mathematicæ disciplinæ quod bona serie sint digestæ,facile memoriæ mandari possunt . Præponuntur enim in illis definitiones & principia,demum secundum naturalem numerorum seriem propositiones sine aliorum permixtione & confusione collocantur. Ita sane ex hoc loco habetur documentum , quod siquis aliquorum ad disciplinas pertinentium velit habitum comparare,siue ea carmine constricta sint , siue oratione soluta decurrentia , illa studeat memoriæ mandare eo quo disponuntur ordine , & ne verbum quidem verbo aliter aut præponat aut postponat,cum sæpius illa repetere tẽtat. Nam si semel illa complectatur animo,mentique infigat eo quo ponuntur ordine,secundo vero altero quam prius ordine,& tertio rursum alia serie,nunquam ex illis habitum consequetur, quandoquidem habitus omnis fiat ex consimilibus operationibus. XXV. Nam vt minor res se habet ad maiorem , ita minus tempus ad maius. Tempus ipsum mensura est rerum,vt vlna panni,scilicet æqua,& non transcendens rem quam secundum se totum mensurat,vt tota hora ambulationem horariam,quare quemadmodum totus pannus ad suam partem , ita tota vlna ad partem vlnæ , & permutatim vt totus pannus ad totam vlnam illam mensurantem,ita & pars panni ad partem vlnæ. Ita vt maior res se habet ad minorem,sic maius tempus ad minus, & permutata proportione vt tota res ad totũ tempus,ita partes rei ad partes temporis. Sicut enim K h & h i,ad K l & l m,ita c a & a b,ad c d & d e, quare transmutata proportione sicut K h & h i,ad c a & a b suum tempus & totum,ita K l & l m, ad c d & d e ei æque respondens tempus. Et quouis alio modo terminos variando , scilicet primo loco partes,& secũdo tota collocando,idem subit iudicium. XXII. Et memoria reminiscentiam tẽpore præuenit. Vt sit reminiscentia , opus est præcedere memoriam rei quæ mente non exciderit, quam peruenitur in recordationem eius quod ab animo lapsum est,quare reminiscentia præsupponit & prærequirit memoriam. At ediuerso non oportet si sit memoria, præcessisse reminiscentiam vt cum non intercessit cuiuspiam rei obliuio,habetur quidẽ memoria sine reminiscentia. Non nunquam tñ accidit reminiscentiã præcedere memoriam rei iam reminiscendo in animũ ruocatę, dicit enim Aristoteles hoc in capite,memoriã debere p̃cedere reminiscentiã,itidẽ & sequi. Verum id accidentariũ est & non necessariũ,ꝙ memoriã reminiscentia pręcedat, cum in plerisq; oppositũ eueniat memoriamq; dari contingat,q̃ nulla pręcedat reminiscentia. At reminiscentiã non dederit quam nulla præcesserit memoria,cum reminiscentiam omnem memoria pręcedat oportet.

¶Paraphraseos in Aristotelis librum de memoria & reminiscentia,& in eundem scholiorum, finis.

Universidad de Deusto Biblioteca

Primi capitis paraphraſeos in

Librum de Somno & Vigilia annotat.

¶Fœditas,turpitudo.¶Primus ſenſus,ſenſus tactus.

Liber de ſomno & vigilia continet tria capita. Primum ſex concluſiones,duas rationes ad ſecundam, vnum corollariũ ad tertiam,& duas rationes ad quartam. ¶Prima concluſio. De ſomno & vigilia hæc ſe conſideranda offerunt,quid ſint,cuius ſint,an corpori,an animę propria,an communia, cur animalibus accidãt,an omnibus, an aliqua ſolo ſomno aliqua ſola vigilia,alia vero neutro potiantur, quid inſomnium,an dormientes interdum ſomnient,interdum nõ, an potius ſemper ſomnient,ſed quiete ſoluta non meminerint, an inquiete contingat futura præuidere,& id ſoli homini accidat,& id an natura, an temere & euentu aliquo eueniat,an deus aliquis cauſa ſit. ¶His enim determinatis, ſufficiens de ſomno & vigilia determinatio (quemadmodum polliciti ſumus) facta eſſe videbitur. ¶Secunda. Ad eandem animalis partem ſomnus & vigilia pertinent. ¶Primo. Quia oppoſita circa idem ſubiectum fieri videntur, eiuſdemque eſſe paſſiones. Et id verum eſt tam in ijs quæ arte,quam quæ natura conſtant, eiuſdem enim ſunt viſus cæcitas,auditus ſurditas,pulchritudo fœditas, ſanitas,ægritudo,robur,debilitas. Atq ſomnus & vigilia oppoſita ſunt. eſt enim ſomnꝰ vt priuatio quædam vigilię. At idem igitur pertinent ſomnus & vigilia. ¶Secundo. Quia quo argumento aliquid vigilare cognoſcimus, eodem cognoſcimus & dormire. At aliquem vigilare deprehendimus cum exterioris ſenſus fungitur officio,ſentitque,dormire vero cum exterioris ſenſus vſu priuatur & officio. Senſu igitur ſomnum & vigiliam diſcernimus,habentque circa eandem animalis partem,vtpote circa ſenſum fieri. ¶Tertia. Somnus & vigilia neque animæ neque corpori propria ſunt,ſed vtriſque communia. ¶Nam ſomnus & vigilia ipſius ſenſus exiſtunt. Senſus autem & animæ & corpori communis habetur. Senſus enim actu,in corpore,animæ operatio eſt,& quod inanime eſt,ſentire impoſſibile eſt. Somnus igitur & vigilia corpori & animæ ſunt communia. ¶Corollarium. Hinc cognoſcitur exploratum,quæ ſolam vegetandi virtutem, vt alendi, augendi,minuendi (quemadmodum ſtirpes & plãtę) retineant, neque ſomnum neque vigiliam obtinere. ¶Nam ipſis ſentiendi particula deeſt,quę longo interſtitio a vegetatrice facultate diſtat,etſi etiam cognitum non eſſet has vires ſubiecto & magnitudine diſtare. Solius autem ſentiendi particulæ, ſomnus & vigilia exiſtunt. ¶Quarta concluſio. Nullum animal aut ſemper dormit,aut ſemper vigilat,nullumque ſenſu præditum contingit aut nunquam dormire, aut nunquã vigilare. ¶Primo. Quia & ſommus & vigilia paſſio eſt nata fieri circa idem, vt primum ſenſum. Non igitur vna ſemper fiet,altera vero nunquam. ¶Secũdo. Quoruncunque eſt naturale opus,cuius ſi exceſſum fuerit tempus, defatiſcũt & remittuntur vires:ipſum neceſſe eſt aliquãdo deficere. Atqui oculi,aures,nares, manus,pedes,a natura opus habent:cuius exacto tempore elangueſcunt vires,ipſum igitur aliquando deficere neceſſe eſt. At vigiliam deſcribunt ſenſuũ ſolutionem cum liberam ſuis functionibus intendere valent operam. ſomnũ vero ipſorum ligamen,defectum & impotentiam ob exceſſum vigilandi. Eſt tñ exceſſꝰ vigilandi aliquando ab ęgritudine, aliquando ſine ęgritudine,quare & ſimiliter ipotentia duplex. Quicquid igitur cõtingit vigilare,contingit & dormire. nã ſp vt dictum eſt,agere non poſſunt. Et contra quicquid dormire contingit, contigi & vigilare,nam dormitio poſterior,vigilia autẽ prior & propria ſenſus operatio.

6 quicquid igitur dormit,a ſomno excitabile eſt. ¶Quita. Aialia certe omnia greſſilia, volatilia,natatilia,ſomno participant. ¶Nã aquatilium gña,vt quæ molli cruſta integuntur,& quæ malacia nuncupant,ſopora cernuntur,quęvero durã ſiliceamq; teſtam habent,ſenſu adhuc perceptum non eſt an ſopiantur. Ratione tñ id perſuadere poteſt. nam omne animal ſenſum habet, animal eñ,per ſenſum habere,definimus. Habent igitur hęc oſtracoderma,teſteaq; cute cõtecta, ſenſum. Præterea quicquid ſenſum habet, aliquado ſenſus operationẽ exercet, & aliquãdo a ſenſus operatione deficit. Atqui ſenſus ſolutionẽ diximus vigiliam, eius vero vinculũ,ſomnum. Interdum igitur vigilant,& interdum dormiunt hmõi animalia. Greſſilia autem manifeſte & vigilare & dormire conſpiciuntur, & perfectiora volatilia. In ſecta itidem,quibus molles ſunt oculi,quibusvero corneoli &
7 duri ſunt oculi,itidem. ſed breues eorum ſunt ſomni. quare cum dormiant, id ſæpenumero latere cõtingit. ¶Sexta. Nulli plantarum. harũ paſſionũ altera attribui poteſt. ¶Nam ſomnus & vigilia ſolis ſenſu præditis conuenire poſſunt. Plãtæ autem ſenſum non habent, quibus enim ſenſus adeſt, & delectatio & triſtitia adeſt. Nulli aũt plantarum,horum aliquid adeſt,igitur neque ſomnus neque vigilia. Et ꝙ ipſis aſſit nutricaria virtus,hoc nihil arguit. nam hæc alendi virtus, expeditius conſopitis nobis quam vigilantibus opera ſua peragit, quaſi ad ſuas operationes ſenſuum adminiculum non requirat,quin potius quodammodo obſint. Non igitur plantæ vt alantur, indoleſcant, minuanturve, ope ſenſus egent.

PRimi capi libri de ſomno & vigilia ſcholia IIII. Et ſi etiam cognitum non eſſet has vires ſubiecto & magnitudine diſtare. Potentiæ animæ ſubiecto diſtant,quarum vna ſine altera inueniri poteſt,vt vis vegetandi ſine virtute ſentiendi in plantis. Subiecto autem non diſtant,quando vtraque alterĩ ſemper comperitur coniuncta in eodem, vt virtus ſentiendi & appetendi. Itaque q̃uis virtus ſentiendi & appetẽdi magnitudine nõ diſtent,longo tñ adinuicem interſtitio diſſident,ſic etiam licet virtus vegetãdi & ſentiendi,ſubiecto non diſtarent,nihilominus magnũ haberent adinuicẽ diſcriminis interuallũ. Valẽtiore igitur ratione nunc cũ ſubiecto & magnitudine adinuicem diſcrepãt,dignoſcuntur amplius inter ſe differre. v. Nullum animal aut ſemper dormit,aut ſemper vigilat. Variando id ſubiectum animal pernes vniuerſale & particulare,& adñciendo iſtis prædicatis dormire & vigilare aduerbia ſemper & nunq̃,eorumve particularia quandoque,& quandoque non,ſexdecim deſumi poſſunt ꝓportiões. Primæ quatuor,in quibus ſubiectũ vniuerſaliter itidem & aduerbium ſumitur. Sequẽtes quatuor, in quibus ſubiectum ꝓticulariter,& aduerbiũ vniuerſaliter. Deinde quatuor reliquę,in quibus ſubiectum vniuerſaliter,& aduerbium particulariter. Demũ quatuor poſtremæ, in quibus ſubiectum particulariter ſumitur,& temporis etiam aduerbium, vt ex hac oculari deſcriptione dilucebit.

1	Omne animal ſemper vigilat	9	Omne animal quandoque vigilat
2	Omne animal ſemper dormit	10	Omne animal quandoque dormit
3	Omne animal nunquam vigilat	11	Omne animal quandoq; non vigilat
4	Omne animal nunquam dormit	12	Omne animal quandoq; non dormit
5	Aliquod animal ſemper vigilat	13	Aliquod animal quandoq; vigilat
6	Aliquod animal ſemper dormit	14	Aliquod animal quandoq; dormit
7	Aliquod animal nunquam vigilat	15	Aliquod animal quandoq; nõ dormit
8	Aliquod animal nunquam dormit	16	Aliquod animal quandoq; nõ dormit

Et harum quidẽ propoſitionum octo ad læuam poſitę, falſę ſunt, cæteræ autem octo collocatæ ad dexteram, veræ. Paſſio eſt nata fieri circa idem, vt primum ſenſum. Vt tactũ, qui exteriorum ſenſuum primus eſt, ꝙ ipſo non exiſtente, cæteri adeſſe nequeant, ipſo vero exiſtẽte, nõ oporteat adeſſe cæteros. Neq; per primũ ſenſum hic intelligendus eſt ſenſus interior, qui & cõmunis dicitur. Nã ſomnus & vigilia, illius paſſiones non ſunt, non enim eſt ſomnus priuatio operationis ſenſus interioris, vt quæ melius & expeditius in ſomno quam vigilia fiat ob ceſſationem exteriorum motuum interiori ſenſui impedimentũ afferentiũ. Nam ſemper (vt dictũ eſt) agere non poſſunt. Somnũ eſſe cõceſſum. mortalibus ad intermiſſionẽ operationum, reparationẽque viriũ, ſic canit Ouidius.

Somne quies rerum, placidiſſime Somne deorum,
Pax animi, quem cura fugit, qui feſſa diurnis
Membra miniſterijs mulces, reparaſque labori.

Hinc cognoſcitur, quicquid vigilat, interdum dormire oportere, & contra itidem, quicquid dormit, interdum & oportere vigilare, quod ſomnus vigilia ſit poſterior, cuicunque autem conuenit poſterius, eidem & prius conuenire neceſſe eſt. At quia ſomnus, mortis eſt imago & veſtigium, vt

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

de id Virgilianum de moriente, occisoque in bello.

Olli dura quies oculis, & ferrum urget
Somnus, in æternam clausit sua lumina noctem.

Quinetiam & in sacris literis, morte rebus humanis exempti, dormire dicuntur, & hæc mortalis vita vt vigilia mors vero, & animę a corpore solutio, vt somnus dicitur, per hoc ꝙ somno succedit vigilia, vt nocti dies, coniectarunt viri doctrina pręstantissimi futurā hoīs resurrectionem, & iterata aīæ cum corpore vnionem, hominisque morti successuram reuiuificationem eiusdem, vt vigiliam somno, sed quę nulla deinde morte finiatur. VI. Animalia certe omnia, gressilia, volatilia, natatilia somno participant. Quod multa animalium capta sint oculis, non obstat, quo minus somno participent. Nam vt ad vigiliam non requiritur oculorum operatio, cum vigilent conchylia, & ostrea, cæteraque id genus imperfecta animalia, quæ oculos non habent, ita neque ad somnum necessaria est oculorum a visione priuatio, sed exteriorum qui assunt sensuum ligatio. Quanuis itidē pleraq; animalium neque cor habeant, neque cerebrū, quæ potissimū somni effectiua sunt, id nō arguit ea esse expertia somni. habent em illa quicq̄ cerebri & cordis ęmulū, quod in ipsis idem operatur atque cor & cerebrum in perfectioribus, & id sufficere putandum est. Neque quempiam moue re debet peruigil ille draco, aureum (vt canunt poetæ) vellus custodire dictus, aut insomnis serpēs aurea mala Hesperidum perdius & pernox asseruans. Nā hæc non pro veritate dicta sunt, sed poetico more efficta ad aliud significandum. Demum serpentes esse credendi non sunt in India qui nūquam somno obruantur, quod tamen memorat Plinius, sed aut breues eorum sunt somni, aut in abstrusis abditioribusque locis cum dormiunt delitescunt. Hinc creditum est fortasse illos nō dormire, ꝙ non deprehensus neque compertus fuerit ab hominibus eorum somnus. VII. Nulli autem plancarum, horum aliquid adest. Horum, delectationis & tristitię.

¶ Secundi capitis annotat.

¶ Holoptera, totipennia, est em holon, totū: & pteron, penna. ¶ Bōbus, sonus est quē insecta: vt vespæ, apes, eiusq; generis similia edere solent. ¶ Problemata cōdidit Aristoteles, ex quibus librū confecit, qui nūc problematū liber inscribitur.

Secundū cap. continet sex cōclusiones, tres rationes, & vnum corollarium ad secundam. ¶ Prima cōclusio. Necesse est animalis in somno omnes sensus esse ligatos. ¶ Nam animalium hęc sensus omnes possident, hęc aliquos solum, vt gustū, & tactum, tactus enim omnium latissime fusus est, habentq; omnia animalia tactum, vt in libris de anima dictum est. At somnus in omnibus consimili fit modo, & cum summa immobilitate offunduntur, ligantur igitur quotquot habeant sensus. Si enim das vnum ligari, & alterū solui, soluto sentiet dormiens. sentiet igitur, hoc autem impossibile. ¶ Secunda conclusio. Somnus & vigilia passiones sunt tactus. ¶ Prio. Quia natura vnicuique sensuum proprium aliquid deputauit, vt visui videre, auditui audire, & non modo hoc, sed quiddam commune, cōmunemq; potentiā omnibus concessit, qua iudicat se videre, audire, olfacere, gustare, tāgere, quia discrimen albi & dulcis, coloris & soni, & diuersorum sensibilium genera discernit (id enim nullus particularium sensuum possit) potentia quidem vna, & vnius sensorij: q̄admodum in contemplationibus de anima latius expressimus. Hæc autē cum tactu maxime coniungitur, vt a quo nunquam separetur: ab aliis autem separari possit. Somnus autem & vigilia maxime sunt tactus, ob quem hæc sentiēdi particula omnibus adest: qui & idē oībus vel solus adest animantibus. ¶ Secūdo. Si dormitio fieret ꝙ omnes sensus immobiles fiant, pleraque animalia nunquam dormire necesse esset, cum nō omnes sensus habeant omnia, hoc aūt incōmodum. ¶ Tertio. Si non est necesse vt oēs sensus simul sint in opera, rationabilius contrariū accidere posse videtur, vt vno immobili & impotēte facto, alter non sit impotēs, principalius em potiusq; sensus ad sentire, quam ad defectum se habent. Et quanuis ita sit, tactu tamen (qui primus est sensuū) sopito, cōpatiūtur posteriores, cōsopiunturq; omnes. Cū vero posterior aliquis impotens fieret, nō oportet eodē iure alios & hunc primū fieri impotentem. ¶ Corollarium. Ex his manifestū est, somnum non esse, sensus sine operatione esse, neque non vti sensibus neque oēm sentiendi impotentiam. ¶ Sunt em plerique animæ defectus vbi

8

9

10

sensus sine operatione existunt, & sine vsu: vt in quibusdam deliris & amentibus accidere solet. & diminuta, & aliquo sensu capta animalia, impotentiā sentiendi habent, & apprehensis nonnullis quæ in collo sunt venis, collabūtur homines in sensibiles, & tamen hi omnes nō somno soluuntur, dormiūtve: sed cū primus sensuum, & quo omnia contingit sentire animalia, impotens factus est: somnus est, & nō aliorū vllo impolente facto. ¶ Tertia. Somnus animaliium salutis gratia existit. ¶ Nam causarum hæc materia, hæc ratio, hæc efficiens, hæc vero cuius gratia est. & naturam alicuius gratia egere diximus: boni siquidem gratia. Atqui quæcunque non semper continue moueri possunt, quies apta intercedit ad salutē. animalia autem nō semper sēsibus vti queūt. Aduenit igitur ipsis merito aptus ad salutem somnus. Vnde vulgo tracta est metaphora, vt somnus requies dicatur quasi veritas somnum quietis nomine cēseri cogeret. ¶ Quarta. Vigilia maxime finem attingit. ¶ Nam sentire et sapere finis est omnibus quibus vnum eorum cōpetit. nam hæc optima sūt. Finis autem optimū esse requirit. Vigilia aūt horū est, vtpote brutis quo sentiāt, homini quo sapiat, & prudentię inuigilet maxime, igitur vigilia finem attingit. ¶ Quinta. Omni animali somnus est necessarius: nō q̄dē ōnino, sed ex suppositione atq; adiunctione, si naturā suā sequi, saluariq; debeat. ¶ Nā si animal se instaurare & saluare debeat, aliqua ponere q̄bus alia subinde sequātur, necesse est: vt si se saluet, ipsū ali oportet. si alatur, e cibo vaporē sustolli necesse est, ex quo necessario consequitur sōnus. omni igitur animali necessarius est sōn⁹: nō q̄dē ōnino, sed ex oppositiōe, si seipsū saluare debeat. ¶ Sexta. Principium sōni effectiuum in sanguine præditis est cor: in exanguibus vero aliquid cordis ęmulum. ¶ Nam id pricipium sōni est, quod animaliū principiū est motus. Sanguinem autē habentium cor, capitis ventrisq; situ medium, principium est motus. habent enim omnia sanguine prędita, cor, quod & refrigerio eget: non habentia autem sanguinem, aliquid æmulum cordis. ¶ Habēt em sanguine carētia, vt in senecta totipēnia, vt vespe, apes, muscę (quę holoptera dicūt) aliquid vice cordis, & spiritum interiorem atq; cōgeneū, quē nunc attollunt, nūc vero contrahunt. respirantibus aūt sanguineis spiritus ille de foris est. ꝙ vero in senecta illa pēnata volādo strepitū & bōbos elidāt, hoc est attritu aeris ad circundantē mēbranā. Motum itaq; habēt circa primū & sensus & mot⁹ effectiuū oia, aut a proprio & cōgeneo spiritu, aut ab alieno. est itaq; notum, cor aut cordis ęmulum esse somni pricipiū. & non modo sōni, sed & vigiliæ etiam principium est. ¶ Sed cur dormiētes agitatiōe corporis se moueāt, & multa vigilātibus psimilia opera faciāt, cū id sine phantasmate & insōnio nō fiat, postea dicturi sumus. Cur vero experrecti in somniorum meminerint non autem meminerint operū, quæ vigilantibus similia patrauerint, in problematis causam adduximus.

principium sōni et motus ꝙ

Secūdi cap. scholia. VIII. Omnes sensus esse ligatos. Omnes, quotquot habet. nam in talpa aut sedi suæ nixis aquatilibus non oportet ligatum esse visum, ꝙ eum non habeāt. Et hic de exterioribus solum sensibus fit mentio. nam interior somno non ligatur quin immo expeditus & melius exercet suas operationes. Demum hęc conclusio de perfecto completoque somno intelligenda est, & non de sola dispositione ad somnum, primaq; soporis inchoatione, quæ aut semisomnus dici potest, aut semiuigilia, secundum diuersas rationes. Nam qui semisomnes sunt & semiuigiles, facile auribus auriunt strepitum qui fit iuxta eos, aut remissiuscule lumen percipiunt diffusum per totum perspicuum, quod in eis sensus non sunt omnino ligati. IX. Hęc autem cum tactu maxime coniungitur. Hæc, potentia sentiendi cōmunis, virtusque sensitiua interior, quæ quidem cum tactu coniungitur, ꝙ a tactu nunquam separari possit. neque e diuerso tactus a sensu interiori. Quibuscunq; em adest sensus interior. ñsdem quoque tactus adest. & econtrario. Nēpe & sēsus interior omnibus inest animalibus, sicut & tactus. Ab aliis aūt sēsibus exterioribus, visu, auditu, & olfactu separatur interior sensus, itidē & tactus, quia vterq; multis conuenit animalibus, quibus aliorū sensuum nullus cōuenire potest. Dicuntur autē somnus & vigilia maxime passiones tactus, quod eo sensu potissimum vigiliam & somnum discernimus. si enim solutus fuerit, dicimus animal vigilare, sin minus, dormire. Et quanuis dormiens animal proximum corpus secundum magnitudinem contingat, vt aqua doliū cōtinens, nō tamē sentiēdi virtute, vicę

sensus interior somno nō ligatur

sensus interior a cor. ni operatione separ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tactiua, aut molem circunstantis corporis, aut qualitates eius tangibiles percipit, quod etsi insint circunstanti corpori, & affectiones illæ moueant animal dormiens, vt accidentia suum subiectum, non tamen vt obiecta ipsum sentiens, nam non apprehenduntur ab anima, neque immutant organum vt sensibilia. Tactu tamen (qui primus est sensuum) sopito. Sicut absente tactu nullus adest posteriorem sensuum, absente autem visu aut auditu non oportet abesse tactum sensuum primum, ita cum tactus ligatus est, ligantur & omnes sensus posteriores, vt qui suas operationes, nisi tactus itidem solutus sit, agere non valeant. quare ligato tactu fit somnus tanquam a causa & necessaria & sufficiente, ligato vero quopiam posteriorum sensuum, vt visu aut auditu, non oportet & tactum a sua operatione destitui, quare aliquo illorum solum impotente facto, non opus est fieri somnum, nam tametsi alicuius posteriorum ligatio, causa sit necessaria somni, haud quaquam tamen est sufficiens. X. Somnum non esse, sensus sine operatione esse. Nō improbat Aristoteles has propositiones tanquam falsas. Nam in eis vnumquodque eorum quæ dicuntur, ipsi somno vniuersaliter conuenit. quandocunque enim est somnus, sensus sunt sine operatione, & dormiens animal ōne nō vtitur sensibus, & omnis somnus est sentiendi impotentia, sed easdem reiicit Philosophus tanquā male assignatas diffinitiones somni, vt quæ cum eo non cōuertantur, sed transcendant, non enim quandocunque sensus sunt sine operatione, protinus est sōnus, & ita de cæteris. XII. Vigilia autē horum est, horum scilicet ipsius sentire & sapere. nam vtrūque ipsorū in vigilia peragitur. Bruta enim in vigilia sentiunt, quæ suprema est in eis cognitio, & homines contemplationi cōsultationi que in vigilia intēdūt operā, ad ꝓ potissimū vt propriū & peculiare opus ordinātur. Quocirca non vigilia propter somnum, sed somnus propter vigiliā ordinatus est, neque debent homines credere se somno natos esse, sed eo moderate ad necessitatem naturæ (quo in vigilia melius suas peragāt fūctiones) vti. Et plane somniculosos, inertique torpentes sapore, merito carpit Ouidius.

Infælix tota quicunque quiescere nocte
Sustinet, & somnos præmia magna putat.
Stulte quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago?
Longa quiescenti tempora, fata dabunt.

XIIII. Motum itaque habent circa primum & sensus & motus effectiuum omnia. Ex hoc loco nō nulli putant Aristotelem sensisse, cor esse organum sensus interioris, & non cerebrum, quod minime Aristoteles hic dicit. nam de sensu exteriori loquitur, vt semper his in locis. Et vbi concedere tur de interiori sermonem facere, duntaxat asserit cor esse primum effectiuum, præcipuumque efficiens ipsius sensus. Verum ex illo non recte quis intulerit cor esse ipsius organum, quemadmodū ex eo ꝓ cor præcipuum est efficiens sensationis exterioris, minime colligitur cor ipsius esse organū. Præterea id, cor inquam organum sensus interioris, a veritate est alienum. Nam ab organis sensū exteriorum magno distat interuallo, quod facili specierum sensibilium impressioni non parum est obstaculo. Ad hæc continuo agitatu cor mouetur, at motus, specierum impressionem impedit. Neque robur habet ratio cui nonnulli innituntur, cor scilicet prius quam alia animalis formari membra, & proinde ipsum informari debere anima sensitiua alioquin inesset ei solum anima plātæ & huiusmodi animam (cum nulla sint adhuc alia formata organa) in corde tanquam suo organo de bere sensationem peragere. Nam anima informans solum cor, etsi sensitiua sit, sentiendi tamen ope rationem non exercet, vt neque catulus visionem ante nonum diem. Alioquin cogentur concedere sensationem fieri interiorem in corde, quam nulla præcesserit exterior sensatio, & sine speciebus a sensu exteriore ante receptis, quod est inconueniens. 1

¶ Tertij capitis annotat.

¶ Euripus, pars maris inter Phocidem & Eubœam, quod septies in die, & septies in nocte refluos fluctus agit: multis nouitate rei, & causa non satis cōperta, admirationem inducens. ¶ Opium ex succo papaueris in vmbra exsiccato fit. vis ei somnifica. & si amplius sumatur, mortifera. ¶ Herbæ mandragoræ mas est & fæmina cuius radicis & pomi grauis odor somnum inducit. ¶ Temetum vinum. ¶ Biliosi, melancholici. ¶ Intestinus, interior. ¶ Bilis atra, cholera nigra. ¶ Pituita, est a cerebro humorum destillatio, atq; defluxus: qui si fluat ad nares, coryzan dicunt, nos mucum narium. si ad fauces, dicunt branchon, nos raucedinem. ad pectus, caterron. ad latus, pleuritin, & ad pulmonem, phthisin. ¶ Lethargus, morbus obliuionem & pene inexpugnabilem dormiendi necessitatem inducens & celeriter. nisi succurritur, iugulans. ¶ Comitiali morbo hō subito cōcidit & ex ore spumæ mouētur: & sæpius viros quā mulieres occupat, vt Cor. Celso placet. 2 3

Tertium caput continet quatuor conclusiones, duo corollaria ad primam, diffinitionem somni, vnam quæstionem, tres vulgatas responsiones, & quartam propriam post tertiam. ¶ Prima conclusio. Non omnis sentiendi impotentia, cēsenda est somnus: sed ea quā præstat alimēti euaporatio. ¶ Nā manifestū est cum animal sensum habeat,

subindeque & vegetandi virtutem, ipsum a principio nutrimentum suscipere & augmentum. Nutrimentum autem omnibus id est, quod concretione, preparati oneque fuerit vltimum, vt in sanguinem habentibus, sanguis: in exanguibus vero quod sanguinis vicem gerit locus autem & conceptaculum sanguinis sūt venæ quarum principium cor existit: vt ex determinatione anatomiæ (q̄ membrorum dissectionem dicunt) dilucere potest, & susceptum alimentum inordinatum ventriculum euaporat ad venas: vbi (vt aiunt) in iecinore permutatur, tingiturque in sanguinem: a quo rursum fluit ad corvbi completissimam absolutissimamque sā guinis naturam accipit: quo per venas diffunditur, & vnicuique parti vt opportunū est distribuitur. Sed quid horum sit, in libro de alimento abūde disseruimus. Atque dum hæc geruntur, ciboque in vaporem soluto, vapor ille substollitur (omne enim tale quod animalibus inest calidum, natura in sublime fertur) modo cerebri frigiditate refrigeratur & consistit, atque iterum Euripi more refluit ad cor: quo quidem refrigerato, obrepit somnus. obnubilantur enim sensus, fruūtque suarum operationum impotentes. At cum dementia aut strangulatione (vt cum iugularium venarum constrictione vt emortui, & anima defecti cadunt) impotētia sentiendi proueniat, nullus (quemadmodum diximus) appellabit somnū, tametsi controuersia sit, ipsis vt emortuis iacentibus insomnia phantasmataque fieri. Nam qui his grauissimorum morborum generibus tentantur, & animę extinctę speciem gerunt dicunt se multa vidisse. Sed dicimus si quum morbo tententur, contingat eos dormire, nihil prohibere insomnium, & phantasma fieri, sin autem non dormire contingat, neque quidem insomnium vllum esse potest. Non igitur omnis sentiendi impotentia, somnus esse censenda est, sed ea quam alimenti vapor ministrat. ¶ Primum corollarium. Et hac quoque de causa maxime somnus
16 a cibis proficiscitur. Nam a cibo multus vapor & corpulentus educitur sursum illic autem consistens, grauedinem parturit, sensuūq; languorem, qui cum rursum descenderit, & se ad cor receperit, secū calorem repellēs, profūdum gignit sōnū. Quod autem ita capitis oculorum & palpebrarum grauedinē faciat, indicia sunt somnifera oīa, siue esculenta sint, siue potulenta, vt opium, papauera, mādragorę temetum, fatigatio multa, morbus, vt febris & lethargus, infantia, fatigatio enim multa dissoluit, prębetque dissoluta vice incocti alimenti: nisi quod liquatur, frigidum fit, sursumque non feratur, & morbus, potissimū q ex calido nascitur & humido quod multa excrementa humida sursum attollat, paruuli autem, quod caput aliorum membrorū ꝓportione maximū habeant, totius, multiq; almēti ꝓ illa ætate augeantur) capax. Propter hanc causam hæc ætas comitiali morbo (quā epilepsiam vocant) aptissima est. Est enim epilepsia somno persimilis, & qui ita corruūt, cessante anima & sensu dormire videntur, hac de causa huius morbi initiū in sōno est. Etsūt qui in sōno hoc morbo arrpiūtur, i vigilia autē nō, ꝓ multus sursū cū alimēti vapore in sōno spūs effertur: q reciprocās, spirituiq; alteri sursū alimentum attollenti obuians, venas intumescere facit, animæ & respirationis meatus occludens. Et hæc spiritus occlusio & strangulatio comitialis, regius, ac
17 diuinus morbus appellatur. ¶ Secundum corollarium. Qua propter pueris & nutricibus non conducunt epota vina. Nam spumoso spiritu abundant. potissimū nigrum, & parum refert, nutriculæ, an puelli ipsi vinum ebibant, nisi aqua dilutum sit, modicumque sumatur. Puerorum enim superiora plurimum continent cibum quandoquidem reliqua magnitudine & incremento (sicut dictum est) superant, adeo vt longo tempore caput continere nequeant, sed quinque mensium interuallo collum rigidum & inflexibile habeant. Et hæc de causa esse potest cur fœtus, quem embryon dicunt, in matrice quiescat. suntq; iterum pueri ebriis per
18 similes, quod vtrisque larga humoris copia superiora confundat. ¶ Secunda cōclusio. Somniculosi sunt, occultas habentes venas, & nani, quique capite sunt pergrandi. ¶ Illi, quod ipsorum angustæ venæ, eleuatorum vaporum non facile præbent remeandi descensum, hi vero, quod capitis amplitudo multam recipiat

Universidad de Deusto Biblioteca

euaporationem. Grandia eũ capita exiguo oppleri nequeũt alimẽto, paruiſq; ex aturari copijs. ¶ Tertia, E diuerſo quorũ venæ ſũt parẽtes, quiq; melãcholici ſũt ſoporulẽti non ſunt. ¶ Nam horũ ãplitudo venarum facilẽ præſtat euaporationis relapſũ contrariaq; ſtrictarum operatur niſi altera intercedat cauſa. Biliosi vero, q̃ natura frigidi, pauceq; (ob paruũ iteſtinũ calorẽ) euaporationis exiſtũt, hic auidi & edaces ſunt, q̃ cibo quo veſcuntur, nõ fruantur. Nam bilis atra digeſtiuũ frige facit locũ, & corporis partes vbicunq; exiſtat, aquibus talis humor enaſci debeat. ¶ Diffinitio ſomni: Ex his liquet ſõnum eſſe quandã ſentiẽdi ipotentiã alimenti vaporibus in cerebro refrigeratis. interno multo calore in corde reuocato atq; reciprocato. Nam dormituri (vt dictum eſt) multus eſt motus, icipitq; vapor frigeſcere, & cũ calor ad ima retũditur, frigeſcũt palpebræ, frigefactæ graueſcentes decidunt, ſuperioraque in ſomno frigent, circunquaq; corporis extrema: interiora vero calent, & corporis infirma vt pedes. ¶ Quæſtio. Quomodo poſt cibum altiores ſomni ingruant, & cur ſaporifera ſint vina? Non enin id rationabile videtur nam ſomnus a frigida naſcitur cauſa hæc autem ſunt calida. ¶ Hinc quæſtioni vulgatas adhibent ſolutiones. ¶ Hanc primum, ſicut venter inanis calidus eſt, cibus autem replens, deſcenſu ipſum efficit frigidum: ita capitis pori & loca ſurſũ lato vapore frigeſcunt. Deinde hanc, Sicut perfuſus aliquo inſtillato vapore calido, protinus inhorreſcit, tremoreque concutitur: ita caliditas ſurſum lata infrigidat, & quod natura calidum eſt, langueſcere & quaſi horreſcere cogit. Tertiam hanc ſubiungunt. Quemadmodum grandi lignorum ſtrue ſuffocatur ignis, ita cibo multo ingeſto confunditur & hebeteſcit internus calor: & non prius ſurſumhalat, quam paulatim ſuppeditata & euicta cibariorum copia. Sed vt diximus, non ita euenit ſomnus. euenit enim reditu corpulenti humoris quem calor in ſublime per venas ſuſtulerit. Cum enim eo loci diutius immorari nequeat, congelaſcens, aggrauanſque de capitis arce deorſum pellitur: & primũ oculi marcentes decidũt & rectis animalia ſtare nequeunt veſtigijs, ſed vt deuacillent corruantq; oportet. Et ſolus homo ſtratus, effuſus, euictus ſopore iacet, q̃ animalium ſolus erectus incedat. Et primum collabitur quaſi conſternato animo ſenſum amittens omnem, deinde viſis & imaginationibus illuditur, tandemque obumbratur. ¶ Nos ergo hanc quæſtioni adhibere poſſumus ſolutionem, cerebrum (quemadmodum prædiximus) reliquarum corporis collatione partium frigidiſſimum eſſe, & ijs quæ cerebrum non habent conſimile eſſe, quod cerebri vicarium æmulumque eſt. Et quemadmodum in imbrium generatione, cum vi ſolaris caloris ſubleuante vapores ad mediam illam frigidiſſimam aeris regionem pertingant, ingroſſantur, cõcreſcunt, iterumque frigore cogente ſubruuntur deorſum: ita vapor ad cerebrum viã capeſcẽs, primũ frigidus conſiſtit, & q̃ ſalutaris & nõ morbificus fuerit, iterũ relabitur deorſum, & calorem cordis delatus contemperat atque refrigerat, & ad ſeram euaporationẽ (quemadmodũ diximus) facit venarum gracilitas. & hęc refrigerationis atque ſomni vniuerſa occaſio eſt. Quod vero vapore ſublato denſatum conſiſtit, incrudatur excreſcit, cerebro ſuperfluum vt algidũ phlegma, iſalubre eſt catarron priuatãq; faciens. ¶ Quarta. Expergiſcitur animal, cũ cõcoctio abſoluta ad finemque deducta fuerit. ¶ Nã decoctione pacta, ipactus atque ĩ anguſto cõſtrictus calor, circunfuſo vapore emicat. eo eũ ad ſuperiora reuocato (vt priuſq̃ animal euictum ſopore langueſceret) expergiſcitur, & ad priſtinam reuocatur vigiliam. Et id certe non prius fit, vt modo diximus, quam ſanguinẽ puriſſimũ a feculento & turbidiſſimo ſecreuerit, qui tenuiſſimus, ſubtiliſſimus, mundiſſimusque ſanguis capiti cõmittitur, craſſiſſimus autẽ & corpulẽtiſſimus mãdatur inferioribus. Et omnis ſanguinis cor eſt principium, tribus munitũ thalamis ſpecubuſq;, quorũ medius ſanguinẽ recipit, vtriſque cõmunis. Extremi autẽ ſpecus ac vẽtriculi, ab vtraque vena & maiore & minore, quę aortę nuncupãtur, ſanguinem recipiunt. in medio autem cordis ſinu & thalamo ſanguinis diſcriminatio fit. Sed de his vberius alio differendũ eſt loco, & id nouiſſe ſatis ſit, quãdiu

ſanguis ex cibo indiſcretus eſt, ſoporem manere, nec ante ſolui, quam ſyncerus ſuperiora peteſſat, turbulentus autem inferiora, & tũc quoq; expergiſci animal. Sed quæ dormiendi cauſa, quid ſomnus, & quod primi ſenſus nexus ſit & ligamen, quod ſine paſſionibus ſomno & vigilia eſſe non contingat animal, quando quidem ipſę ad ipſius conducunt ſalutem, abunde dictum putetur.

Tertij capitis ſcholia XVI. Maxime ſomnus a cibis proficiſcitur. Non vult Ariſtoteles ſolos cibos eſſe ſomni cauſam, eique materiam præſtare, cum & defatigatio ratione calefactionis coniunctæ multa reſoluens, etiam ſomnum inducat, ſed eos eſſe principalem præcipuamque ſomni cauſam ſubminiſtrareque vaporem vnde gignatur, vel pauco poſt ſumptionem ciborum temporis interuallo, vel lõgiuſculo. non enim oportet quandocunque ſumptus eſt cibus, protinus conſequi ſomnum, vt neque quoties terra eſt madida, eleuaturque vapor, fieri e veſtigio pluuiam. ſed ſæpiuſculę ex cibo multo ante tempore ſumpto, demum proficiſcitur ſomnus. Denique id locum habet vbi non interceſſerit quippiam impedimenti quo minus fiat ſomnus. Nam interdum ex moleſtia morbi, nonnunquam ex graui perturbatione animi, vt triſtitia, cura, amore, timore, placidi, nobis adimuntur ſomni. Vnde id ſcite de inuidia dictum apud Ouidium.

Hæc fruitur ſomno, uigilantibus excita curis
Non mihi grata dies, noctes uigilantur amaræ.
Nec placidam membris dat cura quietem.

Et hęc ſpiritus occluſio & ſtrangulatio, comitialis, regius. Comitia dicebantur apud Romanos populi congregationes ad miniſtratus eligendos. In quibus ſiquis epilepſia morboque caduco correptus concidiſſe, dirimebantur comitia, nec eo die fas erat nouos magiſtratus eligere. Idcirco morbus ille comitialis dictus eſt. Vocatur & caducus, quod eo tẽtatus repente cadat vt anima defectus & exanimis. Dicitur quoque Herculeus, quod Hercules illum paſſus fuerit. demum regius & diuinus, quod reges & inſignes dignitate viri frequentius alijs hoc morbi genere corripiuntur. Cuius cauſam Ariſtoteles in problematis inueſtigat XIX. Hinc auidi & edaces ſunt, quod cibo quo veſcuntur, non fruantur. Cauſa edacitatis eſt, quia cibum quo veſcuntur, non omnino digerunt, nec id corporis quod defluxum eſt, quantum natura requirit, reparant. quare ſemper cibi ſunt appetẽtes, nec vnquam ſuæ ſatisfaciunt naturæ, ſed multo cibo calorem naturalem admodum debilẽ obruunt, ſicut magna lignorum mole obruitur ignis. Deberent ſiquidem potius, ſi ſuæ ſaluti conſultum vellent, modico alimento & facile digeſtibili fouere natiuum calorem, vt exiguo & facile inflammabili ligno modicus nutritur ignis. Porro cum calidum & humidum principia ſunt vitæ, calidum quidem actiuum, & humidum paſſiuum, frigidum autem & ſiccũ principia mortis atq; interitus, ſanguinei optimam habent corporis habitudinem, quod vtrunque habeant vitæ principiũ ſicut aer cuius ſequuntur contemperamentum. Secundo loco cholerici, quod principium habeant actiuum vitæ, ſcilicet calorem igneum. Tertio vero phlegmatici, quod principium vnũ habeant vitæ, ſcilicet humidum aqueum. Et poſtremo melancholici corporis ſortiuntur habitudinem cæteris inferiorem, quod neutrum vitæ habeant principium, ſed vtrunque mortis, ſcilicet frigidum & ſiccum terreum. XX. Somnus eſt quædam ſentiendi impotentia. Impotentia ſenciendi triſariam dicitur, primo cum quid actu non ſentit, poteſt tamen ſentire, & hoc modo ſolum negat actũ ſentiendi, relinquens affirmaram & potẽtiam & aptitudinem, quo quidem modo ſomnus (vt qui ſit priuatiuum actu ad vigiliam) hac in diffinitione dicitur impotentia ſentiendi. Secũdo cum quid neque actu ſentit, neque natura ſentire poteſt, tamen aptum natum eſt ſentire, & tunc priuatiuum eſt potentiæ ad ſentiendi poteſtatem, quo modo cæcus habet impotentiam videndi. Tertio, cum quid neque actu ſentit neque potentia, neque etiam natum eſt ſentire. Et ſic ſimpliciter negat ſentiendi facultatem quo modo lapis habet impotentiam ſentiendi. Et his duobus poſtremis modis non ſumitur in definitione ſomni. XXI. Non enim id rationabile videtur. Diluitur hæc obiectio, admittendo ſomnum fieri a cauſa frigida tanquam cauſa partiali & propinqua, vtpote a cerebro vapore per ipſum frigefacto, nihilominus etiam fit ſomnus a calido tanquam cauſa remotiore, vt a corde eleuante vapores ab alimento, & vaporibus cum primum ſubſtoljuntur calidis. Proinde a cibis & vino fieri ſomnum tribuendum eſt, etſi calidis, aut poſt ſumptionem a natiuo cordis calore calefactis. Cæterum qui ſolutiones illas tres adhibuerunt ſubinde poſitas, minus recte ſoluiſſe viſi ſunt, primi quidem. nam cibus ſuo deſcenſu non frigefacit ſtomachum aut ventrem prius calidum, quin potius e diuerſo ſtomachus calefacit cibum prius frigidum. Neque ſuperiora capitis frigeſcunt aduentu vaporis ad ipſa, ſed contra vapor frigidus fit ob frigiditatem cerebri, perinde atque media regio aeris non fit algida ob vaporum ſuſceptionem, ſed ediuerſo vapores fiunt frigidi ob mediam regionem frigidam. Secundæ autem ſolutionis aſſertiores minus recte dixerunt quod non eſt prorſus ſimile de infuſo repente vapore calido, & vapore alimenti. nam calidus vapor inſperato ſuperfuſus incutit timorem, quo retrahitur ſanguis ad cor, & partes deſtitutæ ſanguine frigeſcunt. quare calor huiuſce vaporis per ſe quidem per fuſas partes calefacit, & per accidens cæteras frigefacit. At alimenti vapor ad cerebrum perlatus, non ſic horrorem incutit aut timorem, ſed inſenſibiliter ad cerebrum fertur. quare neque per ſe neque per accidens cerebrum infrigidat, ſed contra a cerebro ſuapte natura frigido infrigidatur. Demum tertiam adhibentes

Universidad de Deusto Biblioteca

ſolutionem,recte quidem dicunt magna ciborum copia hebetari natiuum calorem, vt ingenti lignorum ſtrue obrutus igneis elanguescit. Verum illa interni caloris hebetudo non magis est somni causa,quam debilis calor aeris,vt vapores eleuare non sufficiens,sit causa pluuiæ. Quinimo quemadmodum vt fiat pluuia,requiritur vehemens calor infimæ,& frigiditas mediæ regionis aeris, ita vt fiat ſomnus, requiritur calor internus vapores resoluere potens, & frigiditas cerebri quare ſomnus (ſicut & pluuia)& a calida fit cauſa, & a frigida calida quidem, vt corde, eiusque calore,frigida vero vt cerebro.Et quemadmodum in imbrium generatione,In minori mundo,& homine & cæteris animalibus haud diſſimiliter fit ſomnus,atque in maiori mundo pluuia, eſque magna illorum ad hunc in partibus conuenientia atque reſponſus. Nempe cor & partes ei vicinæ in animali ſunt vt infima regio aeris a ſole calefacta in vniuerſo.cibus in animali, vt corpus aqueum in vniuerſo.cerebrum autem animalis,vt media regio aeris in mundo.Itaque vt virtute caloris cęli ab imis partibus aeris ſuſtollitur vapor vſque ad mediam aeris partem, propter cuius frigiditatem concreſcit denſaturque in nubem,& demum ſtillat in pluuiam, ita a ſumpto alimento per cordis & prȩcordiorum calorem ſubleuatur vapor vſque ad cerebrum,cuius frigitate ingroſſatur & frigeſcit, inducitque ſomnum. Et ſane hac analogia quam hoc loco aperit Ariſtoteles quæcunque de ſomno afferuntur,intellectui ſtatim ſunt peruia. XXII. Expergiſcitur animal, cum concoctio abſoluta ad finemque deducta fuerit. Hic de experrectione naturali, & quæ ab intrinſeco prouenit, fit ſermo. Nam ab extrinſeco,vt perſtrepente vehementius, vt violenter excutiente dormientem, fieri poſſet euigilatio nondum perfecta digeſtione. Sane quemadmodum ſol nube obductus impeditur quo minus ad terram ſuos diffundat radios, at cum virtute ſua nubem euicerit atque diſſipauerit, amoto quod interiectum erat obſtaculo, rurſum ad terram ſuum libere demittit radium,ita calor animalis internus vaporibus ſoporiferis alimentarijſque obductus atque in anguſtum coactus,ſeſe ad ſuperiora corporis diffundere non poteſt. At vapore alimentari diſſipato (quod ſolũ cum perfecta fuerit digeſtio,accidit)ſurum idem calor emicat,& cum ad ſuperiora reuocatur fuerit vt prius extiterat antequam animal ſomno grauaretur,ipſum animal expergiſcitur & ad exteriorum ſenſuum peragendas functiones reuertitur.

Somnum fieri in animali vt pluuiam aere.

¶Paraphraſeos in librũ Ariſtotelis de ſomno & vigilia & in eundem ſcholiorum, finis.

Primi capitis paraphraſeos in librum de inſomnijs annotat.

¶Inſomnium,ſomnium.¶Aſciſcẽda, attribuenda. ¶Sentiſcere,ſentire.¶Viſum,phantaſma,ſenſuale,ſimulacrum

Liber de inſomnjs continet tria capita. Primum quatuor conclusiones: quatuor rationes ad tertiã,& duas ad quartã. ¶Prima conclusio. Poſt hęc de inſomnijs agendũ eſt cui animæ parti inſomniũ ſit aſciſcendum, an intellectiuæ partis ſit paſſio,an paſſio ſenſus. ¶His em̃ duabus viribus tantũ cognoſcimus quęcunq; notione aliqua deprehendimus. ¶Secunda. Inſomnium non eſt paſſio ſenſ⁹. 1

¶Nam ſenſuum officia ſunt ſentiſcere ſua ſenſibilia vt viſus, colorem videre, auditus, audire ſonum olfactus, odorem dignoſcere, guſtus,ſaporẽ, & tangibilia, tactus. & communia ſenſibilia,numerum,magnitudinem, figuram,motum,& quietem itidem internoſcere. At qui dormiunt(quibus ſolis inſomnia contingunt) omnes ſenſus illos clauſos compreſſoſq; habent,ita vt viſus nihil cernere queat, auditus audire,neq; aliorũvllus. Nõ ſunt igitur inſomnia,paſſiones ſenſus. ¶Tertia. Inſomnia non ſunt intellectiuæ parti vt affectiones opinioneſve quædam aſciſcenda. ¶Primo.quia non equum ſolum,non hominem,aut alicuius rei eſſe ſolum deprehendim⁹,ſed & quãtum,album,pulchrum,& qualia ſenſu deprehenſa ſunt. Id autem in partis intellectiuæ opinionibus, rerum eſſe eſſentiaſque (vt alio dictum eſt loco)deprehendentis, non euenit: niſi forte in ſenſus prȩſentia,qui in ſomno ligatus eſt. Opinans profecto,neq; verum eſſe dicet, neque falſum,hominem eſſe album,magnum,venientem,& ſimilia, cuius nullum habet 2 3

ſenſum,quæ omnia in ſomno videre videmur. Nõ igitur intellectiuę partis ſunt inſomnia. ¶Secundo. Quia præter viſa illa quæ obijciuntur in ſomno,ſolemus ſępẽnumero quicq̃ aliud intelligere,quemadmodum circa ea quæ in vigilia ſentimus,iterũ conſideramus. Accidit em̃ multis aliqua præter ſomniũ & viſa intelligere,quod experiri facile eſt ijs quibus quoties ſurgunt,repetere ſomnium curę eſt,vt cui apparet theſaurũ inuenire,priuſq̃ expergiſcatur, ſæpe euenit ipſum intelligere id eſſe inſomnium,& memoretur ita alias ſe fuiſſe illuſum. Non igitur eſt intellectiuæ partis inſomnium,imo vero neque quodcunque ſomno deprehendimus,inſomniũ eſſe eſt manifeſtũ. ¶Tertio qn̄cunq; opinamur, nos opinari intelligimus,& ſcimus. non autem quandocunque ſomniamus, inſomnium eſſe cognoſcimus. ¶Quarto. Sicut vigilantes in ægritudinibus, ita in ſomnis decipimur inſomnio. Et ſicut vigilans ſanus iudicat ſolem eſſe pedalẽ, ita in ſomno cũ ſomniamus. Atqui vigilantes non intellectu illudimur,ſolemve pedalẽ eſſe intelligentia iudicamus. ſed potius virtute illa quæ vſum non habent abſque videre,audire,olfacere,guſtare,tangere(quã imaginariã virtutem prius poſuimus) ſiue eadem ſit ſenſariæ,ſiue non. Non ſunt igitur intellectiuæ ptis paſſiones, inſomnia. Non itaq; verum eſſe intelligere oportet, ſimpliciter poſitũ fuiſſe i ſomno nos nihil ſentire. Nã viſu interiore,auditu,olfactu,& cęteris quodãmõ vt vigilãti euenit ſua ſenſibilia ſentire, & vt adiacentia & ſibi præſentia intueri. Quodammõ aũtvtvigilãti,& exteriore ſenſu capeſſenti non cõtingit. Et iterũ aliquãdo quod inſomnio apparet,mens opinioque falſum eſſe dicit, iudicamuſq; nos lu
4 dificari,aliquando aũt mente non vſi,ſolum phantaſma ſequimur. ¶Quarta cõcluſio. Inſomnia,ſenſualis,potẽtię paſſiones ſunt,non quatenus ſenſualis,ſed quatenus imaginaria ſiue phantaſtica eſt. ¶Primo. Quia exterioris ſenſus non ſunt, neque intellectiuæ partis paſſiones quędam,aut opiniones: relinquitur igitur ipſa eſſe imaginarię virtutis,quę ſenſualis eſt. Diximus em̃ phãtaſiam atque imaginationem a ſenſu ſecundum actum motum fieri: & ſi idem numero imaginarium ſenſitiuo exiſtat, eſſe tñ alterũ& alterũ: vt ex ijs quæ in libris de aia dicta ſunt,abunde dignoſci poteſt. ¶Secundo. Cuius ſomnus paſſio eſt,& inſomnium ad eandem pertinere potentiam videtur idoneum. Atqui ſomnus, ſenſitiuæ partis exiſtit. igitur inſomnium ſenſuali potentię adigere par eſt. Et cum inſomnium imago quædam & phantaſma eſſe videatur (nihil em̃ aliud inſomniũ eſt, q̃ viſum q̃ apparet in ſomno ſiue ſimpliciter, ſiue quodãmõ factũ) ſenſualis igitur ptis exiſtit, nõ quatenus ſenſualis, ſed quaten⁹ imaginaria ſiue phãtaſtica eſt.



Primi cap. libri de inſomnijs ſcholia,I. His enim duabus viribus tantũ cognoſcimus. Habitibus quidẽ cognoſcimus, vt accidentibus inſtrumentarijs, & anima tanquam prima cognitionum effectrice ſecundum rem. At non ſunt habitus præcipua, efficientia,neque anima rationem dicit potentiæ virtutiſve ad cognoſcendum, ſed potius ſubſtantiæ. hic autem cognoſcendi vires nominantur, ſub quarum prima vtpote ſenſu,& exteriorem ſenſum & interiorem intelligimus. In prima autem concluſione ſenſus ſolum pro ſenſu exteriore ſumitur,& non ſecundum generalem rationẽ pro quauis ſentiendi virtute. III. Id autem in partis intellectiuæ opinionibus. Intellectus interdum quidem coniuncte intelligit & cõcrete,vt in tertij de anima principio dictum eſt. At id a ſe non habet,neque ſuapte natura,ſed a ſenſu,cuius adminiculo huiuſmodi primas accipit intellectiones. Suapte autem natura intellectus nõ coniuncte,& qualia ſenſu deprehenſa ſunt cognoſcit, ſed abſtracte rerum eſſe rationeſque diſcernit, vt albedinem non conſiderato eius ſubiecto, aut magnitudine cui coniungitur. Et id ipſum Ariſtoteles hoc in loco prætendit atque innuit. Imo vero neque quodcunque ſomno deprehendimus. In ſomno enim nõnunquam intellectionem exercent homines,qua corrigunt id quod in ſomno apparet,iudicãtq; id eſſe ludificationem. Intellectio autem nõ eſt inſomnium. eſt enim hoc operatio corporea,illa autem incorporea,ſubiectoque nixa incorporeo. Quod vero proxime ſubiungit Ariſtoteles, quandocunque opinamur,noſipſos opinari cognoſcere,eo venit quod intellectus reflectit ſe ſupra ſuas operationes,cognoſcitque ſe eas efficere. At non ſic virtus cognoſcendi corporea ſeſe reflectere poteſt,vt oculus non iudicat ſe videre,neque ſenſus interior ſe ſentiendi operationem facere. hinc non ſemper cum ſomniamus, ſomnium eſſe cognoſcimus,nam apparent ſenſationes illæ ſenſuum eſſe exteriorũ,in vigilia factæ,& præſentibus quidem ſenſibilibus, cum & ſenſus ſint interioris,& in ſenſibilium abſentia,ſed tunc ſolum cognoſcimus eſſe inſomnium, cum intel-

lectus se conuertit ad huiusmodi apparitionem in somno, fertque de ea iudicium quod sit in somnium. IIII. Et si idē numero imaginariū sensitiua existat. Virtus sentiendi interior, & sensualis potentia dicitur, & imaginaria, diuersis tamen rationibus. nam sensitiua virtus dicitur, quod sentiendi operatiōes faciat, sensibiliaque percipiat. imaginaria vero, quod rei prius perceptæ imaginē speciemque retineat, qua rem absentem dignoscit, interdum quidem vt absentem, quemadmodum in vigilia, interdum vero vt præsentem, quemadmodum in somno, vbi quæ apparent, videtur præsentia. Cuius somnus, passio est, & insomnium ad eandem pertinere potentiam. Id Aristotelis dictum, insomnium eiusdem partis atque potentiæ passionem esse cuius est somnus, vtpote partis sensitiuæ, intelligendum est de generali sentiendi virtute, communique ratione designata. nam nō eiusdem particularis virtutis sunt somnus & insomnium. est enim somnus, primi sensus, id est tactus passio, cum priuationem operationis illius importet. non autem sensus interioris, qui in somno nō ligatur. Ediuerso somnium nō tactus est passio, sed iterioris sensus, cuius est operatio, tactus autem & sensus interior sub sentiendi virtute continentur. Siue simpliciter, siue quodammodo factum. Simpliciter, integre, complete. quodammodo, lacessite, distorte, partimque factum, nam vtroque modo contingit in somno apparere imagines, vt postea dicetur.

¶Secundi capitis annotat.
¶Sensuum opificia, sensoria, organa.

SEcundum caput continet quinque conclusiones, & sex signa ad secūdam. ¶Prima conclusio. Quodlibet sensibilium genus, vnde somnia re possimus præstat. ¶Nam eorum passiones & formę non solū dum in prospectu sunt, in sensorijs habentur impressæ, sed & sensibilibus ipsis seiunctis atque absentibus, quemadmodum cum quis alterum pellit, quod pulsum pellit alterum, & ita quousque ad vnum pertingatur, quod pellitur: & nō pellit. vt liquido conspicitur in aquę motibus, & aeris. & sicut in alteratione calefactum propinquum calefacit, q̃ quidem calefactum, alteri suum colorem inducit, quousq; decumbatur ad vnū, quod tantum calefiat, ita fit in sensu, hoc primū pellitur, vt mediū hoc vt foris prominens sensus: hinc interius sensuale sensorio rū: vbi rerū quas exteriore sensu hausimus, simulacra affixa atque impressa sunt cuiuscunque sensus extiterint. Quodlibet igitur sensibilium genus, vnde somniemus præstare potest. ¶Secunda conclusio. Non modo sensuales formæ in cētrali & interiore sensorio sensibilibus adiunctis afformatæ manent, sed & aliquandiu in exterioribus sensuum opificijs etiam ipsis absentibus sualuātur. ¶Huius rei multa sunt argumenta. ¶Primum, cū quid attētissime obtutus fueris, si alio visum deflexeris, rei attentiuscule visæ species oculum comitatur. ¶Secūdum. Si a sole ad tenebras te conuertis, plerunq; cęcutis, primū cernere impotens. In causa eñ huiusce rei est impressa remanens lucis imago. ¶Tertium. Si diutius intenta lumina præcandidæ rei aut viridi defixa tenueris, ad quocunque permutabere, concolor aspicietur. ¶Quartū. Si ad aliquod prefulgidum vt illustre solare iubar, oculos intenderis: primum reluctantes acies lucem qualis est intuentur, mox permutatur in puniceū, deide in purpureū, postremo in nigrū: quousq; exolescat atque euaneat. ¶Quintum. Qui in fluminibus celeri puppe inuehūtur, quiescentia moueri iudicant, & ita quivertigines circosq; ducunt. ¶Sextum. Excellens præualidusque sonus surdastros efficit & præpotens odor, diutius olfactū impotentem reddit. Hęc itaq; signa argumento sunt, sensibilia abiuncta aliquādiu in sensibus sibi vendicare virtutem. ¶Tertia. Sensus, paruorum sensibilium differentias cito persentit, & non modo aliquid intus operatur, verum etiam aliquid extra agit. ¶Nam patiturvt specula quę citissime obiecta simulacra recipiuntur. Et quod extra agat, hoc satis esse posset argumento, quod mulier menstruī tempore speculum aspiciens, protinus ipsum inficit, & veluti nubecula sanguinea, illius nitorem obducit, quod si speculū nouitium fuerit, non facile abstergitur, sin vetus, eluitur facile. Et si causam huius requiris, hoc ideo euenit, q̃ tempore quo mēses patimur (patiuntur eñ viri suo modo vt mulieres) lumina vt reliquę corporis partes afficiūtur, q̃ maxime porulenta verulētaq; sint. Eo quoq; genitalis ꝓfluuij tēpore (quod inflāmatione sanguinea solet cōtingere) si

speculum inuisimus, (prius tamen coniuncto aere infecto, qui inficit propinquū vsq; ad allinitum cōiunctumq; speculo) speculum inficimus. Sed in viris obscurū discrimen est: q̃ non polluitur speculum, q̃ euidens sit, semenq; masculi candidū sit, & quasi speculo cōcolor: eluuiecula tamen adumbratur, mulieris autē sanguini concoloratius, idcirco macula euidēs & rubra ipsius extinguit nitorē. Quod si speculi planicies polita, pura & tersa sit maculam fortiter monstrat, mundum eñ syncerū & purum, quidquid exceperit, conspicuum facit: quēadmodum mundissime vestes citissime inquinantur. Et quod planum fuerit, maxime attingitur, atteritur, aspergitur, perfunditur, q̃ purum & mundum in profundum admittit. Hinc speculis nouis inductæ maculæ aboleri nequeunt, plana eñ sunt pura, & tersa, vetustis autē facile delētur q̃ nō ita alte infigantur, neq; permaneāt in profundum. Neq; mirandum est si dixerim sēsum, vt visum, nō mō pati a paruis etiam sensibilium differentijs, quemadmodum iam notum est, sed extra agere, nā visus est de numero fulgidorum, agunt autē vel manifeste extra fulgida, & non modo illa, sed in vnguentis cōsimile perspicitur, oleum eñ quod in ipsis conficiendis miscetur, facile iniectorrū capessit odores. Et vini mira natura est ad se alienos trahendi sapores, nō modo rerum in ipso forte corrigendo iniectarum, sed & earum
8 quæ ad dolia extrinsecus assituatæ iaceant. ¶Quarta. Qui affectu aliquo, perturbationeq; aguntur, facile circa sensibilia aberrant & decipiuntur. ¶Hoc ostēdūt meticulosi, qui leui similitudine hostes formidant, & qui quæ timent, videre videntur. Hoc amantes, qui leuiter videre suspicantur quod amant, & quo quis hoc affectu, perturbationeq; strictius tenetur, eo minore similitudine in errorē trahit & ita in ira, odio, & cęteris appetitus perturbationibus euenire contingit. Hinc fe
9 brientes interdū portentosa animalia in parietibus a modica linearū protractiōe videre se putāt. ¶Quinta. Pro qualitate perturbationis atq; morbi hic error maior minorve est. ¶Nam qui leuius premuntur, quę videntur videre. falsa esse iudicant, qui vero grauiuscule tentantur, morboq; accūbūt: visis assensionem adhibent, & grauius errant. Et hoc euenit quia nō vna tantum iudicandi vis nobis inest, sed insunt geminę, mens quidem primatū tenens, & sensus, vnde nascitur imaginatio, cui⁹ rei hoc indiciū est, q̃ sensui sol apparet pedaneus, sed ratio quæ intus est, aspectū corrigit, maiorem esse solem quā videatur, distans, sicut tactus vnū esse duo iudicat, visus autem (est enim visus dignior tactu) iudicat esse vnum. Si itaque vna tantum esset potentia quæ de omnibus iudicium proferret, nonposset sol non tantus putari, quantus videtur, & si esset solus tactus, vnum duo esset sine cōtradictione videretur, sed superiores, optimatioresq; exquisitiue iudicant, & coarguūt cæteros. Et causa iterum erroris & decipuli est, q̃ nō sensibilia solum cum moueātur, sed & quiescentia quoties ipsi in nobis sensus mouētur, moueri videntur, quēadmodum littus nauigantibus videtur moueri & recedere, dum visus ab alio impellitur, modo tamen mens sana sit, plane littus nō moueri iudicamus, errorēque sensus deprehēdimus, morbis tamē plerūque vsqueadeo valide afficimur, vt mēs atque ratio errorē sensus sequatur, q̃ in deliris & mēte capitis accidit.

SEcundi capitis scholia. V. Quemadmodum cum quis alterum pellit. Aristoteles duplici analogia ostendit quonam pacto sensusipsi mouent, & mouentur in suis functionibus agendis. Prima datur in motu secundum locum, pro qua fit manus primum mouens & pellens baculum, baculus lapidem, lapis aquam, quæ vlterius ab altero non moueatur. Ibi primum est mouens tantum, vltimum, quod mouetur solum, duo autem intermedia, & pellunt & pelluntur. Secūda in alteratione proprie dicta & sensibili, pro qua ponatur ignis calefaciens aerem, aer manu, manus lapidem, qui vlterius aliud non calefaciat. Ignis est mouēs & alterans solum, lapis, quod alteratur solum, intermedia vero aer & manus mouentur a prioribus & mouent posteriora. Sic primum sensibile, vt color parietis, mouet medium, suam in eo speciem producens, medium mouet sensum exteriorem, consimilem in eos coloris speciem efficiens, & sensus exterior mouet interiorem, in eo itidem causans speciem coloris. Interior autem vlterius aliud non mouet. Et vniuscuiusque horū trium, primum primo alterius respondet, & secundum secūdo, & ita deinceps, vt hæc ostendit descriptio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mouentia, & mota	In motu secũdũ locũ	In alteratiõe ꝓprie dicta	In sensus operatiõe
Primum mouens	Manus	Ignis	Primum sensibile
Quod mouet & mouet̃	Baculus	Aer	Medium
Quod mouet & mouet̃	Lapis	Manus	Sensus exterior
Quod mouet̃ solum	Aqua	Lapis	Sensus interior

VI. Sed & aliquandiu in exterioribus sensuum opificijs. Cum absentibus sensibilibus manent aliquantisper species in organis sensuum exteriorum, quandiu manent, sit sensus exterioris operatio circa absentia quidem, sed quæ paulo ante præsentia fuerunt obiecta, itidem & circa præterita quæ quidem modo fuere adiacentia, quod inconueniens non est. Cum enim soni formati species ad longam differtur distantiam & auditum alicuius procul a corpore sonante distantis ferit, cum illa species mouet auditum fit auditio, & tamen sonus ille pręcipuus, cuius illa est species, tũ amplius non est. vt qui sit naturæ euanide, & vbi primum formatus, disperit. Quod enim parum distat, perinde ac non distaret, habetur. Incommodum tamen esset, sensu exteriori multum absentia diuque præterita sentiri, quod tamen potest sensus interior. VII. Verum etiam aliquid extra agit Et hoc loco simi non potest argumentum, visionem fieri extra mittendo, nam id quod extra agit sensus visio non est, aut quippiam ad visionem conferens, sed est humorum solum ex oculis emissio, alterationem medio, ipsive corpori denso inducens, quæ non minus in tenebris vbi non fit visio contingit, quam in lumine. Batiliscus enim etiam in tenebris enęcat hominem humore pestifero oculorum per aerem diffuso, & mulier sanguinis profluuia patiens, in tenebris quoque non minus quam in lumine inficit speculum. VIII. Hoc ostendunt meticulosi, qui leui similitudine hostes formidant. Causa huius est, quia qui vehementi aguntur animi affectione, speciem obiecti circa quod eorum versatur affectio, tenacius habent organo interiori impressam, & assidue ad eam conuertuntur. Ita que ex continua huiusmodi conuersione animę ad illam imaginem sæpius videntur meticulosi ꝙ timent videre, & amantes quod amant, & odientes quod odio prosequuntur, & decipiuntur sensus exteriores. Hinc apte Virgilius de Alphesiboeo amante.

Nescio quid certe est, & Hylax in lumine latrat.
Credimus? an qui amant ipsi sibi somnia fingunt? — Et idem de Didone amante.
Herent infixi pectore vultus, Verbaque. — Et rursum.
Illum absens absentem auditque videtque.

Eadem quoque de causa fere semper vsu venit, quod quæ in vigilia auidiuscule oprauimus, in somno cum insomnia occurrunt, assecuti videmur, quod anima ex vehementi attentione ad eam rem in vigilia facta, etiam in somno ad illius imaginem conuertitur, remque tanquam pręsentem exhibet. Hinc vera esse deprehenditur illa Claudiani sententia.

Omnia quæ sensu voluuntur uota diurno,
Tempore nocturno reddit amica quies.

Et Mantuanus de intemperantium (quorum animus dum vigilant semper est in patinis) insomnijs graphice accommodateque refert.

Pingues sunt somnia mensæ,
Atque coronati fuso crateres Iaccho.

IX. Et causa iterum erroris atque decipuli est. Sensibilia cum mouentur, iudicat quidem sensus ea moueri, & sine errore, cum autem sensibilia quiescunt, & sensus ipsi in nobis mouentur, tum ipsa moueri iudicat sensus, sed errore tactus, hac præsertim de causa, quod in organo sensus moto variæ succedunt sensibilium species, & quæ modo præsentia erãt oculis, nunc sublata sunt, & subinde assunt illa in prospectu, quæ prius non fuerant. At organum sensus non videtur neque percipitur moueri, etsi reuera moueatur. Itaque sensibilia ipsa etsi quiescant, ob succedentes tamẽ eorum sub inde species moueri iudicantur. Hinc Virgilius recte de nauigantibus dixit exprimẽs, quod eis apparet. Terræque, vrbesque recedunt. Cum autem sensus mouentur, & consimiliter ipsa sensibilia, non iudicantur sensibilia moueri, quod etsi in sensu sit species simulacrumque motus, ob tamen consimilem & ob eundem terminum motum idipsum non apparet. Et hanc ob causam sedentes in naui non iudicant eam moueri, sed quiescere (vbi solum exterioris sensus sequuntur iudicium) illã putant, quod si in contrarium niterentur sensibilia, mouerenturque in oppositam partem ad organum, haud magno impendio facileque moueri perciperentur.

¶ Tertij capitis annotat.

¶ Ranulæ, paruę ranę.

Ertium caput continet quatuor conclusiones, diffinitonem somnij vnam quæstionem, & eius solutionem post quartam. ¶ Prima conclusio. Non modo præcipua sentiendis vis simulacris in vigilia fertur: sed & impensius & quodam pacto acrius feritur i somno. ¶ Nã in luce & vigilia multa obsistũt: vt valentiores exteriorum sesuum operæ, & mens variis obruta cogitationibus. Paruus enim ignis luce maioris offunditur, lętitiasque & ægritudines modicas maiores offuscant. Nocte autem ipsis quiete solutis, hæc cessant obstacula: & particulares sensus impotentia sentiendi ligati, a suis desistunt officijs: & calore ad intima reuocato, & ad sentiendi principium, & turbatione paulisper sedata, se incolumia etiam parua simulacra primati sensuum liquido promunt atque demonstrant. ¶ Secunda. Interdum in sõno lympida fiunt somnia: interdum turbulenta & distorta: interdum vero nulla. ¶ Nam primum edita in lucem, vt infantes, & statim assumpto cibo non somniant animalia, quod multa tum agitatio motioque fiat propter alimentarium vaporem. Et quemadmodum aqua velociter mota nullam reddit effigiem, aut si reddit, distortam vsqueadeo, vt alia videatur esse quam sit: si vero quiescat, incolumis imago atque pura redditur: ita in somno visa & motiones aliquando omnino nõvisuntur: quod multo fluxu alimoniæ obruũtur, aliquando vero distortę & mõstrosæ cernuntur: quod motus nondum plene & syncere quieuerit, aliquando terribilia somnia, & quę metu excruciant, assurgunt: vt melancholicis, temulentis, & febricitantibus: ꝙ huius generis morbi spiritosi & vaporulenti sint, multum quidem facientes motum & perturbationem. Simulatque vero fluxus sistitur, & sanguis discretus est, aut quod sanguinis vicarium est: simulacra syncera & pura se sensui proferunt, & fiũt distincta digestaque somnia. Et sicut in fluuijs paruæ fiunt vertigines, & ab vna in alteram longo tractu decurritur, si quod autem offensaculum obuium sit, in alias scinditur, dissultat, dissoluiturq; ꝑ figuras: ita ex vna imaginis motione currit in alteram, & ex illa in aliam, donec ad vltimam illiꝰ seriei veniamus imaginem, quod si offensaculum intercedit, in alias labitur imagines, atque ex vna visione vagamur in aliam: contingitq; hoc pacto multa varia
12 que in somno visa decurrere. ¶ Tertia. Si non esset in nobis particula ea qua sõniamus, superior: semper insomnio falleremur. ¶ Nam que a visu dilata sunt, iudicat videre: & quæ ab auditu, audire, & ita de alijs sensibus, quod ab ipsis ipsi propagantur motus. Proinde portio eius quę tactoriæ seruit, rem vnam iudicat esse duas: & portio visuali respondens, vt vigilans obsistit, obtestans rem esse vnam quę duę videatur. Ita nisi superior virtus vt vera arbitra contrairet, obtestans continentur nos non videre, nec audire: iudicium interioris sensus sequentes semper falleremur, qualecunque enim sensus apportat, tale a primo sensu iudicatur, ha-
13 beturque. ¶ Quarta. Sicut vigilantes ob perturbationes falli contingit, ita & nos sæpiuscule insomnio fallimur. ¶ Quia in somno calore multo reciprocato ad cor factoque sanguine, fiunt sensualium simulacrorum circa sensum motus: quorũ quidem hęc actu sunt, quæ actu se proferunt, hæc vero potentia, quę mersa nondum sensum cient ac efficiunt, serie sua tandem sensum motura: quemadmodum ranulæ fictæ sub aqua delitẽtes, liquato sale se foras proferunt, emerguntque, hęc post illã ita & ea cient sensum, quæ potentia insunt: & amoto quod obstaculo erat sensum mouent: & a modica similitudine somniantes, hoc pro illo iudicamꝰ. Nil mirum igitur si vt vigilantes ob perturbationes fallimur, ita quoque somniantes insomnijs illudamur. Et somnia persimilia sunt nubeculæ, quam nunc ante oculos in hominem transformari fingis, quæ illico appareat Centaurus, seq; in omni modas consequentur transformat figuras. Et sanguine puriore facto. & residentibus, motibus, insomnijs non assentimus: sed inspecto simulacro, arbitra mẽte iudicamus. Hoc est quale Coriscus, sed non est Coriscus. Si vero mens obruta fuerit, solum vt sentientes iudicamus, verumque esse quod cernitur, videri facit sõni potentia. Et sicut cum quis oculo digitum admouet, res geminę apparent: & si non pręsenserit, duas esse putabit: si autem & res & digitus oculo moto admotus non lateat, duo apparent, sed non tamen duo esse putabit: itidem mente non aduertente, sensus insomnis trahitur, & somnia esse latent: mente tamen aduertẽte, & se dormire cognoscente, videntur quidem esse quę in somnia monstrant, non assentit tamen, vt apparet præsens esse Coriscus, iudicat tamen non esse Coriscum. Et certe deprehendere insomnia motus esse, in sensitiuis nõ est difficile, nã

Universidad de Deusto Biblioteca

ſæpe nobis excuſſo ſomno expergefactis, motiones quæ nos quiete ſolutos laceſſebant, ſequuntur vigilantes, videmurq; ſimilia ante oculos ſtueri ſimulacra. Et pueris ex ſomno plane vigilantibus aſpectantibuſq;, videntur in tenebris variæ imagines paſſim vagari, ita vt ſæpius illi exterriti auxiliū acclament, & expaueſcentes in ſtrato ſeſe occultent. ¶ Ex his facile eſt quid ſit ſomnium ratiocinatio
ne concludere, talemq; ei aptare diffinitionem. Somniū eſt phantaſma aliquod 14
in ſomno apparens, imo a motu exiſtentium ſeruatorumque ſimulacrorū, in ſomno facta apparitio. In ſomno quidem dico, nam q̄ pauloāte diſcuſſis a ſomno apparere dicebamus, & terriculamenta illa vigilantium puerorum, ſomnia nō ſunt, neque quidem omne in ſomno phantaſma apparens, vt ſemiuigilibus, ſemique ſopitis, ſoni, vt gallicantus, canum latratꝰ tenuiter auditi, quę quidē ſomniare putantes, inueniūt ita eſſe, & debiliter perſpectum lucernarū lumē, qđ oculis apertis ita eſſe vident, cum dubij eſſe an ſomnio ludificarentur, & contingit interrogatos reſpondere. Et hæ profecto apparitiones, ſomnia non ſunt: neque hi plane dormiunt aut vigilant. Sed plene dormientium inſomnium eſt ad inexiſtētibus phantaſmatibus, domeſticiſque, & q̄ illic expræterito immanſerunt, ita in ſemiſopitis ab ipſis inſomniū naſceretur, ſi quicquam ſomniare dicantur. Phātaſma quidem diximus, nam non quicquid in ſomno apparet, inſomniū eſſe poteſt, apparent enim in ſomno ueræ intelligentiæ, & abſque aliquo phantaſmatis motu. Queſtio. Cur ſint qui nunquam quicquam ſomnient in vita: & ſint qui ad multā ætatem nunquam ſomnient? ¶ Eadem de cauſa id facit, quæ & infantes facit vt 15
non ſomnient, & cæteri ſtatim ſumpto cibo. Nam qui natura tales ſunt, vt multos alimentorum fluxus & refluxus toto ſomno & tota vita ſuſtineant, non ſomniant, neque ipſis phantaſma vllum apparet. Qui vero ad aliquā ætatem id ſuſtinent, id ætatis non ſomniant. Et ſi illo ętatis peracto quietiores fiant, & motibus in ſomno ſimulacriſque ꝓdendis nulla obſiſtant, hinc inde ſomniant, & quibus his contrarium accidit, & inſomniis agi, oppoſito ſe habent modo.

Ertiī capitis ſcho. X. Nā in luce & vigilia multa obſiſtunt. Non obſiſtunt ſenſuum exteriorū operationes, aut mentis cogitationes, interioribus ſenſationibus quoquo pacto faciendis, nam in vigilia fiunt etiā interioris ſenſus operationes, vt & in ſomno, ſed obſiſtunt illis, ne tam integre & cōplete atq; perceptibiliter fiant in vigilia, ſicut in ſomno. Integrius em̄ & clarius ſenſum abditū mouent ſimulacra in ſomno, cum exteriora ceſſant obſtacula, q̄ in vigilia, cū diſtracta vis animæ alio conuertitur, perinde ac quiſpiā intenta hñt lumina ad ea pſpicienda quæ ſunt extra domum minus exacte poteſt ea perſpicere quæ ſunt in domo, ſimulatq; vero ſe in domū reuocauerit, quę intus continentur, attente videt. Et calore ad intima reuocato, & ad ſentiendi principiū. Ad cor, quod principium eſt efficiens & ſenſationum exteriorum, & interiorum a ſenſu cōmuni prodeuntiū, quem quidē ſenſum cōmunem in hac concluſione p̄cipuam ſentiendi vim appellat, ob eius primatū & excellentiā vitra ſenſus alios. XI. Vt melancholicis, temulētis, & febrientibus. Melancholici ſimilia ñ quorū contēperamentū principalius habent, ſomno conſpiciūt, q̄ plerunq; metum & terrorē incutiūt dormientibus, vt mortuos, exequias vita defunctorum, laruas terribiles, & dæmonas atros, ſicut cholerici de igne & incendiis ſomniant, ſanguinei de aereis, venatione, volatu, amœnis placidiſq; locis. Demū phlegmatici de aqueis, natatione, nauigatione, caſu in aquam, & cætera id genus occurrentia hī in ſomno. Febrientes autē interdum ſomnia habent, terrorē incutientia, aut vt viſorū in vigilia apparitionē, quia ſimulacra videt per humorē a calore febrili ſecretū, & obducentē ſenſus interioris organū. Facit em̄ humor ille alienā rei apparentiā, vt argentum viuum ſpeculi vitro ſuppoſitū, aut fumus inter rem viſam & oculū videntem interpoſitus. Sic & temulenti ob multitudinē fumorum a larga humoris copia expirantiū, diuerſis agitātur inſomniis & admodum turbulentis. XII. Quorū hæc quidē actu ſunt, quæ actu ſe proferunt. Simulacra non dicuntur actu eſſe, quia impræſentiarum exiſtunt, & eſſe potentia, quia nondum ſunt, eſſe tamē nata ſunt, ſed actu eſſe dicuntur, quia actu præſentique tēpore ſenſum mouēt, efficiciuntq; interiorē ſenſationem, & eſſe potentia, quia etſi inexiſtant organo, nondum tamen ſenſum mouent, ſed deliteſcunt more eorum quæ demerſa ſunt, poſtea tamen ſenſum mouebunt. Et non eſt phātaſma ſeruatum in ſenſu interiori, ſomniū (eſt enim ſomniū nomen operationis, qua etiam non exiſtente eſt phātaſma) ſed inſtrumentū accidentarium quo mediante fit ſomnus, quēadmodū habitus mentis non ipſa eſt cōſideratio, ſed id a quo vt inſtrumentaria cauſa cōſideratio proficiſcitur. Proinde me

lius diffinitur ſomniū eſſe apparitio facta in ſomno a motu exiſtentiū phantaſmatum; quam phantaſma in ſomno apparens. Nil mirum igitur ſi vt vigilantes ob perturbationes fallimur. Molitur hic Ariſtoteles rationem a minori, ex eo quod ſi vigilantes circa exteriorum ſenſuum operationes decipiuntur, quod minus videtur (nam id non niſi raro, & ob organi indiſpoſitionem contingit) multo magis dormientes in ſomniis eludi contingere, cum ſenſus interior propriam ſibique naturalem facit operationem. Cum autem vigilantes ob paſſionem aut morbum decipiuntur, verbi cauſa, ſi febre laborans ex protractione lineæ nigræ in pariete putabit ſe videre æthiopē, tunc ſpecies æthiopis neque eſt in viſu, neque medio, ſicut neque ipſius pictura eſt in pariete, ſed linea illa in pariete porrecta, ſuam cauſat ſpeciem in medio, & in oculo ægroti. Illa tamen ſpecies non facit viſionem illius lineæ ob indiſpoſitionem organi, neque iudicabit huiuſmodi ægrotus ſe lineam videre nigram. At ea linea per accidens & ob ſimilitudinem, concurrente ſimul indiſpoſitione organi facit apparitionem ſpeciei ęthiopis, quę tamen nuſquam eſt. Quæ illico appareat Centaurus. Centauri Theſſaliæ populi ſunt, partim quidem homines, & partim equi vt fabulantur Poetæ, fabulæque occaſionem cepere ex eo, quod primi illi docuerint & tentauerint edomare equos, illoſque equitatui idoneos & aptos efficere, frenoque aſſuefacere. Inſidentes autem equis viſi ſunt vnum continuum cum equis conſtituere, biformeque quippiam efficere, cuius priora ſuperioraque eſſent viri, & poſteriora equi. Hinc bimembres & ſemiferi ſæpius nominantur. Videntur in tenebris variæ imagines paſſim vagari. Eandem ferme ob cauſam nonnulli in tenebris ambulare non audent, quia cū tenebræ ſuapte natura horrorem incutiant & timorem, quemadmodum lux iucunditatem & gratiam, cum primum denſis verſantur in tenebris, incidunt animis eorum cogitationes de mortuis, maliſve poteſtatibus, timentque tale quicquam offendere, & modica occaſione quod timent adeſſe putant. XIIII. Somnium eſt phantaſma aliquod in ſomno apparens. Cum phantaſma ſit rei ſenſibilis ſimulacrum in ſenſus interioris organo ſeruatum, conſtat de ſolis rebus ſenſibilibus poſſe fieri ſomnia, non autem de deo & intelligentiis, ſed ſiqua de illis inter dormiendum haberetur apparitio, illa vel illuſtratio vel reuelatio dicenda eſt, ſitque in ſubiecto incorporeo. Nil tamen prohibet de picturis aut ſculpturis figuralibus deum aut cæleſtes ſpiritus, vt ſit referentibus, ſomnium fieri. Nam illud non de abſtractis a ſenſu quatenus talia ſunt fit, ſed de ſenſibilibus figuris. Præterea perſpicuum eſt inſomnium dūtaxat eſſe eorum quæ ſenſu exteriori prius percepta ſunt, aut ſimul atque coniunctim, aut ſeorſum & diuiſim, vt prius viſum eſt aureum, viſus eſt & mons horum autem vtriuſque ſpecies coniunctæ ſunt & confuſæ in ſenſu interiori, & hanc ob cauſam cōiuncta in ſomnio conſpiciuntur & apparent, quæ in ſenſu exteriori nūquam ante hoc modo ſunt percepta

¶ Paraphraſeos in librum Ariſtotelis de inſomniis
& in eundem ſcholiorum, finis.

Libri De Diuinatione per-
ſonum, annotatiunculæ.

¶ Boryſthenes, fluuius Scytharum magnus, quartus ab Iſtro. ¶ Gades, inſula in extremo noſtri orbis, ad occidentem in fine Beticæ prouinciæ ſita. ¶ Deliquium, eclipſis, defectus.

Iber de diuinatione perſonum, habet vnicum caput, quod continet octo concluſiones, vnam diuiſionem ad primā, vnum corollarium ad ſecundam, & duo ad quintā. ¶ Prima concluſio. Diuinationem eſſe, quę nobis dormientibus a ſomniis contingere ſoleat, neque pertinaciter obſiſtendum, neque temere aſſentiendum eſſe putamus. Nā omnium fere conſenſu firmatum eſt ſomnia aliquam ſignificationem habere: tanquam fides ab experientia ducta ſit, videntur & quidam diuinare, ipſiſque in ſomno q̄dam futurorū prænūcia occurrere, cur & alia igitur ſomnia ſignificatione arbitrabuntur eſſe vacua? Sed ex oppoſito occurrit, nullā cauſam, nullāque rationem ſufficientē videri, quę ſapientē ad id credendū inducat. Tolle em̄ rationem vnam, qua vel maxime id volunt firmatum videri, deum ſcilicet ſomnia futurorum prenuncia immittere: cæteræ inefficaces & infirmæ videbuntur. Atqui abſurda res eſt deum immittere ſomnia non optimis & ſapientiſſimis, ſed ex legibus peſſimis, & omnium fere abiectiſſimis. Aliæ certæ ratio

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes imbecilles ſunt. Nam quod dicunt in Boryſthene & Gadibus quoſdam eſſe
qui hoc pacto futura vaticinentur, id adhuc manet veritatis incompertæ, maiuſ-
que id eſt quam ingenij noſtri vires ſuppetant. Sed vlterius ampliuſque proceda
mus. ¶ Diuiſio. Aut ſomnia cauſæ ſũt eorum quæ præuidentur, vt luna deliquij
ſolis cauſa eſt, aut ſigna, quemadmodum luna ſolare corpus ſubintrans, deliquij
ſignum eſt, aut ſunt accidentia, quemadmodum accidit me inambulare ſolis de 2
liquium eſſe. Ambulatio ſiquidem mea, neque cauſa, neque ſignum deliquij eſt,
& ob id, nullum accidentium aut ſemper aut plurimũ fit. ¶ Secunda concluſio.
Quædam ſomniorum pro cauſa, quędam pro ſigno, quædam vero pro accidente 3
habentur. ¶ Cauſæ quidem ſunt interdum noſtrarum operationum, potius quã
alienarum. Nam ſicut quæ dudum egimus, per ſomnia ad eundem modum per-
ſæpe contuemur videmurque agere (diurna enim cogitata. ad talem motum viã
quandam prępparant) ita eorum quæ facturi ſumus, plerunque nocturnis motioni
bus mens ſimulacris imbuitur. Somno autem mox ſoluti, ad tales nos actiones ac
commodamus, quarum ſimulacris mens in ſomno percita fuerit. Suntque nobis
viſa hęc, illarum actionum cauſę. Porro ſigna nonnulla ſunt, nam fide medici, &
qui paulo peritiores habentur, ægrotantium ſomnia diligenter exquirunt: ſunt-
que artificibus ipſis ita exquirentibus & recte philoſophantibus, paſſionum ani-
mę aut corporis indicia. Nam interiores motus, niſi admodum fortes exiſtant, in
die & vigilia delitescunt, offundunt enim maiores motus, motuum debiliores. In
ſomno autem & tacitę noctis ſilentio oppoſitum euenit, tunc enim paruę viden-
tur: multaque in ſomnis experta, huius rei argumenta præſtant. Nam paruus in
aure ſuſurrus, debiliſque ſtrepitus auribus acceptus, plerumque tonitrus eſſe vide
tur, & modica ſtillante pituita, mel ſuauemque alterum delibare videmur ſapo
rem, & circa corpus modico calore facto, videmur per ignem ambulare, acriter-
que flammæ perſentire calorem, expergefacti autem talium motionum ea quę di
cta ſunt cauſas eſſe deprehendimus. Itaque ægritudinum & aliarum paſſionum
motiones ſe magis produnt in ſomno, quare operępretium eſt eas exploratas ha-
bere, vt ſint ſigna. Demum plurima ſunt accidentia, & temere fiunt: vt quoties ar
dua & ſupra omnem hominis fidem ſomniamus, & cum ea quorum origo i nobis
haudquaquam eſt: vt in perſide eſſe nauale bellum, nam & ſi ita fiat, inſomnium
tamẽ neque cauſa, neque ſignum eſt: haud ſecus quam ſi quem habeam prę oculis
mihi prę ſẽtem, & cogitem ipſum protinus habiturum, quicquamve facturum: q
ſi habeat, idque vt cogitaui faciat cogitatio hęc mea neque abitionis illius neque
ita factę operationis ſignum aut cauſa fuit ita quoque neque hęc inſomnia. Sed
enim quid prohibet quin quemadmodum cogitamus plerunque veriſimilia, &
quę ita eueniant interdum veriſimilia: & quę ita futura ſint, in ſomno proſpiciam 4
ſed hæc caſu (quod ſymptoma dicunt) eueniunt. ¶ Corollarium. Hinc euenit vt
ſomniorum quamplurima mendacia ſint. ¶ Nam quę caſu fiunt neque ſemper,
neque frequenter fiunt ſunt itaque ſomniorũ hęc cauſę, hęc ſigna, hęc vero acci- 5
dentia. ¶ Tertia. Somnia non fiunt, quod cęlitus aliquo inſpirante deo miſſa ſint
¶ Nam & bruta ſomniant, & indocti & gregarij homines, & vaticinari videntur
futura: vt vel ſic intelligamus illos deo authore non ſomniare. Item vt vnuſquiſ-
que natura blatero loquaxque eſt, & melancholicus: ita multiplicibus inſomniis
viſionibuſque vtitur, quare mirandum non eſt animus tam variis ſpectris perpul
ſus, aliquãdo incidat in edicẽda veritate aliquorũ q̃ futura ſint: quẽadmodũ qui
tota die iaculãtur, aliquando ſignum attingunt, præmiũque ſumũt. Nã vt vetere
dicitur prouerbio, ſi multa iacias, alia diſpariliter iacis. Si autem conſequitur ꝙ
petit, hoc accidit, ita & in ſomnis euenit. ¶ Quarta. Non eſt mirũ pauca euadere 6
facta, eorum quæ in ſomno conſpiciuntur. ¶ Nam cũ ea fiant ſomnia, quę corpo
rearũ affectionũ ſigna ſint, non tamen ſemper fiunt: vt qui ſe ambulare per cœnũ

aut qui ſe ſuper prunas ire ſomniat: non ſemper a putrido humore aut a febri cor
ripietur. Neque quocunque imbrium aut ventorum e cęlo conſpecto ſigno, vt
coronis circa lunam, quę imbres & flatus prę ſagiunt, ſemp inſecuti conſpiciũtur
vel ibres aut venti. Sed ſi alius valentior acciderit motus, qui quidẽ nihil horum
indicat, neque morbus ſignum morbi ſequetur, neque ſignum imbris & ſpiritus
vllus ſequetur aut imber aut ſpiritus. Et plerumque conſilia quę bona ratione ini
ta fieri expediret, irrita cadunt dignioribus ſuperuenientibus, non enim omne
fit, quod fieri debet: neque idem eſt quicquam fieri debere, & futurum eſſe. Et pri
cipia pleraque eſſe contingit, a quibus ſua nunquam ſpectabuntur euenta: & ſi-
7 gna itidem, quę nulla mõſtatorum probabit ſequela. ¶ Quinta. Somnia quorum
principia non habemus, ſed ea temporibus, locis & magnitudine a nobis ſeiuncta
ſunt, aut etiam nobis vicinitate, ſocietateque coniuncta, dummodo principia illa
in nobis non contineamus: ſi quando nobis alicuius euentus prenuncia ſint hoc
autem fortuito, & nulla ratione naturę committitur, aut aliter quam Democritus
aſſerit. Nam Democritus dormientium animos pulſari cenſet externis & aduen
titijs imaginibus, & has ſub noctis ſilentio in ſomnis accedere ad homines, & nũ
tiare quæ prę ſentiunt futura, nos vero etſi talia ſimulacra (quę volitare vltro ci-
troque, & vagari per auras poſſint vt tenues inaneſque vmbræ) eſſe negemus: con
cedimus tamen nos in ſomnis imaginibus ſimulacriſque percelli: principijs in vi
gilia, ſenſuum foribus aditibusque, hauſtis. Nec mirum ſi nos in ſomno pellant.
Sicut em ſi quis aerẽ aut aquam pellat, ps pulſa ſubinde pellit alterã, & illa aliã,
fitq; hoc diutius primo authore ceſſante, abiũctoque: ita nihil obſtat motus quoſ
dam nos quieſcentes pellere, rebus ipſis tum non mouentibus, neque deforis (vt
dicebat Democritus) accedentibus ſimulacris. Et hę motiones potius noctu ſen-
tiuntur, quod ingruentibus in vigilia valentioribus motibus laceſſuntur & diſ-
pereunt. Sub nocte enim aer pacatior ſilentiorque habetur. Proinde in ſono etiã
parua ſenſum laceſſunt: & paruos interiores motus, dormientem amplius quam
vigilantem ſentire contingit, qui quidem motus, apparitiones faciunt, ex quibus
plerumque futura coniectant. ¶ Primũ corollarium. Hinc fit vt hęc paſſio non
8 modo ſapiẽtiſſimis, ſed quibus libet eueniat etiam inertibus atque indoctiſſimis,
qui & ſępius futura diuinant. ¶ Si enim deus immitteret viſa hęc, id ſapientib?
concederet. & non modo in quiete & ſomno, ſed interdiu, & in vigilia. Sed quod
inertes, indocti & fatui potius prudentibus futura præuideant, hoc eſt quod eorũ
mens deſerta, cogitationibuſque vacua ſit: prudentium autem & philoſophantiũ
plenus illis eſt animus quarum agitatione nunquam ſolitarius & otioſus eſſe ſini
tur, hinc deſertę illę mentes viſis ipſis agitantur, agitataſque interdum futura cõ
9 iectare contingit. ¶ Secundũ. Hæc fere cauſa eſt cur quidam mẽtis exceſſu ten
tati, futura prædicant. Nam cum eorum mens motibus proprijs non infeſtetur,
ſed longe abijciantur: idcirco alienos exteroſque maxime excipiunt. ¶ Sexta.
10 De amicis & notis maxime recta ſomniare euenit. ¶ Hoc enim ideo eſt, quod
amicorum & notorum præcipue maximeque ſimus ſoliciti. Et ſicut noti a longe
ſeſe etiam intuentes cognoſcunt, ita & eorum motus magis cognoſcuntur, notio-
rum enim notiores ſunt & motus. ¶ Septima. Melancholici ad diuinandum &
11 coniectandum futura propenſioris ſunt naturę. Nam melancholici venatoribus
perſimiles ſunt: qui fera a longe viſa, & telo nondum vibrato, iamiam ſuam eſſe
putant, & eam iam habere, prius quam manibus tollant. Ita melancholici perni
citate animi præcipites anticipant, futuraque ita coniectant, iamvt fieri factave
videre videantur, imaginationes enim in ipſis volucres ſunt, & vno motu & leui
quidem exciti, eos qui proxime ſunt facile percurrunt. Suntque furioſorum &
phanaticorum motus vt poemata Philegidæ, quę continuata ſerie prodeunt, ac
ſi quis venerem a principio diceret, & ad exitũ vſq; premeret. Sic em permobi
les ſunt, & eos illi ꝓperantes abſoluũt, & diſtantia ijs q̃ ꝓpe ſunt copulãt. Hic fit

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt q̃ futura ſunt,cõiectent,& p̃inde præuideant, atq; ſi iam eſſent præſentia fortes enim ſunt corũ motus,vt ab alio ſupprimi repellique non poſſint. ¶ Octaua. Optimus ſomniorum coniectatoris eſt,qui acutius rerũ imagines perſpicere atque diſcernere valet. Nam apertorũ & clarorum ſomniorum quicunque coniector eſſe poteſt: truncorũ,aũt & diſtortorum,non ſic. Sicut em̃ torrens motus male rerũ formas exprimit:ita motus qui in nobis fiunt, lympida,integra & pura videri præpediunt ſomnia. Qui itaq; ſomniorum imagines truncas, diſtortas,incõditas,celeriter diſtinguere ſciat,&veris exẽplaribus reſtituere,vt quod ſint hominis,ſint equi, ſint hic,ſint illic,& cętera conſimilia perpẽdere(id enim nõ poſſunt omnes)hic optimus prõptiſſimuſq; ſomniorũ cõiectator erit. Sed quid ſit ſomnus,q̃d inſomniũ,cur accidãt,& de diuinatiõe in ſõno facta, dictũ ſit hactenus.

Libri de diuinatione per ſõnu m ſcho. I. ¶ Cur & alia igitur ſomnia ſignificatione arbitrabuntur eſſe vacua? Hæc ratio diluitur,admittendo quidem aliqua ſomnia futurorum eſſe prẽnuncia,eadem tamen ratione non oportet omnia futurum quiddam prę ſagire. Nam ſola ſomnia quæ aut cauſa per ſe ſunt rei futuræ,aut ſignum,prænuncians quicq̃ futurum,non omnia autem ſomnia aut ſigna ſunt rei vẽturæ,aut proeiuſdem cauſa habentur,ſed complura ſunt vt accidentia eorum quæ ventura ſunt,quæ ſcilicet non ordinantur in eiuſmodi euenta, neque vt eueniant quicquam conferunt. Et per huiuſmodi de tertij generis ſomnia coniectamus interdum futura,vt cum in ſomno occurrit quiſquam nobis præſens, cuius aduentus a nobis iam diutius expectatus eſt, ex huiuſmodi apparitione facta diuinamus coniectamuſque illũ propediem affuturum , quod ſi vt coniectauimus euenit , illa apparitio facta in ſomno nihil contulit ad illum euentum,quemadmodum ſi quis in manu alterius cauſa coniectauerit pares eſſe denarios aut impares,illa coniectatio facta vt res ſe habet,nihil facit ad paritatem vel imparitatem denariorum in manu ſed ei ſolum eſt accidentaria. III. Ita eorum quæ facturi ſumus, plerunque nocturnis motionibus . Siquis iampridem propoſuerit ſe quicquam facturum , cuius quidem ſpecies in ſenſus interioris ſede ſeruata manet , eius tamen cum vult in vigilia memorari nequit ob ſenſum exteriorum diuerſos motus,& varias mentis cogitationes , inter dormiendum autem occurrat illius rei faciendæ ſpecies , fiatque de ea inſomnium & cum is experrectus fuerit, memor præteriti ſomnij accingat ſe ad id faciendum,quod mente exciderat, tunc inſomnium illius rei faciendę cauſa eſt per ſe & motiua. IIII. Somniorum quamplurima mendacia ſint,quamplurima inquit,non omnia,nam interdum contingit rem euenire vt ex inſomnio euenturam homines coniectarunt. Prodit enim Valerius. Calphurniam Iulij Cæſaris vxorẽ nocte precedente Idus Martias,quibus cædes eius in ſenatu perpetrata eſt , ſomniaſſe quod mariti corpus vulneribus confoſſum & ſanguinolentum ſinu complecteretur,ex quo coniectauit futuram eius cędem,rogauitque eum vt vel illo die domi ſe contineret,& a curia abſtineret. Cui acquieſcere nolens Cæſar, paricidarum manibus trucidatus eſt,ſomniumque compleuit. Narrat item & de Simonide quod in ſomno admonitus fuerit ab eo cuius corpus in littore repertum pridie ſepelierat,nec ſequenti die mari ſe committeret,futurum enim impendere vitæ eius,ſi id faceret,diſcrimen. Cui cum acquieuiſſet,naufragium euaſit,quo ſocij ſui in eius conſpectu perierunt. Et nonnulla alia in eandem rem affert eodem loco exempla,quibus facile comprobatur ſomnia interdum veracia eſſe. Verum ea quæ accidentaria ſunt,vt plurimum a rei euentu diſcrepant. VII. Nam Democritus dormientium &c. Quia ſomniantes videntur ſentire res extra ſe exiſtentes ab extrinſeco aduentantes . Democritus attendens id quod apparet,vulgi iudicium ſecutus,poſuit ſomnia fieri, per aduẽtitias imagines quæ ad dormientes accedant. Quod & pulchre annotauit Ouidius in ſua Metamorphoſi,vbi deſcribit Iunonis imperio Irim eius nunciam acceſſiſſe domum ſomnij rogaſſeque eũ vt ſomnia mittat ad Alcyonem vxorem Ceycis regis , quæ nuncient ipſi virum ſuum(cuius redditum ardenter expectabat)naufragio interiiſſe. Iunq ad Irim.

Iri meæ dixit, fidiſſima nuncia uocis,
Viſe ſoporiferam ſomni uelociter aulam,
Et inſtique iube Ceycis imagine mittat
Somnia ad Alcyonen, ueros narranti caſus.
Somnia quæ uerus æquent imitamine formas, Iris ad ſomnum.
Herculeam Trachyna iube ſub imagine regis
Alcyonen adeant, ſimulacraque naufraga fingant.

Imperat hoc Iuno. Somnũ deinde ex multis ſomniorum ſpeciebus delegiſſe Morphea , qui ſolus homines referre imitarique deſcribitur,ad exequenda Iunonis iuſſa . Is autem Ceycis formam induitus, & naufragi prę ſe ferens ſpeciem,thalamum Alcyones adij̃t,nunciauitq; Ceycem eius maritum tempeſtate maris oborta naufragiũ feciſſe. VIII. Prudentiũ aũt & philoſophantium plenus eſt animus. Studioſiorũ animũ plenum vocat Ariſtoteles,q; diſciplinas & pulchrarũ cognitionũ habitus animo reconditos teneãt,circa quorum cogitatus obſeruantur ſemper,& nõ niſi digna & ſeria me

dicantur. Hinc Plutarchus de Scipione Africano . Fuit autẽ vir non ſolũ oĩ bellica laude dignus, ſed etiam domeſticis virtutibus præſtans,quę ſic animum ingeniumque eius alebat,vt dicere ſolitus ſit,nunq̃ ſe minus otioſum eſſe,q̃ cum otioſus,nec minus ſolum quã cũ ſolus eſſet. Interdũ em̃ multitudinem conſulto fugiens,tanquã in portum ſe in ſolitudinem recipiat. Hinc Ariſtoteles ſiu dioſorũ ſomnia meliora dignioraq; eſſe cõteſtatur,q; ea fere ſemp occurrũt in ſomno,quę attentius vigilãtes cogitãt. XI . Suntq; furioſorũ & phanaticorũ motus,vt poemata Philegidę. Philegides poeta fuit Græcus,qui fabulã de venere ab exordio inceptã cõtinuata ſerie(vt hic affert Ariſtoteles ad finem vſque perduxit. Huic generi poematis aſſimilantur motiones phanaticorum, menteque captorum,quę ſuum auſpicatæ principium,ſine intermiſſione ad exitum vſque procedunt.

¶ Paraphraſeos in librum Ariſtotelis de diuinatione per ſomnum,& in eundem ſcholiorum,finis.

Primi capitis paraphraſeos in

Librum de longitudine & breuitate vitę,annotat.

¶ Totum generis,tota ſpecies. ¶ Hominum genus,tota hominũ ſpecies. ¶ Plerumque ſuſceptiuis corruptis,accidentia ſola ratione corrumpuntur. ¶ Suſceptiua denominationis ſubiecta.

1 Liber de longitudine & breuitate vitæ continet tria capita. Primum quatuor concluſiones,duas quæſtiones,earum ſolutiones & quinque corollaria poſt quartam. ¶ Prima cõcluſio. Cur animalium quędam ſint longæ vitæ,& quędã breuis vitæ & omnino quæ vitæ longitudinis,quæve breuitatis cauſę ſint,expedit conſiderare. ¶ Nam de his multa dubitatio eſt. Neque quidem adhuc perſpectum ſatis eſt,an eędem ſint cauſæ cur hæc animalium longę ſint vitę hæc breuis:& cur hę plantarum longę itidem ſint vitæ hę vero breuis,modicoque tempore durent . Et vtrum idẽ ſit diuturnæ eſſe vitæ,& natura conſiſtere ſanũ:an aliud quicquam:& an idem ſit correpti eſſe, citoque labentis æui,& eſſe natura languidum,an non. Aiunt enim hi,languorulentam naturam ad citam vitę corruptionem accedere. hi autem contra nihil prohibere languore detentos longam protrahere vitam. Expedit igitur
2 de his cauſas perquirere. Paulo enim ante de ſomno & vigilia determinationem exegimus. hoc in loco vitę lõga de ꝓtractione atque eius breuitate aggrediemur determinationem de morte & vita,ægritudine & ſanitate(quantum ad philoſophum attinet naturalem)in aliud tempus differentes. ¶ Secunda. Hæc viuendi diuerſitas in totis generis,atque in eiuſdem ſpeciei idiuiduis comperta eſt. ¶ Nã hominum genus,equorum genere viuacius eſt,longioriſque vitæ. & vnus homo
3 altero homine longiorem ducere vitam cognoſcitur. Et hæc diuerſitas etiam ſecundum loca comperitur. nam qui calidas incolunt regiones, durabiliorem vitã habent. qui autem frigore obtunduntur,correptiorem vitam ſentiunt. & eiuſdem etiam regionis incolę,hi longę vitę ſunt,hi cito labentis & fluxę. ¶ Tertia. Elementa,ignis,aer,aqua,terra,facile ſunt corruptibilia. Nã ſunt alijs corruptionis cauſa,tranſmutabiliaq; adinuicem . quare & quęcunq; ex ipſis componũtur,trãſ-
4 mutabilia atque corruptibilia ſunt. conſentaneum em̃ eſt,ex aliqbus,cõſtituta,cõſtituẽtiũ participare naturã. Et de cõpoſitis quæ ex multis arte quadã cõpacta ſũt alia eſt ratio: de qua ad p̃ſẽs nõ itẽdim. ¶ Quarta. Nõ nullorũ accidẽtiũ multiplices exiſtũt corruptiones. ¶ Nã hæ ſuſceptiuis ſaluis a cõtrario fiunt:vt cũ ſanitas ab ęgritudine corrũpitur:& ſcientia a deceptione. hę priuatione quadã,& vt abſente cõſeruãte:vt cum ſcientia obliuione delinitur. hę vero fiunt ſuſceptiuis corruptis. animalibus em̃ corruptis,& cogitationẽ & ſanitatẽ quæ in ipſis ſunt cor

rumpi neceſſe eſt. ¶Prima quæſtio. An cum animalia corrũpuntur, anima hos 5
varios corrumpendi modos habeat. ¶Reſponſio. Non: ſed cum corrumpitur, ſo
lum ſuſceptiuo corrupto corrumpitur. ¶Secunda queſtio. An corruptibile quo-
piam in loco eſſe poſſit, vbi ſit incorruptibile? vt ignis ſurſum, vbi non habet cõ 6
trarium. Plane id apparet. nam ipſi principes actus, principeſq; rerũ formæ, vno
modo (vt de animalium formis modo diximus) corrumpuntur, vt cum ſua ſuſce
ptiua corrumpantur. Atqui ipſa non corrũpuntur niſi a contrarijs. non enim vt
accidentia corrumpuntur, quandoquidem ſubſtantiæ ſint, & quæ non ſunt in ſub
iecto. vbi igitur nullum habebunt contrariũ, incorruptibilia euaſura ſunt. ¶Re
ſponſio. Et ſi quicquam in loco eſſet vbi nihil ei eſſet contrariũ, non tamen ſim-
pliciter incorruptibile eſſet. nam ipſum extra exiſtens, corrumpi nihil prohi-
beret. Neque id verum eſt, ipſum in loco quopiam eſſe poſſe, vbi nihil ſit ei con
trarium, impoſſibile enim eſt materiam habenti, vbicunque ſit, non exiſtere ali-
quo pacto contrariũ, nam impoſſibile eſt materiam ab accidentibus eſſe ſeiun-
ctam, & contra. Et ſi abundans aliquid ſemper fieri oportet, ipſum eſt contrariũ,
& permutatio omnis, ex contrario. Etſi nullum aliud actu poſueris contrariũ, &
quam ipſum continens, ſiue ipſum continens corruptibile ſit, ſiue non, ipſum ta-
men a continente tandem corrũpetur, continens enim, corruptibilis corruptionẽ
operatur, aut ipſi cooperatur. Et id quidem vt ex dictis ſufficienter cognitum ac
cipiamus, aut ſi ſatis probatum non placet, ſupponamus omni corruptibili aliqd 7
actu eſſe contrarium, & ex prioris reliquijs abundans ſuperfluũque fieri. ¶Pri-
mum corollarium. Vnde fit vt maior flamma, minoris flammę conſumptionem
acceleret, per accidens tamen. ¶Nam accidit, vt quũ multo tempore parua flã-
ma fumum conſumpſiſſet, maior adueniens flamma cito rapiat, materiãque exe
dat. ¶Secundum. Fit etiam vt omnia viuentia corpora in continuo motu exi- 8
ſtant, & fiant, aut corrumpantur, continens enim aut ea operarur, aut ad ea coope
ratur. ¶Tertium. Hac de cauſa quæ ſe transferunt animalia & cætera viuentia 9
q̃ tranſponuntur (vt plantæ quæ tranſplantãtur) interdum fiunt durabiliora, in-
terdum vero citra ſtatutam natura durationem accelerantia. ¶Quartũ. Fit itẽ
ſicut æterna nuſquam contrarium ſuſtinent ex oppoſito quęcunque materiæ ad 10
dicta ſunt, protinus vbicũque ſint, contrarium habeant. ¶Quintũ. Quare ſi qui
dem materiæ quantitatis iuncta eſt, contrarium habet, vtpote ſecundum quam 11
fit augmentum atque decrementum, ſi qualitas habet & qualitas contrarium ſe-
cundum quam fit alteratio, & ſi ſecundum locum motus, habet & motus contra-
rium, ſecundum quem fit in alium locum permutatio.

PRimi capitis libri de longitudine & breuitate vitæ ſcholia. I. Neque quidem adhuc perſpectum ſatis eſt. Ad dubitationes hoc in loco agitatas paucis reſpondendum eſt, eandem eſſe communem cauſam longitudinis vitę in plantis & animalibus, ſimiliter & eandẽ eſſe breuitatis vitæ cauſam in vtriſq;, eandemque poſterius explicandã. Deinceps dicendum eſt non idem reputari debere, diuturnam ducere vitam, & ſanitate potiri, q̃uis vnum alteri coadiuuet, vtpote ſanitas ad vitæ longitudinem. quia enim eorum cauſæ, & rationes longe ſunt diuerſæ, idcirco interdum vnum ſine altero inuenitur. Vitæ enim productioris ratio in calido & humido conſiſtit, ſanitatis vero, in debita quatuor humorum proportione & contemperamento. Sic neque idem cenſendum eſt, breuis eſſe vitæ, & natura languere, eſſecq; valetudinariũ, quanuis hoc ad illud diſponat, alia quia eſt vnius & alterius propria peculiariſq; cauſa. XX. Nã hominũ genus equorũ genere viuacius eſt. Vt ſit tota hominis ſpecies viuacior equorum ſpecie, non oportet quemuis hominẽ quolibet equo diuturniorem degere vitã. nã equus adultam aſſecutus ętatẽ prolixiore potitur vitã, q̃ puer qui in primis annis vita excedit, ſed ſufficit q̃ viuaciſſimum vnius ſit diuturnius viuaciſſimo alterius, vt q̃ homo omnium diutiſſime viuens, productiorem habeat vitã q̃ equus in toto equorum genere protractiſſimæ vitæ. Et ita cum vna tota ſpecies ad alteram in aliqua ꝓprietate accidentaria confertur, debet maximum vnius ad alterius maximũ rite cõparari atq; referri. Quod aũt hominibus quã equis diuturnior ſit vita, vt hic afferet litera, hinc conſtat, q̃ viuere equi nonnulli ad ſummũ dicantur annis quinquagenis, fœminę autem eorũ minore ſpatio. Eædem quoq; quinquennio creſcere deſinũt, mares anno addito, vt refert Sypontinus, quanuis vixiſſe equum ſeptuagintaquinque annos authores prodant. Homines autem

multo longiore viuunt annorum curriculo, vt experientia compertum habemus, & ex annotatis ſecundi capitis proxime ſequentis euadet apertius. Nam qui calidas incolunt regiones. Id Ariſtotelis dictum intelligitur de calido extrinſeco temperato, & bene proportionato ipſi intrinſeco, quod non vſqueadeo exuperet & ſuperuincat, vt ipſum expirare cogat. Huiuſmodi enim vehemens calor, & efferuens, induceret potius corruptionem, quemadmodum valentius calidum foris exiſtens, in re putrefactione corrumpenda educit id caloris quod ineſt rei putredinem paſſuræ & eam labefactat atque corrumpit. Proinde non oportet ſi habitantes calidas regiones ſunt longæ vitæ, eos qui in calidioribus degunt regionibus longioris eſſe vitæ, & qui in calidiſſimis, longiſſimæ, nam vt ſimpliciter ſe habet ad ſimpliciter, ita magis ad magis, & maxime ad maxime ſe habere debere, intelligendum eſt, vbi crementum vnius, ſimiliter ſequitur crementum alterius, vt bonitas iuſtitiæ. At crementum caliditatis conſequitur diuturnitas vitæ, quin potius nimio caloris exceſſu, ſicut & defectu offenditur vita, vt quæ in mediocritate & quadam æqualitate nata ſit conſeruari. Et quanuis Ariſtoteles in Politicis habeat in regionibus frigidis homines robuſtiores eſſe & audaciores, quam calidis, compertumq; habeamus corpora noſtra hyberno tempore, quam æſtiuo ſaniora eſſe, quod frigus poros conſtringat, caloremque naturalem intus coerceat, non tamen protinus efficitur, frigiditatem regionis diuturnitati vitę potius conducere. nam audaciam & robur non ſemper cõſequitur vitæ diuturnitas. Eſt enim leo elephanto audacior, & tamen correptioris vitæ. Gallus item cornice animoſior, minus tamen habet vitæ curriculum. Sic & ſanitatis non prorſus eadem eſt cauſa, quæ longæ vitę, neq; longæ vitæ ea quæ ſanitatis. IIII. Nam hęc ſuſceptiuis ſaluis a contrario fiunt. Primo corruptiones accidentium fiunt a ſuo contrario, totis ſubiectis manentibus, vt abijcitur adueniente calore frigiditas ab aqua permanente. Secundo fiunt accidentariarum diſpoſitionum deperditiones ſaluis itidem totis ſubiectis, per priuationem, vt deſitio luminis per abſentiam lucidi. Tertio vero fiunt earum abolitiones, per totum quæ denominationis ſunt ſubiecta corruptionẽ. Et hæ duplices ſunt. nam aliqua accidentia corruptis ſuis ſubiectis ſecundum rem corrumpuntur, & eſſe deſinunt, vt ſanitas corrupto animali. Alia vero ſolum ſecundum rationem, quemadmodum etiam admonent notæ, vt ſcientia & cognitio hominis, ipſo moriente. Tunc autem accidentia, ſola ratione corrumpuntur, quando ſecundum rem manentia, amplius non denominantur illius eſſe ſubiecti, cuius prius dicebantur, vt leone mortuo, manet quidem re ipſa eadem magnitudo, colorque fuluus qui fuerat in leone, verum non amplius dicitur magnitudo aut color fuluus leonis. Sic anima rationali ſoluta a corpore, manet in eadem ſcientia numero & cognitio quę prius fuerat, ſed non dicitur amplius ſcientia animalis aut hominis. Quocirca recte hic dicit Philoſophus, animalibus corruptis cognitionem corrumpi, vtpote ſecundum rationem. Neque ex hoc dicto, Philoſopho impingendum eſt, quod animam rationalem ſenſerit mortalem, vt diligentius annotatum eſt in logicis circa genus ad aliquid. Demum (vt primæ quęſtionis apertior habeatur ſolutio) forma ſubſtantialis rerum naturalium, vt anima, neque primo horum modorum corrumpitur, neque ſecundo, ſed ſolum tertio. Cum enim totum ſubiectum deſtruitur & ipſa etiam anima deſinit, aut ſecundum rem, vt in cæteris viuentibus ab homine, aut duntaxat ſecundum rationem, vt in homine, cuius anima corpore ſoluta ſuperſtes quidẽ eſt, ſed amplius nõ dicitur animal hominis. VI. Plane id apparet, nam ipſi principes actus. Ratio hæc probare nitens partem reijciendam, diluenda eſt, admittendo formas ſubſtantiales non corrumpi, niſi ſua tota corrumpantur, & tota itidem non corrumpi, niſi a contrarijs, ſed negando id quod ſupponit concluſionis illatio, corpora ſcilicet naturalia in aliquo loco eſſe poſſe, vbi nullum habebunt cõtrariũ. Nam vbi nullum eius actu eſſe aliud contrarium, quam continent, nunquam tamen continens naturale eſt ſuo contento non contrarium, ſiue corruptibile ſit, vt cælum lunæ ad ignem, ad quem non aliter ſe habet, quam ignis ad aerem. Ignis autem aerem ſecundum partem corrumpit, igitur & cæliũ lunæ ignem, etſi in ſuo loco naturali exiſtentem, ſiue ipſum continens ſit corruptibile, vt elemẽta ſuperiora contraria ſunt inferioribus q̃ complectũtur. Præterea tametſi admitteretur ens naturale in aliquo loco collocari poſſe, vbi nullum haberet contrarium non tñ protinus cõſequeretur ipſum eſſe ſimpliciter & abſolute incorruptibile. nã nihil ꝓhiberet ipſum extra illum locũ exiſtẽs, & in alio conſtitutũ loco, vbi contrariũ haberet corrumpi. quare adhuc comprehendi haberet potentiam. Permutationes eñ eſſe non poſſent, vno ſemper exiſtente agente. Ad tranſmutationẽ enim omnem duo requiruntur agentia, inter quæ ſit contrarietas, & vnum patiens, vt primus auſcultationis phyſicę liber oſtendit quorũ quidem agentium vnum acquiratur, & alterũ deperdatur. Supponit enim phyſicus tranſmutationem omnem contrarijs claudi terminis, & inter contraria fieri. Cum etiam in omni tranſmutatione debeat eſſe aliquod abundans, ſcilicet agens pręſtantioris virtutis, aut forma quæ per mortũ acquiritur. ipſum eſt contrariũ deficienti, vtpote formæ q̃ deperditur. Hinc recte petit Ariſtoteles in fine ſolutionis præſentis quæſtionis ſupponi, omni rei naturali ea enim & ſola & omnis corruptioni eſt obnoxia) aliquid actu eſſe contrarium, & ex prioris pręcedentiſque rei naturalis reliquijs (id eſt materia, quæ in corruptione relinquitur) ſuperfluum, abundanſque fieri, hoc eſt nouam rem gigni quæ virtute alteri præſtat & excellit, vt ex ligni reliquijs fit ignis, cuius forma ad ligni formam abũdans eſt & excedens, vt quam ſubiecto depulerit atque corruperit. VII. Nam accidit, vt quem multo tempore parua flamma. Quonam pacto maior flamma quodammodo acceleret minoris flammæ conſumptionem, annotauit Ariſtoteles ſexto cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tertij libri de cælo, numero. xxviij. Hic autem idem repetit, vt analogia flammæ ostendat maius calidum interdum minoris calidi cito absumendi occasionem præstare, quod celerius humidũ exedat quo minus calidum diutius perduraret. Nempe dato calido vt quatuor, quod sit bene proportionatum humido vt quatuor, si duplum detur calidum, scilicet vt. viij. idem humidum vt. iiij. ab hoc calido citius corrumpetur. Itaque magis calidum est vt maior flamma, minus vt minor humidum vt fumus. VIII. Vt omnia viuentia corpora in continuo motu existant. Non eo qui est secundũ locum, sed secundum adiectionem partium nouarum, aut defluxum præexistentium a corpore propter quem quidem fieri dicuntur per nutritionem, & corrumpi per diminutionem aut continuam corporis demolitionem, quę fit a contrariis qualitatibus intrinsecis, perinde atque intra cereum esset vis intranea ceræ liquefactiua ac dissolutiua.

¶ Secundi capitis annotatiunculę.

Epitea, annua. ¶ Syparissus, cupressus. ¶ Palma: arbor dactylifera in Iudæa crescens: cuius mas proditur, & fœmina: & fœminas sine maribus gignere non solere ad quos pronas comas acclinant. ¶ Saura, lacerta. ¶ Pholidotus, sequamatus: est enim pholis, squama. His græcis vocabulis vtitur litera: loco quorũ solas interpretationes subiunximus. ¶ Ostracoderma, quibus testa pro tegmine est.

Secundum caput continet vndecim conclusiones, tres conditiones humidi vitalis, & tria corollaria post sextam, & vnum ad quartam, ¶ Prima conclusio. Non oportet corpore maiora diu 12
turniorem minoribus possidere vitã, itidem neque minora maioribus. ¶ Nam equus homine maior, breuiore vita potitur, & pleraque insectorum quę mole sunt inferiora, solum ãnua sũt ¶ Secunda. Neque vniuersaliter plantæ animalibus diuturni- 13
ores sunt. Nam pleræque epiteæ sunt, durationisque annuæ. ¶ Tertia. Neque omnino sanguine prędita exanguibus, neque exanguia sanguine prędítis sunt vi 14
uaciora. Nam melliferæ apes nonnullis sanguine præditis durabiliores sunt: & quædam exanguia quę molli cute sunt intecta, vitam annua morula conficiunt. 15
¶ Quarta. Neque ea quę in terra degunt, aquatilibus, neque aquatilia terrestrib⁹ diutius, immorari, vitamque ducere oportet. ¶ Nam quędam terrestrium plantarum, & quędam gressibilium, solum anuua sunt. Pluris autem temporis multa sunt aquatilium, & multa etiam breui fato corripiuntur, tam quę dura testa integuntur, quam quæ molli cute sunt obducta, ¶ Quinta. Longioris vitæ sunt non- 16
nullę plantarum quam in animalium genere vlla reperiantur: & in animalibus diuturniora sanguine prædita nonnulla sunt, quam ex anguium reperiri possit vllum: & quædam gressilia aquatilibus. ¶ Sunt enim plantarum cyparissus, & palma longissimę vitę, & sanguine præditorum pariter & gressiliũ, ceruus, elephas, & homo. Ex his itaque manifestum est durabiliorem vitam molis amplitudinẽ ipsiusve arctitudinem non prestare, quin potius id accidere. ¶ Sexta. Causæ pro 17
pensioris atque diuturnioris vitę sunt calidum & humidum. Est enim animal natura calidum & humidum, & quicquid vitam degit: senectus autem frigida, & sicca, & quicquid emortuum iacet. Corporum enim materia hęc sunt, calidum scilicet, frigidum, humidum, & siccum, ex his enim contemperata sunt quæ viuunt omnia itaque cum vita calido saluetur & humido, senecta autem ad vitę dissolutionem perducat senescentia desiccari necesse est, erunt igitur calidum & humidum, propensioris diuturnioriſque vitę causa. Sed quale humidum, qualeve calidum, paucis expediamus. ¶ Primum. Eiusmodi humidum, pingue esse debet. nã 1
tale humidum viscosum calidumque est, ac ratione viscositatis non facile consumi desiccariue potest. Ratione vero caloris imputrible est: nec immerito. est em aereũ, aer autem ad alia collatus, vice ignis est, qui nunq̃ admittit putrefactionẽ. ¶ Secũdũ. Paucũ esse nõ debet. nã q̃ paucũ est, facile absumitur desiccaturq;. Hic euenit vt corpulẽtiora (mõ cętera paria sit) vt maiores plantæ minorib⁹, & maiores eq minoribꝰ, lõgioris vitę euadãt nã illi⁹ vitalis huidi plusculũ retinẽt.

Non modo humidum multum esse oportet, sed & calorem adijcere necesse est, ne cito infrigidari gelariqué possit. Aequata enim esse debent: vt humidum, calidum non excedat, ipsumque suffocet, & extinguat: & ne calidum excrescens superfluumque, humidum exedat, hunc in modum in quanto & quali contemperata, hac de causa itaque fit vt homo grandioris molis animalia vita superet, quod illis multitudo humidi calorem subruat. Itaque sit vitale humidum, pigue, multum, bona proportione calidum, non superfluum. Cito enim siccabile, & cito gelabile (quale habent nonnulla) aqueum & superfluum, illaudabile est, nam superfluitas aũt languore interimit, aut naturæ contraria corruptionem accelerat. Vim enim obtinet contrariam, corrumpitque interdum totam naturam, interdũ
19 corporis particulam. ¶ Primum corollarium. Quapropter animalia plurima venere vtentia, & multi seminis, cito senescunt. Semen enim superfluum & amplius siccat emissum. ¶ Secundum. Hac de causa mulus equam & asinum (ex quibus genitus est, vita exuperat: itidẽ & passerũ fœmellę superãt masculos. Nã mulo nulla venus concessa est: & passerũ masculi plurimã sequuntur venerẽ. ¶ Ter
21 tium. Fit item vt mares laboribus attriti, fœmellis citius senescant. Nam labor exsiccat: senecta autem sicca est. ¶ Septima conclusio. In omni fere animalium
22 genere masculi suis fœmellis natura diuturnioris sunt vitæ. ¶ Nam masculus na
23 tura calidior fœmella est. ¶ Octaua, eadem quoque causa eucnit in regionibus
24 calidis quam in frigidis animalia durabiliora esse. Calidiora enim illic solidiora atque firmiora nascuntur. ¶ Corollarium. Quapropter in eisdem locis notabilis excellentisque magnitudinis animantes natura frigidæ nascuntur, vt serpentes, vt lacertę, vt squammata, & in mari rubro mirę magnitudis ostracoderma, calida enim humiditas, augmenti causa est, & vitæ. In frigidis autem locis (vt quæ ad arcton sita sunt) minora, & terrestria, & aquatilia, quę parũ sanguinis habent, aut prorsus sunt exanguia quod his locis aqueum magis retineant humidum, & cito gelabile: hinc minoris molis sunt, & breuioris vitæ. Aufert em cõgelatio augmẽtum, piter & nutrimẽtũ, quę aũt alimentũ nõ sumant vt expedit, & plantas, & aia
25 lia, per cito corruptũ iri necesse est. ¶ Nona. vbi calor multũ excreuerit, vita minus diuturna est. ¶ Nam propriam consumit materiam, sicut magna flãma paucam corrumpit, quod eius fomentum eiusque materiam absumat, ita & naturalis ille calor. ¶ Decima. Gressilia aquatilibus vt in pluribus longioris productioriſ
26 que vitę esse solent, quod aquatilia aquosa sint: tale autem humidum facile corrumpatur, quia frigidum & gelabile sit facile. ¶ Vndecima. Sanguine prędita, vt in pluribus, exanguibus sunt durabiliora. ¶ Nam sanguine prędita calidiora sũt
27 exanguia vero algidiora, neque pinguis, neque dulcis grandem copiam habentia animalium enim pingue, dulce est. sunt igitur breuioris vitę: nisi magnitudine, deterioris naturæ conditionem compensent. Apes tamen, quod dulcis plus habeant, pleraque maiuscula animalia diutius viuendo superant.

Secundi capitis scholia. XVI. Sunt enim plantarum cyparissus & palma longissimæ vitæ. Syponinus de Cyparisso. Durat hoc lignum ætate longissima. Valuæ ex eo fuerunt in templo Ephesia Dianæ, quæ post quadringentos annos nouis similes videbantur, & Romæ simulacrum Iouis e cupresso visum est in arce, a condita vrbe sexcentesimo primo anno dicatum, vsque ad Traiani tempora integrum durans. Vocatur arbor ipsa modo cyparissus, modo cupressus. Virgilius, Aeriæ quercus, aut coniferæ cyparissi. Idem. Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum. De ceruo Syponinus. Vita ceruis longissima. Capiti sunt aliqui post centum annos cum torquibus aureis (quos Alexander magnus addiderat) cute infere ob pinguedinem obductis. Plinius de ijsdem. Cum se serui ætate grauatos cernunt, serpentes requirunt, vt eos flatu ad se tractos cum comederint, reuerrantur rursus in ætatem priorem hinc, Virgilius. Et ramosa Michon viuacis cornua cerui. De elephantis tradit Aristoteles, complures eorum viuere ducenis annis, quosdam etiam trecẽtis, iuuentamque eorum sexagesimo anno incipere. De homine, quod diuturnæ sit vitæ, in primis testimonio est Nestor rex Pyli, qui trecentesimum vitæ annum attigisse scribitur, vt ipse de se apud Ouidium testatur, Annos vixi bis

Universidad de Deusto
Biblioteca

centum,iam tertia viuitur ætas . Et iuuenalis de eodem . Rex Pylius , magno si quicquam credis Homero. Exemplar vitę fuit a cornice secundæ . Id de cornice dixit Iuuenalis, quod ea nongentos annos viuere dicatur.Ouidius. Viuacisque iecur cerui , quibus insuper addit . Ora caputque nouem cornicis secula passæ.De Galeno medico(vt Sypotinus ait)exploratum est centum & quadraginta annos eum vixisse,tanta in cibo potuque abstinentia vsus est . Nunquam enim ad satietatem comedit aut bibit,nec crudum quicquam gustauit , odoriferum semper anhelitum spirans & sine aliquo morbo sola senectute defecit.Masinissa Numidarum rex centesimum vitæ suæ annum impleuit.Gorgias Siculus centum & octo annis vixisse traditur.Et ex fœminis Terentia Ciceronis vxor centum & tribus annis vixit. Clodia centum & quindecim , & nonnulli alij tum viri tum fœminæ,quos idem author enumerat,grandæua fuerunt ætate.De Bragmanis quoque Indorum philosophis referunt authores quod centum & quinquaginta annorum plærunque expleant ætatem,ob saluberrimam aeris in quo diuersentur temperiem,& summam in victu moderatissimãque mediocritatem.Siquidem gens illa Bragmanarum(vt tradunt)pura & simplici vita viuit,nullis rerum capitur illecebris,nihil appetit amplius quam naturæ ratio flagitat , sola viuit alimonia, quam tellus sine cultura producit.Hinc nulla apud eos morborum genera, nullus apud illos vsus medicinæ,quia parsimonia est illis medicina,sed longa diuturnaque sanitasvsque ad mortem ,quã sola senectute tabescentes demum sustinent.Sed & ex Valerio libro octauo,cap.de senectute, complusculà diuturnitatis humanæ vitæ,præter ea quæ hic adducta sunt , exempla affatim inuenies.

XVII. Sed quale humidum,qualeve calidum,paucis expediamus. Calidum quod est causa lõgæ vitæ neque debet esse aereum solum neque igneum solum,sed ex vtroque contemperatum . Nempe huiusmodi calidum debet esse coniunctum humido contemperato tanquam suæ materiæ . Calidũ autem quod solum est igneum,humido coniunctum non est,sed solum sicco. non potest igitur esse solum igneum.Rursum huiusmodi calidum debet augmentum & nutrimentum efficere,præcipuique efficientis instrumentum esse.Calidum autem solum aereum minus est sufficiens ad id efficiendum . non enim satis validam habet virtutem conuertendi alimentum in substantiam nutriti, non potest igitur esse tale calidum,solum aeream,sed mixtum sit oportet.Neque ex eo quod in aere vitam degimus,efficax sumi potest argumentum, huiusmodi calidum debere esse solum aereũ, vt locatum corpori locanti quo continetur,respondeat . Non enim requiritur huiusmodi responsus inter corpus locans & locatum in naturæ similitudine,quia semper esse debent diuersæ speciei, alioqui vnum alteri foret continuum,vt aer aeri. Neque in qualitatũ similitudine necessaria est inter vtrunque conuenientia.non enim oportet siqua in corpore locante comperitur qualitas , eam quoque & in corpore locato reperiri , sed solum debent in corpore locante naturali qualitates esse conducentes conseruationis ipsius locati,quemadmodũ in aere sunt affectiones accidentariæ cõducentes saluti animantium in eo degentiũ.Et quanuis huiusmodi calidum partim (vt dictum est) igneum ,contrarietur humido aqueo,non tamen arbitrandũ est ipsum in piscibus extinctũ iri. Nã non potest humidum aqueum in eis peruenire vsque ad intrinsecum calidũ propter squamas,quarum munimento pisces obtecti sunt contra aquę iniuriam . Perinde ac si ponatur candela accensa & obducta pelle laternæ in aqua,ignis ipsius candelæ non extinguetur per circũiacentem aquam. nam non potest illa penetrare circundantẽ pellem.Sic & humidũ quod diuturnioris vitę causa est, neq; simpliciter aqueũ esse debet,neq; simpliciter aereũ,sed contemperatũ ex vtroque,plus tñ aeris q̃ aquę participans,q̃ humidũ aqueũ facile fit gelabile,& non pingue,& q̃uis humidũ aerem simplex minus compactum sit,& firmum,magisq; subtile quam aqueum , compositum tamen & mixtum compactius est, firmius & grossius, quam aquosum , quod propter innatum fluorem cito deperit. Id herba liquido produnt,vt quæ cito habent ortum propter earum fluxum humidum & aqueũ, celerem quoque habent interitum.Solidiora autem,& quæ plus habent humidi aerei,propensioris sunt vitæ,nam humidum aeris mixtum permanentius est,vt liquido confiat in oleo & cæteris aereum participantibus humidum. Neque ex eo quod humidis nutriamur , sumi potest argumentum id humidum solum aqueum esse debere.Nam quia corpus nostrum mixtum est,oportet & alimentum esse mixtum,neque vnquam simplex mixto nutrimentum subministrare posset , quocirca in alimento humidum est aereum & aqueum haud minus quam in eo quod nutritur, & in neutro ponendum est eorum alterum solum. XIX. Animalia plurima venere vtentia,& multi seminis, cito senescunt.Non quidem quantum ad annorum multitudinem,grauioremve ætatem. Nam animalia veneri indulgentia non magis ætatem accelerant , neque senij constitutos attingunt annos, quam non indulgentia,vt homo in libidinem pronus non celerius septuagesimum pertingit annũ (qui est annus senectutis humanæ)quam is qui continentioris fuerit vitæ, sed quantum ad senectutis proprietates & conditiones,vtpote frigiditatem,siccitatem, corporis imbecillitatem , & cæteras,quas qui sępius venerem exercent, citius sentiũt q̃ temperatiores & continentiores , præuenit que senectus corporis ętatem senilem.nam id ætatis canescunt,senioq; confecti sunt, quo alij vegetioribus adhuc sunt viribus .Et hoc pacto cætera sunt intelligenda,quę consimili sententia in litera afferuntur. XX. Hac de causa mulus equam & asinũ. Mulus itidem & mula,nam vtrũque latinus sermo pro eodem recipit,ex asino & equa progignitur.Sterile est animal,& natũ infœcũdũ,quandoquidem non generat,neque fere vllũ animal quod ex duobus generibus natum, tertij generis factum sit,Legitur tamen in annalibus mulam aliquando peperisse,sed id prodigij loco habitum est,

Mulum octoginta annis vixisse Athenis memorant . Asinis autem & equis longe correptior vita est. Demum passer(cuius etiam hæc litera facit mentionem)auicula est vulgo nota,sic dicta(vt perhibent)q̃ ob nimiã sallacitatem,comitialem morbum patiatur,sitq; ob id breuissimæ vitæ. Mares vix vnq̃ biennium excedunt,fœminis longiusculũ spatium est. XXVII. Apes tamẽ q̃ dulcis plus habeant.Procreantur apes(vt ferũt)ex bobus,sicut crabrones ex equis,suci ex mulis,vespæ ex asinis. Apibus ipsis diuturnioris vitæ causa inter cæteras hęc eli pręcipua,q̃ fœtus cõcubitu non progenerẽt,neq; veneri indulgeant.Quod cũ fere omnes,tum Virgilius hisce carminibus attestatur.

Illum adeò placuisse apibus mirabere morem.
Quod nec concubitu indulgent,nec corpora segnes
In uenerem soluunt,aut fœtus nixibus edunt.
Verum ipsæ è foliis natos & suauibus herbis.
Ore legunt.

Vita eis longissima,septem annorum est,alueum nunquam vltra decensum durasse produnt.Sunt (vt inquit Sypontinus)qui mortuas si intra tectum hyeme seruentur , deinde sole verno torreantur,ac siculneo cinere toto die foueantur,reuiuiscere existiment.Quando vero in totũ amissę sunt, ventribus bubulis recentibus cum fimo obrutis,vel vt Virgilius scribit iuuencorum corpore exanimato reparantur.Qui sane in Georgicis hunc apium exortum explicat.

Hic uero subitum ac dictu mirabile monstrum
Aspicium,liquefactu boum per uiscera toto
Stridere apes utero,& ruptis efferuere costis.
Immensasque trahi nubes,atque arbore summa
Confluere,& lentis uuam demittere ramis.

¶ Tertij capitis annotat.

¶ Nouellas,nouos & teneriusculos palmites.

28 Tertium caput continet tres conclusiones, & vnum corollarium ad secũdam. ¶ Prima conclusio . Plantarũ quędam sunt quæ compluribus animalium longioris durationis existunt. ¶ Hoc enim primo euenit, quod ipsæ minus aquosę sunt,sed viscosę:non facile gelabile neq; facile siccabile habentes humidũ.frigidiores tamen & sicciores sunt,quod terreę sint naturæ. ¶ Secundo hoc euenit quod sibi specialem viuendi modum vendicant, animalium viuendi modo disparem , præterquam insectorum, quibus plantę nonnulla similitudine habent communia . Plantæ em̃ quotannis iuuenescunt,nam surculos & nouellas proferũt,regerminant,& se reparare videtur. Et non totę simul senescunt:sed vbi ramus, vbi stipes aliquis perierit,protinus iuxta corruptum repullulat alter,& ita de radice:vt cum eius aliquid corruptum fuerit,renascitur alterum,primi damnũ reparans.Hęc autem animalibus nõ cõtingunt,hac itaq; de causa plantę diuturniores durabilioresq; non iniuria videntur. ¶ Secũda.Plantę(vt iam dictũ est)insectis animalibus assimilantur. ¶ Nã
29 vt eius generis animalia diuisa viuũt,& ex vno duo fiunt,aut multa, ita quoq; in plantis compertũ habetur,vt diuisæ viuant,& ex vna duę multæq; fiant. Hoc tamen interest,quod insecta animalia diuisa multo tempore durare nequeunt, organa enim non habent suarũ functionũ: neq; ipsis noua reparare concessum est. Plantæ autem id possunt: vbiq; potentia radicem generantes ,regerminandique virtutem. ¶ Corollarium . Ex quo iterum intelligere promptũ est cur cum vna
30 partium senuerit,pars relicta nouam regerminet : & id quidem longam efficere vitam. ¶ Si enim plantæ particulam humi defixeris,radicem assumit, vegetat, excrescitq; in arborem , aqua si iterum plantulam demis, alicubi defixa tandem radice hærebit,& id quoties demere,asplantare,insererere; libuerit,eueniet;quod vbique reuirandi atque regerminandi virtus assit. Quemadmodum itaque id videsin asplantatione hac ita in vna & eadem manente planta videre licebit,quare nil mirum si diuturnę(vt quæ semper reparant) cognoscantur esse plantæ.

31 ¶ Tertia .Nonnihil etiam & aliis animalibus pariter & plantis commune reperitur. ¶ Nam animalia quorum superiora grossiora sunt,permanentioris sũt vitę.Hinc masculi suis fœmellis(vt in pluribus)cognoscũtur diutius viuere,habẽt

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim corpulentiora atque grossiora superiora, calidiora enim sunt: ferturque calidum sursum: frigidum autem deorsum possidet. & manus quidem magis quã fœmellæ partes illas grossiores habet. Ita plantę robustarum grossarumq; summitatum (sũmitates enim & superiora plantæ, voco radicem. & quæ radici vicinæ adiacent. est enim radix, plantæ caput) longiore perdurant tempore. Et de ijs loquor plantis quę in arbores se erigunt: & non de ijs quæ epiteę sunt, annuæque durationis. illę enim vt quędam herbæ vnico anniculo ex semine prodeunt, increscunt, suumque senium nactæ intereunt. Sed de hic plura dicere, ad determinationem illã quam de vegetabilibus & plantis reseruamus faciendam, attinet. Et de longitudine & breuitate vitę, quæ modo diximus, nunc dicta sufficiãt, nouamque paremus determinationem de iuuentute & senectute, morte & vita, & aspiratione & respiratione. quę cum determinata fuerint, finem suum assecuta erunt quæ de anima nos determinaturos promisimus.

TErtũ cap. scholia. XXVIII. Planię enim quotãnis iuuenescunt. Duplex esse cõperitur pi plãtis ætas. Vna annua, & quæ tota vnius anni circulo absoluitur, in quatuor nigesta partes, anni partibus respondentes, pueritiam veri, adolescentiã ęstati, adultam ætatem autumno, & senectutem hyemi accommodatam. Et quemadmodũ anno succedit annus, & hyemi ver, per continuam cæli reuolutionem, ita & huiusmodi ætas in ipsis renouatur, senectutiq; hybernæ succedit verna iuũętus, ĩ quaquotannis reuirescunt. Altera est plantarum ætas complectens totam earum durationem, in quatuor itidem distincta partes, infantiam, qua teneriusculæ se humo plantulæ attollunt, adolescentiam, qua robur & incrementum desumunt, adultam, & (vt ita dixerim) virilem ætatem, qua completum assecutæ crementum, infractis adhuc viribus constant, & senectutem, quia ad sterilitatem arescentiamque decidunt. Et vna quæque istarum ętatum in plantis attollentibus sese ĩ sublime, & solido robore nixis, plures complectitur annos, pro diuturnitatis vitæ earum diuersitate. Neque istarum ætatum posteriori vnquam succedit prior, non enim recidunt plantæ ex senectute in huiusmodi iuuentutem, sed senio confectæ emoriuntur. litera autem de priore ætate, quæ annua complectur reuolutione, loquitur. Hæc autem animalibus non contingunt. Hæc quotannis iuuenescere, repullulare, & vbi aliquid corruptum fuerit, loco eius alterum renasci. Nam si pars aliqua animalis fuerit refecta, vt auris, vt digitus, nunquam natura pars illa recrescit, quemamodum loco rami excisi alter renascitur. Quod si quis obiectet vngues & crines recrescere, inualido nititur argumento. Nam partes animalis non sunt, sed ad ornatum & nutrimentum ipsis concessa. Si quis rursum ablatam pellem aut carnem in animali reparari afferat, quinimmo per nutritionem partes quasuis deperditas restitui, non agit adhuc contra Aristotelem, qui id de plantis adductum intelligit de partibus insignis molis per resecationem deperditis, vt ramo aut stipite amputato, & non de partibus illis homogeneis, minusque pręcipuis, aut etiam per continuũ defluxum deperditis, quarum vt deperditio insensibilis est, ita reparatio. Neque ex hoc consequitur plantas maiorẽ sortiri perfectionem quam animalia, quod partes deperditas reparandi vim habeant, non autẽ animalia, nam id sese inquam quotannis renouare, partesque amissas reproducere, perfectionem non arguit, cum fiat solummodo secundum vim vegetatiuam, quæ non minus in animalibus est quam plantis, tametsi alio modo his quam illis conueniat. Neque quispiam adduxerit ad id comprobandum, id Aristotelis in Topicis, bona diuturniora, pręstantiora esse, & proinde plantas, qd diuturniores sint animalibus, esse natura nobiliores. Nam id commune principium de bonis moralibus, quorum est electio quæve in consultationem veniunt, intelligitur, non autem de cæteris, quæ bona non dicuntur nisi quatenus entia sunt, qualia sunt corpora naturalia omnia. Proide Aristoteles non dicit ea pręstantiora aut perfectiora esse, sed eligibiliora, quod de prosequendis eligendis, fugiendisque, præcipuam inibi determinationem moliatur. XXX. Si enim plantæ particulam humi. Quod succisæ plantæ recrescant, intelligendum est de ijs quarum radix post succisionem adhuc permanet viuens, alimentoque suscepto nutritur, vt graminum, oleum, salicium, & similiũ id genus arborum. Nam si radix emoriatur post succisionem, regerminandi virtutem haudquaquam habebit, vt demessæ segetes non recrescunt, quod post maturationem exarescat radix. Alioqui nõ opus esset quotannis seminare agros, sed vnica seminatione facta, ex manentibus radicibus noui crescerent culmi, reuirescerentque stipulæ. Sic cupressum succisam negant recrescere. proinde eam funeribus adhiberi solitam ferunt. Ditique sacram haberi putauit gentilitas, quę etiam illam atram inuisamque nuncupare consueuit. Sic & balsama ferreis excisa cultris prorsus exarescunt, quod ferrum omnino horrescant, marmoreque incidi malint. Quod vero excisus ramus a tota planta, & terræ insitus, radicem producat, qua alimentum attrahat, & fiat planta actu, id ostendit ramum etiam toti plantæ coniunctum, producendæ radicis potestatem habere. Nam per abscissionem non acquiritur noua in ramo virtus, sed ea prius inerat, & non reducebatur ab actum, quod non fuerit necessarium peculiarem illi ramo produci radicem, vt qui totius plãrę radici hære

bat. Post detruncationẽ vero insita illa vis ad actũ reducta est, ꝓ a suo toto resecatus ramus, & iam actu existens, noua radice indigebat. Perinde atq; gleba terrę cõiuncta ipsi terrę existenti in suo loco, grauitatẽ quidẽ habet, sed per eã motũ deorsum nõ exercet, ꝓ in suo naturali loco quiescat. Eadem aũt distracta a terra, & existens in loco sursum, per eandẽ grauitatẽ exercet motũ deorsum, reduciturq; ea grauitas ad suã functionẽ tũ peragendã. Neq; ex hoc ꝓ ramus perpetuo manens affixus plantæ, nunq̃ producturus est radicẽ, arbitrandũ est vim illã producendæ radicis insitã ramo otiosam esse, aut frustra, vt quæ nunq̃ reducatur ad actũ. Nam potentia illa frustra est, quæ non reducitur ad actum eo tẽpore quo nata est ad illum reduci. At ipsa vis insita ramo nõ nata est reduci in actũ, ramumq; producere pro eo tempore quo coniuncta est toti, neq; vt id tum faciat, vis illa ei indita est, sed solum pro eo tempore quo a toto est semota, quo sane si non faceret otiosa censenda esset. Haud secus ac grauitas glebę terrę otiosa censenda nõ est, ꝓ in suo loco naturali existens, non faciat motum deorsum, quia non est nata facere motũ pro eo tempore, sed cum extra locum suum fuerit, quo quidem tempore si non deorsum moueret, censenda esset illa grauitas otiosa.

¶Paraphraseos in librum Aristotelis de longitudine & breuitate vitæ, & in eundem scholiorum finis.

¶PROLOGVS IACOBI FABRI STAPVlensis in Physices introductorios dialogus.

CHarissime Stephane, quanta sit animorum beneuolentia, inter liberalium artium cultores in hoc nostro Parisio studio, vbi res cognita esset, exteri mirarentur. Certe mordaculum virum, & qui (vt aiunt) nasum rhinocerotis habet, tanquam Cerberum trifacem irrident, execranturq;: magisque operæpretium ducunt sancta amicitiæ iura colere, tanquam a minerua (quæ olim & sapientiæ & pacis dea putabatur) genitiviideantur. Nec iniuria, vt aiunt, nam & philosophia & philosophus nomina ab amore sortiuntur. Quid enim philosophia, nisi sapiẽtię amor? Quid philosophus, nisi verus eiusdem amator? Iure decet itaque, vt recte sentiunt, ipsos esse amicos. Quo fit vt cum primum inuidos, maleuolos, & sese mutuis dentibus lacerantes sentiunt, non amplius philosophos reputent, sed eos pro flagitij conditione in Pythagoreos canes versos putent. Et ne nos ab eorum officia decideremus, mutua nos multos annos astrinximus beneuolentia, vt tua & tui & nostri Bohuslai Tinnensis mihi semper gratissima fuerit frequentia, & mea itidem vobis gratissima. ¶Tu curasti vt nostræ paraphrases castigatæ ab ipsorum efformatorum manibus prodeant in lucem, qui sępe ab archetypo deuiant, nisi vigilans castigator affuerit. Bonum insuper tibi visum est, nos introductorios dialogos adijcere: quod eo libentius feci, quo magis tu & amicus & pro hoc negotio vigilans optaueris, petierisq; amicissimę nostrorum comphilosophantium turbę exponendos, qui tamen suorum laborum fructum desiderarint, primum dialogum prelegre atq; pręgustare debent: & id prenosse Oneropolum, pręsertim in secundo dialogo, in analogia docere, & eas aliquatenus denudare: & Enantium aliarum sectarum peritũ (qui et sibi & sępe alijs obuersus cõtrarius extiterat) analogijs manus victas dare.

¶Personę dialogorum: & earum nominum subiunctę interpretationes.

Hermeneus	Interpres
Oneropolus	Coniector
Polypragmon	Negotiator
Noerus	Intellectualis
Epiponus	Laboriosus
Enantius	Contrarius
Homophron	Concordans
Neanias	Adolescens

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIALOGVS IACOBI FABRI STAPVlensis in Physicam introductionem.

¶ Dialogi introductionis Physicæ annotat.

¶ D. liber dialogorum. ¶ Dialogus, disputatio interpretatur. Estque dialogus, liber in quo aliqui simul de aliqua re conferentes differentesque introducuntur. ¶ Obiter, interim. ¶ Oppido, valde. ¶ Libens ferulæ manum subdo, metaphora, libens correctioni pareo. ¶ Crœsus olim Lydorũ rex ditissimus auro: de quo meminit Ouidius. Diuitis audita est cui non opulentia Crœsi? qui tandem a Cyro bello superatus, tenui fato vitam exegit. ¶ Cedo, dic. ¶ Finis præcipuus, cuius gratia quod. ¶ Finis minus pręcipuus, cuius gratia, quo. Sicarij, insidiatores viarum vtentes sica.

¶ Hermeneus. Oneropolus. Noerus. Epiponus.

Neropole. Polypragmõ hospes noster filium suum & mihi & tibi, moribus & doctrina commisit educandum. Vnicus illi filius est, quem teneriuscule diligit. Affuit modo hic, tu autem aliquo abiueras. Ipse clanculum ad partem (non audiẽte filio) me aduocato, sic orsus inquit. O Hermenee, hoc sæpius audiui, & verum est, philosophi fallere non norunt: cum ipsi plurima norint, sed vt agricolę steriles agros colẽdos feraces faciunt, ita & steriles adolescentulum animos curant, & ad fœcundam probitatem euehunt. Et licet harum rerum quas tractãt sim imperitus: nam me alio iuuenem flexerunt parentes: illos tamen summa beneuolentia prosequor, & te maxime omnium, & Oneropolum, vitamque meam vt cęcam, meque ipsum frequenter damno, vosque solos literas callentes, fœlices reputo. Hinc singularem fiduciam in te & Oneropolo meam conieci, vt vos filij mei (dum ętas patitur) curam suscipiatis: ne seipsum senex, vitãque suam, vt ego nunc meam ignorantem, detestetur, damnetq;. Vnicus mihi o Hermenee hæres est, mõ deus hunc mihi saluet. Senui; nec mihi alterius habendi spes vlla relicta est, hũc tuę fidei commendo, & O neropoli, vt sitis illis patres. Diligentiam eius perpendetis, nũquam destitisset me die noctuq; importunis precibus quatere, donec ipsum vestris conspectibus statuissem. Hũc habetis, hunc excolite, hunc vestrę fidei mando. Hinc filiũ aduocat. o Epipone, inquit, hic Hermene' piam tui curam suscipiet, hunc patrem habeto, ipsi in omnibus obsequere, hũc honora, hic te bonũ & scientem facturus est. Ego has tibi diuitias relinquere non poteram, harum te ipse facere potest possessorem. Et egressus limen ęollachrymantib' oculis, vale inquit Herme semper tu, & Oneropolus: quem cũ venerit, nomine meo salutato. Mane, inquam o Polypragmon vel hodie nobiscum in conuiuio, & Oneropolo filium tuum vna mecum commendabis: rem nobis hanc quam gratissimam facturus. Haud possum, inquit, alia negotia me vrgent, meamque præsentiam requirunt. Vos autem in hac literaria educatione filij, mea præsentia non egetis. Vt voles inquam. dummodo, id pollicearis, te ad nos aliquando rediturum, & aliquadiu apud nos mansurum. Polliceor, inquit, & filium meum vobis obsidem relinquo, & abscedit. Vis ergo puerũ accersamus, vt ipsum videas. & corã iterroges? one. Volo. Her. Heus puer Noere, huc aduoca Polypragmõis filiũ, tuq; cũ eo vna nũc nobis astate. No. Epipone celer aduení. Pręceptores hermeneus & oneropolus te accersere iubẽt. Epi. Vbi. No. In pomario deambulãtes. Epi. Eamus ocyus. No. Eamus. One. Bone Polypragmonis fili, quod tibi nomẽ est? Epi. Nomen mihi Epiponus, obseruandissime pręceptor. one. Tu quæso dic quẽ aim habes? Epi. Bonum, vobis scilicet tribuentibus literas discere. one. Bonum certe, & id optas? Epipo. Vel maxime. one. Malles tamẽ modo aliquo ioco

cum hoc Noero, & alia adolescentum turba patris recessum interobliuisci. Epi. Imo discendo & audiendo. Nam puerilium iocorum consuetudinem non habeo; neque me oblectant quicquam. One. Quid ergo? Epi. Liber, ac literarum studia. Her. Id profecto in iuuene laudabile multum, ingenuamque adolescentis indolẽ demonstrare videtur. One. Sed tu quid potissimum discere, audireque peroptas? Epi. Philosophiam. One. Te ergo in rationalibus disciplinis mediocriter sentis eruditum. Epi. Aliquãtisper. periculum facite, & vbi minus sane sensero, ego libens ferulę manũ subdo. One. Haud male ais. O Noere huic coæquali tuo Physicam introductionem procura, quam ter quaterve repetitis vicibus legat, memoriæque mandet, nos obiter expectantes deambulabimus. No. Curabo. Her. Iam aliquandiu morati, nunc arbitror aduentabunt. Sed quam Oneropole spẽ de puero concipis? One. Bonam admodum, læta fronte puer est, benignus, & simplex, & nil mirum si Polypragmon ipsum vehementer diligit, velitque ingenuam ipsius indolem pulchrioribus disciplinis aliquando perfici, potius quam paternas artes sequi, quę semper lucrum, & ea quorum fortuna domina dicitur; intendere videtur. Her. Verum ais. multũ diues admodum est Polypragmon neq; vnquam congregandi cura ipsi defessa remittitur: nec opus erit hunc iuuenem vnicum eius filium negotiationem sequi. verum si prudens & sciens manibus nostris euadat, recte, iuste, & liberaliter diuitijs, tot curis, vigilijs, periculis & laboribus a Polypragmone partis, vtetur. one. Recte certe, & liberaliter vtetur. Sed ecce puer aduentat. Epi. Assum. one. Oportune quidem nimium. studuisti memoria tenere quæ mandaueram? Epi. Teneo. one. Diligentius igitur attende. epi. Attendo. one. ¶ Figurã igitur huic nostræ introductioni prępositam vides? epi. Video. one. Figura hæc tota, mundum nobis repræsentat sensibilem. Mundum autem sensibilem voco, totum cęli lunæ concauo contentum, vt sunt elementa, animalia, vegetabilia, mineralia, & mixta imperfecta, suaque accidentia. & maximus iste circulorum, cęli lunę concauum nobis insinuat: intra quod pulchro hoc ordine in se inuicem quatuor digeruntur elementa, ignis, aer, aqua, terra. Deinde pari subsequuntur circuli: quorum primus circulus naturę est. Secundus causę. Tertius motus, Quartus infiniti. Quintus loci. Sextus vacui. & septimus temporis. Quę omnia in nostro magno circulo sunt comperta: nisi vbi nigrum punctum in star sphęrulę perspexeris. Priuationem enim eius cui apponitur, significat, nusq; quę in nostro circulo reperiri posse. Et de hoc sensibili mũdo sunt octo physici libri. Neque in his perdiscendis vsquã alio mentẽ tuã deflectas, sed singula de ijs q; in magno circulo, & in hoc sensibili mũdo cõtenta sunt, dicta itelligas, adeaq; sola applices nisi iterdum ex horũ sensibiliũ similitudine, similitudinisq; quadã proportione, cęlestia, supramundana, intellectualiaq; rimari expediat. Tu igitur fili si figurã memoria teneas, eã nobis audiẽtibus prome. Epi. Faciã. Magnus circulus cęli lunę concauũ, elementorum ordo & situs. Ignis, Aer, Aqua, Terra.

Figurę introductioni physicę prępositę explanatio.

Natura	Causa per accidens	Motus indifferens
Causa	Causa actu	Infinitum primo
Motus	Causa potentia	Infinitum secundo
Infinitum	Motus	Tertio
Locus	Generatio	Quarto
Vacuum	Corruptio	Quinto.
Tempus	Augmentatio	Locus
Natura	Diminutio	Locus communis
Materia	Alteratio	Locus proprius
Forma	Secundũ locum mutatio	Locus naturalis
Res naturalis	Motus subiectiuus	Locus violentus
Causa	Motus terminatiuus	Vacuum primo
Materia	Motus totius	Vacuum secundo
Forma	Motus per se	Vacuum tertio
Efficiens	Motus per accipens	Tempus.
Finis	Motus acquitiuus	Præsens

Universidad de Deusto
Biblioteca

Causa propinqua	Motus deperditiuus	Præteritum
Causa remota	Motus naturalis	Futurum
Causa per se	Motus violentus	

Quid natura.

¶One. Prompte admodum, postea singula eo ordine, eaq; serie, qua nuper deprō
fisti, diffiniuntur atque interpretātur. Et quo melius ingenium tuum (quod susce 2
pimus educandum) arbitrio nostro deprehendamus, interroganti responsiones al
terna. ¶Quid natura est? Epi. Natura substantiale principium est, quod vnicui-
que transmutationi subiectum esse natum est, aut trāsmutationi effectiuū. One.
Ita semper responde. Est enim hæc naturarum vnicuiq; transmutationi, genera-
tioni, corruptioni, augmentationi, diminutioni, alterationi & lationi secundū lo-
cum, nata esse subiecta, hæcvero vniuscuiusque trāsmutationis, generationis, cor
ruptionis, auctionis, diminutionis, alterationis, & lationis effectiua. Et hac disiū
cta diffinitione, vtriusque naturę diffinitione sufficienter haberi posse puta. Nā

Quid materia.

prima particula propter materiam, secunda vero propter fomam adiecta est. quo
tamen cunctis sanius rectiusque intelligendi detur occasio: vtriusque particula-
tim subducta est diffinitio. ¶Quid ergo materia. Epi. Est natura quæ vnicuique
transmutationi subiecta esse nata est: vt (quemadmodum dicebas) generationi,
corruptioni, augmentationi, diminutioni, alterationi, & secundum locum motio
ni. One. Cū tu generabaris, vbi eratvt in subiecto tua generatio? Epi. In mea ma 3
teria. One. & quando tu corrumperis, vbi tum tua corruptio? Epi. In mea mate-
ria. One. Quando tu augeris, vbi tua augmentatio? Epi. In mea materia. One ro.
Quando tu minueris, vbi tua diminutio? Epi. In mea materia. One. Quando tu
alteraris, vt calescis aut frigescis: vbi tua alteratio, vt calefactio aut frigefactio?
Epi. In mea materia. One. & cum te transfers de loco i locum, vbi tua latio? Epi.

Quid for

In mea materia. One. Ad singula probe semper idem respondisti. ¶Tu modo
materiam interpretare. Epi. Subiectum, hylen, potentiam, potentiam subiecti-
uam. One. Sane hæc omnia, materiæ sunt nomia. Quid forma. Epi. Forma natu
ra est transmutationum effectiua. One. Recte ais. Cum ignis alium ex lignis ge
nerat ignem: quę illic natura generans, generationisque effectiua est? epi. Arbi
tror me debere respondere: ignis generantis forma. One. Debes. & cum aqua ex 4
tinguit corrumpitque ignem, quid corruptionem illam efficit? epi. Dicerem fri
giditatem ac humiditatem, sed forte non tibi placet. One. An frigiditas aut hu-
miditas natura sit? epi. Non certe. Nam neutra substantiale principium est, sed
non aduertebam. One. De natura quæro, quæ sit illius corruptionis effectiua, &
non de accidentali, efficiente instrumētoque. epi. Iam teneo, & erratum meum
deprehendo: respondendum vtique erat, aquę ignem corrumpentis forma. one.
Oppido iam sapis. Cum tu augmentaris: quę natura eam augmentationem effi-
cit? epi. Mea forma. one. & cum tu alteraris, vt cum frigore nimio inhorresc-
cis, quid in te alterationem, vt calefactionem inducit, caloremque reparat? epi.
Mea forma. one. Verum ais, quando exterus calor eam non inducit. & cum tu
ambulas, quæ natura illam agitationem, & secūdum locum mutationem, vt am- 6
bulationem efficit? epi. Mea forma. one. ¶Vides igitur quomodo omnis trās
mutatio, vt generatio, corruptio, augmentatio, diminutio, alteratio, & latio, in na
tura est: nam in materia, a naturaque proficiscitur, nā a forma. epi. Equidēvideo.

Qd materia adpatiendum, forma vero sit ad agendū.

one. & non modo fili omnis transmutatio in materia est, sed & omnis quęcunq;
sensibilis affectio. ¶Fecit em deus nostræ sensibilis machinę, oimq; rerū optim⁹
& sapiētissimus opifex, duas naturas, hanc solum ad agēdū, illā vero ad patiēdū. 7
epi. Intelligis hanc (vt arbitror) formam, & illam intelligis materiā. one. Intelli
go. Et vt materia sese habet ad agēdum, ita forma ipsa ad patiēdum. Epi. An ꝙ
dicis teneam, incertus sum. Nonne optime præceptor nuper dicebas, materiam
vt solum patiatur, a rerum optimo sapientissimoque opifice esse factam, & for-
mam vt solum agat? Si itaq; sane intellexerim, materia neutiquā agere poterit.

One. Neutiquam fili, neque quoq; forma pati, verum formam pati, materiam es
set agere. Intelligis quorsum hęc ꝓportio? Epi. intelligo. One. ¶Interpretare igi
tur formā. Epi. Speciē, actū primū substantialemq;. One. Recte quidē: naturę in
8 terpretes his ꝓmiscue noibus pro eodem vtunt. Sed meministi te ita naturā dif
finiuisse. Natura substātiale principiū est, vnicuiq; transmutationi subiectū, aut
transmutatiōis effectiuū. vbi primā ꝓticulam substātiale principium posueris?
Epi. Memini. One. Expedit igitur quid hic substantiale principiū vocemus, itel
ligere. Epi. Sūmopere. One. Dic igitur quę hmōi vocemus pricipia? epi. Ea sunt
quæ cum non sint ex alijs, neq; ex alterutris, oia alia fiunt ex ipsis. one. Interpre
tare oia alia. epi. Res naturales oēs. one. Recte ais. hac diffinitione diffiniun-
tur prima principia physica: non quidē discipline, quæ dignitates, suppositiones-
9 que aut diffinitiōes sunt: sed prima principia res naturales cōstituētia, atq; stabi-
lentia: cuius quidem diffinitiōis intellectus hic est. Prima pricipia physica, sunt
quę ex alterius naturę physicis principijs minime constituuntur (priora em non
habent) neq; vnum ex altero constituitur, sed ex ipsis res naturales constituūtur
omnes. Cōstituerentur enim ex alijs principijs, si alterius naturæ principia, suæ
quidem essentię substantięque partem in se reciperent: perinde atq; tu tuū corp⁹
tuę quidē substantiæ partem in te recipis, similiter & animā. & alterutrū ex alter
utro fieret, si eorum vnū, alterum constitueret, esset que eiusdem essentiæ pars. &
cum dicimus omnes, rationem principiorum respicimus generalē. Fiunt em res
naturales omnes ex materia atque forma, quāquidem particulā si omittas, dicas-
que pricipia physica esse q̄ non fiunt ex alijs, neque ex alterutris, sed res natura
les, vna quidem aut plures fiunt ex ipsis: hanc diffinitionē singulis apte applica-
11 bis. & nihil hic referre putamus ita enunciasse, ex ipsis omnia alia fieri, aut om-
nia alia fieri ex ipsis. Nam passim vbique in philosophia dictorum rectā sanāq;
intelligentiam petimus, indignumque reputamus, & a philosophię dignitate q̄-
plurimum alienum, in ea sophismata tractare, sensusque sophisticos exquirere.
epi. Indignum certe & videor hanc mihi pulchrā declarationem plane intelli-
gere. one. Si te rogem an materia & forma ignis, rerū naturaliū sint principia, ha
bes quid respondens afferas? epi. Habeo. dicam equidem ignis materiam & for
mam. vnius aut plurium rerū naturaliū esse principia. one. Nihil refert, vnius
sint, aut plurium. Scisciṫabor causam. quare inquam? Epi. Quia cum non sint ex
alijs, neque ex alterutris, re naturales vna quidē aut plures fiunt ex ipsis. & sicut
me docuisti, ego cautius atq; ex industria oēs omisi. Nā diffinitionē haud applica
re potuissem, qnquidem ex materia & forma ignis, non oēs res naturales fiant, ita
saltem mihi videtur. one. Sane concipis. Nam ex illis neque fit aer, neque aqua,
neque terra, neq; aliud quicquam, ꝙ non sit ignis. ¶Rursus si te interrogare per
gam, vbi rerū naturalium forma sit? Epi. Adijciam, in eius materia. One. Nam
materiam ad patiendum, recipiendumq; posuimus. ¶An materia principiū for-
mę sit, an forma principium materię? vide ne erraueris, principio principium po
nens. Epi. Hęsito. Dicam tamen, etsi incertus, materiam principiū subiectiuum
formæ esse, sed non ꝙ formā constituat, quodque formę essentiam, substantiam-
que prestet, dicam itidem formam materiæ principium formale esse, & vt quod
est in subiecto: sed non quod materiam constituat, materięque essentiam sug-
gerat, nam materia principiū esse non posset. Her. De te nobis fili Epipone hac
tua cauta responsione, mirū in modū bonam spem adauges. One. ¶Longi⁹ pro-
13 gredere: an materia, rei naturalis sit principiū, pariter & forma? vt materia ignis,
pricipium sit ignis? & forma ignis sit ignis principiū? quod si ita fuerit, an consi-
militer abitreris materiam ignis, principium esses ignis, vt & principiū formę?
& formam ignis, hunc in modum principium esse ignis, & vt forma principium
materiæ? Her. Obtundis puerū nimiū ꝓpensa quæstione. One. Non obtundo,
nā celer apprehendendo puer est, dic fili, aut vis potius quæsita resumā. Epi. Tē
tabo. Mate[illegible] rei naturalis principiū esse, pariter & formā, vt materiā ignis prin

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipium esse ignis, itidem & formā ignis, paulo ante tibi interroganti respōdi, causamq; adhibui. Cū rursum percontaris, an materia ignis, ita principium sit ignis vt eam dixi principium esse formæ? Non. Nam materia ignis, principium ignis est, vt ipsum constituens, essentiæ substantiæque partem ministrans. Et consimili modo forma alteram substantiæ partem igni suggerit, quodquidē materia formæ minime facit, itidem neque forma materiæ. One. Tua hæc responsio me delectat. Et si ita dicere pergas, Polypragmonis loculos, imo vero diuitias Crœsi, pulchri animi tui comparatione thesauri nihili pēdam. ¶ Sed quod magis existimas materiam & formam rei naturalis esse principia, an materiā principiū formę, & formā materię? Obtices. Epi. Verū. nam q̄ respondeam, haud satis cōpertum habeo. One. Thesaurum illum quem loculis paternis diuitijsque Crœsi p̄ferebam, nobis forte occultare vis. Sed cedo, nonne perpendis materiam rei naturali principiū essentia intrīsecū esse? pariter & formā? Epi. perpēdo. One. Et materiam formę pricipiū essentia substantiaque extrinsecū, itidē & formā materię? Epi. & hoc iterū. One. & principiū substantia alicui intrinsecū, magis illius principiū est, eo ipso q̄ eiusdē principiū sit substantia extrinsecū. Epi. est. One. Ne tibi ratio principij data, quę est ex ipso aliud fieri, eius cōparatione q̄ constituit, tibi magis cōpetere videtur? Epi. Videtur. One. Materia igitur rei naturalis essentia substantiaq; (vt diximus) intrinsecū principium, magis pricipiū est, q̄ formæ principium, cuius essentia pricipium extrīsecum est. & ita de forma in cōparatione materię sentiendū est. Epi. Sequitur. One. Haberes ergo mō quid responderes? Epi. Haberē, materiam scilicet & formā magis proprie rei naturalis pricipia dici debere, q̄ materiā pri ncipium formæ, atq; formā principiū materiæ. One. Sed ꝓcedamus. ¶ Quid res naturalis? Epi. est quę constat ex naturis. One. Vt ignis constat ex materia & forma ignis, & aqua ex materia & forma aquę, q̄admodum tu ex tua aīa constas atq; tuo corpore. Quod em̄ i te est rationalis anima, in igne est ignis forma, & quod in te corpus est, in igne ignis materia est. Epi. Intelligere videor: sicut hęc duo habeo, animam videlicet & corpus meas quidē duas naturas, ex quibus consto: constituorq;, ita quoque ignis duo habet, duasque naturas, formam scilicet, quę meę animę respondet, & materium, quę meo respondet corpori, ex quibus duobus ignis constat cōstituiturque. One. Haud erras. Ita est. & sicut tua aīa (quę tua forma est) oēm tuā efficit in corpore sensibilē operationē, ita & forma ignis in materia ignis oēm ignis efficit operation, affectionemque omnem: vt caliditatem, siccitatem, luciditatem, leuitatem, raritatē & motū, sursum. Fecitque rerum oīm optimus opifex rem naturalem oēm duabus consta re naturis, oēmq; duabus naturis, materia scilicet atq; forma, nexuit. hac scilicet ad agendum: illa vero ad patiendū. essetq; altera sine altera otiosa. at nihil in natura vacuū otio sumq; fit vnq̄. & oēm ex sua materia, sua forma, & vtriusq; simul vnione consurg ere voluit. Et reuera materia linea est, forma superficies, & vnio illa, profundum. Et ex illo suo ternario res naturalis oīs perfecta consurgit, imitaturque quantuncunq; potest suum principiū, nititurque ipsi quoad potest assimilari. Her. Noli o Oneropole puerū analogijs ludere. Epi. Vis ne ergo rem naturalem oēm ex lineis & superficiebus consurgere perfectam, cōpositāq; esse, q̄nquidem ex materia & forma cōflata sit? Her. Vide an ne non recte sentirē te puerū ludere. One. Dico fili, & non dico vt concipis, nūc aūt intelligere non possis. sed tu aliq̄n intellecturus reserua. Nunc autem dicas, quot rerum naturalium gña. Epi. Quinque elementa, animalia, vegetabilia, mineralia, & mixta imperfecta. One. Elementa sunt fili, ignis, aer, aqua, terra. Animalia homo & bruta. Vegetabilia: arbores & herbæ. Mineralia, lapides, metalla, & cętera similia quę effodiuntur eruūturque a terra. Mixta imperfecta, vt aeris flammę nubes, pluuia, nix grando, ventus, & consimilia. ¶ Quę dicuntur secūdum naturā? Epi. Rerum naturalium cum ipsis conueniant accidentia. One. Vt igni maxima caliditas, siccitas, luciditas, leuitas, raritas, motus sursum, sua dimensio atque figura, quemad-

modum sanitas, pulchritudo, corporis robur, atque firmitas, tibi secundum naturam conueniunt. ¶ Quæ præter naturam? Epi. Rerum naturaliū accidentia, cū ipsis disconueniant, suæq; naturę sint aduersa. One. Vt, Epi. Ego exemplū tuum aduertens dicerem: vt igni frigiditas, humiditas, opacitas, grauitas, motus deorsum, disconueniens quantitas, & figura: mihi vero ægritudo, deformitas, corporisq; eneruatio & debilitas. One. Recte. ¶ Interpretare ergo rem naturalē. Epi. Totum, compositum, corpus sensibile, hoc aliquid. One. Vides ergo nos primū exegisse circulum? Epi. Video. One. Respirandum igitur nobis modicū est, modicaque interiecta quiete resumendi erunt labores. Tu ad me redito cum primū voles, & me minus occupatum senseris. Epi. Redibo. One.

Euerteris Epipone, & quid petas scio. Causa te huc aduexit. Epi. Videlicet, vt causam mihi declares, ac eius modos, eiusq; species aperias. One. Faciam. Attende igitur attentiuscule. ¶ Tu interrogatus quid causa sit, ita respondere debebis. Causa est ad quā aliud sequitur. ¶ Quid est ad eam aliquid sequi? Est ex ea, per eam, ab ea, ipsiusque gratia aliquid esse aut fieri. ¶ Quid effectus? Idipsum est quod ad causam sequitur: vt q̄ ex aliquo, per aliquid, ab aliquo, alicuiusve gr̄a sit: vt tu ad corp̄ sequeris. nā ex corpore subsistis ad aīam. nā subsistis per aīam, ad parentes, nā ab eis ipsis ortū ducis. sequeris & ad sapientiā: nam sapiētiæ gratia (quę dei contemplatrix est, amatrix, memorque perēnis) nasceris. hęc itaque quatuor, corpus, anima, parentes, sapientia, tuæ sunt causę: tu vero eorū effectus. ¶ Quid causa materialis primo, in primaq; eius significatione? Est ex qua cum aliquo fit aliquid. & hæc scientiā omnem & artem ambit: vt in grammaticis literę, dictionis sunt materia. In logicis subiectum, prędicatum & copula, enunciationis sunt materia. & consimiliter rethor, musicus, arithmeticus, geometer, astronomus, moralis politicus, philosophus & artifex, suā suo modo habent materiā. Attamen de ea solum quę physica est, & rerum naturaliū materia, nobis, propria aptaque determinatio est. quocirca subiungitur, quid rerum naturalium materialis causa. Ea enim est, ex qua cum forma fit compositum. ¶ Quid causa materialis secundo? Est in qua aliq̄d fit vt in subiecto, & quia bifariā aliquid in aliquo esse vt in subiecto cōtingit, vno modo, vt consubstātiale in consubstātiali, quemadmodum tua anima in tuo corpore, quorum vtrunq; tibi substātiale est, & alterum alteri consubstatiale, quippe quæ simul totam concausent constituantque substantiam, altero modo vt accidens, in subiecto, quemadmodum calor in corpore tuo. idcirco subiectum ad duo comparatum, substantiam scilicet & accidens, materia, & hoc secundo modo causa materialis esse dicitur. Et materiam primo modo, materiam ex qua dicere solent. secundo vero modo, materiā in qua, & materiā subiectiuā. Quid causa formalis? Est per quā res habet esse. & eius hęc ponuntur elementa. Forma dat esse rei. remque conseruat in esse. Ipsa nāque præsente, res est, & ipsa fugiente, absenteque, res ipsa perit, atque amplius non est. Epi. Vocas ne elementa principia, quo pacto dignitates, suppositiones & diffinitiones vocare solemus. One. Voco. Si em̄ substantia fuerit, dat esse substantiale, & esse simpliciter, vt tua forma dat tibi esse substantiale, & simpliciter: & ipsa præsente corpori, vt in subiecto, & cōsubstantiale in consubstantiali: proculdubio te conseruat, atque es. ipsa vero fugiente, protinus peris, neque ampliusvsquam subsistis. Etsi accidens fuerit, dat esse accidentale, & secundum quid, ipsumque conseruat, vt quantitas esse quantū, & qualitas esse quale, vt calor dat esse calidum, & conseruat. quo quidem calore alicui præsente, & sufficiente quidem, ipsum calidum est. ipso autem absente nō amplius calidum manet. At quia hęc fomæ ratio, huic disciplinæ propria accōmodaque non est, sed elementum commune atque vagum, idcirco causæ formalis physicæ diffinitio subnectitur hunc in modum. ¶ Causa formalis rerum naturalium, est per quam res naturales vna quidem aut plures existūt. Nihil refert.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam per vnã, vna res naturalis: & per plures, plures res naturales existũt. ¶Quo
pacto diducitur causa fosmalis? In causam formalem substantialem, & acciden= 27
talem. ¶Quid causa formalis substantialis? est quæ dat esse substantiale, & quæ 28
substantia est vt anima. ¶Quid accidentalis? est quę dat esse accidentale, & quæ 29
accidens est vt calor. ¶Quid causa efficiens? est aqua aliquid fit. vt conseruatur, 30
producitur aut corrũpitur. ¶Quo pacto diducitur? in causam efficientem, con= 31
seruantem, in producentẽ, & corrũpentem. ¶Quid conseruans? est a qua aliquid 32
ne deficiat conseruatur: vt calor & siccitas ignis, calor & humiditas aeris, frigidi 33
tas & humiditas aquę, frigiditas & siccitas terrę: & in nobis sanitas. ¶Quid pro= 34
ducens? Est a qua alterum producitur, vt ignis ignem producens, aer, aerẽ, aqua 35
aquam, terra terram, homo hominem. ¶Quid corrũpens? Est a qua alterũ corrũ 36
pitur: vt corrũpens ignem, aerem, aquã, terrã aut hominẽ. ¶Quid causa finalis? 37
Est causa gratia cui⁹ aliquid fit, vt in nostro circulo elementa gratia mixtorum, & omnino minus perfecta, perfectiorũ gratia fiũt. ¶Quo pacto partitur causa finalis? in finem pręcipuum, & cuius gratia: & finem minus pręcipuũ. ¶Quid fi nis pręcipuus, & cuius gratia? Est causa cuius gratia aliquid fit, cum ipsa vlterius alterius gratia non sit. Et hanc eãdem, finem prima intentione nonnulli vocant, vt nostro sensibilium circulo elementa sunt gratia mixtorũ, & imperfecta mixta gratia perfectorum, mineralia gratia vegetabilium & animalium.

Pulchra rerum naturaliũ ordinatio.

Elementa vero, imperfecta mixta, mineralia, vegetabilia, & cętera animalia mentis rationisque expertia, hominis sunt gratia. Sic enim natura, imo naturæ ac omnium optimus sator atque effector, semper imperfectiora, perfectiorũ ordi nauit gr̃a, quem si imitari desideramus, nos semper opera nostra ad meliora diri= 38
gere oportet, vt opa corporis ad opera animę, & opera aiæ ad vnũ optimũ ipsius animę actũ. ¶Quem ipsum ais? One. An quicq̃ melius esse putas quã deum vniuersorũ & maximum bonũ cognoscere, cognitum amare, & sp̃ sibi pręsentẽ memoria reuocare? Epi. Non puto. One. Talem igitur optimũ mentis nostręac tum dico. homo autem in nostro sensibili circulo amplius finem suum non ha bet. ¶Sed collatione ad ea quę in ipso continentur facta, homo eius finis pręci= 39
puus esse videtur. Nam ipse est cuius gratia omnia alia nostri circuli sint, nec vlterius alterius gratia (quod in nostro sit circulo) existat. Epipo. Ausim te aliquid vnum interrogare? One. Vt vis. Ep. Quod scisciтari concepi, forte pręter proposi tum esse iudicabis. One. Haud cura. Epi. Vt ergo tibi placet, hęc me audisse memini: fœlicitatem hominis esse finem, & Aristotelem contendisse contra illud Solonis Athenienſis, postea a peritissimo poeta carmine notatum.

Aristoteles. Solon. Ouidius.

Sed scilicet ultima semper
Expectanda dies homini est: dicique beatus
Ante obitum nemo supremaque funera debet.

¶Et voluisse contra Solonis sententiam, hominem in hac vita vere dici posse fœ licem. Quare videtur in hoc sensibilium circulo posse habere suum finem. An tu in hoc Aristotelem non approbes? cum te vt Peripateticum, & fere nusquã ab eius sententia dissentientem, celebrent omnes. ad te profecto & Hermeneum accessi miro desiderio percitus, vt Peripateticæ sectę sim discipulus. One. Ap= 40
probo fili & in hoc vel maxime. & quanuis quod quęris, huic loco minus sit ac commodum: licet tamen aliquantulum tui gratia digredi. ¶Quod petis chariſſi me fili, nos vt puto, natura ipsa docebit. Vidisti aliquando pulchram arborẽ? epi. Vidi equidem, & bonam. One. Bonum igitur fructũ afferebat. Epipo. Afferebat. One. & quamoptimum quidem poterat. epi. Quamoptimum, vt puto. One. Mo do non esset impedita, & optimam eius operationem. videlicet quamoptimi fructus poterat productionem, alterius ne gratia, & substãtię quidem faciebat? epi. Faciebat, hominis scilicet gratia. one. Qui mentis intellectusque particeps sit, & solus deum in nostro sensibilium circulo cognoscens. Epi. Videlicet. One Vides ergo quõ arbor illa optimam suæ naturæ operationem exercet, & alteri⁹ superio

ris substantiæ gratia: optimũ scilicet quẽ põt fructum producens, quẽ quidem su um finem consequendo, superiori reddit substantiæ. epi. Video. one. Videturne tibi hõ ad aliquem fructum afferendũ factus? Epi. Arbitror ĩ similitudine. one. Et optia eius operatio, optimus eius erit fruct⁹. epi. Mihi videtur. one. Optim⁹ igitur eius fructus, operatio sapientiæ est: quę sola æterna contẽplatur & respicit. Sed fructus ille optimus, qui æternorũ cõtẽplatione genitus est, alterius ne superioris substantiæ gratia erit? cum hõ substantiarum optima non sit, & oia infra ho minem suas optimas efficiant operationes, alterius & superioris substãtię gratia? Epi. Mihi quidem sic natura docere videtur. One. & id cuius gratia aliquid fit, fi nis est. epi. Est. one. Illũ igitur superioris substantiæ finem cui hõ suum opti= mum reddat fructum, hominem in nostro sensibilium circulo dixi nõ habere: vt reliqua omnia infra ipsum hominem, suum hñt. nã in nostro sensibilium circulo nulla substantia homine superior præstantiorq; est. In ipso tñ finem vnũ habere põt, vt optimã eius operationem: quæ in sensibilium circulo alterius gratia non est, sed eo ipso in circulo cætera omnia ipsius sunt gratia, & qui finis hominis se cundum accidens est, ab Aristotele dictus huius vitæ, & in hoc sensibili mundo, hominis bonum, finis, & fœlicitas. & recte quidem. nam in hoc sensibili mundo, alterius gratia non est. epi. Videor te quodãmõ intelligere. Aristoteles & Solon Athenienſis de hois fine secundum accidens sumpto locuti sunt: tu autem de ho minis fine secundũ substãtiam sumpto loquebaris. Ad quem quidem, hois finis secundum accidens sumptus (vt arboris optimus fructus ad hominẽ) ordinatur. 41 One. Idipsum. ¶Sed quem immortalibus & æternis fructũ immediate debere censebis? quem mortalibus & caducis? Epi. Mortalibus & caducis corruptibilem caducumq; fructum: ĩmortalibus vero & sempiternis immediate debitum existi= mo ĩmortalem, & sempiternum. One. Sic caducũ caduco, & sempiternum sempi terno, rite sine medio cohærebit. & optimus noster fructus, ĩmortalibus substan= tijs & æternis immediate debitus est. nam substantiæ homine superiores, ĩmorta les atq; sempiternæ sunt. epi. Ita consentiunt omnes. One. Optimus igitur hois fructus immortalis est, & sempiternus. Sed qui immortalis & sempiternus esse possit, nisi mens a qua proficiscitur, immortalis sit, & sempiterna? Epi. Nullo pa cto. One. Est igitur mens nostra, nosterque animus, immortalis & sempiternus. epi. Eius & omnium laudetur parens optimus. One. Laudetur. ¶Optas ne il 42 lam animi tui sempiternitatem in tuo fine possidere? epi. & tu, vt arbitror, maxi me. one. Quo modo arbor illa (quæ modo nos docuit) in homine finem suum at= tingit? Quo procedat, declara. epi. Mihi quidem id difficile. Sed quoniam po scis, meum qualecunque afferam iudicium. Primum vegetat, & se erigit in plan tulam, solas frondes, solaque folia ferens. Hinc priusquam arbor perfecta sit, su umque nacta sit incrementum, flores profert spirantes, mox flores & fructum: ne que fructum sine floribus vnquam. One. Fili, illa non est vera arbor, veri flores, verum odoris spiraculum, verus fructus, sed tu: & illa solum tui est similitudo, si naturam sequeris. Cum enim primum nasceris, ad statum tempus in plantulam erigeris, solis sensibus & appetitu vtens. & hæc tua sunt folia. Hinc priusquam tu arbor adulta sis, tuumque sumpseris incrementum, rerum nomina discis, & quædam ad virtutes præparamenta iacis. Et hi nostri sunt primuli flores: spiran tes quidem, sed nondum fructum afferentes, mox perfectas nanciscimur nostra rum operationum consilio & prudentia moderatarũ virtutes. quæ consequio pul chras scientias, pulchros intellectus, & ipsam denique pulcherrimam sapienti= am trahunt. Et hæ virtutes in nobis quidem naturam sequentibus, o pulcherri= me amice, spirantissimi & veri sunt flores, qui naturæ ordinatione fructum præ= ueniunt. Sapientia autem, eiusque operatio, optim⁹ ille & verus in nobis fructus est, qui (vt neque arboris fructus non præuenientibus spirantibus flosculis) sine virtutibus nunquam acquiri potest. Si id igitur velis, naturã sequere. Philosophi

Immortalitatis aię argumentum.

Quõ hõ ad fœlicitatẽ tendat, ꝓ arborẽ manifestatio

Universidad de Deusto Biblioteca

ſiquidem (vt dici ſolet) naturam ſequuntur, & veritatem. Stude igitur & enitere virtutes tibi cōparare, quo poſſis aliqñ tuum optimum fructum tuo ſubſtantiali fini reddere, & animi tui ſempiternitatē in tuo ſubſtantiali fine poſſidere: vt arbor optimum ſui fructum pio dei cultori exhibendo, ſuum ſubſtantialē finem aſſequitur poſſidetq; in hoīe. Hac tua interrogatiōe nos huc neſcio quō adduxiſti. Epi. ¶ An iſta ſenſibilia ad mentem noſtrā immediate cenſeas ordinata? One. Amice, hæc vix intelligere ſufficias. Immediate noſtro corpori adminiculū præbent. Et homo in confinio vtriuſq; naturæ & mortalis & immortalis eſt, vtriuſq; nexus, & medium advtranq;. Nā per mortale mortalibus cōiungit, & ad mortalia deſcendit. Per imortale, immortalibus, ad immortaliaq; aſcendit. Præbent itaque hæc corruptibilia ſenſibilia immediate corruptibili corpori aliquem vſum: quo mediante menti præbent cōtemplationem, & neceſſarias æternaſq; veritates quarum mens ipſa, ipſeque animus, cū eternus ſit, pręcipu⁹ author eſt & opifex: haſq; in ſe retinet veritates: vt eternarum veritatum eternum ſit & ſubiectū. Sed deſine plura rogare: ſine nos ad ꝓpoſitum noſtrum reuerti. Epi. Sino, iam. Hæc tñ digreſſio ne mirum in modum demulſit: & eam quantum poſſum memorię affigo, mihi forte alias ampliusvalituram. Nam cum quid in me mortale, & qd immortale ſit, cognoſco: ſemper imortale præferre cogito, ipſumq; ſummopere excolere, modo mihi ſit adiutor optimus animi pater & factor. One. Omnib⁹ adeſt bone fili. ¶ Pręcipui finis, & gratia cuius determiationē expleuimus. De fine igitur minus pręcipuo, & quo explendū eſt. de quo ſi quis percontetur quid ſit, ita reſpondendum eſt. Finis eſt, quivlterius alterius ſit gratia: vt mixta, elementorum ſunt finis, quæ quidem iterū alterius ſunt gratia, hominis videlicet. ¶ Quid cauſa propinqua? Cauſa eſt quæ particulari nomine deſignatur, aut inter quam & ſuum effectū haud multę interiacent cauſę: vt huius domus hic domificator cauſa propinqua eſt: nam particulari nomine deſignata, & tuus pater, tua cauſa propinqua eſt. nā inter tuum patrē & teipſum non multæ interiacuerūt cauſæ. ¶ Quid cauſa remota? Eſt quę nomine cōmuni deſignatur, aut inter quā ſuūq; effectum multę intercipiūtur cauſę: vt huius dom⁹ domificator & artifex cauſę ſunt remotæ. nā coī noīe deſignatę. Et tuus abauus & atauus, tuæ cauſæ remotæ. nā inter ipſos & te multę interueniunt intercipiunturque cauſæ. Et quāto noīe cōmuniori deſignetur, aut inter ipſam & effectum plures eiuſdē ſeriei cauſę intercipiantur, tanto remotior cauſa perhibetur. Et reuera prima harum diffinitionū particula diffinitę ſunt cauſa propinqua, & remota, vt penitus idem ſunt, vt particularis atque vniuerſalis cauſa. Epi. Vis ergo cum dicitur, cauſa quæ particulari nomine deſignatur, propinqua eſt: idem eſſe ac ſi plane dicatur, cauſa particularis eſt: vt quando indiuiduo nomine, vt hic ignis: aut idiuidua ſpecie, vt homo deſignatur? One. Idipſum. Et quæ ſingulari ac idiuiduo noīe, vt hęc materia, hæc forma, hoc efficiens, hic finis, maxime propinqua, & particularis eſt. Quę vero ſpecie indiuidua, particularis quidem, ſed minus. Epi. Et cum dicitur, cauſa quę cōmuni noīe deſignatur, remota eſt: idem cenſes etiam (vt arbitror) ac ſi plane dicatur, cauſa quæ communi nomine deſignatur, vniuerſalis eſt. One. Idē prorſus. Et cum eas aut particulares aut vniuerſales nuncupamus, ad ipſarum cauſarum particulares aut cōmunes rationes quibus eas efferimus, reſpicimus. Cū vero eas propinquas nominamus, inter quas & effectum non multę eiuſdem ordinis ac ſeriei interhiant cauſę, & eas remotas, inter quas multæ interiacent, interhiantq; res ipſas, rerumq; conditiones ſolas reſpicimus. Epi. Haud prius ſatis intellexeram, mihi tamen iam pene ſatis intelligere videor. One. ¶ Deinde petendum eſt quid cauſa ꝑ ſe? cui reſpondemus eā cauſam eſſe, quę cum ad aliquem effectū ſuapte natura ordinata ſit, cauſalitatis nomine pariter eſt expreſſa: vt calidum ſuapte natura ordinatur ad calefaciendum, lux ad illuminandum, & leuitas ad ſurſum mouendum: nominaq; cauſarum ad tales effectus retinent. Ideo fit, vt cū dico calidum

Hominē, mortalis naturę, & imortalis medium eſſe. 43

Cauſa ꝑpinqua. 44

Cauſa remota. 45

Quid cauſa ꝑticularis. 46

Quid cauſa vniuer 47

Cauſa per ſe.

calefacit, lux illuminat, leuitas ſurſum pellit, cauſas per ſe nominē: quarū quidē per ſe effectus ſunt, calefactio, lumē, & mot⁹ ſurſum. Et ſub natura artē & propoſitum cōprehendimus: vt ſerra ſecat: & foſſionē ad alicuius rei ſationē, aut aliqd
48 tale, ꝓpoſito, intētione, ac deliberatione ordinamus. ¶ Quid cauſa per accidens? Cauſa per accidens.
Eſt quæ ad effectum non ordinatur, aut q̄ cauſalitatis noīe minime ſit expreſſa: vt agri foſſio, inuētionis theſauri cauſa eſt per accidens: nā neq; natura, neq; arte, neq; propoſito ad theſaurū inueniēdū ordinatur. Et quāuis idē ſit calidū & leue, ſi tñ dixero, leue calefacit, cauſam talis effectus nomino ꝑ accidens: nā cauſalitatis noīe eā non exprimo. Leuitas enim non calefactionis, ſed mot⁹ ſurſum cauſa per ſe eſt. epi. Forte quod dicis concipio. Primæ harū diffinitionū particulæ, res ipſas, rerumq; conditiones reſpiciunt: ſecundæ vero ipſarū cauſarū ad ſuos effectus rationes. One. Probe admodum: bono es ingenio. Nāvt cauſa per ſe hic dicatur, & rei conditio, pariter & cauſæ ratio concordare debēt. hinc etſi cū dico, leue calefacit, leue re ipſa ad calefactionem ordinetur, cū idem ſit leue & calidū: quia tñ ad talē effectum rationē non nominat, cauſam per accidens eſſe diximus: cꝓ vt cauſa ſit per ſe, & rei conditio, & ipſius cauſæ ratio requirantur. Epi. Ipſum igitur leue quodāmōvt re ipſa cauſa per ſe calefactionis eſſe videtur, ratione aūt cauſa per accidens. One. Nec iniuria: qñquidē ipſi leui, rei conditio cōueniat, cauſæ autem ratio ad talem effectum eidem expreſſa non competat. ¶ Quo pacto diduci Quot requirūt ad cauſa ꝑ ſe. Cauſę per accidēs diuiſio.
49 tur cauſa per accidens? In caſum, fortunam, & neutram. ¶ Quid caſus? Cauſa eſt
50 per accidens eorum quæ raro contingunt, & alicuius gratia: vt ſi te tempore veris in hortulum fodiendi gratia mitterem, tuvero fodiens theſaurum reperires, qualem neq; habet, neq; vidit Polypragmon pater tuus, tua hæc foſſio, talis inuentionis theſauri caſus eſſet. Theſauri autem inuentio, illius caſus effectus: nā tua foſſio, talis effectus cauſa eſſet per accidens, vt quę neq; natura, neq; arte, neq; propoſito ad talem effectum fuiſſet ordinata, & eorum quę raro contingunt, & alicuius Quę ſunt alicuius gratia & propter hoc.
gratia. Raro enim huiuſmodi contingit theſauri inuentio: quæ quidē alicuius eſt gratia. Dicuntur em̄ aliqua alicuius eſſe gratia, & propter hoc, quæ digna ſunt vt
51 proſequantur, fugiantvrve cognita. ¶ Quid fortuna? Cauſa eſt per accidēs ſecundum propoſitum, eorum quæ raro contingunt, & alicuius quidem gratia, vt tu rationis vſu potitus, agis ſecundum propoſitum. idcirco talis inuentionis theſauri fortuna dicereris, & anima tua, pariter & voluntas. ¶ Quomodo diducēda ſit for
52 tuna? In bonam fortunam, atq; malam. ¶ Quid bonam fortunam vocabimus? for
53 tunam bonorum ac eligendorum, vt fortunam inuenti theſauri: quæ quanto proſperiorū eligibiliorūq; fuerit, tanto melior ac ſecundior fortuna dicitur. ¶ Quid
54 malam? fortunam malorum, aduerſorum, ac fugiendorum: vt ſi quis multa temporа in perdiſcendis literis longe a patria domo peregrinus fœliciter conſumpſerit, qui vſendorum parentum deſiderio tractus, multos quidem poſt annos iter arripiat, & in via ſicarios offendat, qui ipſum ſpolient, ſpoliatum enecent, priuentque vita: pia eius viſendorum parentum voluntas, ipſius mala putaretur eſſe fortuna: & bonorum ſpoliatio & priuatio vitæ, ſiniſtræ, ac aduerſæ fortunæ euen
55 tus. ¶ Quid propoſitum? Ratio atque voluntas. ¶ Quid neutra? Cauſa eſt
56 per accidens eorum quæ non ſunt alicuius gratia: vt præter intentionem caſus capilli, aut offenſaculum lapilli in via. ¶ Quid cauſa actu? Ea eſt quæ ſemper cum effectu exiſtit: vt domificans cum domificatione. Fieri enim nequit, vt quis domificans dicatur, ſi nihil quod ad futuram attineat domum, extruatur. ¶ Quid
57 cauſa poteſtate? Cauſa eſt quæ non ſemper cum ſuo effectu eſt. ea ſiquidem ſine effectu eſſe poteſt: vt domificator, cauſa domus poteſtate eſt. Epipo. Etiam puto, ſiue ab eo facta domus ſtet, ſiue non. One. Nihil refert. Et hi ſex poſtremi cauſarum modi, cauſa ſcilicet propinqua, remota, per ſe, per accidens, actu, & potentia, cuilibet quatuor præcedentium modorū cōparantur, hoc pacto. Cauſarum materialium quædam eſt propinqua, quædam remota, quædam per ſe, quædam

Universidad de Deusto
Biblioteca

per accidens,quędam actu,quædamvero potentia. Et formarum,& efficientium, & finium cōsimiliter: cuius quidem rei talem descriptionem ponere possemus.

	Propinqua	Videmur tibi fortasse circulū causæ efficiēter ex-
Materia	Remota	planasse. ¶ Id tn adhuc annotare licebit: eandē cau
Forma	Per se	sæ & effectus esse disciplinam. nam sunt opposita. 58
Efficiens	Per accidens	opponūtur enim relatiue. ideo tu effectus ita depre
Finis	Actu	hēdes. effectus materię, effectus formę, effect⁹ effi-
	Potentia	ciētis, effectus finis, effectus causæ propinquę, effe-

ectus causæ remotæ, effectus per se, effectus per accidens, effectus actu, effectus potestate. Et causam ad suum effectum referre, compararęq; debebis: & ad nullum alterum. sunt enim adinuicem correlatiua: sicut pater & filius. vt causa materialis ad effectum materialem referenda est, & forma ad effectum formæ, efficiens ad suum productum, conseruatum, aut corruptum. finis ad id quod ob ipsum finem est, causa propinqua ad effectum propinquum, & remota ad remotum, causa particularis ad suum particularem effectum, & vniuersalis itidem ad suum vniuersalem effectum. causa per se ad suum effectum per se. causa per accidens, ad effectum per accidens. causa actu, ad actualem effectum. & causa potestate, ad effectum potentialem. Si autem secus ipse feceris: rem ridiculam, indignamq; facies: perinde atq; si patrem ad seruum, aut nepotem inepte cōpares, referasq;. Sufficiunt ergo ne tibi pro huius circuli intelligentia, quę adduximus? Epi. Sufficiunt. One. Vis ergo nos ad circulum motus explendum transferamus? an defatisceris? Epi. Minime defatiscor. One. Transeamus igitur.

Cōm causam ad suum effectū referēdam esse.

QVum itaq; scisciitabitur quid sit motus: ita respondendum est. motus est alicui⁹ in aliquo aut acquisitio, aut deperditio, vt aquæ calefactio. 59
Est enim aquæ calefactio, caliditatis in aqua acquisitio. ¶ Quid acquisitio aut deperditio? Ea siquidem dicitur, quandiu aliquid rei continue 60
acquirtiur, aut deperditur: vt quandiu alicuius actus (siue substantia sit, siue sit accidens) aliquid actu habetur, & aliquid continue relinquitur habendū, quod quidem continue acquiratur: talis actus (quicunq; sit) acquisitio nominatur. Et si alicuius actus (quicunq; sit, aut substantia, aut accidens) aliquid continue reliquitur deperdendum, deperditurq; continue: talis actus deperditio nominatur, imo & motus, cum fiat in aliquo. Non enim actus sine subiecto vnq̄ esse pōt. ¶ Quo 61
modo acquisitio aut deperditio interpretatur? actus in potentia, secundum quod in potentia. aut potius acquisitio, aut deperditio: actum in potentia secundum quod in potentia interpretatur, nihil refert. Sunt enim hæc eadem, sola voce discrepantia. vt actus in potentia ad esse secundum quod in potentia, acquisitio dicitur. & actus in potentia ad non esse, secundum quod in potentia: dicitur deperditio. Arbitraris modo multum differre motum ita diffinire? motus est alicuius in aliquo aut acquisitio, aut deperditio. aut hoc pacto: motus est entis actus in potentia, secundum quod in potentia? Epi. Cum dicis, motus est alicuius in aliquo: arbitror te intelligere, alicui⁹ scilicet actus. One. Scilicet. Et cum dico, est actus entis in potentia: idē intelligo, ac si plane dicatur: in ente, actus in potētia, quemadmodum cum dico, parietis in albedo, intendens idem esse, ac si plane dicerem: albedo quæ est in pariete. cui quidem entis, in aliquo respondere fecimus. Epipo. Ergo hæ duæ motus descriptiones, solo vocis interstitio distant. On. Nisi forte adhuc differre putes, q̄ primę Hermenei sunt verba, secūdę vero, verba sunt Aristotelis. vtriusq; tn eadem sententia est. Intelligis ne ex his, entis, & in aliquo, & in subiecto idē esse? Epi. Intelligo. One. ¶ Quo pacto interpretatur motus? mu- 62
tatio, transmutatio. ¶ Quid generatio? est substantialis formæ in aliquo acquisi- 63
tio. vt formæ ignis in materia acquisitio, ignis generatio dicitur. ¶ Quid corru- 64
ptio? est formæ substantialis in aliquo deperditio, vt formæ ignis in suo subiecto, suaque materia deperditio, eius corruptio nominatur. ¶ Quid augmentatio? est 65

Comparatio diffinitionis, motus data ab Aristotele ad hāc diffinitionem

maioris quantitatis in aliquo acquisitio, vt cum pedaneū fiat bipedale, motus ac
66 mutatio facta est: quæ augmētatio dicitur. ¶ Quid diminutio? est in aliquo a ma
iore quantitate in minorē mutatio. Et his diffinitionibus eam quantitatē, quæ di
mēsio est, intelligere debemus, & non numerū aut successionē. Sunt enim dimen
siones tres, longitudo, latitudo, & profundū, vnicuiq; rerum corporearū cōcessæ,
quo occupent: rebusvero sensibilibus, quo occupent, secētur, atq; distrahātur. epi.
67 ¶ Si operæpretiū ducis, vellē mihi planius aperires, quid sit dimēsiōes nobis cō
cessas esse, quo occupemus, secemur, distrahamurq;. One. O fili, arduū est quod
petis: & quod sibi non modicā philosophiæ partēvendicat. Enitar tn vtcūq; pote
ro, tibi illud aliquantulum aperire. Si abs te sciscitarer, cur o bone fili optimus na
turæ opifex tibi albedinē concesserit? arbitror te protinus responsurum: vt albus
sim, atq; videar. cur iterum igni lucem tribuit? quo sit lucidus, atq; illuminet. Ita
ne plane responderes? epi. Responderē plane. one. Cum te rursus percontarer,
cur rebus tribuit magnitudinē? respondendum tibi consimiliter esset: quo res ip-
sæ magnæ sint/ac occupent. Et cum insuper, an tu tua essentia albus sis ac videa-
ris? an ignis sua substantia lucidus sit & luceat? Epi. Protinus subiungerē, nō, sed
ego mea albedine sum albus, & videor: & ignis sua luce lucidus, luminisq; diffu-
sor. One. & recte quidē. Sed quid tum, si quęrerē, an tua essentia sis magnus ac oc
cupes? epi. Forte velles me respondere, non, sed mea magnitudine sum magnus, Qd quantitas distinguatur a re quāta.
ipsa occupo. One. Itavolo. & ita sicut albedo, vna res in te est, a qua diceris albus
& visus, ita magnitudo, vna res in te est a qua diceris magn⁹ & occupans, quā qui-
dem dimensionem nuncupamus. Epi. Primum mihi clarum est: secundumvero,
non vsqueadeo. one. Ne cura, te docilē præbe, nondum (vt aiunt) nixus es collo
giganteo. epi. Non mediusfidius, nam parum distantia perpēdere sufficio. one.
Cur tuipsevbi ego sum, huic scilicet sedili immediatus insidens, vna mecum si-
mul esse, insidereq; immediatus non possis, itavt tua potentia simul sit cum mea,
& tuus actus simul cum meo sit actu? epi. Quia corpus meū nequit (vt mihi vi-
detur) tuum corpus subitrare. One. Quod videlicet tua dimensio, pariter & mea,
nequeūt se inuicē subire. Sed sic dimēsio suum locū occupat, vt vetet, obstaculo,
impedimētoq; sit, ne quęuis alia dimēsio, & quoduis aliud corpus pariter vnaque
cū ea eundē locum occupare ac replere possit. Quod si cōtingeret, hoc philosophi
dimensionū occupationē, penetrationēq; nuncupant: quam & natura impossibilē
esse ponunt. Sed si esset in oriente vnus sol lucis aureæ, itē & alius in occidēte lu
cis rubicūdæ: vbi esset primi, aureiq; solis lumē? epi. In toto nostro cōcauo. one.
& totum nostrum concauum, sensibiliumq; circulū repleret. epi. Repleret. one.
Nam totum ipsius lumine suffusum, oppletumq; esset. Et vbi secundi, rubicundi
que solis lumē? epi. In toto nostro concauo. one. Ipsumq; repleret? epi. Reple-
retvt primum. one. Sed vnde hoc? vt hæc duo diuersa lumina non occupēt, ne-
que se impediant, quo minus idem repleant, & tamen hæc duo nostra corpora oc
cupant, sibique mutuo ne omnino idē repleant, impedimento sunt? epi. Nescio
quid respondendum sit: nisi quia nos dimensiones habemus, quæ (vt paulo ante Qd lumē color, & calor nō sūt quantitates.
dicebas) ad occupandū rebus concessæ sunt. oner. Sane, & vbi in manu tua color
est, illic omnino & calor. Epi. Arbitror vbique in mea manu colorē esse pariter & Qd lumē magis sua natura replet q̄ dimensio.
calorē. On. Verū quidē, cū nulla tuæ manus pars colorevacet ac calore, illorūque
sit expers: nunquid se occupāt? Epi. Non: vt iam fassi sumus. Nam vbicunque in
manu color est, illic & calor. One. Quid causæ huius rei tibi esse videtur? Epi. Qz
dimensiones non sunt. One. Probe, posses ne ergo lumina illa, & colorē & calorē
dicere quantitates, vel magnitudines, extēsiones ac dimensiones? Epi. Minime
profecto. one. Tu fateris ergo lumina illa, dimēsiones non esse. Nam dimensio
nes sese occuparent. quod ipossibile est, & tn fateris illa replere. epi. Fateor. one.
68 ¶ An non putas ea magis replere, quæ ita replent, vt ab altero non impedian-
tur, quo minus repleant, & quæ idem cum altero replent? an ea quæ cum altero

Universidad de Deusto
Biblioteca

replere nequeunt? Epi. Existimo ea magis, quæ vt repleant, a nullo præpediũtur, & quę cum quouis altero replent. One. Et vna dimensio simul cum altera dimensione replere nõ põt. Epi. Non potest. One. Et vnũ lumen simul cum altero lumine replere põt. Epi. Verum. One. Magis igitur lumen suapte natura, ipsa dimensione repletiuũ est. imo vero dimensio potius replentiã impedit. Facit enim mea dimensio & tua, vt id quod repleo, tu simul vna mecum replere non possis. Epi. Impedit proculdubio. One. Cum itaq; charissime fili dimensio replentiã impediat, ab ipsa dimensione replentia nõ ꝓficiscitur. Epi. Nõ: vt mihi videtur. One. Et ego & tu sine dimensione melius repleremus: qñquidem mea replentia simul cum tua tunc esse posset. Epip. Melius, vt mihi apparet. One. Et, vt ex concessis sequitur, quanto quicq̃ magis a natura dimensionum recedit, magis recedit ab eo quod plenitudinem & replentiam impedit. Epi. Præcedentia trahunt. one. Et tu forte magis arbitraris lumen a natura dimẽsionum recedere, eo ipso sensibilium colore atq; calore. Epi. Nec iniuria fortasse. nã luminis replentia maior magisq; se diffundit. one. ¶ O beate, si intelligere pergas, lumen hoc sensibile de quo sermonem agitamus, extensioni dimensioniq; coniunctum est, & per accidens longum, latum, & profundum: ꝙ longitudini, latitudini, atq; profundo cõiunctũ sit, & eidem subiecto cohærens: cuius quidem subiecti distractiõe distrahitur, & sectione secatur. Sed est aliud verius lumen: cuius hoc sensibile lumen vestigium quoddam, & similitudo est quod neq; dimẽsioni cõiunctum est: neq; distrahibile, neque desecabile sitvnq̃. Sed tuvtrum horum duorum luminum magis a natura & cõditione dimensiouum recedere putes? Epi. Magis illud lumen verius. one. Et cõfessi sumus dimensiones replentiæ impedimento obstaculoque esse. Epip. Cõfessi sumus. one. Magis ergo verius illud lumẽ replebit: qñquidem magis ab impedimento repletiõis recedit. Epi. Videtur. one. & quid si adhuc magis recedat? epi. Magis replebit. one. & si magis in infinitũ recedat? epip. In infinitum replebit. one. Fili, illa veriora lumina, cœlestes & supramundanæ sunt mentes, spiritualiaque lumina: quę (si sensibile lumen, alterũ sensibile lumẽ nõ impedit) tãto minus vt veriora luia, & magis a natura & cõditiõe dimensionũ semota, sese impedient atque occupabũt, quo minus amplissima & eadẽ repleãt cęli spatia. & cũ impertia sint, & partes nõ habentia: vbicunque ipsa sint, tota esse necesse est. quare cũ sint in oriente, tota erunt in oriente: & cum sint in occidente, tota in occidente, & tota in qualibet cœli parte, & in qualibet sempiterna laude deum collaudantia: nec vnum alteri præpedimento est, quo minus vbi vnum est, nõ sit & alterum: & vbi vnũ laudat, laudet & alterũ. quod sorti humanę corporea mole prępedite cõcessum nõ est. Et quia deus in infinitũ magis, quã beatæ illæ & supramundanæ mentes ab oĩ dimensione, omnique dimensionũ cõditione recedit: ipse infinita plenitudo est. qui cũ sit maxime vnus, & oĩm maxime simplex: totus vbique pręsens est, neque excludi, neque a quoquã includi põt. cuius quidẽ infinitã plenitudinem hęc sensibilia in ea ipsa quam vides parua dimensione quoad possunt, imitantur. & illa fœlicissima entia ipsi quidẽ infinitę plenitudini similiora, illã in maiori plenitudine atque replentia imitantur. Epi. Hęc ꝓfecto gratissima sunt, sed quę infirmus (vt neq; oculus ęger lumẽ, aut e tenebris repẽte emergẽs) mẽtis vix perferat obtutus. one. Ad sensibilia nostra relabor: illis supramundanis & fœlicissimis vix a nobis tenuiter accessibilibus luminibus (quib⁹ nos commẽdo) dimissis. ¶ Meministi nos cõcessisse replentiam a dimẽsionibus non prouenire? epi. Memini. one. Finge igitur ab omnibus quæ in nostro cõcauo cõtinẽtur, dimẽsiões ablatum iri: quid tunc nostrum sensibilium circulum replebit? Epi. Nõ video. one. Quid ipsum replebat cum adhuc suas dimẽsiones seruaret? Epi. Dimẽsiones ipsę. one. & res naturales, & rerũ naturalium substantiæ, potentia, atq; formę. epi. Ita est. one. & non habẽt rerum substantię materia & forma a dimensionibus ꝙ repleant? Epip. Non habent. one. Remotis igitur dimensio-

Manuductio ab occupatioe, ad sũmã, diuinãq; plenitudinem.

69

70

nibus vides, ne adhuc rerum sensibilium substantias remanere, & totum nostrum concauum, rerũ materia & formis plenum esse, vt prius (qñquidem vt repleant) dimensionibus nõ egent. Epi. Nõ videbam. One. Attamen materia & rerũ formæ non occupant. neq; distrahi, secariq; vllo ingenio possunt nõ adueniente noua dimensione. Nam ad occupandũ & secandũ sunt dimensiones rebus additæ: vt scilicet occupent, & a se iuicẽ discretę & diuisę sint. Huc te solũ fili euagatus adduxi, quo frequenti cura & meditatione intelligere studeas dimensiones esse ad occupandum & distrahendum, & non ad replendum: vt nos aliquando ex nostra occupatione, & occupante plenitudine ad cœlestium perfectam plenitudinem contemplandam erigamus, & ex nostra distractione & pluralitate ad illorum stabilitatem & vnitatem. Hic fili nostrę philosophiæ finis hic totus Aristotelis & philosophorũ conatus, ex recta rerũ sensibilium cognitione (vt ex æternorũ quibusdam remotissimis simulacris) mundi intelligibilis nobis parare introitũ: & hinc nos vtcũq; possunt ducere: nostrã scilicet fœlicẽ regionẽ cognoscere. Sed desine de his plura rogare, ne nos longius a proposito trahas: & sine nos ad dimissa reuerti. Epi. Sino. One. Reuertamur igitur. ¶ Cũ quęritur, quid alteratio? hanc adhibemus respõsionem: alteratio est a qualitate, aut ad qualitatẽ mutatio: vt tenebręsunt a qualitate, & illuminatio ad qualitatem. ¶ Quot alterationũ modi? sex. de contrario in contrarium: vt cum ex albo fit nigrum. de contrario in medium: vt cum ex albo fit rubrum. de medio in contrarium: vt cũ ex rubro fit album. de medio in medium: vt cum ex rubro fit flauum. ex habitu in priuationem: vt cum ex luminoso fit tenebrosum. ex priuatione in habitum: vt cũ ex tenebroso luminosum. ¶ Quid mutatio secundũ locũ? est ad locum, aut circa locum mutatio. Ad locum quidem, vt motus recti omnes: vt ignis motus sursum, & motus terrędeorsum. Circa locum vero: vt motus circulares omnes: vt orbitum cœlestium, qui circa propria loca, aut inferiorum omnium circulo aguntur. & rota figuli: quæ circa proprium locum vertigine torquetur. Epi. ¶ Sed sine id plusculum intelligam, si fieri possit. Cũ eñ ambulo, me latet quid mea sit ambulatio: q̃ tñ lationem dicerem. one. Fili, cũ tu gñaris, tua forma, tua gñatio est. & cũ tu aliqñ corrumperis, tunc tua forma, tua corruptio erit: & cum tu augeris, tua dimensio, tua augmentatio est, & cũ tu minueris itidẽ: & cũ tu calefis, tua caliditas, tua est calefactio. & cũ tu ambulas, tua ambulatio, tua latio est. Quæ quidem aliquantulũ a reliquorum motuũ conditione euariat: ꝙ nunq̃ tota actu sit, neq; factæ aliquid maneat. sed duntaxat partim est dũ fit, atq; partim non est: & ideo cognitu difficilior. Sed tu aduertere. Audisti aliquando corpus sonans? Epi. Audiui frequenter. Onero. Vt tibiam, tubam, aut organum. An solus ille permaneat? an ipsius facti aliquid superfit? Epipo. Nihil. Oner. & solum dum fit, partim est, atq; partim non est. Epi. Sic est. One. Et cum quis continue tibiam inflet, a quo causatur ille sonus? Epip. A motu (arbitror) aeris inflati, illisiq; ad tibiæ latera. Oner. Quo motu? Epi. Latione. One. Vide igitur quomodo sonus ille naturam motus vnde progignitur, retinet: vt scilicet non maneat factus: sed solum partim sit dum fit, atq; partim non sit. Epipo. Videre videor. Oneropo. Tu ergo per sonum illum, motum scilicet quendam & alterationem corporis sonori, motũ localem concipe. Sicut enim sonus ille in toto aere emisso illisoq; est, cuius facti nihil manet, sed duntaxat partim est dum fit, atq; partim non est: ita in te toto dum ambulas, quædã latio est: quam ambulationem dicimus: cuius quidem factæ nihil manet, sed dũtaxat partim est dum fit, atque partim non est. Epipo. Motus localis pulchram imaginem mihi obiecisti, sonum, & corporum sonantium alterationem. & mihi quodammodo quod quę redam sapere videor. Onero. Cum tibi itaque ita persuadeas, procedamus. ¶ Quo pacto interpretatur mutatio secundum locum? motus localis, latio. ¶ Quo pacto diducitur? in rectam, circularem, & mixtam. Rectã quidem, vt motum sursum, aut deorsum, circularẽ, vt quæ sit circa medium. Cẽtrum enim

Quis philosophiæ finis.

Declaratio motꝰ localis ꝑ sonatõnẽ

71

72

73

74

75

76

Universidad de Deusto
Biblioteca

mediũ nuncupamus. mixtã vero, quęvtriusq; aliquid participet, vtvolat⁹ auium.
¶Quid subiectiue mutatur? ꝙ mutationis subiectum est. Quod si gñationis subiectum est: subiectiue gñari dicitur. si corruptionis: corrumpi. si augmentatiõis, augeri. si diminutionis: minui. si alterationis: alterari. si deniq; mutationis secundum locum: ferri. ¶Quid mutatur terminatiue? forma quæ acquiritur, deperditurve, terminatiue mutari dicitur, ea siquidẽ terminus est: quę si substantialis forma fuerit, & acquirat: terminatiue gñari dicitur. & si deperdatur: dicitur corrũpi. Si dimensio maior fuerit: dicitur augeri terminatiue. si minor: diminui. si fuerit qualitas: alterari. si latio: ferri. Et reuera terminatiue gñari, corrumpi, augeri, minui, alterari, & terminatiue ferri, nihil aliud est q̃ gñatio, corruptio, augmẽtatio, diminutio, alteratio, & latio: quarũ quęlibet quidã termin⁹ est, & forma. ¶Quid mutatur cõpletiue? Totum mutatiõe acquisitũ aut deperditũ: vt ignis qui gignitur, aut corrũpitur: cõpletiue gigni, corrũpive dicitur, nec iiuria. Nam ipse ignis, totum & cõpletum est. Itidem tota & cõpleta, cõpletiue augeri, minui, alterari, & ferri dicuntur. Ex his manifestum euadit, formam cum acquiritur, deperditurve materiæ cõparatam, subiectiuam mutationem dici debere: nã materię est vt subiecti. & ad seipsam relatam, mutationẽ terminatiuã. nam ipsamet, ipsa forma, atque terminus est. & ad totum ipsum, mutationẽ cõpletiuam. nã toti⁹ est vt cõpleti. Epipo. Dicitur igitur (vt arbitror) mutatio subiectiua: hoc est mutatio subiecti. & mutatio terminatiua: mutatio termini. & mutatio cõpletiua: mutatio toti⁹ & cõpleti. One. Omnino, sicut Euãdrius ensis, dicitur ensis Euãdri. ¶Quid mouetur per se? Quod motu qui in eo est, mouetur. Epi. An dicis ĩ eo, vt in subiecto? One. Aio, vt quod in se gñationem habet: per se gñatur. quod corruptionẽ: per se corrumpitur. quod augmentationem: augetur. quod diminutionem: diminuitur. quod alterationẽ: alteratur. & quod in se lationẽ: per se fertur. Et quod etiã in se vt in toto gñationem, aut corruptiõem habet, etiam per se aut gñari, aut corrumpi dicitur. Epip. Cõpletiue, vt arbitror. One. Recte quidem, & materiam omnifariam, modisq; oĩbus subiectiue. ¶Quid mouetur per accidens? Quod non a motu qui in eo est, sed alteri⁹ moueri dicitur, quemadmodũ cum tu augeris, illa augmentatio miníme in tuo colore existit, sed in materia, cuius quidem augmentatione color ille pariter augeri, maiorque fieri dicitur: ideoque accrescit, augeturque per accidens. Nam non augmentatione quæ sit in ipso, sed alterius materiæ videlicet. Et cum te de loco in locum transfers: omnia quæ in te sunt, moueri dicuntur: vt aia, vt accidẽtia. nõ motu quidẽ qui in ipsis sit: sed qui ĩ tua sit materia ideo tua materia per se mouetur: cętera vero quæ in te sunt per accidens. ¶Quid motus acquisiti u⁹? Est quo aliquid acquiritur: vt ĩ gñatiõe substãtia, in augmentatione quantitas, in acquisitiua alteratione qualitas, & in mutatione secundum locum, latio. ¶Quid motus deperditiuus? est quo aliquid deperditur: vt in corruptione substantia, in diminutione quantitas, in deperditiua alteratione qualitas, & in mutatione secundum locum, latio. ¶Quid motus naturalis? est qui rei cui inest, conuenire natus sit, vt condensatio, frigefactio, & motus deorsum terræ. ¶Quid violentus (Quid rei cui inest, disconuenire natus est, contraque eius naturam est: vt rarefactio, calefactio, & motus sursum terræ. ¶Et cum omnium & actuum & formarum tam substantialiũ, q̃ accidentaliũ materia ad suscipiendum sit indifferens, & quãtum ex parte sui indifferẽter sese habens oĩs cõueniẽtia, & discõuenientia, naturale, & violentũ, a forma sunt perquirẽda, ita vt ea cõuenientia, naturalia, & secundũ naturam dicantur, quę formę conuenire nata sunt, eamq; saluare: & ea discõuenientia, violenta, pręterq; naturã. quę ipsi discõuenire nata sint, eãq; labefactare, ac expellere. Epi. Iudicas ergo nihil a materia censeri debere, aut naturale, aut violentum. One. Nihil. ¶Quid indifferens? Quin neque omnino conuenire, neq; disconuenire natus est: vt lateralis flatuum motus. Res enim naturales, quę recto tramite agitari natę sunt, si obstaculũ offendant,

Qd vna, & eadem forma est mutatio subiectiua, terminatiua, & cõpletiua

78 79 80 81 82 83 84 85 86 87

quo se minus in rectum agitare valeant, ad latus sese deuoluũt, vt grauia ad latus deorsum, & leuia altrorsum, & ad latus sursum. Et quia motus & quies opposita sunt, & Peripatetici, oppositi naturam per suum oppositum perquirunt, nos quietes per suos oppositos motus peruestigabimus hoc pacto. ¶Quid quies? priuatio motus in subiecto nato, quando & vbi moueri natum est, quæ quãdo est priuatio generationis, quies, generationis dicitur, & quãdo corruptionis, quies a corruptione, quando augmentationis, quies ab augmentatione, quando diminutionis, a diminutione, quando alterationis, ab alteratione. & quando lationis, quies a latione. Quæ quando subiectum & materia respicitur, quies subiectiua nuncupatur: quando forma, terminatiua: & quando totum, completiua. Et sicut mutatio semper pro forma atque actu accipitur: nunc ad subiectum, nunc ad se, nunc ad totũ relata: ita quies semper pro subiecto, nunc ad se, nunc ad formam, nunc ad totum relato. Epi. Sentire ergo debeo idem esse, subiectum motum, terminatum, & cõpletiuum: itidem & esse idem, quietem subiectiuam, terminatiuam, & completiuam. One. Subiecto videlicet, atque essentia, sunt tam hæc tamen quam illa, ratione tria. Et quando est priuatio alicuius per sẽ, quiescit per se, quando vero alicuius priuatio motus per accidens fuerit, quiescit per accidens, & quando est priuatio motus acquisitiui, quiescit a motu acquisitiuo, & quando deperditiui, a deperditiuo atque abiectiuo. ¶Sed quies naturalis ea est, quæ rei quiescenti conuenit, eãq; saluat, vt terrę quies deorsum. ¶Et violenta dicitur, q̃ rei q̃escẽti disconuenire nata sit vt terrę quies sursum. Indifferentem tñ haud multum dicere cõsueuimus, verũ ipsa esset, q̃ neq; oĩno cõuenire, neq; discõuenire nata esset. Hæc pro tua qualicunq; in circulo mot⁹ ĩtroductione, satis esset puto, nisi aliud tibi minus detectũ fuisse videat. Epi. Nihil. One. Nos igr̃ trãsferam⁹ ad ĩfiniti circulũ.

Ta expediendus nobis erit infiniti circulus. ¶Quid infinitũ primo? est quicquid non est quãtum: vt mens, punctus. Et interpretatur non finitum, non quantum. ¶Quid infinitum secundo? vides notulam illam nigram instar sphærulæ? Epi. Equidem. One. Nobis insinuat id cui adiungitur, in nostro sensibilium circulo reperiri non posse, nos itaque quęstioni qua quęritur quid infinitum secundo, ita satisfacturi sumus. Si quęritur quid rei, nihil est, nã vt diximus esse nõ potest, vt in paraphrasi demonstratione perspicuũ euadit. Si quid noĩs, est quantum transitũ hñs, se inconsummabilem, vt si aliqua linea extremis & diuisibilibus & indiuisibilibus careret, diuisibilibus quidem, vt si nullum dandum esset eius primum pedaneũ, aut vltimum, aut pars altera quęcunq; determinatæ quantitatis. In diuisibilibus vero, vt punctis, linea hęc hoc secundo modo esset infinita, & semper transitum haberet, sed inconsummabilẽ, vt quę nũq̃ tota posset esse pertransita. & ita de discretorũ multitudine: cuius nulla vnq̃ prima dari posset vnitas aut vltima illa, siquidem numerando esset impertransibilis, & hoc secundo modo infinita. ¶Quo pacto diducitur infinitum secundo? in infinitum magnitudine, & multitudine. ¶Quid ifinitum magnitudine? est quod suæ magnitudinis caret extremis: vt linea quę suæ longitudinis careret extremis, diceretur infinita: & superficies infinita, quę suæ lõgitudinis & latitudinis: & corpus infinitum, quod pariter lõgitudinis, latitudinis & spissitudinis extremorum esset expers. ¶Quid ifinitũ multitudine? est quod suæ quidẽ discretæ diuisæque multitudinis caret extremis. Discretę quidẽ oppositũ est, ad multitudinẽ partium continui adinuicem continuatarũ excludendã. Et hæ diffinitiones quid nominis sunt. ¶Quomodo interpretatur infinitum secundo? ifinitum actu. ¶Quid ifinitum tertio? est spatium cuius cũ pars vna pertransita sit, nondum pertransitum est, vt si proficisceris Romam, & posteaq̃ Mediolanũ peruenisses, aut a liquo alio, aliquis te percontaretur: (cũ tu petas Romã an tuum iter & susceptũ spatium iam finitum sit, an infinitum? responderes, infinitũ, & bene quidẽ hoc tertio modo. ¶Quid infinitum quarto? est ꝙ cum trãsibile sit, difficilem tamen habet transitum, magnitudine, vt orientis & occideni-

88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98

Universidad de Deusto Biblioteca

tis intercapedo:& multitudine,vt multitudo capilorũ tuorũ numerãdo. ¶Quid
infinitum quinto? est cui semper additio substractiove fieri potest,vt cuilibet cõ
tinui numero semper additio fieri potest. superatque semper aliquid addendum. 99
Et cuilibet continuo semper fieri potest substractio, semperq; relinquitur aliquid
subtrahendũ. Idcirco quodlibet continuũ,& continui multitudo, hoc quinto mo
do cognoscitur infinita. ¶Quo pacto diducitur? in infinitum additione,cui sem
per aliquid superat addendum,vt multitudo continui,& tẽpus,& infinitũ substra 100
ctione,cui semper aliquid relinquitur demendum. ¶Quomodo interpretatur sub
tractio? diuisio. ¶Quomodo infinitum quinto? infinitum potentia. Et cum infi=
niti quintique sint modi,& significationes,duarũ tamen,secundæ & quintæ,phi 101
losophorum præcipua cura est. Epi. Memini me alias audiuisse,vt ifinitum ca=
tegorematicũ,& syncategorematicum,& infiniti syncategorematici multiplices
variosque modos. One. Fili mitte sophistis suas & philosophis suas quas dicis so
phisticę sunt aptæ,philosophię parum. Et contra:quę philosophię sunt aptę,per= 102
parum sophisticæ prosunt. Sed sine ad circulum loci veniamus. Epi. Sino.

Quid locus? Ita respondendum est. Locus est extrinsecus terminus corpo
ris alterum continentis. Additum est extrinsecus, non quidem corpori 103
continenti,sed contento,quod etsi contenti superficies circundans, ip= 104
sum contineat(vt te tuę cuticulę superficies extrema)ea tamen eius lo= 105
cus non est,quod ipsi contento non terminus extrinsecus, sed potius intrinsecus
existat. ¶Et diducitur locus in locum communem,& proprium. ¶Quid locus
communis? est qui multa continet quibus immediatus non est:vt cęli lunę conca 106
uum,aerem,aquam terram & ex his contemperata continet, quibus immediatũ
non est:& eorum locum communis dicitur. ¶Quid locus proprius? est terminus
corporis continentis contentio immediatus, vt concauum lũnæ, ignis locus est 107
proprius,nam est terminus & extremum cęli,ignem continentis,& igni ĩmedia
tum. Nam inter cęli lunę concauum,& ignis conuexum, nullum omnino inter=
cipitur interhiatque medium. ¶Quid terminum hic vocamus? corporis superfi
ciem concauam. Corporum enim continentium superficies duę sunt,cõcaua vi 108
delicet & conuexa. ¶Quid concaua? est corporis continentis interior vltima. 109
¶Quid conuexa? ea est quę est corporis omnium circundans vltima. Vidisti,vt
arbitror,rotundum vitreum pomum. Epi. Et plęrunq; habui. Onero. Cum plenũ
est aqua,aut pigmẽtario aliquo liquore,illa eius interior supficies q̃ liquorẽ illũ
contingit,concaua est:illa vero cui manũ admoues, quanq; tangis conuexa. Epi.
Nec hæc mihi captu difficilia sunt. One. ¶Quid locus naturalis? est in quo res 110
naturales natura quiescunt:vt ignis in cæli lunæ concauo, aer in concauo ignis,
aqua in concauo aeris,& terra in concauo aquæ. Et solum hic rerum naturalium
naturalem locum diffinimus. Sunt em̃ singula secũdm subiectã materiam passim
expetenda. In quo loco res naturales natura quiescunt? in eo natura quiescunt in
quo saluari conseruarique natæ sunt. ¶Quid locus violentus? est in quo res na=
turalis minime natura quiescit,vt locus sursum,vt cæli & ignis concauum,locus 111
violentus esset & aquæ & terræ. Nam in eo minime natura quiescerent, verum
vnaquæque res naturalis vbi saluari conseruarique nata est,natura quiescit. An
plura de hoc loci circulo requiris? Epipo. Abunde dictum esse puto. Oneropo.
Vacuum igitur transigamus.

Quid vacuũ primo? si queratur quid rei, nihil est,si quid nois, respon=
sionem adhibemus,q̃ sit locus nõ repletus corpore,natus repleri. Cor 112
pus hic corpoream substantiam dimensionibus prędĩtam, longitudi=
ne scilicet,latitudine,& profunditate,intelligimus. Si itaque effingas
omnes nostri concaui corporeas substantias in non esse redigi,aut ab ipsis dimẽ=
siones auferri, tunc illa cęli concaua superficies inter cuius latera non interiacet
corpus, dimẽsave substantia vlla vacua esse hoc primo modo ficta est:neq; vacu
um esse intẽdimus,q̃ omni substantia,omniq; plenitudine vacet. Nã infinita illa

plenitudo(quam Pytagorici volunt esse infinitam plenitudinis substantię sphę=
ram:cuius centrum sit vbique,& circunferentia nusquam)excludi nunquam po=
test. Epi. Si igitur mea substantia manente,a me subtraheretur dimensiones,vel
les tunc eum qui mihi nunc locus est,esse vacuum,tametsi mea substantia super Pythago
ficiem illam repleret. One. Scilicet, dum tamen aeris te continẽtis latera se nõ rici.
coniungerent. Epi. An se cõiungerent? One. Proculdubio. Nam tu amplius nõ
occupares, neque obstaculo illis a eris dimensionibus vllo pacto esses quo minus
se coniungerẽt,& simul vnaq; tecũ replerent. ¶Quo pacto interpretatur vacuũ
primo? Vacuũ priuatione:non quidem cuiuslibet omnino, sed corporis dimensi.
¶Quid vacuum secundo? si quæratur quid rei,nihil est. Si quid nominis,dimen
sio est corpora intra se non cedendo recipiens:vt si intelligas vnam dimensionẽ,
longitudinem scilicet,latitudinem,& spissitudinem nostrum sensibilium conca
uum replentẽ,quę non cædens corporibus,ipsa intra se recipiat, & tantum suarũ
dimensionum simul cum corporũ dimensionibus,quantæ ipsę corporũ dimẽsio=
nes fuerint,semper habeat:talis dimẽsio,vacuum secundo diceretur. ¶Quomo=
do interpretatur vacuum secundo? spatium separatũ. ¶Quid vacuum tertio? qd
rei,nihil est, si quid nominis, est quod corporibus immersum,plenum non est.
¶Quo pacto diducitur? in vacuum tertio priuatione (quod quidem esset quædã
parua vacua,inania corpore,nata repleri)& in vacuum tertio dimensione.& hoc
quidem esset paruæ dimensiones corporibus immersæ,aduenientibus corporibus
non cedentes. An aliud quicquam de vacuo desideras? Epi. Nihil. Sed dicta mo
do,mente reuoluo,quo singula rectius intelligam,& firmius teneam. One. Vlti=
mũ igitur superest labor,circulum scilicet temporis tibi declarare. Epi. Superest.
One. Ordiamur ergo hunc in modum ipsum tibi recludere.

Quid tempus? Epi. Me interrogas? One. Interrogo, ego hũc circulũ te
interrogando absoluã. Epi. Respondeo igitur tẽpus numerũ esse pri
mi motus secundũ prius & posterius. one. Vt annus numerus est mẽ
sium,& mensis numerus dierum,& dies numerus horarum priorum
& posteriorum. Quem primum motum vocamus? epi. Motum primi mobilis.
one. Verũ ais.& primum mobile,vltima, supremaq; mobilis sphæra est. ¶Quo
ordine sita sunt mobilia,semper a propinquioribus nobis ad remotiora proceden
do? Epi. Hoc ordine. Terra,aqua,aer,ignis,cælum. Lunæ cęlum Mercurij, cęlũ
Veneris,cælum Solis,cęlum Martis,cęlum Iouis,cęlum Saturni:firmamentum
& primum mobile. onero. Vides ergo primum mobile omnium mobilium esse
supremum,quod & tu numerãdo fecisti vltimum:ipsum tamen natura,perfectio
ne,& dignitate omnium primum est. ¶Sed quo motu mutatur hoc primum mo
bile? nunquid gignitur,corrumpitur, augetur,minuitur,alterascitve? Epi. Non
mihi de illis videtur intelligi debere: verum de eo motu qui latio est. oneropo.
De eo scilicet,& quem motum circulationem nuncupamus. Sed vbi est ille mo=
tus, epipo. in primo mobili,vt arbitror. onero. Vbi nam ergo? Quandoqui=
dem omnis motus in suo sit mobili,& sicut vox in aere. epipo. Hoc modo. one.
Vox ne aeri cui inest coextensa est,quemadmodum albedo parieti? epipo. Hũc
in modum. onero. Per accidens videlicet,quia non extensione quæ in ipsa sit,
sed sui subiecti. Quanta vox, quantaque parietis albedo? epipo. Quantus aer Quod tẽp
cui vox adest:,& quantus paries cui adest adhæretque albedo. onero. Per acci= o est quã
dens tamen. ¶Quantum ergo tempus? epi. Respondendum mihi est,quantum tum per
primum mobile cui inest,sed addo,sicut & tu,per accidens. one. Cautius respon accidens.
disti. Habet ne dimenso extensionem? epi. Suapte natura. onero. & albedo in
tensionem? epi. Consimiliter. onero. & latio successionem? epi. Identidem.
one. Animaduerte igitur,quod in quantitate extensio est, in qualitate est inten=
sio,& in latione successio. An quantitas,vt dimensio, suapte natura extensionẽ
habeat? epi. Iam diximus ita esse. onero. An suapte natura intensionem,& suc
cessionem? epi. Minime. one. An qualitas,vt albedo, suapte natura intensionẽ

Universidad de Deusto Biblioteca

habeat. Epip. Fassi sumus. One. An suapte natura extẽsionem aut successionẽ? Epi. Non, nisi per accidens. One. Rationaabiliter loqueris, diuisibilis ne albedo scd'm intensionem. Epi. Maxie, vt mea fert opinio. One. Sane respondes, partes ergo scd'm intẽsionẽ habet. Sed quas eas vocas? Epi. Nescio, nisi vt tu mõ. One. Et gradus & partes intensionis eas nuncupamus. Considera igr̃ quod diuisiones parietis albedo recipiat. Duas vt puto, vnam videlicet scd'm partes extensionis, ad sui subiecti & dimensionis cui adiungitur diuisionem, ei impropriam & accidentariã, alteram vero scd'm intensionis partes, ei quidẽ ꝓpriam, per se, suæq; naturæ accõmodã. One. Peritius q̃ ipse expectabam respondisti. Cõsideras igr̃, vt ita apte de tp̃e respondeas, ꝙ diuisionibus secetur. Epi. Consimiliter duabus, vna secundũ extensionis partes, ad sui subiecti & dimensionis cui coniungitur, diuisionem, q̃ tempori impropria, & per accidens est, altera vero scd'm successionis partes ei propria, per se, eiusq; naturæ accõmoda. One. Optime, & harum diuisionum prima, primæ albedinis diuisiõi respondet, & secunda secundæ. Sed age, dic mihi, duo vnius dimensionis pedalia, partesne dimensionis vocas? Epi. Voco. One. Et oẽs vocant. Sed nunquid possunt scd'm extensionem simul esse? Epi. Non. One. Nam se occuparent, ꝙ minime natura sinit, tñ illa duo pedalia simul esse possunt secundũ successionẽ. Epip. Possunt. One ropo. Nunquid primæ lationis, successionis partes simul esse possunt secundum successionẽ? Epi. Non, vt mihi videtur, sed vna semper prius est, & altera posterius, semperq; priori succedens. One. Hinc merito successionis partes appellari videntur. Et diximus ꝙ in quantitate vt dimensione extensio est, in latione successio nominatur. Epi. Diximus. One. In analogia videlicet, & proportione. Ideo quanta pugnãtia est duo pedalia scd'm extensionẽ simul esse, tanta est duas successionis partes, vt duas horas, aut duo minuta, scd'm successionẽ simul esse. Et sicut si duo pedanea simul essent secundũ extensionem, non plus continerẽt, occuparent atq; replerẽt, quam vnum pedaneum, ita quoq; duæ horæ simul secundũ successionẽ, nõ plus atque vna hora durarent. De partibus aũt extensionis secus euenit. Nam bene simul sunt secundum successionem. Epi. & loqueris de partibus extensionis primę lationis? One. Loquor equidem. Sed procedamus vlterius. ¶ Quem numerum partium primi motus arbitraris esse tempus? an primę diuisionis, partium videlicet secundum dimensionẽ sumptarum: an potius secundæ, & partium succedẽtium, quas successionis partes nuncupauimus? Epi. Secundę profecto, quæ ipsi & propria, & per se, secundũq; eius naturam existit. One. Ideo pulchre in diffinitione adiectum est, secundum prius & posterius: ad discrimen numeri partium extensionis: & scd'm dimensionẽ sumptarum, lationi impropriarum, & secundum alterum conuenientium. Epi. Pulchre adiectum est, & videor mihi plane intelligere diffinitionisq; intellectum hunc haberi, tp̃s numerus est primi motus secũdum successionis partes sumptus. One. Sane admodum. ¶ Quid pręsens primo? Epi. Est impartibile, pręteritum futuro connectens. One. Quemadmodum medium pũctum in linea partem extensionis priorem lineæ coniungit, & posterio rem: ita id impartibile, quod nobis adiacet, temporis successionis partes, priorem scilicet & posteriorem simul nectit, quarum quidem partium tempus prius diximus esse numerum, & id impartibile, pręsens primo nũcupamus. Quomodo interpretaberis pręsens primo? Epi. Nunc, instans adiacens. One. ¶ Quid præsens secundo? Epi. Est tempus a dicto impartibili vtrinque non multum distãs. One. Vt hora, vt minutum, & præsens hoc secundo modo, temporis nomen est, primo aũt modo non. ¶ Quo modo interpretatur pręsens secundo? epi. Nunc. one. est enim nũc homonymum vt pręsens modo impartibile, modo tempus significãs. ¶ Quid pręteritum? epi. est temporis pręsentis pars prior. one. ¶ Quid futurum? epi. est temporis pręsentis pars posterior. one. Id profecto temporis pręsentis quod nunc, & impartibile nobis adiacens antecedit, pręteritum dicitur, & temporis pręsentis pars prior. & quod idem nunc & impartibile pręsentis temporis

Quob tẽpus dispariam dui ditur.

sequitur: futurum dicitur, & temporis pręsentis pars posterior. ¶ Te id tamen ad uertere licet, bifariam dici & pręteritum & futurum actu videlicet, & potentia. Et pręteritum actu, & futurum actu, nunc diffinita sunt, & sunt: quemadmodum præsens cuius sunt partes. Epi. ¶ Habet ne ergo pręsens suas successionis partes simul? quas prius simul esse posse negauimus. One. Habet simul bone fili, vt in toto: non autem simul secundum successionem, quemadmodum aliqua dimensio duo media ipsam constituentia simul vt in toto habet, non tamen illa simul habet secundum extensionem, sed extra se sunt, & se non occupantia, ita successionis partes præsentis secundum successionem extra se sunt, & quasi se non occupantes. Epi. Recte iam concipio. a pi mõ quid pręteritum potentia, quidve potentia futurum. One. ¶ Omnino pręteritum potentia tempus id dicimus, quod fuit, & cuius nihil oino est. ¶ Et id futurum potentia, quod erit: sed nihil eius adhuc est. Epi. & quid si cepero totũ tẽpus a tuo natali adhuc vsq; quod nobis adiacet? One. Tempus id non omnino pręteritum actu, neq; oino præteritum potentia, sed ipsum dicere deberes partim actu, & partim potentia præteritum. Epi. Intelligere videor. One. Finge tibi chariſſime fili vnam lineã ante oculos tuos quietos & ĩmobiliter stãtes directe porrectã sine termino quidẽ a te perceptibili, hoc modo.

F A D C B E

Visus tuus ex vtraque parte in aliquo signo porrecte lineę deficit: vt in a & b. Sit que c in visus medio ab vtroque percepti spatij extremo ęquidistans. ipsum c est vt præsens primo. a b vt præsens secundo. c a vt pręteritu m actu. c b vt actu futurum. a f præteritum potentia. & b e potentia futurum. Et si intelligas lineam moueri f versus, quousque signum e perueniat ad punctum b lineæ oculi, tunc b e fiet actu futurum, quod prius futurum erat potentia, & a d potentia præteritum quod prius erat actu pręteritum. Epipo. Descriptionem intelligere videor. One. Fili, si comprehendere posses, prompta dictorum de tempore cognoscendorum analogia est: suam tamen Aristoteles assignaret in circulo. Epipo. Haud satis esse intelligo. One ropo. Ne cura modo, sed sine nos procedere. ¶ Quæ sunt in tempore? Epi. Quę mensurantur tempore. one. ¶ Quæ sunt ea quę mensurantur tempore? Epi. ea ipsa sunt quę incipiunt & desinunt in tempore: aut quorum ipsum tempus duratio est. one ro. Vt res sensibiles, & rerum sensibilium motus incipiunt ac desinunt in tempore, & orbium cælestium suorumque motum tẽpus duratio & mensura est. Idcirco hęc omnia & sunt in tempore, & mensurantur tempore: hęc quidem vt mensura ęquante, illa vero vt mensura superante. Epi. Vis ergo omnium & cęli & terrę & sensibilium durationem esse tempus, quod tñ extra terram & sensibilia omnia existit. one ropo. Dictorum omnium, omnisque corporeę substantię, soli primo mobili intrinseca duratio: cæteris autem omnibus intrinseca, quemadmodum tua dimensis, tuæ materię, coloris caloris, & reliquorum tuorum sensibilium accidentium extensio est, soli tuę materiæ intrinseca. nam soli materiæ inest: cęteris autem extrinseca est. epi. ¶ Sed an omnia sint in tempore? one. Multum o fili refert: sicut non omnia dimensa sunt extensione. sed meminiſtinos dimẽsiones rebus ad occupandum & desecandum additas esse dixisse? epi. Memini. one. & dimensiones replentię impedimento esse, & quę a dimẽsionũ conditiione & natura recederent, magis replere, magisq; plena esse? epi. & hoc memini. one. Quia vna dimẽsio cum alia dimẽsione simul esse non potest. epi. Secundum extensionẽ videlicet. one. ¶ Neq; vna successio simul cum altera secundum successionem, vt dies hesterna simul cum hodierna nullo ingenio esse potest. epi Verissimum est. one. Tota igitur temporalis duratio si-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mul esse non potest,aut alicuius temporis duæ simul medietates: vt neque duę si mul corporis medietat es.Epi.Verum.One. Corporis scilicet secundum extensionem,& temporis secundum successionem. Impedit igitur tempus durationē: perinde atque corpus replentiam. ℂEpi.Videtur.One.Videturq; tempus rebus concessum,quo ipsarum vna duratio ita occupet, vt alteram secum nunquam ad mittat,vt secetur in partes,vt in annos,menses,dies,horas,minuta : quemadmodum omnis dimensio in infinitum secabilis est.Epi.Omnino.One Ad durandū ergo successio & tēpus minime requiruntur,vt neque ad replendū dimēsio. epi. Minime requiruntur.One.Nonne ergo quorum duratio a successionis & temporis conditione & natura recedit,magis durabunt,qñquidē successio & tempus durationem impediant? Epip. Videtur,vt de luminum replentia, & dimensione. One.& si magis adhuc recedunt,magis suapte natura durabūt.Epi.Magis. one. Et si in infinitum duratio illa a successionis & temporis natura & cōditione(quę durationi,vt diximus, impedimento obstaculoq; sunt)recedit, eruditq; semota? Epi.In infinitum durabit.One.Enimuero omnem durationē continebit:& cuilibet durationi semper aderit,neq; vllo duratione contineri poterit, vt neque infinita plenitudo dimēsione,neque ab vlla excludi vnquam.Et amice,si scire cupis (& cupis vt arbitror)quæ ea sint entia, sua duratione a successione & tempore recedētia,sunt illa beata & supramundana entia, quorum duratio & æuum sic se ad nostram tēporaneam durationem habet, sicut sua plenitudo ad nostrā dimēsam & corpoream plenitudinē. & id quod infinitum ab omni successione , tempore, & æuo semotum recedit,deus ipse est:omnis ęui,successionis,& temporis fons & origo,infinita durationis immēsitas,& æternitas:cui omnia & prętérita & futura sunt,vt omni dimensioni præsens adest,qui nulla duratione,aut tempore,aut ęuo contineri potest,neque a quoquam excludi:cuius quidē infinitam sempiternitatem,res caducę & sensibiles in hac paucula(quemvides)tēporalis durationis functione imitantur,& cælestes corporeæ substantię in toto tempore, totaq; temporis successione ,& entia illa beata & supramundana in toto supertemporali æuo, maiore æternitatis similitudine.Epi.Gratissima sunt hęc, sed quæ nō facillime infirmus,vt de plenitudine diximus,capiat mentis obtutus.One.Gratissima fili,& ad quę,& altiora multo nostrę philosophię contēdit conatus.Sed hęc nūc ꝑ tua mediocri introductione satis esse videtur. Tu hæc interim digere, & digesta memoriæ manda.Et cumvoles abito,nisi quicquam tibi relictum est quęrendū. Epi.Nihil omnino.abeo,& quæ mones,morię mandare curabo.

ℂDialogi physicę introductionis,finis.

ℂDIALOGI DIFFICILIVM PHYsicalium introductorij,annotat.

ℂAnalogia,certa rei ad rem proportio, quę incerta certis probat a Platone mirifice inchoata,ab Aristotele completa,multis ignota, & a plerisque philosophorum occultata. ℂProteus filius Oceani & Tethyos vates maximus, non nisi coactusque violens ora veridica soluere. ℂMilo Crotoniensis athleta fortissimus: qui nudæ manus ictu in certamine olympico taurum interfecit:stadio vno,spiritu retento portauit:quem totum die illo comedit.

ℂDIALOGVS IACOBI FABRISTA pulensis difficilium Physicalium introductorius, adiecti Iodoci Clichthouei Neoportunensis scholijs.

ℂEnantius.Homophron.Neanias.Oneropolus. Enantius.

Vam me humane hospitio susceperis, o Homophron, deo semper æternas gratias ago,habeoque tibi.& semper habebo gratiam: maiorem quidem semper habiturus, imo vero maximam, si prius quam a tua domo recessero, & me meæ domi recepero,ope tua Oneropolum videam.Ho. Nō modo videas,sed & eius familiaritate vt voles vtaris. vir enim humanissimus est, & me vt Hermeneum fratrem quidem grandiorem natu,summa beneuolētia prosequitur & amat. Enan.O opportune,sed scis cur id tantopere optarim? quia si domum cōcessero, vix aliquando ad vos sum rediturus.sic grandęua sum ætate, & me ad remotiora loca sępius trāsferre defessa ætas non patitur,fragile mihi domiciliū est, vt quod propediem mihi ruinam minetur,& quodvbi me transferendo sępius agitarem, veluti valido perflatum vento statim illisum corrueret. Ho.Verum ais,ego & tu o Enanti fragile & vetustate caducum corpus habemus. anima autem ipsa nō senescit,nosque corporis maleficio & demolitiōe aliquando mori oportet. quando autem,nescimus:nisi quod nos,qui multos iam viximus annos, & veluti currentes,vt spatium transegimus, multos nobis nō superesse cognoscimus quos in futurum viuamus.Enan.Ita natura vult, & recta ratio iubet. Sed audi potius quid dicturus sim. In hac tam grandęua ætate nō vidi qui me maiore voluptate affecerit tuo filio,neque id assentandi gratia dictum puta.quia eius pater sis, & eius probam indolem libenter audias.Ego ꝓpter ętatem ipsum accersens dixi. O fili Neania ad me venias, plane dic mihi quæso si pulchrarum literarū ludo indulgeas,si ipsum colis.Colo inquit.ꝓbe inquam facis,si hanc tuam pulchram iuuētam virtutibus & scientijs adornare conaris,sed quam disciplinarum inquā ꝓfiteris?an grammaticam, rhetoricam,poeticam ? Quid ? quadam benignitate respōdit,in his o Enanti nō amplius versor, aliquando sum versatus. meum siquidem nunc studium circa philosophiam intentum est. Ipsum vlterius interrogo, ad singula mō quodam mirabili & mihi insueto prōptissime respōdit,meque suis respōsionibus attonitum reddidit.Quod cum persensit puer,o,inquit,Enanti,si Oneropolum præsens audias(pręceptor nempe meus est Oneropolus) te in maiorem admirationem cōuersurus est.Ex illa certe hora videndi Oneropoli validum & admirabile desiderium cōcepi. Turpe mihi videtur, senem virum puerum admirari.siquidem admiratio ex ignorantia nascitur, eorum etiam quę puri mihi cognoscere videtur.Sed turpius, suam ignorantiam ad sua sepulchra seruare,mihi visum est.Puerum tamen,fateor,sum admiratus.Tu igī cum Oneropolum cognoscas, maturemus gressum ad ipsum,vt & videamus, & pariter(vt pollicitus es)ipsum andiamus. Homo.Maturemus.Enan. Iube puerum vna nobiscum venire.Ho.Heus Neania.Ne.Prēsto adsum pater.Ho.I celer,ꝓcurre, nuncia. Oneropolo me vna cum amico hospite Enantio nūc ipsum visitaturos. Ne.Nunciabo. ho. Iam puer nunciauit.Eccum Oneropolum egredientem hūc facie macilentum.One. O vos Homophron & Enanti, gaudio me afficitis multo,& multum facitis vt amici, quando ad hoc meum domicilium vos conuertitis,hæc mihi profecto animorum beneuolentia,nullo auro nulloque pretio æstimanda est. ho. Voluit te o oneropole, Enantius videre. qui cum doctus sit, oēs doctos viros amat,atque cum doctis libens cōuersatur. one. Eum ipsum a multo tēpore itidem videre cupiebam:& tibi debeo gratiam referre,qui hunc ipsum ad me adduxeris:qui cum doctus sit.ab ipso poterimus aliquid obtinere. enan. Qualem te absentem homophrō predicabat,talem pręsens intueor. Sed o Oneropole nequaquam a me quisquam discere possis .Homophroni nuper narrabam quo pacto puer qui te audiuerat,admiratione me pene stupidum & attonitū reddiderit,tanto magis facturus es, o Oneropole, & me de ignorantia multorum li-

Universidad de Deusto
Biblioteca

beaturus.Ho. Tu Oneropole nūc(vt putamus)alienis negotijs miníme es occupatus.One. Neq; domesticis quidē:verū eñuero optabam aliquē huc aduenturū,quo cū mutuos sermones agitarē.Ho.& nos itidem tecum conferre optamus. Obsequere igitur Enantio,& mihi:& in tuo docendi gñe aperias nonnulla, quæ Enantius summopere cognoscere desiderat. Neq; multū in accessorio sermone laborem⁹.Enan. Nos id efflagitamus,& nos huc hac de re veniem⁹. gratificare igī Homophroni.one.Qñquidē ita vultis,nō possum vobis nō morē gerere:modo id possim,ꝙ me rogatis. Sed eamus intro, sunt subsellia quibus insideamus, quiescamusq;.Vos mō explicetis qua in re vobis gratificari queā.Enā. Si quātitatis naturā nobis aperueris,hinc a puero in admirationē sum adductus. one.Vt vtriq; ergo gratificer,a quātiatis aperiēda natura hoc pacto sumamus exordiū.

QVantitatum hęc est continua,hæc vero discreta.Enan.Discretā nūc omittamus,& continuę naturam prosequere. ¶One. Continuarum hæc linea,hęc superficies,hæc corpus,illa vero tempus.& lineam,superficiē,& corpus,dimensiones nuncupamus: quarum forte naturam prius audire desideras.Enan.Idipsum. Sed interroga puerum obsecro,in hoc vel gratificabere non parum Homphoroni, cognoscetq; de filio me nimis vera locutum.Gratum ne tibi hoc factum putabis homophron?ho. Gratū,one. Dic age o Neania,qñ tuo patri & Enantio gratū est. ¶Cur dimensiones, vt lōgitudo,latitudo,& ꝓfundū,rebus sint tributæ?Ne.Quo res ipsæ dimensi sint lōgę,latę,atq; ꝓfundę,quo res occupēt,distrahantur,atq; secētur,vt albedo rebus tributa est, quo res albæ sint,& visu discernātur.one.& si oēs ad distrahendū rebus sensibilibus concessæ sint,maxime oīm corpus ad occupandū tributū esse videtur. nā corpora nunq̄ sese occupare& simul esse natura permittit. ¶Sed an sivnus sol in oriente situs luceret,& alter in occidente,an inquā vtriusq; lumen,nostrum concauum offunderet?Ne.Vtriusq;.one. Etiam si lumina illa colluſtrātia diuersarum essent naturarum?Ne.Etiam.one. & vbicunque in nostro concauovnum illorū luminū adest,illic adest & alterū.Ne.Adest certe, q̄admodum per totam manū meā & vbiq; simul adest color & calor,& vbique in lacte candor & dulcedo.one. Quo pacto id potius eueniat,q̄ de me & te,vt vbicūque nr̄m sit vnus,simul alter nunq̄ esse possit?Ne.Non sine ratione.Nam lumina illa,color,calor,candor,dulcedo,& similia,neque dimēsiones sunt,neque in dimēsiones hnt, nos aūt dimensiones habemus:quę cum se occupare nequeant,nos simul esse posse minime permittūt.one. Sed quid?replent lumina illa,calor,color,candor & similia?Ne. Replent,& quidē suapte natura:at non occupant.one.& tua anima, tuaque potētia. Ne.& hæc quidē:vt quantū meæ dimensiones replent,tm̄ & mea anima,& mea potentia,& q̄cunque illis dimensionibus in me coniuncta sunt, neque quidē hęc se occupant.nam dimensiones non sunt. one. Dimensionibus ergo, vt repleant, tibi non egere videtur.Ne.Scilicet,quin potius officiunt, nocētque.one.Subaltis ergo nostris dimēsionibus,Homophron,Enantius, ego & tu simul idē repleri possemus,vt vniuscuiusque nostrum simul actus cum actu,& potentia cum potia adesset.Ne. Nihil prohibet.nam nos non occuparemus, neque alter alteri īpedimento esset,quo minus simul esse possemus,vt neque lumen lumini.one. & censes(vt arbitror) quæ a natura dimensionum & corporea mole recedunt, magis suapte natura replere.Nea.Censeo, nec ab re quidem,cum dimensiones plenitudini & replentię obstaculo prępedimētoque sint.one.& quę magis a dimensionum conditione,quā lumina illa posita recederēt,magis vtique replerēt.Ne. Magis.one.At quę neque sua natura,neque per alterum dimēsa sunt, magis a dimēsionum conditione recedunt.Ne. Magis certe.One.Magis ergo replēt.Ne. Fateor.one. Et si quid adhuc in infinitum magis a dimensionum conditione recederet,q̄ plenitudini replentiæq; officiūt.Ne.In infinitū repleret, imo idīpm ifinita plenitudo esset.one.vides ergo chare homophrōis fili q̄ facile sit celestes

supramundanasq; beatas intelligentias cælos replere,qñquidem hoc sensibile lumen tam facile nostrū concauum offundens, minus a dimensionū conditione atque natura recedat?Vides rursum quō deus oīm rerum principiū, infinita sit plenitudo?oīa idcirco replens:quē neq; cæli & terra capiat, intra mundum totus existens,totus & extra,huncq; mundū factum in atomo.Ne.Haud hoc vltimū intelligo. one. Suæ plenitudinis scilicet. Hæc forte & similia o Enanti a puero audiuisse potuisti,si hac de re ipsum tentaueris. Enan. Audiui equidē,& alia, & semper mō mirabili,more tuo,in fine aliquid diuinū conficiebat. ¶Sed tu age,te aliquantulum de animi nostri plenitudīe loquentē audiā. one. Vt tibi placet. Mihi siquidem videtur nostra aīa magis suapte natura a dimensionum natura & conditione recedere,q̄ bouis leonis, aut cuiusq̄ alterius aīalis aīa, vt cui nihil vnq̄ distrahi,aut addi quicq̄ possit:coercetur tñ continetur;q; dimensionū finibus. enā. Magis recedere arbitror.One. ¶Quod non distrahitur,hoc habet qua cū superioribus mentibus conuenit,ꝙ vero dimensione coercetur cōtineturq;, qua cū inferioribus formis.Enan.Quid ais coercetur?One.Per accidens videlicet. nam nostra aīa nostris dimensionibus cōiungitur partim sicut albedo, parti vero alio modo.nā corpus dimensionum informat & sua plenitudo, suoq; replentia tanta est, quantum corpus ipsum,corporisq; dimensio. Et si corpus excrescere qnantūlibet intelligamus,ipsa nullo addito totū repletura est, & si quantunlibet minui, neq; plus minusculo corpore replebit, excrementa tñ & decrementa natura determinata sunt.Habet igitur ratione dimensionū,vt non plus q̄ suum corpus(siue magnum sit,siue paruum)repleat.Enan. Et diceres forte aīam quantā per accidens. One.Nihil obstat.nam dimensionibus coniungitur,eiusq; dimensionib⁹ arcetur atq; continetur plenitudo,sed non desecatur,distrahiturq;(vt & cæteræ formę)dimensionū distractione. ¶Sed si superior supramundanaq; mētium aliqua sit in oriente,totā ponemus esse in oriente.nam partes nō habet. Enan. Verū ais. On. Et si in occidente,totam in occidente,& vbicunq; fuerit,totam.Enan. Vbicūque fuerit,ponemus totam.Sed quid tum?One. Et cum nostra anima cęterarum inferiorum formarū sit maxīe vna(vt quæ partibus careat,quibus distrahi, diuellique possit)& ipsa vbique in nostro sit corpore,ipsa tota erit in toto corpore,& tota in qualibet corporis parte,quemadmodum intelligentia tota in toto cælo,& tota in qualibet cæli parte. Vt enim cælum ad intelligentiam, ita corp⁹ hoc nostrum ad aīam.hoc tñ interest,ꝙ supramundana mens,cæli dimēsionibus non cōiungitur,illis nō coercetur aut continetur, ꝙ mens nr̄a suis coniuncta dimensionibus sustinet & patitur. Enan. Videor concipere quō nostra anima tota sit in toto corpore,totaque rursum in qualibet corporis parte, quod ad hanc vsque ætatē elanguí cognoscere,& me hac ignorantiæ ægritudine(fateor) pulchre soluisti. One. ¶Sed quid de puncto. Enan. Tuum expecto iudicium. One. Perparum mihi replere videtur:sed potius esse replentiæ terminus.nam lineæ, quæ lōgitudine tantum replet. Enan. Et mihi quidem ita videtur. Oner. Quod igitur horum magis plenum,magisque replet?an punctus,linea,superficies,an corp⁹? Enan. Corpus. One. Nam sua plenitudo tribus ꝓfecta consurgit,longitudine,latitudine,& profundo.replet enim secundum longum,& latum,& profundum. Deinde superficies:cuius plenitudo duobus contenta, tantum longitudine, & latitudine replet. mox linea vno,sola longitudine replens. Et horum omnium vltimum locum obtinet punctum,minime sua natura plenum. Enan. Ita videtur. Oner. ¶Vtrum, ergo illorum,an punctum,an corpus,superioribus mentibus,& animæ nostræ similius esse putas?Enan. Ego ratiocinatione tua huc adductus,corpus similius esse puto.nam maxime dimensionū plenū, replentiamq; habens conclusisti: punctum autem omnium minime:mentes autem superiores:& anima nostra,maxime plenę.One. Ergo tibi videtur, superiores mentes & animā melius per corpus inuestigari posse & concipi,q̄ per punctum. Qui autem id per punctum efficere

Universidad de Deusto
Biblioteca

moliretur,tentaret id efficere,per id quod remotius eſt/atq; diſſimilius.enã. Tentaret profecto,ideoq; id ſatius efficeret per corpus. one. ¶ Vides ergo quõ noſtra 10
aĩa,ſuperiorũ & inferiorũ media eſt? his affinis,q; materię cõiuncta,dimenſionibus arceantur,cõtineaturq;:illisvero q; impers ſit,nullas(vt & cęleſtes formę)quibus diſtrahatur partes habẽs:vinculũ oĩno & cæleſtis & ſenſibilis creaturæ. enã. Hæc mihi o Oneropole audire gratiſſimũ eſt. ¶ Sed age, ſi a noſtro concauo dimenſiones ſublatas intelligamus (quod tñ fieri natura non poſſe nulli dubiũ eſt, 11
in nulliuſq; cõtrouerſiãvenit)quid tũ? an noſtrum cõcauum plenum,anvacuum putas? Enan. & tu quid eo in caſu ſentires? one. Plenũ:ſubſtãtia.ſ. vt materia, & rerum formis.nã a dimenſionibus plenitudinẽ replentiãq; nõ habere confeſſi ſumus:vacuum aũt corpore dimenſo. enã. Gaudeo hęc a te cognoſcere. ¶ Sed tũc 12
materia & rerum formę nullo pacto occupant. on. Neq; vllo pacto quidẽ diſtrahi diuelliq; poſſunt.imo ſicut dimẽſio rerũ continuatio eſt, ita quoq; rerũ diſtractio,atq; diuiſio. enã. Quo pacto igitur tunc materia totũ nr̃m cõcauum replẽs, a ſuperiore ſubſtantia differet? & eius replentia ab illius replentia? one. Lõgo interſtitio.Nam ipſa ſemper dimenſionibus cõiungi nata eſt, eas in ſe recipere,earum ſectione ſecari, & occupatione occupare. Intelligentię aũt & ſuperiori ſubſtantiæ nihil tale cõuenire põt:ſicut neq; alba,neq; nigra,calida, aut frigida vnq̃ 13
eſſe põt. enã. Nunq̃ ſane. one. ¶ Videntur ergo diuiſio & partes quantitatem ſequi. enan. Proculdubio. On. Sed hæc diuiſio,& hæ partes,quantitatem diſcretam:hæc rurſus diuiſio,& hæ partes,vt diſtractę,diſciſſęq;,continuam. Quo fit, vt ſeparatę eo quo poſuimus modo materię, hoc mõ partes nullę ſint.nam ſecari, diuelliq; non põt. enã. Diſcretam quantitatẽ alio loco determinandã poſtulauimus.Sed tu mõ dic obſecro,haberet ne materia hoc mõ ſeparata partes? one. Idcirco addidi hanc diuiſionem, haſq; partes,quãtitatẽ diſcretã ſequi. enã. Quo pacto? Non perpendo quidvelis.perpendis tu Homophron? ho. haud adhuc Enan
b ti,ſed nobis clarius aperiet.Fac nobis o Oneropole,claram huiuſce rei intelligen
e tiam. one. Rem queritis faciendam,ad quã graues ſcirpi, graueſq; inſurgũt diffi
d cultates.morem tñ geram,vtcunq; potero facere quod optatis.capio materiam di
menſam a b,internos & cæli concauum contentam,quam in quinq; partes a, c,d,
c e,b,dimenſionis diuiſione intelligo diuiſibilem,vocoq; materiam ſub dimenſio
a ne a,conſimiliter materiam a,& cõtentam ſub c,materiam c,& ita deinceps.manifeſtum eſt materiam a non eſſe materiam c, nam ſimul diſtractione dimenſionis a,diſtraheretur ſeorſum a c,ei pari ratione c ſeorſum a d, quare materia c non eſt materia d.& de reliquis idem ſubit iudicium. enantius. Idem. Oneropo. Sub tracta ergo dimẽſione a tota materia a b,remanet tota materia a c d e b totũ non occupando replens. enan. Remanet. One. Remanet etiam materia a, & materiam c,& d,& e,& b,& materia a nõ eſt materia c,neque c materia d,vt neque prius.Fieri enim nequit vt quæ prius diuerſa diſtinctaque ſunt,vnq̃ fiant idem. Et de c & b idem ſubit iudicium. Enan. Proculdubio. one. & partes illæ diuerſę totam materiam a b conſtituentes(vt diuerſę dimenſionis partes totam dimenſionem)diſſectionis diſtractioniſque partes dici nequeunt,vt quæ nullo pacto deſecari,diſtrahique valeat. Enan. Rationabile videtur. One. Partes igitur, diuerſæ diſcretionis erunt,& ſecundum numerum ſumptæ,& diuiſio illa, ſecũdum quantitatem diſcretam intellecta. Enan. Oportet. One. Intelligis ergo,cur prius dixerim hanc diuiſionem,haſque partes quantitatem diſcretam ſequi? Enan. Arbitror vtrunq; noſtrũ mediocriter coniectare. ¶ Sed forte neuter noſtrum ſentit,
quis grauis ſcirpus,quæve grauis difficultas inde emergat. One. Maxima profecto,ſecretiſſima,& latẽtiſſima:quõ videlicet vnum ſit multa:quã quidẽ ſophiſtę 14
ſophiſtice tractant, & philoſophi occulte & profunde. Enan. Apertius id nobis intelligendum cõmitte. One. Vt poſſum, id addubitant,ne quẽadmodum partes replentiæ materię a,c,d,e, & b, multę ſunt & diuerſæ tametſi nunq̃ dimenſioni-

bus ſubſtrata ſubiectaq; eſſet materia, an id plenitudini intelligentiæ & animæ competat:vt ſi ſit corpus meum g K ſecundum dimenſionem & materiam in quatuor partes g,h,i,K,diuiſibile:nonvobis dubium eſt aliud meæ potẽtię & materiæ eſſe ſub g,aliud ſub h,aliud ſub i,& aliud ſub K:quatuorq; eſſe potẽtiæ diuerſas replentiæ partes. Enan. Non dubiũ. One. Sedvobis dubiũ eſt,an aliud aĩę ſit ſub g, aliud ſub h,aliud ſub i,& aliud ſub K. Enan. Id nos angit. One. Sed quid tandem vobis videtur? Enan. Mihi quidem ſic eſſe oportere: quid aũt Homophron ſentiat,neſcio. Hom. Idem quoq;. One. Non igitur g animæ eſt ſub h, neque h ſub i. Enan. Sic eſt. On. Euanuit igitur ſuperior ſermo,neq; id planeverũ eſt, noſtrãm animam totam eſſe in toto corpore,totamq; in qualibet corporis parte: quemadmodum tñ ſupra confeſsi fuimus: ſed tota erit in toto, & partes in partibus: imo cum materia quædam ſit partium infinitas ex quibus conſtat, ſimilibus tñ natura(ſicut linea ex infinitis partialibus conſtat lineis) ita quoq; anima noſtra quædam erit partium infinitas,ex quib⁹ ſuo modo(vt materia ex ſuis)ſubſiſtet,tametſi cum dimenſione(vt materiæ partes)diſtrahibiles non ſint. quod ſi vobis abſurdum videtur,neuter veſtrum recte ſenſit. Enan. Neuter,vt opinor,& nos belle ad conceſsorum oppoſita deduxiſti. Sed nunquid aliud & aliud replentiæ animæ noſtræ eſse oportet ſub g,ſub h,ſub i,ſub K? One. Non:ſivt oportet redarguti ſumus. Enan. Oſtende ergo nobis, ſi potes, quomodo id non oporteat: & nos hac ignorantia libera. One. Graue onus imponitis: id tñ quomodocunq; efficere moliar. Enan. Sat nobis erit. One. Recte ne dictum putatis,rerum oĩm principium, infinitam plenitudinem eſse,omniaq; replere? Enan. Recte. Onero. Et idipſum, vnum eſt. Enan. Imo maxime vnum. One. Quod autem maxime vnum eſt,fieri nequit,vt partes vllas habeat. nam iam potius multa eſset,& non ipſum maxime vnum. Enan. Eſset. One. & tñ eius plenitudo atque replentia adeſt parti materiæ a,& c,& d,& e, & b:quandoquidẽ infinita eſt,& omnibus adeſt. Enã. Adeſt proculdubio. One. & tñ non aliud & aliud plenitudinis eius replẽtię. nam partes haberet. enan. Sic eſt. one. Non igitur ſi alicuius plenitudo & replẽtia alicui toti dimenſio aſsit,oportet cuilibet dimẽſi mediarũ,tertiarũ,aut quartarum, aliud & aliud plenitudinis illus reſpondere. Enantius. Non certe oportet. Oneropo. & ita de intelligentia & noſtra anima: quæ ſi ſecus replerent, diuerſaſque numeri plenitudinis partes haberent,quælibet eſse quædam partium infinitas, & potius infinita quam vnum. enantius. Recte dixiſti nos in grauem vnius & multorum incidiſse difficultatem. Oneropo. ¶ Grauius hæc fuit(nec immerito) antiquorum philoſophorum difficultas, vt Parmenidis Pythagorei,& Zenonis Eleatę.
15 Vides ergo quomodo anima noſtra ſit punctum,corpus noſtrum replens:& intelligentia punctum replens cælum. deus autem punctum, totum replens vniuerſum:punctum autemvbique in analogia. enantius. Effeciſti quod poſtulabamus, reddidiſtique nostua reſponſione contentos. graues quæ ex dictis emergere poſſent difficultates,nunc miſsas faciamus,& aliquid leuius tractemus. One. Quid nam? enantius. Cum nobis de dimenſione inciderit ſermo, quam trinam poſuiſti,longitudinem,latitudinem,& profundum:itidem lineam,ſuperficiem,& corpus:& punctum omnium videatur eſse terminus:nobis gratificabere, ſi eius naturam explices. One. Summopere cuperẽ vobis obſequendo placere,& vobiſcum conferendo veritatem inquirere. Sed forte o Enanti/harum rerum longi temporis vſus te fecit peritum,aut propriĵ ingenij excellens bonitas, aut ex aliorum libris(qui perquirendi ſtudioſus es)iam optime didiciſti:& ſolum noſtrum dogma examinare tentas. Enan. Non ita eſt,per amicitiam noſtram, o Oneropole. Verum vbi cæteris meo more contrarius ſum,ego tecum vna & Homophron libenter concordamus: & ego id abs te pro munero requiro, vt tuam depromas ſententiam. Ho. Ego itidem requiro. On. Quandoquidem me ſerio requiritis, qualencunque tamen meam depromam ſententiam, hinc mihi occupans exordium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRimę partis ſecundi dialogi ſcholia. III. Et ſi omnes ad diſtrahendum rebus ſenſibilibus conceſſæ ſint. Rebus ſenſibilibus, rebus naturalibus, quibus & linea & ſuperficies & corpus accommodata ſunt, quo diſtrahantur & diuellantur abinuicem per ſeparationem partium, cęleſtiqus autem ad eum finem minime, quia cęlum nequaquam diuelli natum eſt. & in partes quæ ſeparentur, diſtrahi, tametſi ratione dimenſionis in partes quantitatis quæ ſemper coniunctæ manent, dirimantur. Res autem facere dimenſas, & occupantes, conuenit quantitatibus, hoc quidem corpori, illud autem omnibus, tam in comparatione ad res ſenſibiles, quam cęleſtes. IIII. Replent & quidem ſuapte natura, at non occupant. Replere, eſt alicui toti adeſſe, & ſe per totum diffundere, vt nihil ſit repleti, in quo non ſit aliquid replentis, vt lumen replet aerem, albedo autem & dulcedo lac. Occupare autem, eſt aliquod ſpatium opplendo, alterum ſecum eiuſdem generis ſimul & ſecundum eundem ſitum non admittere, vt dimenſio pedalis in ligno occupat, ꝓ alteram dimenſionem in eodem ſubiecto & ſecundum eandem poſitionem haudquaquam admittat. Cæterum ponuntur in litera quinq; plenitudinum gradus, quibus ad ſummam conſcenditur & immenſam plenitudinem contemplandam. Primo & infimo loco ponuntur dimenſiones, quę ſunt infimum diuinæ plenitudinis veſtigium, quod ſua dimenſione verorem replentiam prępediant. Secundo loco qualitates & lumina, quæ dimenſiones ratione replendi exuperant, quod non occupent, neque vna alteri obſtaculum præſtet, quo minus idem repleant. Tertium anima rationalis plenitudinis locum ſortitur, verius quidem quam lumen replens. nam lumen in diuerſas numero partes diſtrahitur ad dimenſionis partitionem, anima autem rationalis huiuſmodi diſſectionis eſt expers. Quarto loco ponuntur mentes ſupramundanę, neque per ſe, neque per accidens dimenſionibus obnoxiæ, ſed ab eis penitus ſecretę, & magis ab earum conditione, quam anima rationalis diſcedentes, & proinde magis replentes. Quintum autem & ſupremũ plenitudinis locum obtinet ipſe deus, qui maxima & infinita eſt plenitudo, omnia & cum omnibus replens. Cuius ſane plenitudo cum mundo claudi nequeat, non eſt incluſa mundo. Et cum ſeſe per totum mundum diffundat, non eſt ab eodem excluſa. Cuius itidem plenitudinem inſinuarunt Pythagorici hac deſcriptione, quod deus eſt ſphæra, cuius centrũ eſt vbiq;, & circumferentia nuſquam. Sphæram quidem nominant deum, ad maximam eius vnitatem & perfectionem declarandam, ꝓ, ſphæra figurarum omnium ſit perfectiſſima. per centrum autem innuunt eius indiuiduam & ſimpliciſſimam plenitudinem, ſeſe per omnia diffundentem. per circunferentiam vero, quam nuſquam eſſe ponunt, deſignant diuinæ plenitudinis immenſitatem atque infinitudinem, nullis coercitam limitibus, & quoſuis terminos effugientem. Id plane Mantuanus hoc carmine eleganter annotauit. 14

Sicut tota per artus
Corporeos mens una ſubit, ſic unus in una
Mundi mole deus, mundo tamen amplior ipſo,
Tendit in immenſum, nulloq; includitur arcu.
Sphæra deus uiuens, centri tunor occupat omnem,
Curuatura locum neſcit.

Porro hanc diuinę plenitudinis per omnia expanſam diffuſamque exuberantiam non ſubticuerunt ſacra eloquia, ſed ipſam multifariam ex varijs teſtimonijs explicuerunt. Siquidem teſtificatur Moyſes populo Iſraelitico, ꝓ dominus ipſe eſt deus in cęlo ſurſum, & in terra deorſum. Et per prophetam proteſtatur de ſe deus. Cęlum, inquit, & terram ego impleo, ꝓ & angelici ſpiritus auguſtiſſimam dei maieſtatem aſſiduis laudibus venerantes, proclamãt dicentes, Pleni ſunt cęli & terra gloria tua. Diuino quoq; afflatus ſpiritu propheta, in pſalmis admirabundus exclamat. Quo ibo a ſpiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? Si aſcendero in cælum, tu illic es. ſi deſcendero in infernũ, ades. Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero id extremis meris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Et a ſapiente ſpiritus dñi orbem terrarũ replere dicitur. Attũ in comprehenſibilem diuinæ plenitudinis immenſitatem neq; cælo neq; terra concludi poſſe, nec toto mundi ambitu conſtringi, Salomon orans deum atteſtatur, inquiens. Cęlum, & cæli cęlorũ te capere non poſſunt. Iob quoq; eidem accedit ſententię dicens. Forſitan veſtigia dei cõprehendes, & vſq; ad perfectum omnipotentem reperies. Excelſior cælo eſt, & quid facies? Profundior inferno, & vnde cognoſces? Longior terra menſura eius, & latior mari. Ex alijs itidem pleriſque locis prõptum eſt de immenſa dei plenitudine teſtimonium ſumere. Hunc que mundum factum in atomo. Dicitur mundus eſſe factus in atomo diuinæ plenitudinis, nam plenitudo mundi ad plenitudinẽ infinitam dei ſeſe habet ſicut punctum ad lineam infinitam, & plenitudo mundi imitatur ſummam & infinitam dei plenitudinem, duntaxat vt punctum lineam infinitam. Quod ſi pluret eſſent mundi, omnium ipſorum plenitudines ad infinitam dei plenitudinem ſeſe haberent vt plura puncta itidem ad lineam infinitam. VI. Partim ſicut albedo, partim vero alio modo. Quemadmodum albedo coniuncta ſuperficiei tanta eſt per accidens quanta ſuperficies cui coextenditur, ita & anima rationalis tantundem replet, atque tanta eſt, quantum corpus cui coniugitur. Id tamen intereſt, ꝓ albedo non informa corpus in quo eſt, neq; cum eo totum ſubſtantiale conſtituit, anima autem rationalis informat corpus futurum, & cum eo totum hominem ſecundum ſubſtantiam componit. VII. Hoc tamen intereſt, ꝓ ſupramundana mens. Prętet literæ differentiam, & id diſcriminis aſſignaui poteſt inter intelligentiam ad cælum, & animam ad corpus, quod intelligentia non informat cęlũ, ſed duntaxat ei aſſiſtit vt virtus extraria, anima autẽ rationalis nõ modo adeſt corpori, ſed informat ipſum, eique vnione ſubſtantiali coniungitur. Quare intelligentia ad cælum eſt, vt nauta ad nauem, & auriga ad currum, anima autem rationalis eſt, vt vis directiua currus, quæ intelligatur eſſe in curru, & virtus gubernatiua nauis, quæ concipiatur intime inesse naui. Et cum anima rationalis ſit tota in toto corpore, & tota in qualibet eius parte, alio quodam modo in toto eſt, & alio in parte. ſiquidem in toto eſt corpore, & totaliter, quia incluſa, & tota in qualibet parte, ſed non totaliter, cum etiam tota aſſit alijs corporis partibus. corpori autem ſic adeſt, quod nulli alteri (quod non ſit corporis pars) aſſit eius plenitudo. hinc neque incluſa eſt animæ plenitudo capiti hominis, neque excluſa, & remota quodam ſimulacro, anima rationalis in capite eſt, vt ſumma dei plenitudo in mũdo. X. His affinis, quod materiæ coniuncta, dimenſionibus arceatur. his, inferioribus. illis ſuperioribus Eſt enim anima rationalis, ſuprema formarum ſenſibilium, & infima mentiũ cęleſtium, & nexus vtriuſque mundi, quem quidem vtrunque mundum, ſi per lineam a ſummo in imum porrectam intelligas, anima rationalis eſt medium ſiue punctum inferiora ſuperioribus connectens. hinc in ſacris literis homo omnis creaturę nomine deſignatur, cum iuſſi ſunt apoſtoli ire in vniuerſum mundum, & prædicare euangelium omni creaturæ. Et a beato Paulo identidẽ homo creatura mundi nuncupatur, cum inquit. Inuiſibilia enim dei, a creatura mundi, per ea quę facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. XIII. Nam ſimul diſtractione dimenſionis a, diſtraheretur ſeorſum a c. Si dimenſio a ſeparetur a dimẽſione c per diuulſionem, ſimul materia a diſtraheretur a materia c. non enim dimenſio ſine materia ſubiecta diſtrahi poſſet, igitur materia a, non eſt materia c, quandoquidem nihil a ſeipſo diſtrahi poſſit. Similiter materia c, non eſt materia d nam ſi fiat dimenſionis c ab ipſa dimenſione d diuulſio, tunc materia c etiam ſimul diſtraheretur a materia d. Eadem ratione materia d non eſt materia e, neque materia e materia b, cum vna ab altera per diuiſionem dimenſionis ſeparari poſſit, modo idem a ſeipſo ſeparari neutiquam poteſt. Partes igitur, diuerſę diſcretionis erunt. Partes materiæ ſeparatę a dimenſionibus, erunt ſecundum ſubſtantiam diuerſæ, numero vt ante differentes, & abinuicem diſcretæ, quandoquidem id quod eas coniungebat, ſemotum ſit per hypotheſin. Hinc partes diuerſæ diſcretionis dicuntur, quod res ſint numero (qui quantitas eſt diſcreta) numeratæ, & abinuicem diuiſę, & diuiſio illa eſt ſecundum quãtitatem diſcretam intellecta. In eaſdem autem partes coaſſiſtente adhuc dimenſione diuiſio ſumpta, erat ſecundum quantitatem continuam. Et quanuis illarum materiæ partium vna aliquid repleret, quod non altera, & ſi aeris continentis ſubſtantiam a dimenſionibus ſeparatam latera ſe coniungerẽt, vna pars ſubſtantię mole vacantis adeſſet ſecundum replentiam vni particulæ aeris, & altera alteri, quinimo ſi ſubſtantia illa dimenſionibus prædita fuiſſet pedalis, partes materiæ a dimenſionibus ſubtractę replerent aerem pedalem, non tamen idcirco conſequens eſſet illas materię partes adhuc eſſe quantas, aut magnas. Nempe non dicitur quicquam quantum, quia aſſiſtat rei quantę, aut tantundem repleat, alioquin anima rationalis eſſet quanta, ſed quia intra ſe dimenſionem habet, tanquam ſubiectum ſuam formam accidentalem. XIIII. Quędam ſit partium infinitas, ex quibus conſtat. Infinitas, infinitudo, quia dimenſionibus coniuncta, in infinitum diuiſionem recipit, & ſe ſemper præſtat diuiſibilem. XV. Vides ergo quomodo anima noſtra ſit punctum. Dicitur anima noſtra tanquam punctum, corpus noſtrum replens. nam vt punctum indiuiduum eſt in partes extẽſionis, ita anima eiuſque plenitudo indiuiſibilis in partes diuerſas plenitudinis. Eadem ratione intelligentia dicitur punctum replens cælum, nam eius plenitudo in partes diuelli non poteſt. & deus eſt punctum replens vniuerſum. nam omnino ſimplex, & indiuiduus in differentes numero plenitudinis partes, vt punctum indiuiduum eſt in partes extẽſionis. Quanuis enim punctum plenitudinis expers, ad cognoſcendã rerum plenitudinem minime conueniat, quia tamen indiuiſibile eſt ad ſimplicitatem & indiuiduam plenitudinis vnitatem intelligendam apte conducit.

16 CONtinua ſunt quorum vltima ſunt vnũ. Se tangentia vero, quorum
17 vltima ſunt ſimul. ¶ Punctum eſt lineæ vltimum, cuius quidẽ pars
18 nulla eſt. Nam ſi partes vllas punctum haberet, ipſum minime vl-
19 timum eſſe poſſet. ¶ Et linea eſt ſuperficiei vltimum, latitudinis expers. ¶ Superficies vero, corporis vltimum, ſpiſſitudinis, craſſitudinisq; expers. Puncti ſiquidẽ natura eſt ad continuandũ, terminandũ, & tangendũ. continuat enim lineam, lineam terminat, inchoat, atq; finit. Et lineę aut in directum protractæ, vt a c, & c b. aut angulum facientes, vt d e, & e f, ſe tangũt in puncto. nam c vnius vltimũ, & c vltimum alterius, ſimul ſunt: itidem & e vnius, & e alterius. Lineæ vero natura eſt ad continuandũ, terminandũ, tangẽdum, & diſtrahendum: vt quæ ſecundum vnum ſecandi interuallum ſectionem recipiat. Enan. Ad continuandũ ſcilicet ſuperficiem, ſuperficiẽ terminandũ, & quo ſe (ſeu in directum ꝓtenſę, ſeu ad angulum) ſuperficies tangant. Id te velle opi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nor. One. Idipsum. Et superficies identidem rebus accommodata videtur, quo corpus continet,terminet,tangat, quove distrahatur:nam duo sortita est secandi interualla. Corporis autem officium atque natura non amplius continuare, terminare, aut esse tangendi medium:sed eo opus est ad occupandum & distrahendum. Enan. Ita mihi consonum videtur. nam nihil corpore continuatur,sed corporis media, & cæteræ partes omnes, superficie continuantur: neque corpus vllum, corporis terminus est. One. Nam huiusmodi terminus quiddam corporis vltimum esse debet, quod nullum corpus esse potest. Neque corpora ad tangendum,vt puncta,lineæ,aut superficies,conducunt: nam simul esse non possunt: vt quæ sese occuparent,quod natura non finit. Enan. Sic est. Oneropo. Ad occupandum autem conducit corpus,vt quod secum nunquam simul alterum corpus admittat. & ad distrahendum, quod triplex sortitum sit secãdi interuallum. Enan. ¶Sed vtram Oneropole duarum vltimarum conditionum corpori accommodatiorem. magisque propriam arbitraris? Onero. Ergo reor occupationem. nam omne corpus occupat,non autem distrahitur omne, vt cæleste: sed duntaxat distrahuntur,diuelluntur que, quæ fluxæ potentiæ simul vnaque distrahibili addicta sunt. Enan. Ita mihi conijciebam. Onero. Sed putas ne aliud esse magis accommodum,magisq; proprium corporis officium, quam occupare, simulq; cum altero corpore esse non posse? Enan. Quidnam aliud? One. Rem facere esse corpoream. nam id nunquam a coniuncto corpore separari potest: alterum autem potest,etsi non naturæ ingenio,atque potestate. Enan. Quomodo hoc dicis? one. Mens tua suapte natura nõ occupat. Enan. Non occupat. One. & tuum atq; meum corpus hoc pacto occupant. Enan. Vtrunque hoc pacto. Onero. & mens tua, & anima itidem mea, per tuum, & meum corpus occupant, ita vt tua anima, simul cum mea idem replere non possit, neque possit simul esse. Enan. Per accidens videlicet,quandiu nostris corporeis molibus coniunctę alligat æque fuerit. One. & mens nostra magis a dimensionum conditione & natura recedit, & ad plenitudinis naturam accedit, quam dimensio a conditione & natura plenitudinis, & replentiæ. Enan. Videtur. Onero. Nec iniuria. nã corpus per seipsum plenum, replentiamque habet: animus autem noster non per se occupat. Enan. Haud dubium. onero. Si igitur mens nostra ad corpus sese haberet, vt nunc corpus ad ipsum sese habet: sicut mens nostra nunc corporis conditionem, ita & corpus tunc mentis sequeretur conditionem. enan. Consentaneum videtur. onero. At nunc mens corporea obruta mole, per corpus occupat: datq; animæ corpus (vt ita dixerim) replentiam occupantẽ. enan. Concessum est. one. Daret igitur tunc mens corpori plenitudinem atq; replentiam haud occupantem: ita vt nihil obstaculo foret, quo minus vna cum alijs corporibus esse posset. enantius. Q̃ pulchre me deduxisti (quod & ego diu in hac cana ætate deductus desideraueram) ad contemplandum quomodo beatifica corpora haud occupent, etsi dimensa, longa, lata, atque profunda sint: & me nunc hac, tua gratia, liberasti ignorantiam. onero. Per accidens videlicet, alterius conditionem, & non suam quidem sequentia. Sed vide quo euagati sumus de puncto disputaturi. Ridebit nos Homophron, si longius pergere perseueremus. Enan. Fœliciter quidem. Optaret etiam Homophron te longius euagaturum: sed quando tibi placet, ad propositum reuertamur. ¶Hoc tamen petito, cum & puncto, & lineæ, & superficiei terminare cõmune sit, quod illorum perfectius, magisq; terminare statuemus? onero. Sicut corpus magnitudinum perfecta est, & omnis, suo ternario completa, perfectaq; consurgens (longitudine enim, latitudine, & spissitudine consurgit, præter quæ, nulla magnitudo, nullumque secandi interuallum relictum est) ita superficies, terminus perfectus est, & omnis: suoque ternario completus, perfectusque consurgens: qui trinus est longi scilicet, lati, & profundi. At si prosequi voles, nos tandem digredi coges. Enantius. Haud plura hac de re amplius scisciter, ad nostrum relabor

punctum. One. Ipsum ad continuandũ & terminandum, & tangendũ aptum esse posuimus. Enan. Vtiq:: & tametsi ipsum ipers sit, indiuiduũq;, diuisioni tñ aptum est. One. Non sui scilicet, sed linea. secundum punctũ diuidua est. enã. Hoc ipsum est ꝙ me angit, quõ linea videlicet secẽdm punctum partiatur, vt linea a b secundum punctum c. nam protinus diuisæ, duo puncta sese offerunt, vt puta c & d. quę si simul in linea a b erant/proculdubio duo puncta in eadẽ linea sibi inuicẽ proxima & imediata fuissent. Et si duo, cur non oĩa, imo & infinita? abeatq; linea ex punctis conflata? One. Hoc siquidem impossibile: qñquidem punctũ puncto additum, nullam attollat magnitudinem. Qui enim fieri possit, vt ꝙ omnino extensis expers sit & ĩmune, oĩno extensionis experti additũ, aliquã extẽsionem paret? Enan. Nullo pacto. Id me rursus vrget, quõ diuersa linea iterũ continuetur. Nam capere nequeovnum punctũ ex duobus conflari posse continuando, vt neque prius exvno duo conflatum iri diuidendo. quę si manent in linea, posteaquã recontinua facta fuerit, iterum duo puncta in eadem linea simul erunt: eademq; mihi insurgit difficultas de linea cum superficiem diuido, & cũ diuisam reunio: eademq; de superficie cum corpus diuido, diuisumq; reiungo. Libera me si potes o Oneropole hac ambiguitate. one. Nonvtrinq; parua est o Enanti, eñuero eam puto, ex qua vniuersa de puncto philosophia pendeat. enan. Ea absoluta contentus abibo. One. Conabimur quocunque id efficere. & statuamus nobis lineã a b, in qua signemus duo puncta terminantia, & non continuantia, a, b: & c medium punctum continuans, quod quidem lineam a c vt finis terminet, & lineam c b vt principium: & lineas a c & c b copulet, vniat, & continuet: vt quarũ c vltima sit, re autem & subiectovnum. enan. Ratione scilicet multa. one. Hoc ipsum. nam rationum diuersitatem attendentes, ꝙ vnius sit finis, & alterius principium, ipsum e vltima dicimus. attendentes autẽ rem ipsam, & id quod est, ipsum dicimus vnum. & si abs te scisciter, an punctum a. terminus lineæ a c alterius lineæ non communicantis sit terminus? enan. Subduco non. One. & tale punctum solum terminus est, & non continuat. enan. Planum est. one. Tale igitur punctum & vnunquodq; consimile, ꝙ sicvnius lineæ, ꝙ nullius alterius nõ cõmunicantis terminus sit vocemus punctũ actu, & solũ terminans. enan. Vocemus. one. Et punctum c, terminus est lineæ a c, & similiter termin⁹ lineæ c b, & lineæ a c, & c b, nulla parte cõmunicant, & non modo earum terminus est, sed & eas continuat. enã. Hæc rata sunt. One. Tale igitur punctũ, & vnũquodq; consimile, ꝙ diuersarum linearum non cõmunicantium terminus sit, vocemus punctum potentia, & continuans. Enan. Id rationabile est. one. & ita de linea & superficie actu, & potentia intelligamus. Attamen bifariam dicemus punctum in potentia. primo, eo modo qui dictus est, quod punctum potentia & continuans nominamus. secundo, punctum potentia dicemus, quod nondum est lineæ terminus, sed esse potest, quod punctum potentia, & nondum continuans appellare possumus. Enã. Possumus. One. Quod a puncto potentia primo, in hoc distat, quod ipsum punctum potentia primo, est, & continuat. Punctum autem potentia secundo, & nondum continuans, neque est, neque continuat. Et ex his forte perquiremus q̃ desideras, hoc modo. Cum diuiditur linea a b in puncto c, quo quidem c manente, aut manebit c solum versus a, aut solum versum b. Enan. Mihi sic apparet. One. Nã si vtrinque & a versus & versus b maneret, adhuc mediæ illæ lineæ cõtinuæ essent, quippe quarum vltima essent vnum. Enan. Proculdubio. One. Neque aliud c manet in parte a, & aliquid in parte b. nã c impers nõ esset, imo partibile. enã. Sic oportet. one. Manet ergo totũ in parte a, aut totũ in parte b. enã. Totũ indubie, vt in parte a. one. In qua parte, nihil refert. Intelligimus ergo duas lineas a c, & d b. actu factas, quarũ alteri⁹ percipis c (ꝙ prius erat punctum potentia & continuans) factum esse punctũ actu. Enan. Percipio equidẽ. one. & d etiã factũ est punctum actu. En. Est. Sed an prius erat punctum potentia? one. Nõ vt c. nam esset

a c b
a c d b
a c b
a c b
a d b

Universidad de Deusto Biblioteca

& c & d in eadem linea ꝓxima fuissent,& imediata, qd̃ est ad tuam ambiguitatem reuolui:sed prius erat punctũ potentia secundo.& nondũ cõtinuãs, vt quod esse poterat lineę termin⁹:& ita cũ prius nõ esset,nõ simul erat cũ c, quare c & d in eadẽ linea neq; erant ꝓxima,neq; imediata. Enan. Optie.Iam ambiguitatem egredi occipio. ¶Sed a quo,& vñ prouenit ille punctus. one. An de linea loquimur separata,an materię cõiuncta? enan. Cõiuncta ꝓfecto. one. & recte quidẽ: nam etsi mathematici cogitatione & intellectu separent, re tñ ipsa oĩs distrahibilis dimensio,semper sensibiliũ materię cõiuncta est. Sed attendis ne quõ qñcunque solidum corpus aliquod collidis,statim medius aer ꝑstrepat? & nunq̃ id efficias, quin semper similis effectus sequatur? enan. Verissimũ est. one. & si lucidum aliquod in aliquem tenebrosum locum inferas,totus subito efficitur luminosus. enã. Subito. one. Et fit vnũquodq; quemadmodũ fieri natum est (mõ non fuerit ipedimẽtum)& quamoptie fieri põt. enan. Maxime. one. & res suapte natura terminati natę sunt,res dico sensibiles oẽs. enã. Sunt indubie. one. & actũ & formam habent vt tales fiant,quales fieri natę sunt. enan. Ad hoc ipsum act⁹ est. one. Satin igitur (cũ punctũ, linea & superficies separata non sint)rei sensibilis actus punctum,lineam aut superficiem suæ molis terminum efficiet:vt res ipsa sit quemadmodum ipsa esse nata est. enan. Rationabile videtur. one. Et ita prompte profecto,sicut corpore percusso,aer perstrepit,& luminosum illuminat. Sed si in rarefactionis & condensationis sermonẽ aliquando incideримus, id planius intellecturus es. Percipis ergo modo quo pacto c & d, priusquam linea a b secaretur,simul non erant,nam d non erat. enan. Equidem percipere videor. one. Et experientia cognitum habemus, res sensibiles diuisas, iterum continuari & vniri natas esse:vt aquam aquæ,& flammam flammæ. Enan. Experientia certe. On. & res sensibiles ad hoc naturale desiderium habent. nam continuæ & reunitæ melius sese habent, vt sint magis vnæ,magisque saluentur. Enantius. Hæc vera sunt. Oneropo. Appetit autem natura vnumquodque esse quam optime potest, vnum esse, & saluari. sic enim summo bono, summeque appetibili similius euadit. enan. Hunc ingenuum conatum naturæ esse fateor. one. At continuari non potest vtroq; puncto,vtraq; linea, aut vtraq; extrema superficie simul adueniente,superstite atq; manente. Enan. Non profecto. One. Actus igitur qui ad agẽdum natura ordinatus est,alterum diluet,quod suæ officit continuationi, vnitati,& saluti:aut vtrunq;:nouumq;:reparabit. enan. Id rationabile videtur. one. Nimirum rationabile. nam in vnoquoque ita euenire compertum est, vt quod officit,vniuscuiusq; natura expellat,& quod deficit reparet,modo impedimẽtum non sit vllum. Hinc efferuens aqua officiẽtem calorẽ expellit & domat, & necessarium frigus inducit & reparat. Nam frigida melius est, meliusq; saluatur.& ignis ex imo protinus sursum emicat,eo motu suam salutem quærens.& mutilus coluber se iterum continuare vnireq; laborat:imo duriuscula corpora, nisi sua duritiés suæ recontinuationi resistentiam, reluctamenq; præstaret,protinus (vt aqua aquæ,& flamma flammæ)diuisa iterum coirent. Enan. Ita arbitror:& id congeneæ naturæ metalla fusa pandunt. Onero. Non igitur in linea a b iterum facta continua simul erunt proxima & immediata c d: vt quorum alterum non maneat. Enan. Proculdio. ¶Et pene mea vtrinque ambiguitas tota collapsa vanescit,modo id mihi retegas,vbi puncta,lineas & superficies locabis. Oner. Amice Enanti,imperfecta sunt hæc:& natura,imperfecta imperfectorum gratia elaborat atque facit. Si igitur quæras, vbi ipsa vt in subiecto sint, respondeo, in sui perfecti subiecto: vt in quo subiecto linea est, & punctum: in quo superficies, & linea: & in quo corpus, & superficies: sed imperfectissime quidem, quemadmodum & ipsa imperfecta sunt. Corpus autem perfectissime subiecto adest: vt quod tota plenitudine & replentia substentetur: post corpus superficies quæ longitudine & latitudine solum replet. post superficiẽ linea,& post lineam omnium

a c b
a c d b

minime punctum:vt quod per lineam,& alterum, replentię assit. Si autẽ scisciteris,vbi hæc sint vt termini:punctum in linea est,linea in superficie,& superficies in corpore. Corpus autẽ in alterum non vlterius transit. enan. ¶Arbitror hos duos modos aut eosdem esse,aut perparum distare,nam fere terminus per id ipsum cuius est terminus,subiecto adest. onero. Imo plurimum,& quasi ex opposito distant. enan. Quo pacto istud? Onero. Hoc pacto. Nam accidẽs separari, seorsumque a suo subiecto saluari nequit. enan. Nequit indubie. Onero. At lineæ a b nondum diuisæ. c terminus est lineæ c b. enan. Est. Oneropo. Diuidatur igitur a b in puncto c,maneatque versus a. enan. Placet. oneropo. Nam id possibile:veruntamen c prius erat in linea c b vt terminus. enan. erat. eneropo. & non amplius est,& seorsum manet. enant. Hæc vera sunt, & intelligo quorsum hæc. oneropo. & accidens de subiecto cui assit, nunquam transit emigratque in alterum. enant. Nunquam. oneropo. Terminus autem vt terminus, de vno in alterum transit. enant. Quo pacto? onero. D terminus est linæ d b,& nullo pacto est lineæ a c. enant. Nullo pacto. onero. Intelligo ergo lineas a c & d b continuari, delerique c. enan. Esto ita. oneropo. Facta est linea a d b, quam rursum intelligo diuidi in d:ipso quidem d ad partem a manente, nulla enim potior ratio, ipsum posse manere ad partẽ b quam a. enan. Nulla prorsus. one. Transiuit igitur de linea in lineam,ut de linea b in lineam a. enan. Perspicuum euasit. one. Quo fit vt promiscue punctum de linea in lineam,& linea de superficie in superficiẽ,& superficies de corpore in corpus transire queat:vt verbi causa,punctũ d transire potest in lineam b,& postea e in lineam a. Iungo enim e b lineæ f g, abeatq; g manẽte e. Deinde seco lineam f b in puncto e, ipso quidem e manente ad partem f,reparato puncto h:& iungo lineam a d & h b,manente d,& ipso h deleto, quam quidem lineam a b rursum diuido in puncto d, ipso quidem manente in parte b. Iã de a transijt in b. enant. Transijt. one. Copulo a i,& e f,abeunte i, fitq; linea a e f, quam diuido in puncto e,ipso quidem manẽte in parte a. Nonne constat e postea transijsse in partem a,& propositum? enan. Constat. one. Rursus accidens in diuersis subiectis non communicantibus esse non potest? enan. Non. one. & idem punctum vt e præpositæ lineę ae f, diuersarum linearum a c & e f non communicantium terminus est. enan. Est. Sed quomodo tunc o oneropole idem accidens, vt e, diuersis subiectis non cõmunicantibus, vt subiecto lineæ a e, & subiecto lineę e f, non aderit? quandoquidem punctum ei subiecto adesse, cui sua linea assit, concessimus. one. Id punctum o enanti his varijs subiectis per se non adest, sed per alterum:quod minime incommodum reputare debes,per se tamen plurium est terminus. Quod autem superius concessum est, idem accidens in diuersis subiectis non cõmunicantibus esse non posse, arbitror te plane per se esse nõ posse intelligere. enan. Vis ergo forte si punctum per se & sine dimensione subsisteret(ꝙ minime natura fieri potest) ipsum minime esse in subiecto. One. Quid prohibet(nam minime plenum est:vt ab aliqua plenitudine per se fulciri subsistẽtarique aut possit, aut natum sit. enan. Rationabile. oneropo. Perpendis ergo hos duos modos plurimum inter se & quasi ex opposito distare? enan. Perpẽdo. one. ¶Neque tibi iterum perpendere difficile puto, quo pacto punctum actu, punctum potentia continuans alternatim fiat. & interdum punctum potẽtia non cõtinuans,& quo pacto punctus potentia continuans:nunc in punctum actu, nunc vero in punctum potentia secundo modo dictum, & non continuans transeat,similiter & punctum potentia nondum continuans & existẽs, nunc educitur in pũctum actu, nunc vero in punctũ ponentia continuans. Neq; cognitu difficile est oẽm secabilem lineã in vnoquoq; extremo infinita pũcta potentia secundo potestate habere, nunq̃ tamen plura vno aut puncta actu aut puncta potentia & continuantia simul habere potest. Vnde manifestũ est eandem linea infinita successiue puncta eandẽ partem terminantia,& actu quidem & potentia continuãtia ha

Universidad de Deusto
Biblioteca

bere posse. Enan. Hæc facili pręcedentium discutione statim perspecta haberi possunt. Onero. Vtique. & ita de linea & superficie sentiendum. Sed non decuit, o amici, vt arbitror, de tã exigua re & pene inani (quid enim puncto inanius?) me tantum sermonem extendisse: vereorque vos plurimo tædio affecisse. Enan. Nequaquam o Oneropole: verum ea quę nobis requirẽtibus adduxisti, mihi apprime necessaria visa sunt. Idem visum arbitror & Homophroni. Puncto enim, punctique neglecta natura, sicuti & dimensionum. non parua philosophiæ pars cæca redditur: idque neglectum mathematicis disciplinis magnum affert incommodum. One. Est vt ais, sed alio cõuertamus sermonem: nisi vobis de hac re alia superant quęrenda, quæ forte vobis aperire sufficiam. Enã. Nulla prorsus nisi Homophron aliud velit. Ho. Nihil. Enan. Attamen si tibi quærẽdo molesti nõ fuerimus, vellẽ cõdẽsationis & rarefactionis naturam a te percipere. Nã te supra dixisse memini, id nõ nihil ad aliqua quę pertracta sunt conducere. Onero. Minime molesti: verum hęc vobiscũ exercitatio mihi periucunda est, & eo maxime, quod vestrum alter responsionẽ alternat. Enan. Homophron sua vice alterabit, ne forte tacẽdo tędio afficiatur. Ho. Haud afficior. verum vt vultis, licet ad id efficiendum minus me elegeritis idoneum. Sed intelligo, Enantius defessus hoc onus mihi libens impartit, quo audiens aliquantulum respiret. Onero. Recte te coniectatum fuisse arbitror, o Homophron. Homo. Aggredere igitur, o Oneropole. quandoquidem Enantio placitum est, me eius vices gerendo responsionem alternare. Oneropo. Vt tibi placet.

SEcundæ partis scholia. XVI. Continua sunt, quorum vltima sunt vnum. Continuorum vltima, sunt ipsorum termini, vltra quos nullæ ipsorum partes sumendæ sunt, vt vltra punctum c nihil est accipere lineę a c, & similiter vltra c nihil est sumere lineæ c b. Et quędam sunt ipsorum vltima terminantia solum, quę continuorum solum principia sunt, aut fines vt punctum a, quod solum est principium, & nullius alterius lineæ finis, & punctum b finis lineæ c b, & nullius alterius principium, de quibus non intelligitur præsens definitio. Manifestum est enim linearum a c & c b vltima a & b non esse vnum. Alia autem sunt mediantia siue continuantia, quę sunt principium vnius, & finis alterius, vt punctum c finis est lineę a c, & principium lineæ c b, de quibus hęc definitio intelligitur. In qua cum pluraliter ponitur vltima, diuersæ rationes denotantur, cum autem singulariter vnum, res ipsa vna esse numero significatur, vt punctum c est idem numero, sed duo ratione, scilicet principium & finis. At vero dicuntur vltima esse simul, vt se tangentium habet definitio, quando inter ipsa nullum est medium, vt inter superficiem concauam corporis continentis & conuexam locati nihil mediat, & hinc duæ illę superficies extremę dicuntur esse simul, corpus autem continens atque contentum ipsi mediatum, sunt corpora se tangentia. Et quia quæcunque vltima sunt vnum, illa sunt simul, omnia continua sunt se tangentia, non tamen e diuerso, corpus enim locans & locatum se tangunt, & tamen continua non sunt, quia eorum vltima non sunt vnum, sed diuersa, & contiguorum corporum extrema. Enimuero contigua sunt quorum vltima diuersa sunt, & sibi inuicem immediata siue proxima. Verum hęc omnia ex tertio cap. quĩti physicę auditionis explorata iam & perspecta sunt. XIX. Puncti siquidem natura est ad continuandum. Punctum, linea & superficies sunt ad continuandum & terminandum, id est vt continuent & terminent ea quorum sunt termini. At eo modo non sunt ad tangendum, id est vt tangant, punctum enim (vt cuius non sunt vltima) ad aliud contactum non habet, tametsi linea lineam tangat, & superficies superficiem. Sed prędictorum trium terminorum natura dicitur esse ad tangendum, id est vt mediantibus ipsis tanquã vltimis, ea quorum sunt vltima, se tangant, quemadmodum mediante puncto lineę se tangunt, mediante linea superficies, & mediante superficie corpora. Cæterum linea & superficies sunt ad distrahendum, id est vt distrahantur in partes extensionis, hæc longitudinis & latitudinis, illa vero longitudinis solum, quomodo punctum non est ad distrahendum, nam partes non habet in quas dirimatur. Sed hæc tria quantitatis vltima sunt ad distrahendum, id est vt mediantibus illis ea quorum sunt vltima, distrahantur, linea enim secundum punctum diuiditur, superficies secundum lineam, & corpus secundum superficiem. tanquam vltima, partes in quas fit dissectio, terminantia. Corpus autem est ad distrahendum, id est vt distrahatur in partes longitudinis, latitudinis & profunditatis, non autem vt secundum ipsum tanquam vltimum fiat distractio. Quocirca corpus opposito modo est ad distrahendum, et punctus. Nam corpus ad distrahendum est primo, in primaque intelligentia, non autem punctum, & punctum est ad distrahendum secundo & in secunda acceptione, non autem corpus, linea autem & superficies vtroque modo sunt ad distrahendum.

XX. Nam id nunq̃ a cõiuncto corpore separari potest. Id rem facere esse corporeã, neq; natura ne quæ supra naturam potest a corpore coniuncto ipsi subiecto atq; substãtiæ, separari (si enim subiecto non coniungeretur, nil mirum si nihil faceret esse corporeum) sicut neque rem facere albam, separari potest ab albedine. Alterũ autẽ, scilicet occupare corpore coniuncto substantiæ separari potest per potentiã supernaturalem, qua duo corpora simul esse possunt, & plane fuerunt, cum dominus noster author vitæ & salutis æternæ deuicta morte sur gere de sepulchro lapide occluso, cum ianuis clausis intrauit ad discipulos, & cum cælos sine diuulsione aut diruptione eorum penetrauit, quemadmodum rem facere esse visam, separari potest ab albedine per dei potentiam. Quare constat magis proprium esse corporis officium rem facere esse corpoream, quam occupare, quod enim a corpore neutiquam potest separari, magis ei proprium est quam alterum quod ab eodem separari potest. XXII. Ita superficies, terminus perfectus est & omnis. Videri forte cuiquã posset, punctum perfectiorem termini rationem sortiri quam superficiem. Nam omniũ magnitudinum atque interuallorum est terminus, scilicet lineæ, cui respondet longitudo, superficiei, cui latitudo & corporis, cui profundum aptatur, quicquid enim termini terminus est, & terminati terminus erit. Superficies autem solius corporis est terminus. Adde quod punctum, solum terminus est, & trino terminandi officio non minus completus quam superficies, quæ etiam terminatur. Verũ hęc non conuincunt punctum magis participare rationem termini, quia ipsum immediatus & proprius est lineæ terminus, cui sola competit longitudo, vnumque secandi interuallum. Superficies autem immediatus & proprius est terminus corporis, cui tria competunt magnitudinum interualla, & cui etiam inter magnitudines perfectio præcipue ascribitur. Modo profectior termini ratio ab eo sumenda est, cuius proprius & immediatus est terminus, & non ab eo cuius mediatus. Et si immediate terminata magnitudo perfectior est, & eius terminus immediatus perfectior erit, si vero magnitudo imperfectior, & terminus imperfectior existet. Quod diuersarum linearum non communicantium terminus sit. Lineæ communicantes dicuntur, quę eandem habent partem communem, vt lineæ a c & a b eandem habent partem, scilicet c d. Nam d c est pars lineæ a c, & linea a c est pars lineæ a b, ergo & d c pars lineæ a b. Quicquid enim est pars partis, est & pars totius. Quo fit vt lineæ quarum vna est alterius pars, sint necessario communicantes, cum in eadem parte vt medietate minoris conueniant. Dictum est ergo in diffinitione puncti actu, & puncti potentia, lineæ non cõ

a d c b

municantis. Nam idem punctus actu, est duarum linearum communicantium terminus, vt a terminus est lineæ a c & a b. Idem enim est totius & partis extremũ. XXIII. Rei sensibilis actus, punctũ lineam aut superficiem. Forma substantialis rei naturalis. cum eius fit distractio, pducit in altera parte distracta terminum magnitudinis vt lineam, superficiem, & corpus. Nam qui præfuit terminus prius cõtinuans, manet in altera partium distractarum. Quod siquis rationem percõtetur, quare distracto corpore terminus prius existens potius maneat in vna parte quam altera, nulla prorsus assignari potest, nisi naturæ determinatio, quæ determinauit terminum ipsum (cum fit distractio) debere in hac parte quam terminet manet manere, & non in illa, quemadmodum circa consimiles naturæ effectus qui per indifferentiam fiunt, determinatio ad vnum potius quam alterum semper philosopho naturali ad naturam est referenda. Et hoc pacto neque ante diuisionem duo termini erant sibi inuicem in continuo proximi, neque post diuisionem datur pars interminata. Quãuis autem diuisio ipsi formæ substantiali sicut & rei naturali est violenta, productio tamen termini ad partem distractam est ei naturalis atque conueniens. Ediuerso autem cum fit diuisorum recõtinuatio, a forma substantiali alter terminorum partium distractarum abijcitur atque depellitur, & per alterum partes simul vniuntur. Et hoc pacto neque ante iteratam coniunctionem erat pars aliqua interminа, neque post coniunctionem duo termini in eodem continuo proximi. XXV. Rursus accidens in diuersis subiectis non communicantibus esse non potest. Non ab re adiectum, non cõmunicãtibus, quia non est inconueniẽs idem accidens esse in diuersis subiectis communicantibus, vt idem color est partis & totius, per synecdochẽ. Et sit datum corpus album a d, quod intelligatur diuidi in tres

a b c d

partes, prima n a b, secundam b c, & tertiam c d, albedo b c est in diuersis subiectis a c & b d communicantibus, & conuenientibus in parte b c. Intelligitur etiam dicta propositio de diuersis subiectis secundum vnam & eãdẽ subiecti rationem, vt de diuersis subiectis inhæsionis, aut de diuersis denominationis. Siquidem non est inconueniens idem accidens simul esse in diuersis subiectis vno quidem inhæsionis, scilicet materia, & altero denominationis, scilicet toto composito, quandoquidem oẽ accidens rei naturalis, hoc modo est in diuersis subiectis. XXVI. Neque tibi iterũ perpendere difficile puto quo pacto punctum actu. Ex prius dictis facile perpenduntur aliquæ propositiones sumptæ ex comparatione istorũ triũ adinuicẽ punctum actu, punctum potentia cõtinuãs, punctum potentia non continuans, conferendo singulum eorum ad vtrunque reliquorum vt primum ad secundum, primum ad tertium, secundum ad primum, secundum ad tertium, tertium ad primum, tertium ad secundum. Prima. Punctum actu fit alternatim & vicissim punctum potentia continuã. Sint datæ duæ lineæ diuisæ a c & d b, quas peto continuari in puncto d, ipso c deleto. Punctum quidem b prius erat punctum actu lineæ d b, & deinde est punctum potentia continuans in linea a d b, igitur constat propositum. Secunda. Punctum actu alternatim fit punctum potentia non continuans. Posita priori hypothesi punctum c est punctum actu lineæ a c, facta autem re continuatione amplius punctum c non est lineæ terminus, sed potest esse, ergo per diffinitionem

Prima propositio.
a c d b
a d b
Secunda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertia
a d b
d e b
Quarta
a d b
a e f b
Quinta
a c b
a c d b
Sexta
a c d b
a c b
Septima
a c b
Octaua
a c b
Nona
a c b
a d c b
a f b
a g f b
a h b
a
b
c
d
e
f
g
h
i
K
l

est punctum potentia non continuans. Tertia. Punctum potentia continuans sit punctum actu. Sit data linea continua a d b, quæ diuidatur in duas partes, ipso quidem d manente versus, & reparato puncto e. Notum est quod punctum d prius fuit punctum potentia continuans, & facta diuisione est punctum actu. Quarta. Punctum potentia continuans sit punctum potentia non continuans. Sit data linea a d b, quæ diuidatur in duas partes deleto puncto d, & reparatis duobus alijs punctis, scilicet e versus a, & f versus b, vt possibile est, tunc punctum d prius est punctum potentia continuans, facta autem distractione est punctum potentia non continuans, cum amplius non sit. Quinta propositio. Punctum potentia non continuans sit punctum actu. Sit data linea a c b, quæ diuidatur in puncto c, ipso manente versus a, & reparato puncto d versus b. Punctum quidem d ante diuisionem est punctum potentia, non continuans, cum ipsum minime sit, & facta diuisione est punctum actu, igitur. Sexta. Punctum potentia non continuans sit punctum potentia continuans. Sint datæ duæ lineæ diuisæ abinuicem a c, d b, quæ continentur adinuicem deleto vtroque puncto c & d, reparatoque puncto e. Manifestum est quod punctum e ante continuationem est punctum potentia non continuans, cum nondum sit lineæ terminus, & facta continuatione est punctũ potentia continuans per diffinitionem. Septima propositio. Omnis linea secabilis, in vnoquoque eius extremo habet infinita quinto & potestate, puncta potentia secundo & non continuantia. Sit data linea a c b. Dico quod ipsa in extremo c simul habet ilinita puncta potẽtia non cõtinuãtia. Patet, quia punctum d quod nondum est, sed potest esse solo intellectu comprehensum, non est adhuc eius terminus, sed potest esse. Nam potest linea data in puncto c diuidi, & fieri punctum eius, igitur punctum d est eius punctum potentia non continuans. Similiter signetur intellectu punctum e, ipsum non est lineæ a b terminus, & potest esse eius terminus, igitur per diffinitionem est eius punctum potentia non continuans. Scindentur itidem puncta f, g, h, i, K, & quotquot volueris, eorum quodlibet per diffinitionem est eiusdem lineæ a b punctum potentia non continuans, cum qua ratione vnum potest esse lineæ terminus, eadem & quodlibet cæterorum, non quod habeant potentiam vt simul sint eiusdem lineæ in eodem extremo terminus, sed quia simul eodemque tempore habent potentiam vt sint eius terminus. Neque propterea sequitur duo puncta sibi proxima esse in linea continua, quia nullum eorum est, ergo non sunt sibi in continuo immediata. Octaua propositio. Nulla linea simul habere potest plura vno puncta actu, aut puncta potentia continuantia in eodẽ extremo. Sit data linea a c b. Dico quod simul non potest habere duo puncta actu in vno eius extremo, vt in a aut b. Nam si ponatur habere duo in a, vt a & d puncta actu, cum vtrunque sit lineæ principium, duo puncta in continuo sibi inuicem erunt immediata, quod est impossibile. Similiter si ponatur habere duo vt b & e in altero eius extremo, idem sequitur inconueniens. Neque potest eadem linea habere simul duo puncta potentia & continuantia in vno eius extremo vt c. Nam si ponatur itidem habere duo, vt c & f, plura puncta in continuo sibi inuicem erunt immediata, quod est impossibile. Nona propositio. Eadem linea, infinita successiue puncta eandem partem terminantia, & actu quidem & potentia continuantia habere potest. Sit data linea a c b. Dico quod ipsa potest habere successiue & in eadem parte infinita puncta actu, & etiam infinita puncta potẽtia continuantia. Intelligo enim eam diuidi in duas lineas a d & c b, habet ipsa versus a punctum d, nouum punctum inquam actu. Iungo illas duas vtroque puncto abiecto, & reparato puncto f, habet eadem linea pũctum f potentia continuans, nunc primum reparatum. Iterum diuido lineam a f b in duas partes scilicet a g, & f b, habet iam nouum punctum g actu. Rursum intelligo ipsas coniungi vtroque puncto deleto, & reparato puncto h continuante potentia. Et quia quotiens libet lineam continuam diuidi, & diuisam eodem extremo continuari, hãcq; diuisionis & recontinuationis alternationem in infinitum protrahi petimus, constat eandem lineam infinita successiue puncta eandem partem terminantia, & actu & potentia continuantia habere posse, quod est propositum.

Dic age o Homophron, quid rarum, & quid dẽsum esse ais? hom. Si recte memini, id rarum esse audiui, quod sub pauca materia magnam quantitatem habeat. ¶ Et id densum quod sub multa materia quantitatem habeat paruã. One. Apte multum ad sequentia. ho. Forte si declarãdo hac de tectoria feceris. one. Vtcunque potero. Arbitrorq; hoc modo aliquantulũ recte posse concipi: vt si esset aliquod corp' vt a K decupedale, cuius partes decem sint, a, b, c, d, e, f, g, h, i, K, ipsum totidem haberet materiæ partes, numero quidem & essentia distinctas, partibus illis respondentes. ho. Haberet idubie. one. Si igitur tota materia a K & eius decem partes sint sub pedanea quantitate l, collatione facta ad corpus a K, multum dicitur esse materię sub l, & parua quantitas, q̃ sub pauculo corpore l tãtundem sit materię, quantum sub magno corpore a K. ho. Dicitur certe. onero. & si retro comparo l ad k, dicemus ne paucum materię esse sub a k, & quãtitatis multum? quod non plus materiæ sit sub magno corpore a K, q̃ sub minusculo l, quodque decupla quantitas ad pedaneum multa sit. Hom. Mihi quidem sic recte videtur. One. Si ergo recte descripseris, corpus a K rarum est, & l densum. Ho. Corpus a K rarum ad l, & l densum ad K. One. Scilicet. nã rarum & densum relatione descripsisti. sunt enim multum & paucum, magnum & paruum, relatiua. Ho.
29 Sunt. One. ¶ Quapropter aerem ad ignem relatum, comparatumq;, densum esse te dicere oportet: ad aquam autem collatum, esse rarum. Quid aũt absolute rarum, & quid absolute densum, forte postea incidemus: nunc autem tuam respon-
30 sionem sequamur. Ho. Optime, o Oneropole. ¶ Verũ nunq̃ meipso nec meo studio contentus, satis plene percipere potui, quo pacto decupedale vt a K, fiat pedale vt l, & omnino quomodo maius vnq̃ fiat minus, & quõ minus iterum exurgat in maius nullo subeunte corpore, quemadmodum aer aut aqua spongiam intrat: aut egrediente, quo pacto pressa spõgia, protinus aer aut aqua egreditur & fugit, quod de aqua sensu, de aere autem flatu cognoscere promptum est. iuxta eũ faciem aut manũ pressa spongia, flabellum & ventulus quidam apparet. One. Quod ambigis, idipsum est quod quærimus. At de tali dilatione extraneo subeũte, aut egrediente corpore, aut extensioneq; partiũ distractione fieret, vt cũ tenditur corium, aut mollicula cera, arbitror te hic nonvelle nos laborem terere. Ho. Non. nã parum difficultatis ingerunt, præsertim ijs qui norunt corpora corporibus cedere. One. Hanc igitur dilationẽ, & coartationẽ cõpressionẽq; missam faciamus, & quę de raro & denso (nullo alieno subeunte corpore, aut nullo intus clauso, efflato, abeũteq;) sentias: palam effet. Ho. Nihil dignum q̃ in medium afferã habeo: imo si verũ fatear: mihi ipsi dissentio. Edan. Neque de hac re mecũ plane cõsto:
31 moro? audire quid tu Oneropole sentias. one. ¶ Res hæc o amici nimis difficilis & ardua quãplurimis visa est, & mihi quoq; alias. quam si atq; ego sentiatis, statim quam facillimã iudicabitis. Ho. Quo pacto o oneropole quãfacillimã? one. Vt calidum & frigidum, aut album & nigrũ. Ho. Horum o oneropole magna facillitas est, sed illis rarum & densum paria non facio: neq; (vt puto) Enãtius. one. Attendite quæso, & si dicenda vobis rationabilia videbuntur, & magis ijs q̃ vos vobiscũ constare non permittunt, mecum sentire. Ho. Id rationabile est, & vterque nostrum est (vt ait Horatius) nullius addictus iurare in verba magistri. one. Tales profecto facile doctrinam capessunt. Animaduerte ergo Homophrõ, res albescit suscepta albedine. hom. Certe. one. & simul depulsa nigredine, aut medio colore. hom. simul depellitur. one. Ita amice res rarescit suscepta rara dimensione, & depulsa dimensione densa aut media. homophron. Quid ais o oneropole? one. Rem facilẽ, vt vobis promiseram. Est eñ rari dimensio, vt albedo, & dimensio densi, vt nigredo: & maxime rari, vt ignis, dimensio, maxima albedo est. & maxime densi, vt terræ, maxima nigredo: & mediorum rarorum & densorum, vt aeris & aquæ a dimensiones, medij sunt colores, vt flauum & rubrum. ¶ Quo
32 fit vt quantitas quantitati, vt dimensio dimensioni abeat contraria, hæ vt extremum extremo, hæ vt extremum & medium, hæ porro vt medium medio. ho. Sẽtio quorsum hæc tua de coloribus ad dimensiones analogia. Sed altera ex parte rubore suffundor, quæ me hactenus ignorantia tenuerit. one. Quæ? ho. Quantitati nihil esse contrarium. one. Forte categoriarum dictum occasionem præbuit, quantitati nihil esse contrarium. ho. Proculdubio id dictum. onero. Sane quantitatis dicibilia hic non agimus, quę indubie logica contraria non habẽt, sed physicarum quantitatum hic contemplationes exquirimus, quarum plane fatemur esse physica contraria. homophron. Obtusus ego, id nõ p̃sentiebam sic esse vten
33 dum. ¶ Sed vnum id requiro, an raritatis & densitatis nominibus aliud quicquã quam dimensionem intelligi velis. onero. Nihil raritatis nomine nisi rarã dimẽsionem intelligo, & densitatis nomine nisi densam. Attamen dimensio & raritas
34 rõne duo sunt, itidẽ dimensio & densitas. ¶ Et quanta contrarietas o homophrõ & Enantii in coloribus tũ extremis tũ mediis comperitur, tanta aut fœcũdior in

Universidad de Deusto
Biblioteca

rerum ſenſibilium dimenſionibus exiſtimanda eſt. Nam diuerſi colores ſecundum aliquid ſui in eadem ſubiecti parte ſe ſimul tempore admittunt, q̃admodũ in tepido caliditas & frigiditas cum aqua ſe ſponte ad natiuum frigus reuocet. At nunquam diuerſę dimẽſiones ſeu ſint extremæ, ſeu mediæ in eadem ſubiecti parte ſe ſimul tempore admittunt, nam ſe occuparent, quod natura nõ permittit. ¶ Vnde nobis exploratum eſſe poteſt omnem maiorẽ raritatem minori, & omnem minorem maiori, itidem omnem maiorẽ denſitatem minori: & omnem minorem maiori eſſe contrariam, vt q̃ ſe ab eodem ſubiecto mutuo expellant, & eidem viciſſim aſſint, non tamen vt extremum extremo, ſed interdum vt albedo & flauities nigredo & liuor, interdum vero vt flauities & liuor. Et reuera de raro & denſo philoſophari, perinde eſt atq; de albo, nigro, & mediis coloribus philoſophari. Ho. Mira ſunt hæc o enãti. & me iudice vera. videor enim mihi Ariſtotelicam ſententiam de raro & denſo per calidum & frigidum in zuthum deprehẽdere, quod per album & nigrum nobis pulchre confecit Oneropolus. & diu animum circa id deprehendendum volutaueram: & nunquã plene quid eſſet ad hãc diẽ deph ẽdere poteram, at me ſemperveri fugiebat ſentẽtia, quam aperiẽte oneropolo tandem tenemus. & plane video philoſophandum eſſe de raro & denſo, perinde atq; de albo & nigro, calido & frigido. Sed tu perge abſoluere oneropole. one. Idipſum eſt o Enanti quod dixiſti. ¶ Et q̃admodum magna facilitate rebꝰ concesſum eſt, vt de minus calido permutentur in magis calidum, & de magis calido ĩ minus. Halitus noſter huic rei argumẽto eſt. nã manu ꝓxime ad os admota, apparet calidus. eavero paulo diſtantius ſemota, ꝓtinus apparet frigidus, tam de calido ꝑmutatus ĩ frigidũ. enã. Apparet. One. Eadem quoq; facilitate res de minus raro permutatur in rarius, & de minus denſo in denſius. Conſideraſti ne aliquando quam facile noſter halitus diſpareat? Enan. Paruula admodum mora. One. Quo pacto hoc, o Enanti? Enan. Quia rarior factus ſit. One. & ita de fumo & vapore, cum quid caleat, efferueatq; ab igni. Enan. Idẽ. One. Nã ſi ſemper æqualẽ groſſitiem ſeruarent q̃ habent apparentes, nequaq̃ diſparerent: q̃admodum aqua ſub eadẽ molis denſitate manens, ſemper viſibilis apparet. enã. Sane. one. & quia facilitate atq; prõptitudine ea rareſcere ĩtelligis, & de minus raro in magis rarum permutari, eadem promptitudine (conueniẽtibus adhibitis cauſis) minus denſa permutantur in denſius, vt modica aqua, magno etiam non continente vaſe, valido feruore rarefacta modico iiecto frigido ſtatim reſidet, permutaturq; in denſius. enanti. Perpalam eſt. Onero. Ita quoque multo genito fumo aer aliubi cito efficitur craſſior: & multo raro corpore inſpiſſato, vt cum fiunt nubes, prompta raritudine fit aer extenſior. Eſt enim corporibus & potiſſimum aeri hęc inſita pronitas, nunc vt cita condenſatione occupatio corporũ vitetur, nũc vero vt cita & facili raritudine excludatur vacuum. Enan. & id quidem rationabile multum. & tua gratia, perpendo hanc rareſcendi dẽſendique pronitatem ac facilitatem, conuenientibus adhibitis cauſis, miram eſſe. One. Miram certe. nã aeris mira habilitas eſt ad calidum & frigidum, tametſi hoc illi innaturale ſit, illud vero ſecundum naturam, ita vt nunquam tam cito frigidum aerem inſpiratum emittere poſſis, quin calidam expires. enan. Nunquam. One. Talem conicto aeris, nunc ad maiorem, & nunc ad minorem rareſcentiam facilitatẽ. ¶ Sed qui actus, quæue forma maxime caliditati gignendæ aptiſſima eſt? enan. Arbitror ignis. Oneropo. Sic eſt. & quę maxime raritudini gignẽdę? enã. Itidẽ ignis. Oneropo. Profecto. nam ignis caliditſſimus, ratiſſimuſque eſt, & quam promptũ eſt igneæ formę maximam in propria potentia inducere caliditatem, ita quoque & maximam raritatem. & ſi te de maxima ſiccitate & denſitate percontarer, autumnꝰ de terrea forma idẽ reſpon ſurum. enan. Idem certe reſpõderem. Onero. Et cum ipſi vna conſentiamus raritatem re ipſa dimenſionem eſſe, vides quomodo ignis & ignea forma ſuam corpoream efficit molem. nam raritatem, & quidẽ maximam. enan. Video. onero. & ſi corpus efficit, ſuperficiem efficiat neceſſe

pus efficit, ſuperficiem efficiat neceſſe eſt, nam corpus interminatum nõ faciet. Enan. Non indubie. One. & ſi ſuperficiem, efficiet & lineam, nã ſuperficiem terminatam & continuam eſſe oportet, & ſi lineam efficiet & punctũ: alioquin neque linea continua, neq; terminata eſſet. Enan. Optime certe. One. Perpẽdis igitur q̃ facile corpore diuiſo, ſuperficie, & linea, noua ſuperficies, noua linea. & nouum punctum reparetur? Itidem cum hæc iterato coire, continuariq; debeant, q̃ facile vna ſuperficies, vna linea, & punctum vnũ diſpereat? Enan. Manfeſtius quã ante. q̃admodum hoc in loco te ita facturum ſpopõderas. One. Vtrũ aũt pũcti, lineę, & ſuperficiei eductiões ad ortũ, abolitioneſq;, motus ſint, hoc in loco, ſi tibi placet, miſſum faciamus: alias illud diſcuſſuri. Enã. Mihi quidẽ maxime placet. One. Videamus an Homophron approbat quę diximus. Enan. Non ab re certe. Nam rẽ eius intercepi, & maluiſſet forte tecum diſſeruiſſe, reſponſioneſq; alternaſſe: ſed amico veniam dabis. o Homophron. Ho. Tui gratia diſputatio ſuſcepta eſt, o Enanti: nihil deliquiſti, & dicta maxime approbo, & haud ſecus at
38 que tu (aut deterius) reſpondiſſem. Nondum tamen detexit Oneropolus, quid rarum ſimpliciter, aut ſimpliciter denſum vocare poſſemus. One. Nondum certe: neque in hoc ſermonis incidimus, id figuraliter expediam. ¶ Rarum ſimpliciter id dicere poſſumus, quod ſubtilitate ſua noſtrum fugit intuitum, inſenſibileq; reputamus: vt ignis, vt aer. & id denſum ſimpliciter, quod craſſitie ſua bene ſenſi
39 bile eſt, vt terra, vt aqua. ¶ Sed quid vos antehac de raritate & denſitate ſentiebatis? Hom. Ego rarefactionem fieri putabam nulla abolita quantitate, ſed priori noua adueniente. Enan. & ego id ſæpe. One. Sit corpus a c b, quantitas a c b eſt in materia, a c b. Si igitur rareſcebat, exiſtiabatis totã dimẽſionẽ, & a & c & b manere? Hom. Sic exiſtimabam. one. Si igitur a deueniat noua quantitas toti materiæ a c b, prior quantitas & poſterior ſe occupabunt, nam replentia quantitatis a c b ęquatur replentiæ materię a c b. & poſterior eidem æquabitur. Sed qui hoc fiat, niſi ſe occupent, aut prior dimenſio quę accidens eſt, ſuum ſubiectum deſerat, & alteri hęreat? Ho. Id mihi bono iure defendi non poteſt. One. & ſi poſterior priori quantitati adueniens ſimul replentiam ſuam non haberet, cum diuelleretur, ſecareturq; maneret ſine ſubiecto: vtpote qua cũ nihil auferretur potentię. Ho. Indubie. Nam materia ſolum replentiam ſuam haberet cum dimenſione a c b coniunctam, ad cuius diſtractionem ſectionemque ſolum diſtrahi poſſe videretur. onero. & ſi quantitas poſterior ſolum parti materię a, aut parti c, aut b adueniat, nonne eadem accident incommoda. Hom. Hęc incommoda profecto noſtram ſequuntur abſurditatẽ. one. Nam corporea dimẽſio ſoli illi materię vt ſubiecto adeſt, q̃ eadem diſtractione diſtrahitur, & diuiſiõe diuiditur, & q̃ ſimul ſuã plenitudinẽ atque replentiam habent. hom. Ita eſt certe. Sed id me fallebat, ꝓ crediderim dimenſiones materiæ eſſe coęternas, & eiuſdem naturæ omnes, & in ſuper dimenſiones nihil agere poſſe. oneropo. Attende o Homophron quid dicas. Quomodo ſtat, eiuſdem naturę dimenſiones eſſe omnes? & has materię coæternas eſſe? & tamen cum quicquam rareſcit, nouam, & eiuſdem naturæ inducis. Sed cur potius prior materiæ coæterna ſit, quam poſterior, eiuſdem conſimiliſque naturę. hom. Ridiculus ſum. Sed me futurum reſpondendo minus idoneum, vero præſagio prędixeram. oneropo. Nullam rei ſenſibilis materię coæternam dimenſionem & incorruptibilem cogitare debes, ſed materię ſenſibilis inſeparabile accidens, quemadmodum color nobis inſeparabile accidens dicitur, quod nunquam ſine colore eſse poſsimus, ſine tamen hoc, & ſine illo eſſe poſſumus. Ita materia nunquam ſine dimenſione eſſe poteſt, attamen ſine rara: & ſimiliter ſine denſa eſſe poteſt, non autem ſimul, ſed ſucceſſione quadam. hom. Conſentaneum eſt. onero. & condenſatio ſola quantitate corrupta, & nulla aduentãte noua, eiſdem argumentis fieri non poteſt. homoph. Non certe. Nam aut ſe occupaſsent illæ dimenſiones, aut maneret materia ſine dimenſione, ſua quidem corrupta, & nulla noua reparata, aut accidens, vt reliqua dimenſio im-

Universidad de Deusto
Biblioteca

migraret in illam. One. Recte sentis. Hom. Excogitaui rursum aliquando rarefactionem distractione fieri, sicut mollícula cera distenditur nunc in longum, nunc in latum, non attendens quantum in longum porrigitur, tantum eam in profundo & lato minui. Ideoque cum ex pedaneo aquæ longo, lato & profundo decem, tantundem longi, lati & profundi generetur aeris, id partium distractione nullo pacto fieri potest. Denique bellissime omnium mihi excogitasse visus sũ, & totus esse Palladе plenus, rerefactionem & condẽsationem fieri nulla prorsus adueniente, nullaque abeunte quantitate: rarefactionem inquam elongatione & fuga partium a centro, & condensationem earundem appropinquatione & vicinia ad centrum. Onero. Si pedale e, & octo ipsi æqualia pedalia a, b, c, d, e, f, g, h, i, se occuparent, quantũ replerent? Hom. Solum quantum e. Onero. & extraherentur ab e omniquaque, pedalia a, b, c, d, f, & consequentia. Ho. Proculdubio. One. Quid igitur refert tua hæc condensatio a dimensionum occupatione? & quid tua hæc rarefactio a dimensionum se occupantium extractione? Hom. Id ego ambigebam. Fieriq; id mihi minime posse videbatur, vt decem pedalia (vt cum ex aere fit aqua) tantum atq; vnum tandem occupent, semper suas partes extra se inuicem seruantia, quin se occuparent. & vnum rursum pedale ad denariam molẽ extendere (vt cum ex aqua fit aer) nisi prius illa decem se occupassent: aut interiectum, interhiansque relinqueretur vacuum. Enan. Constanter tamen semper Homophrõ ificias ibas aut corpora se occupare, aut corpa ex corporib⁹ extrahi, aut aliqd interceptũ relinqui vacui. Ho. Constantissime o Enanti id ore negabãtametsi forte id meæ sententiæ pugnaret, nunc autem longeverissime cum Oneropolo & suo pulchro Aristotele aliter sentiamus, rarefactionem scilicet fieri dimensione densiore abiecta, & rara acquisita: & condensationem dimensione rariore depulsa, & densa suscepta: & hunc motum ad quantitatem esse: & de contrario in cõtrarium, aut medio, quemadmodum & cæteri motus. Itane tecum sentiemus o Oneropole? One. Ita maxime, si vobis recte dicta videantur. Ho. Mihi quidem recte. Enan. & mihi: & sentio me tua gratia o Oneropole æterno ploblemate liberatũ, & te mentẽ meam a languore (est enim ambiguitas & opinio mentis anxietas & languor) eripuisse. One. Gaudeo potuisse quod vobis gratum visum sit, sed nunc hæc missa faciamus. Paratæ sunt epulę: nos vna (si rẽ mihi q̃ gratissimã facturi estis) hodie discumbemus. enan. Præstare nos amico difficiles minime decet: quo minus hodie cõuiuamus, cum quo nobis vel semper cõuiuere fœlissimũ esset. Ho. Lepidus es o Enanti, fiat ergo vt vult Oneropolus.



Tertiæ partis scho. XXVIII. Et id densum, cp̃ sub multa materia quantitatẽ habet paruã. Quanuis eadẽ numero substantiaq; sit materia rari & densi, tñ sub magna quantitate dicitur pauca, in cõparatione ad seipsam sub quãtitate parua, cõtra vero ipsa sub parua quãtitate dicitur multa, in cõparatione ad seipsam sub magna mole. Magna aũt rari quãtitas, & parua dẽsi, re ipsa abinuicẽ differũt. Et si id analogia melius capi possit, materia dẽsi est vt viginti hoĩes in domo, materia vero rari vt viginti hoĩes in vrbe, quãtitas dẽsa vt domus, quãtitas rara vt vrbs. Nẽpe viginti hoĩes in domo sunt multi ad eosdẽ in vrbe, cp̃ totidẽ sunt in loco angustiori, quot ampliori. Cõtra vero viginti hoĩes in vrbe dicũtur pauci ad eosdem in domo, quod non plures sint in loco capaciori & spatiosiori q̃ arctiori, & tñ totidẽ imo ẽdem numero sunt homines in domo, & in vrbe. Eadem modo intelligendum est de materia rari & densi, quod diuersis rationibus est multa & pauca. Ac sicut spatium vrbis & ambitus eius non est spatium domus, ita quantitas rara non est quantitas densa.

XXIX. Quapropter aerem ad ignem relatum comparatũ cp̃. Sicut idem ad diuersa collatũ, & magnũ est & paruũ, ita idẽ ad diuersa, rarũ & densum, secundum rationem modo explicatam, vt supponatur aer habere tantum materiæ sub quantitate pedali, quantũ ignis sub quantitate decẽ pedũ, aer est densus ad ignem, vt 1 ad a K. Idem autem aer si ponatur habere tantum materiæ sub quantitate decupedali, quantum aqua sub quantitate pedali, est rarus ad aquam, vt a K ad 1. Itidem aqua ad aerem densa est superiori ratione, & ad terram rara, cum tantum habeat materiæ sub quantitate decupedali, quantum terra est sub quantitate pedali. Terra autem solũ densa est, imo natura dẽsissima, sicut ignis solũ rar⁹ est, cũ nihil sub eadẽ materia natũ sit habere maiorẽ quãtitatẽ igne. Quapropter quatuor elementorũ supremũ est solũ rarũ, infimum solum densum, intermedia vero, ad

superiora densa sunt, & ad inferiora rara. XXXI. Vt calidum & frigidum, aut album & nigrum. Quomodo rarefactio & condensatio fiat, hic duplici analogia aperitur, prima est calidi & frigidi quam ponit Philosophus in nono capitis quarti Physicorum cõtra Xuthum, apta quidem ad intelligendum quo modo eadem numero est materia rari & densi, & quod rarefactio fit deperdita quantitate densa, sicut calefactio deperdita frigiditate, quodq; condensatio fit deperdita quantitate rara, sicut frigefactio deperdita caliditate. Et plane raritas, vt plurimum caliditati coniuncta est, & densitas frigiditati. Secunda analogia est albi & nigri, conueniens admodum ad cognoscendum contrarietatem quantitatum extremarum & mediarum, facilius quidem intelligendam per colores, in quibus media inter se, & ab extremis specie differunt, quam per calidum & frigidum, quorum medium tepidum, vtriusque extremi aliquid participat. XXXII. Hæ vt extremum extremo, hæ vt extremum & medium. Quadrifariam quantitates per analogiam colorum contrariari admuicem compeiuntur. Aliquæ vt extremum extremo, quemadmodum maxima raritas maximæ densitati, & in coloribus albedo & nigredo. Aliæ vt extremum medio, quemadmodum maxima raritas minori raritati aut densitati, & maxima densitas minori, haud secus quam in coloribus albedo & liuor. Aliæ vt medium extremo, quemadmodum minor raritas maximæ raritati, & minor densitas maximæ, perinde atq; in coloribus flauicies albedini, aut liuor nigredini. Demum aliæ quãtitates contrariantur vt medium medium, quemadmodum minor raritas minori densitati, & in coloribus flauicies liuori. Horum autem quatuor modorum secundus & tertius comprehenduntur sub secundo modo in litera expresso. Nempe inter quantitates extrema & media non minus inueniuntur, quam inter colores. Siquidem extremum in affirmatione collocatum & dignius est maxima raritas, quam natura igni accommodauit, respondens in coloribus albedini. Medium ei proximum, minor raritas, aeri natura designata, & in coloribus assimilis flauicici. Medium semotius, minor densitas, aquæ natura attributa, & liuori in coloribus non absurde respondens. Extremum autem in negatione, & imperfectius, maxima densitas, terræ a natura concessa, & cui nigredinem assimilare licet. Forte categorarum dictum occasionem præbuit. Dictum Aristotelis in libro prædicamentorum, assignantis primam quantitatis proprietatem. quod quantitati nihil est contrarium, præbuit occasionem ignorantiæ ipsius Homophronis, qui propter id credidit nullam prorsus in quantitatibus inueniri contrarietatem, sed minus accommode atque recte. Nam Aristoteles id dictum intellexit de dicibilibus quantitatis, quibus non sunt aliqua logica contraria. Hic autem sermo fit de rebus ipsis, inter quas physica comperitur contrarietas. Neque oportet si res ipsæ inter se sunt contrariæ, protinus & dicibilia eas explicãtia esse cõtraria. Nã ipsa forte dicibilia de genere quantitatis non erunt, aut contrariorum dicibilium conditionem non obseruabunt. Rarum enim & densum, aut ad aliquid, aut potiũ qualitatis rationem subeunt. Ediuerso tamen si dicibilia sunt contraria, & res illis significatas contrarias esse operæpretium est. XXXVI. Est enim corporibus, & potissimum aeri hæc insita pronitas. Ex hac aeris pronitate & facilitate cõstat quod cum alicuius corporis fit rarefactio, alterius corporis alibi fit condensatio. Rarum enim productum, maiorem locum occupat, quam prius. si igitur omnia suam quam prius habebant, seruarent molem, esset penetratio dimensionum, & rarum eundem locum cum altero corpore occuparet, quod ne fiat, per condensationem conceditur locus corpori rarefacto. nempe condensatum corpus minorem quam prius locum occupat. Cõtra vero quando alicuius fit condensatio, alterius corporis alibi fit rarefactio. Condensatum enim corpus minorem quam prius locum occupat. Quare si cætera corpora æqualẽ priori quæ ante condensationem fuit, haberent magnitudinem, relinqueretur vacuum, ad quod euitandum, per alterius corporis rarefactionem repletur id loci quod per condensationem dimissum fuerat. nempe rarefactum corpus maiorem q̃ prius locum occupat. Itaque condensatione vitatur penetratio dimensionum, & rarefactione vacuum. XXXIX. Sed id me fallebat, quod crediderim dimẽsiones materiæ esse coeternas. Id ex dictis Commentatoris (cui hac in re prius astipulatus fuerat) Homophron desumpsit, ponentis dimensiones esse coæternas materiæ, & eas quæ insunt, semper subiecto affuisse. Verum id & falsum est, & alteri eiusdem Homophronis dicto repugnans. falsum quidem. nam dimensiones quæ assunt materiæ, postea abñciuntur, & nouæ inducuntur, haud secus quam in coloribus permutationes fieri conspiciuntur. Repugnans autem prius concessis, quia admissum est in rarefactione nouã quantitatem, & eiusdem naturæ cum præexistente (nam dimensiones omnes ratus est Homophron esse eiusdem naturæ) materiæ induci, modo nulla est valentior ratio qua vna potius quam altera sit materiæ coæterna, cum id quod conuenit indiuiduo vnius speciei, cõueniat, reliquis omnibus eiusdem naturæ. Neque minus falsum est dimensiones omnes esse eiusdem naturæ, cum non minor sit secundum speciem dimensionum diuersitas, quam colorum. nullus autem dixerit colores omnes eiusdem esse speciei, & rationis. Demum, & falsum est dimensiones adinuicem agere non posse. nam inter se (vt ostensum est) contrarię sunt. proprium autem contrariorum est, adinuicem agere & pati, cum quicquid habet contrarium, a suo contrario corrumpi natum sit. Rarefactionem scilicet fieri dimensione densiore abiecta. Sicut in albefactione parietis decem pedum, albedo secundi pedis manet cum albedine primi, & posteriorum pedum albedo cum albedine priorum, ita in acquisitione raritatis decupedalis, secundum pedale rarum manent cum primo pedali raro. sic tertñ, & quarti, & consequentium pedalium raritas, cum raritate pedalium præcedentium, quantum ad continuationem eorum extra se inuicem existentium. Necp̃ adinuicem contrariantur hę raritates, sed sunt eiusdem

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem rationis,& eiusdem totius partes consimiles. Neq; tota raritas decupedalis ad partem eius pedalem, est maior raritas ad minorem. nam maior raritas est quę sub aliqua materia maioris est molis in cōparatione ad aliā quæ sub eadem materia minoris est molis. Et minus rarum dicitur, quod sub aliqua materia minorem habet quantitatem, sub qua alterum maiorem habet. Modo in toto decupedali & in parte eius pedali non tantundem est materiæ. quare non oportet propter prius dicta, totum vt maiorem raritatem cōtrariari parti tanq̄ minori raritati. sunt enim maior raritas, & minor raritas, alterius rationis & naturæ, sicut diuersarum specierum colores. Et quemadmodum in huiusmodi albefactione, cum in primo pede acquiritur albedo, simul in eodem deperditur nigredo; aut medius color, neq; manent in eodem nigredo prior, & albedo aduenienſ, ita in rarefactione depellitur quantitas densa, & simul in eodem subiecto acquiritur rara. Et sicut albedo primi pedis bene stat cum nigredine cæterorum pedum, vt secundi & tertij, quia non sunt in eadem parte subiecti, ita raritas in prima parte materiæ bene stat cum densitate in cęteris partibus. Et qualis seruatur successio in huiusmodi albefactione, eadem & in rarefactione, intelligendo materiam sub qua est densa quantitas, in decem partes ęquas diuisam, in quarum prima depellitur primum densa, & acquiritur rara dimensio, deinde in secunda, postea in tertia, & ita diuersis temporis partibus, diuersæ motus partes respondent. Id tamen interest, q̄ in eodem pedali minor albedo, vt vnius gradus, facile stat cum intensiore, vt nouem graduum, quia cum non sint dimensiones, bene idem replent etiam vnus gradus albedinis; bene est in eodem subiecto cum aliqua parte nigredinis, sicut & modica frigiditas cum modica caliditate. vna autem quantitas rara, neq; cum altera densa, neq; cum altera rara etiam eiusdem rationis, in eadem subiecti parte esse potest. nam cum dimensiones sint, se simul occupare non possunt, neque simul idem replere.

COmis es, o Oneropole, & nos liberaliter & laute admodū tractasti, & non minus læta fronte, quam liberalibus sermonibus. Enan. Pro triplici cœna, o Homophron, gratiam Oneropolo habituri sumus. Pauit enim ante hanc corpoream cœnā superiorem intellectus partem contemplatione & doctrina. Mox corpora nostra lauto ferculo curauit: & prudentiæ sermones non defuerunt, quo simul inferiorem animæ partem pasceret. Etsi corporea cœna multi æstimanda sit, si tamen ad eā respicimus, o Homophron, quæ cœnam illam præcessit, parui æstimabimus. ho. Video cur hos sermones in medium adducis: velles nos ad priores sermones relabi. Enā. Id ipsum est, o amice. & anima semper diligentiore cura, corpore, curanda est. Petamus igitur vterq; nostrum ab Oneropolo, vt talem cœnam iterum nobis præstet. One. Imo iubeatis: si quid possum, id totum vobis deuoueo. Enan. Non est igitur cur sermonem prolixius extendamus. ¶ Dic nobis igitur an pūcti, lineę & super 40
ficiei sint motus, quod alio loco discutiendū prius missum feceras. One. Prętеr sеnum conditionē fœcunda, o Enāti memoria polles. De puncto igitur nō arbitror te ambigere absque motu & transmutatione esse: atque cum deletur, absque motu & transmutatione deleri: vt quod impers sit. quodque in sua acquisitione deletione que successionem habere non possit. Enantius. Ita rationabile videtur. Oner. Sed cum aliquando non sit, & postea sit, & cum aliquando sit, & postea non sit, sine motu tamen & mutatione: similitudinem tamen cum ijs quæ generantur, & corrūpunt gerit, habet aliq̄d gnationi & corruptiōi simile. enā. Quo pacto id sermone explicabim⁹? one. Id appellāt subitā momētaneamq; mutationē. At subita & momētanea mutatio, minime mutatio est: vt neq; oculꝰ pictꝰ, oculus est. en. Aptum mihi vocabulū visum est. ¶ Sed hęc tua respōsio amplius me in dubietatem 41
coniecit. Punctum ab is absq; motu & transmutatione nunc ad ortum duci, nunc deperdi. one. Quia sit impers. enan. Hinc mea ambiguitas est. nā rationalis anima impers est. one. At non vt punctum, cum plena sit. Enan. Et id volo: nihilo minus tn̄ in sua acquirenda plenitudine, nulla prorsus successio esse pōt. On. Nulla. Enan. Quō igitur homo cum prius non sit, posterius absq; motu transmutatione non est? & cum desinit, quomodo absque motu & transmutatione non desinit? One. Rem perarduam tangis, o Enāti. & generatio & corruptio hominis nō omnino cęterarum rerum gnationibus & corruptionibus similis est. Operæpretium est enim te hoc in loco meminisse, hominem omnis creaturæ vinculum esse, &

hæc superiori substantię, hęc vero inferiori similia gerentē. Qua igitur rationalis anima superioribus substantijs cōuenit, tota simul surgit ad esse: & neq; in tempore, neq; instāti temporis, sed in sua pulchra ęuiternitate, aut ęuiternitatis momento. quā vero inferioribus substantiis assimilatur, materiam, corpusq; ipsum sibi paratum carcerem, pedetentim totum informat, iam tempus & successionis seriem obseruans: quemadmodum & prior forma depellitur. Ita & in hominis obitu pedetentim ab informationis officio desistit: quemadmodum forma sequens introducitur. Non enim formæ omnino sensibiles aut expelli, aut introduci in sua potentia, nisi in tempore & successione possunt. Cum enim homo tabescit morte resoluendus, videas prius manus emortuas, mortuosq; pedes, q̄ partes cordi vicinas. Enan. Id expertum est. One. hoc amice ideo est, q̄ hominis mors inferiorū mortem imitatur, & suum claustrum relinquendo, tempus, & successionis seriem seruat: quemadmodum intrando obseruaret. Enan. Tua ratio ita necesse esse cōcludit. Alioqui si in hominis ortu nō seruaretur successionis series, aut duo actus starent in eadem materia, aut præcedens actus in nō tempore abiiceretur, & in hominis obitu aut staret materia nuda & informis, aut forma sequens in tempore in
42 tota materia produceretur. one. Recte calles. ¶ Verum tamen hoc interest, q̄ cęterorum formæ in obitu ipso in suis corporib⁹ deficiunt (vt frigiditas in aqua aduentante calore) & nusq̄ & nunq̄ postea subsistunt. At nostra anima nequaq̄, sed hominis mors, sola est animę a corpore seiunctio atq; separatio, qua facta, ipsa rationalis anima sine corporis functione, & vsu subsistit, ad corpus tamen semper, & corporis vnionem, luctamen desideriumq; gerens. Hinc o amici cognoscere possumus futuræ resurrectionis ordinationem. nam nullus naturæ conatus frustra, otiosusq; esse potest. Enan. Iniucundam o Oneropole nos traduxisti sententiam. One. ¶ Primum, o amici nostrę animę ortum ad esse, creationē dicere possum⁹.
43 nam & ipsas superęlestes & beatas substantias, quæ in sua duratione, seu sempiternitatem, seu æuiternitatem nuncupemus, totæ simul oriuntur (nam inexpertes sunt) creatas esse asserunt. Et successiuā & tpalem nostri corporis a nostra aia informationē nostrā gnationē dicere possumus, successiuam autem nostrę animę informationis desistentiam, nostram corruptionem. Enā. Concipio. Si quis a me sciscitaretur, quid hois gnatio sit, protinus subiungere possem. hominis gnatio est successiua & temporalis a rationali anima corporis informatio, quemadmodum si interrogaret quid leonis gnatio, haud male responderem successiuam & temporalem esse a leonina forma corporis iformationem. Et si quid hominis corruptio sit, similiter subiungere possem, hominis corruptio est successiua & tēporalis rationalis aiæ ab informatione corporis desitio. One. Sane quidem. hoc tn̄ interest, q̄ in illa tota temporali & successiua parte post partem corporis informatione, rationalis aia tota est. non autem leonis anima. aut cuiusquam alterius rei naturalis forma in toto suæ successiuæ & temporalis informatiōis tpe est. Et rationalis aia in toto successiuæ & temporalis desistentiæ informationis tempore est, qua quidem desistentia informationis facta, adhuc manet & subsistit. At leonina forma aut cuiuscunq; alterius rei sensibilis, neq; desistentiæ informationis tempore manet, neq; ea facta vsquam subsistit. Enan. Ita intelligo. nam leonis & cæterarum rerum sensibilium corruptio, substantiæ & formæ desitio est, hominis autem corruptio (vt dixisti, & vt mihi ipsi semper cōscius sum) nō substantiæ & formæ desitio est, sed remanentis separatio. On. Pie, o Enanti, & ea ex parte substantias superiores respicit, quarū substantię aut inceptio aut emanatio creatio est, & quarū desitio, vnq̄ nihil est. nā deficere sua natura nō possunt. Aiæ igitur nostræ desitio nihil est. enan. Nihil certe. & hęc mihi recte dicta videntur. On. Vis ergo Enāti ad dimissum ꝓpositum reuertamur? enā. Volo. Attn̄ cognoscere desiderabā, cur corpꝰ nostrę aię carcerē vocasti. sed aptior aliqn̄ forte dabitur locꝰ, nunc aūt a pun
44 cto ꝓsequere. ¶ Momento inquis emergit punctum, momētoq; ortum vanescit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

One. Inquio. Enan. Cum ergo punctum momẽto abiicitur, an punctũ emergens nouum simul cũ primo, eodẽ sit momẽto? One. Non simul sunt, at se simul expediunt: ita vt eorũ vnum in illo sit momẽto, & alterũ non sit: quẽadmodũ motus acquisitiuus & deperditiuus se simul absoluunt, vt gñatio & corruptio, rarefactio & dẽsitatis abiectio, calefactio & frigoris pulsio. At expulsiuis, deperditiuisq; quantitatis & qualitatis motibus noia posita non sunt. enan. Ita oportet. Sed perge id in motibus ostendere. One. Sint a b, & c d, duo æqualis molis subiecta: quorum signatæ partes vnius, signatis partibus alterius æquales sint. Et a b æqualiter secundum molem albescat, & c d a nigredine deficiat: quod denigrescere dicamus, cum nobis aptius nomen non succurrat. Fiantq; hæ mutationes (quarum vna acquisitiua est, & altera deiectiua) in tempore h i. & partes in partibus, quid igitur albedinis in tempore h K acquisitum est, & quid nigredinis deperditum? enan. Albedo a e acquisita est, & deiecta nigredo c g. One. & in tempore h l? enan. Albedo a f acquisita est, deiectaq; nigredo c h. One. Semper æqualis molis? enan. Semper æqualis. One. & in tempore h i? enan. Tota prorsus albedo a b confecta est, & tota nigredo c d depulsa, deiectaq;. One. Non'ne igitur illa albatio & denigratio (denigrationem voco continuam nigredinis abiectionẽ) se simul absoluunt? vt quantum continuę sit vnius: simul, eodẽq; tp̃e continue non sit, deficiatq; tm̃ alterius? enan. Sic est. One. & si harũ mutationũ vtranq; fieri intelligas ĩ eodẽ subiecto, vt in c d, non'ne se simul absoluẽt in subiecto c d? enan. Simul, vt prius in subiectis æqualibus. One. Ita vt quo tempore pars c g omnino albescat, in eodẽ tẽpore eadem pars c g omnino denigrescat. & in quo tempore pręcise parta sit albedo ĩ c g, nihil amplius nigredinis sit in c g, & ita de quacunq; altera parte ęquali, & de toto. enan. Simile certe. One. Ex hoc facile perpendere possumus quo pacto in rei successiua gñatione nihil duarũ substantialiũ formarũ eidẽ parti materiæ simul assit: vt si in tempore h K substantialis forma acquireretur in c g, tm̃ dum formæ substantialis oppositę abiret, abiicereturq;. & de singulis aliis quibusqũq; partib⁹, & de toto simile iudicium est. enan. Simile. One. & si in tempore h K acquiritur raritas in tota parte c g, non'ne in eodẽ tp̃e h K depelletur densitas c g? enan. Necesse est. alioqui se occuparent dimẽsiones. One. Ingenue ergo fateris motum acquisitiuum, depulsiuumq; substantiæ, quãtitatis, & qualitatis, se simul absoluere. enan. Fateor. One. Ita est, & de puncto. Sicut em̃ motuum acquisitio & deperditio se simul tempore absoluunt, ita & momentanearũ mutationũ ortus & abolitio eodẽ se absoluunt momento. ¶ Et sicut punctum absq; temporanea mutatiõe oritur, ita & lineam & superficiẽ contingeret, si simul quicq̃ totũ diuidi contingeret. Quod & forte contingit in duarũ aquarũ contactu (se enim bene momento cõtingunt) quę si tunc se continuent acvniant, in nunc & momẽto orta sunt puncta, lineę & superficies, aut saltem abiecta. enan. Ita est. On. & quãuis in ortu, abiectioneq; lineę & superficiei, successio esse possit: hæc mihi accidentaria videtur, neq; ab illis quicq̃ moueri dici: vt neq; a puncti aut ortu aut deletione. vñ manifestum fieret omnẽ augmentationem, & diminutionem, & rarefactionem, & cõdensationem, solũ fieri aut suscepto corpore, aut corpore deperdito. Nunquid enim superficies corpori addita, aut ipsi ablata, efficit ipsum aut maius, aut minus? enã. Non certe: neq; linea superficiei addita, eam efficiet maiorem, vt neq; punctũ additum lineæ eam efficit maiorem, aut sublatum minorem. One. Attamen linea lineę addita, eam efficit maiorem: & superficies superficiei addita, superficiem. enan. Sic est: ideo mihi iterum apparare facis, nullo adhibito corpore fieri posse augmentationem. One. Quo pacto? enan. Nam eadem cera aliquando longior est nullo aut adiecto aut deperdito corpore, aliquando latior. hoc autem esse non potest, nisi a linea & superficie: q̃ linea addita lineę eam efficit maiorem: & superficies addita superficiei, superficiem maiorẽ: quẽadmodum huius rei me admonuisti: & sicut corpus additum corpori, totum efficit maius. One. hoc o amice partiũ distractiõe

prouenit: sicut si digito aquam longam per planitiem extẽdas, partes prius secundum latum continuæ, ipsis a sua prima continuatione distractis, secundũ longum continuantur. Et non modo lineæ lineis additæ sunt, sed & superficies superficiei, & corpus corpori. ideo cera hæc longior dicitur, q̃ habeat non modo lineas actu, longiores q̃ prius, sed & superficies & corpus. attamen non apte eam dixeris auctam, minutam, rarefactam, aut condensatam. Enan. Video iam sic esse: vt neque si diuisero lignum secundum longum in quatuor partes, quæ secundum longum additæ longitudinem octocubitam efficiant, cum indiuisum lignum solum longitudine bicubitum esset: quanuis partes illæ continuę intelligantur, nullus dicet lignum illud auctum, minutum, rarefactum, aut densatum. One. Ita mihi videtur. Sed hanc extensionem quæ partium distractione, & locali motu prouenit, ego & Homophron dudum missam feceramus. enan. Et consulte quidẽ: non censeo multam operam in illa discutienda esse terendam. Sed superest, vt de contrarietate & alteratione nobis aperias, si commode id fieri queat, quã rem si feceris, nunq̃ tibi hodie quicquam molesti erimus. One. Nihil mihi molesti estis, modo possim. enan. Id te posse confidimus, precedentium discussio te id posse magno nobis est argumento. Incipe dum voles. One. Quandoquidem vobis ita persuadetis, libens vobis obsequor, & quod possum (vt dixi) efficiam.

Vartæ partis scholia. XLI. Corpusque ipsum sibi parat carcerem pedetentim totum informat. Anima rationalis tota informat prius vnam materiæ partem, vt materiam cordis, deinde præcordiorum, & deinceps secundum temporis successionem cęterarum partium corporis materiam. Et plane in generatione hominis est successio, non quidem partium animæ rationalis (sicut in cęteris rerum sensibilium formis acquirendis partium formalium successionem inuenire contingit) nam illæ rationalis animæ partes nullæ sunt, sed partium materię successio comperitur, sensim ab anima rationali informari incipientium. Ita & in corruptione hominis, successio nõ ex parte partium animæ sensim pereuntium (quoniam anima hominis partium est expers) attendenda est, sed ex parte partium corporis successiue, ab anima informari desinentium. In cęteris autem formis rerum sensibilium, etiam ex parte partium formalium sensim pereuntium attẽditur successio. Alioqui si in hominis ortu non seruaretur successionis series. Quod prius dictum est de successiua animę informatione & delitione, hoc loco monstratur, ducendo ad incõmodum, & ad principiorum physicorum oppositum. Nempe siquis dicat animam rationalem acquiri in corpore hominis in instanti, & simul in toto, cum forma prior in tempore solum deperdatur, quia est per accidens extensa ad extensionem materię, & esset a prima parte materię solum depulsa, quę vocetur a, anima rationalis totum iam corpus informans, & forma prior, essent in eadem parte materiæ, scilicet in b, & c, & d, quod est impossibile. Quod si quis dicat formam priorem cum deperdita est a prima parte materiæ, eam simul esse deperditam a materia b & c & d, consequens esset eam esse deperditam in non tempore, & sine successione, quod est oppositum huius principij physici. Formæ omnino sensibiles expelli a materia nisi in tempore, & successione non possunt. Similiter siquis dixerit animam rationalem simul totam deperdi, & sine successione, oporteret cum forma sequens esset solum introducta in parte materiæ a, reliquas partes materiæ, scilicet b c & d (a quibus per hypothesim deperdita est anima rationalis) manere sine forma substantiali, quod est impossibile. Quod siquis dicat sequentem formam cum est acquisita in a prima parte materiæ, simul esse acquisitam in parte b & c & d, cogitur is concedere formam omnino sensibilem, & habentem partes, materiæ partibus extensas, sine successione in materia acquiri, quod est physici principij oppositum. Sentiendum igitur est animam rationalem successiue in materia acquiri, & ab ea deperdi, quemadmodum cæteræ formæ substantiales. XLIII. Attamen cognoscere desiderabam, cur corpus nostræ animę carcerem vocasti. Non est existimandum, corpus humanum dici carcerem animę, quia in ipsum detrudatur anima, atque deuoluatur, vt luat pœnas malorum in altera vita antequam corpori coniungeretur perpetratorum. Nempe anima rationalis priusquam vniatur corpori, neutiquam subsistere credenda est, quare neq; admisisse scelera aut turpia in alia vita, quorum supplicia pendat in ergastulo corporis. Et plane hęc impiorum deliramenta astruentium animas humanas prius extitisse & deliquisse, quam delaberentur in corpora, iampridem a schola veritatis explosa & exibilata sunt, neque cuiusquam aures detinere debent, cui curæ est synceram amplecti veritatem. Quin potius animæ carcer appellatur humanum corpus, quod coerceat eam, & detineat, ne libero motu feratur in suum (vnde traxit originem) principium, ad quod suapte natura aspirat, & in cuius cognitione summa ipsius consistit perfectio. Nempe anima alligata corpori, affectibus corporeis plerunq; redditur obnoxia, cupiditati, irę, voluptati, & cęteris id genus, quibus tanq̃ vinculis astringitur, abduciturq; a recto virtutis tramite, & per vitiorum deuia misere oberrat. Nec minus ignorantiæ nebulis obuoluitur anima colligata corporis artubus, quod

a
b
c
d

Universidad de Deusto
Biblioteca

crasso eius velamine obducta nequit in lympidam veritatis synceritatem assurgere, phantasmatisque & imaginibus rerum sensibilium a corpore desumptis illuditur. Quod siqua diligentiore cultu virtutis & doctrinæ extra vitia & ignorantiam emerserit anima, & se supra corporeos omnes affectus atq; motus extulerit, quandiu tamen corpore premitur, eius mole quasi pondere aliquo pregrauata, minus expedite & libere se in altũ attollit, & in cælum subleuat, cupitq; corporeis resolutavinculis liberiore volatu cæli celsa penetrare, & suo liberari carcere. hinc pia illa sanctorũ cælesti prorsus amore flagrantium vota & suspiria. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem dei? Et illud Pauli ardentissimum desiderium, quo cupiuit dissolui, & esse cum Christo. Et sane huic sentẽtiæ qua corpus animæ carcer recte dicitur, accedit & Sapiens cum inquit. Corp° quod corrũpitur aggrauat animam, & terrena habitatio deprimit sensum multa cogitantem. XLIIII. At expulsiuis deperditiuisque quantitatis, & qualitatis motibus. Non est simplex positum nomen, quo expulsionem raritatis densitatisve exprimamus, quo etiam abiectionem caliditatis aut frigiditatis denotemus. Verũ solent authores huiusmodi nomina motuum deperditiuorum expressiua circunloqui per suorum motuum acquisitiuorum nomina, cum particula de præposita, quam negandi significantiam habere intelligunt, vt derarefactionem vocant raritatis deperditionem, decalefactionem caloris abiectionem, & ita de cæteris. Ita est & de puncto, cp scilicet punctiv nius deperditio, & alterius acquisitio, eodem se absoluunt momento & instanti. Si enim in priori momento pũctum nouum acquireretur, quam prius punctum deperderetur, duo in continuo puncta essent sibi inuicem proxima, & si in posteriori, cum inter duo illa instantia (vnum quidem quo præexistens punctum aboleretur, & alterum sequens quo nouum pũctum acquireretur) mediat tempus, linea esset intermina tempore intermedio, sicut si prius inciperet motus acquisitiuus q̃ deperditiuus, duæ formæ contrariæ simul essent in eodem. si vero prius deperditiuus inchoaretur q̃ acquisitiuus, materia maneret sine forma substantiali, si fieret ad substantiam mutatio. Sic si prius absolueretur acquisitiuus q̃ deperditiuus, duæ formæ contrariæ simul essent in eodem, & si prius deperditiuus perficeretur quam acquisitiuus, materia esset sine forma, quod est impossibile. hinc oportet vltimum instans non esse vnius, esse etiam vltimum alterius, & primum instans esse completi vnius, esse & primum alterius. XLV. Hoc o amice partium distractione prouenit. Cum cera prius lata efficitur lõgior, & prius spissa fit exilior, hoc per partium a sua prima continuatione distractionem prouenit. nam partes ceræ distrahuntur a primo situ & ordine, & continuantur secundum alterũ situm, vt partes prius continuatæ secundum latitudinem, efficiuntur continuæ secundum longitudinem, & prius continuæ secundum profundum, efficiuntur continuæ secundum longum, & ergo ibi non solum lineæ lineis adduntur, sed & superficies superficiei, & corpus corpori. Verum illic nulla prorsus est augmentatio, sed solum motus localis, quo partes sensim distrahuntur, & rursum altero ordine continuantur, quemadmodum analogia aquæ digitio per planitiem ductæ, itidem & ligni, ostendit litera. Nempe in augmentatione non solum secundum vnum magnitudinis interuallum fit crementum, sed & secũdum vnũquodque, longitudinem scilicet, latitudinem, & profunditatem, precipue tamen secundum corporis atq; profunditatis crementum attenditur & sumitur augmentatio. In huiusmodi autem porrectione ceræ, quantum fit crementi secundum vnum extensionis interuallum, tantũ fit decrementi secundum alterum, vt quantum crescit longitudo, tantum decrescit latitudo aut profunditas.

aefgb
chiKd

QVod in quãtitate extensio est, in qualitate est intẽsi, & in latione successio: estq; vnum alterius apta similitudo. Enan. Eum qui discit. Oneropole. credulũ esse necesse est. & idcirco nos tibi in hoc assentimur: quo a te quod reliquum est discamus. One. Nos iuuabit quod de rari, & densi contrarietate iam percipimus. enan. Quo pacto? . Onero. Nam sicut res quæ actu sunt, magnitudine & paruitate natura determinatæ sunt: ita duratione, & durationis propẽsione, & breuitate. Hic o Enanti, pendent rerum periodi, & vnum alterius apta est similitudo. Itidem & res intensione & remissiõe natura determinatę sunt. & reuera philosophari de qualitatum intensione & remissione, & earum contrarietate, est philosophari de magnitudine & paruitate, & quantitatum contrarietate. enan. Manifestius id nobis aperi: & primum mihi expedire videtur, vt nobis manifestes an solum tota qualitas, toti qualitati sit contraria, an & pars parti. One. Sequar quo me trahis. si sit a b corpus densum quadricupitum, quod totum fiat rarum, acquiratq; quantitatem raram c h i K d. Arbitraris ne totam dimensionẽ a b, toti dimensioni c d esse contrariam? enan. Etiam. nam eidem subiecto vicissim assunt, a quo mutuo se expellant necesse est. One. & quartam partem c h (quantacunq; sit) productam in tota materia a e, arbitraris ne etiam contrariari cubitali a e? enan. Ego equidem arbitror:

qñquidem eidem subiecto a e vicissim assint, & nunq̃ simul se eidem adesse permittant. One. Nam se occuparent, non ne ergo tota dimensio a b, contrariatur toti c, d? & pars vt a e, parti vt c h? Enan. Sic est. One. Et si c h aduenisset materię e f, non ne densam dimensionem e f expulisset? Enantius. Nimirum expulisset eadem ratione. Oneropolus. Et si aduenisset materię f g, expulisset dimẽsionem f g. Et si materię g b, expulisset cubitalem dimensionem g b. Enan. Indubie. On. Est igitur c h cuilibet cubitali a b contrarium. Enan. Est vtiq; . One. Et ita de h i, & i K, & K d, necterem argumentum, ostenderemq; vnunquodq; ipsorũ v nicuiq; cubitaliũ a b, esse contrariũ. Enan. Cõsimiliter certe. On. Ita amice tota qualitas toti qualitati quã expellit, abit contraria: vt tota expellens dimẽsio toti expulsę dimensioni. Enan. Nihil minus, & totas adiuicẽ abire contrarias, minus in controuersiãvenit, p̃sertim cũ intensę fuerint. ¶ At quid de partib° sentiẽdum sit, & de ipsis cũ remissę fuerint, ambigẽdũ est. Nã & pars parti, & ipsę remissę in eodẽ subiecto & scd̃m eãdẽ partẽ se simul admitterevidenť. On. Attñ totã toti esse cõtrariam, & partẽ parti, nobis dimẽsio insinuat. Enan. Mihi quidẽ nõ satis. One. Dic age, cũ incipit a b rarescere a parte a, ita vt acquirat c h: & nihil vlteri°: non ne stat c h in materia a b cũ e f, f, g, & g, b? q̃ sua tñ concessa sunt esse cõtraria: neq; se mutuo expellunt, imo neq; vnq̃ expellerẽt. En. Sic est. One. Perpẽdis ne id esse, cp rara dimensio c h non adueniat in situ e f, aut alicuius aliorũ cubitaliũ? Si eñ aduenisset, proculdubio quodcunq; illorũ abiecisset, vt abiecit a e: alioqui se occupassent. Ita ne sentis, an aliter? En. Sic recte. One. Et nunq̃ se expellunt, nisi simul adueniant scd̃m extensionem: ita vt nisi alterũ expelleret, abiicereturq;, se occuparẽt. Enã. Est vt ais. One. Et quod in dimensione extensio est, in latione est successio, & in qualitate intensio. Et quẽadmodũ dimensiones extensione sese occupare nequeunt: ita neq; lationes successione, neq; qualitates intensione. Si eñ decem pedalia sese occuparent, decẽ pedalia solũ tñ atq; vnũ occuparẽt: & si decem horæ se duratione occuparent, decem horæ solum tantum atq; vna durarent, ita si decem qualitatis gradus se intensione interciperent, occuparẽtq; decem gradus solum tantum intensi atq; vnus apparerent: vt decem caloris gradus se intẽsione penetrantes, solum tantum caloris vt vnicus inducerent. Enan. Gaudeo Oneropole hæc a te audire & discere. Sed perge, moror cognoscere quid inde facturus sis. One. Omnia cubitalia & pedalia, dimensiones sunt extra se secundum extẽsionem: & oẽs horę, & horarũ minuta, lationes sunt extra se secundũ successionẽ & durationem. Quid igitur qualitatibus accidet? Enan. Videre videor quo tua tendat interrogatio, & certe mihi qualitatibus recte accidere videtur, omnes suos gradus extra se inuicem esse secundum intensionem. One. Sane concepisti. En. Pulchram coniecturam mihi fecisti, & haud dubitauerim veram: quomodo duorum lucidorum lumina. etsi in medio se intendant, nunquam tamen se permiscean t, confundantq;, vt aiunt inspectiui, sed distincta se monstrẽt. On. Sit igitur caliditas l m, & frigiditas n o: toti caliditati l m cõtraria. Enã. Esto. One. Intelligam° vtranq; in tres partes intensione equas diuidi: vt l m, in l p, p q, & q m, & n o, in n r, r s, & s o. Manifestum est totam frigiditatem n o aduenientem subiecto l m, expellere totam caliditatem l m. Enan. Haud dubium est. On. Et si n r aduenirет l p secundum eundem intensionis situm, expelleret l p, nam se intẽsione occupare nequeunt, permiscere, & confundere, vt diximus: vt dimensio c h aduenies secundũ eundẽ extensionis situ dimensioni a e, ipsam expelleret. Enã. Mihi iã quidẽ perspicuum est. One. Est igitur pars frigiditatis n r contraria parti caliditatis l p: vt quę eidẽ subiecto vicissim assint, a quo se expellant mutuo. Enã. Sic indubie est. One. Et cuicunq; reliquarũ partiũ l m, secundum suę intensionis situm aduenisset, itidem ipsam pepulisset: vt si aduenisset secundum situm p q, pepulisset p q. Enan. Eadẽ ratione vt l p. One. Et si secundum situm partis q m, pepulisset q m. Enan. Eadem ratione q m. Onero. Est igitur frigiditatis pars n r, contraria parti

aefgb
chiKd

Inspectiui, perspectiui
l p q m
n r s o

Universidad de Deusto
Biblioteca

calíditatis l p,& p q,& q,m. Enã. Eſt indubie. One. & quílibet gradus qualítatis, cuílibet qualitatis contrarię graduí contrarius, vt de dimenſionibus & dimenſionum cubitalíbus díximus. Ena n. Eodem mõ. One. Vides ergo quõ philoſophari de dimenſionibus, eſt de qualitatibus philoſophari. & retroagitur de qualitatibus philoſophari, eſt philoſophari de dimenſionibus. E nan. Percipio haĉtenus quodammõ, ſed non q̃tũ cupio. ¶ An tu aís idem ſimul eidẽ ieſſe poſſe, cũ ſe debeãt mutuo expellere? One. Non ſimul. Enã. Age iã conceſſimus n r, & l p, eſſe contraría. Ene. Conceſſimus. Enan. & in eodẽ ſubiecto & eadẽ ſubiecti parte eſt l p, & p q. Ene. Verum: quia extra ſe non ſunt ſecundum extenſionem. Enan. & ſi n r aduenít ſecundum ſitum intenſionís p q: delet p q, & non l p. One. Verũ aís. Enã. Sunt igitur n r, & l p (quæ adinuicẽ ſunt contraría) in eodẽ ſubiecto, & eadẽ ſubiecti parte, & ſimul. One. Acutíſſime o Enantí, verũ ſecundũ ſanam (quam ſolam ego & tu quærimus & curamus) intelligentiam plura q̃ debueris ítuliſti. Nam id tecum ſentío, n r, & l p, eidem ſubiecto & eídem ſubiecti partí adeſſe, at nõ ſimul.

l p q m
n r ſ o

nam extra ſe inuicem eſſe iam conceſſimus. Contrariorum enim natura eſt, non poſſe eidẽ ſubiecto ſimul adeſſe. Si quãtitates ſint, nõ poſſe quidẽ ſimul extẽſione eídem ſubiecto adeſſe: ſi qualítates, ſimul intenſione: & ſi contrariæ lationes, ſimul duratione, ſucceſſioneq;. ſunt ergo n r, & l p, ín eodem ſubiecto, ſed nõ ſimul. nam ſe intenſione non occupant. enan. & rationabile id quidẽ, ſed dabís veníam: id me fefellit, q̃ ſolum adeſſe ſimul tp̃e aduertebam, vt pleriq; expoſitorum mihí aduertere vídentur. one. & ſi contraria ſimpliciter ſimul tempore eídem ſubiecto & eídem ſubiecti partí adeſſe non poſsint, qualítatis tñ cõtraría ſecundum quid, id non exígunt. Sed non adeſse poſse ſimul intenſione eidẽ ſubiecto, & ſimul extenſione, & intenſione: ſub modo ſimul tempore & ſucceſsione a philoſophis ítel líguntur. eſt em̃ vnũ, aliorũ apta ſimilítudo. enan. Quę cõtraría ſimpliciter, & quę qualítates ſecundũ quid cõtrarię, poſtea dicturus eſt. ¶ Sed hanc adhuc mihí excute dubietatẽ: quõ ergo duo ſimilís dimẽſionís cubitalía non ſunt contraría cum ſe ſimul extenſione nuſq̃ admittere queant, & quo calidítatis grad⁹? quí ſimul intenſione ſtare nequeunt: vt neq; vnus calíditatis, & vnus frigiditatis, ne ſe intenſione occupent. one. Forte tenes quid hic reſpondendum ſit. enan. Sí teneo, cupío te audire an mecum ſentías. one. Multũ refert o amice Enantí, quin duo ſimilis dimenſionis cubitalía contraría ſint, aut duo ſimilís qualítatis gradus. Nã non plurimum diſtant, neq; vnũ ſimul alterí aduenire, & ipſum expellere natum eſt. Contraría autem & maxime diſtãt, pręſertim ſimpliciter & maxime contraria. & eidem ſubiecto ſimul aduenire, & ſe mutuo expellere nata ſunt. enan. Idipſum mihi coniectabam. one. Vides ergo quo pacto c h raritas in eodẽ ſubiecto ſtat cũ denſitate oppoſita e f, f g, & g b? enan. Video equidem. one. & id quidem maxime fieri poteſt. nam vna cum illis ſecundum extenſionem non eſt. & quomodo n r frigiditas in eodẽ ſubiecto, & eadẽ ſubiecti parte ſit cũ qualitate cõtraría l p, & q m? enan. & hoc idẽ. one. Nam ſimul ſecundũ intenſionẽ non aduenìunt. ¶ & ſí quis a te ſciſcitaretur, cur potíus c h abiecta a e, q̃ e f, quid reſpõderes? enan. Potior ſiquidẽ ratio eſt. nã ſitui dimẽſionis a e aduenit, & nõ ſitui e f, aut alicuius reliquarum partium. one. & recte quídem. & ſimilíter cur potíus gradus frigiditatis n r deleuerit gradũ calíditatis p q, q̃ aliquẽ aliorum? enan. Quia ſecundũ intenſionẽ p q aduenit, & non alíorum. one. Potior ígitur ratio eſt, cur hunc gradum, q̃ illum potius appellat. enan. eſt certe. nã hunc ſolum depellit, cuí ſecundũ intenſionem aduenit: quẽadmodum cubitale, ſolam cubitalem quantitatem, cuí ſecundum extenſionẽ aduenìebat. one. Nunc a quantitate præſidium ſumís. enan. Sic a te doctus, per quantitatẽ de qualitate philoſophor. ¶ Vtrũ tñ adhuc a te doceri cupio: quo pacto eueníat duo remíſsa eídem ſubiecto & eí dem ſubiecti partí adeſse poſſe, non autem duo intenſa: quod tñ mihí poſse videtur, ſí duo intenſa extra ſe ſecundum intenſionem (vt & duo remíſsa) veníant. one. Vnunquodque o Enantí,

a e f g h
c h i K d

eo modo quo fit, natura fieri permittítur. & vnumquodq; magnitudíne, paruíta-
1 te, raritate, denſitate, duratíone, & intẽſione natura determinatum eſſe díximus. Enan. díximus. One. & natura maximo, nullum alterum natura maíus eſſe poteſt. Enan. Nullum. One. & natura rariſſímo aut denſiſſímo, nullũ natura aut ra
2 rius, aut denſius. Enan. Sic eſt. One. & diuturniſſimo aut mora correptiſſímo, ni
3 hil diuturnius, aut mora correptíus. Enan. Nihil. One. & natura intenſiſſimo, vt calidiſſímo aut frigidiſſímo, nihil natura intenſius, calídius aut frigidíus. Enan. Indubie. One. Alíoquí daretur maius maximo, quod natura non ſuſtinet, neque minus minimo. Enan. Ita oporteret. One. Age nunc, quid calídius ígne, & quíd igne rarius? Enan. Nihíl natura aut calídius aut rarius exíſtímo. One. Sic eſſe inter nos ſtatuamus. Erít ergo ígnis natura calídiſſímus. enan. Erít ſane. One. & vbícunq; vnum contrarium eſt, alterũ aduenire natũ eſt: tum intenſione, tum extenſione, alíoquí ſe ab eodem ſubíecto non expellant. enan. Ex ſuperiore ſermone cognitum eſt, vt neq; dímenſio dímenſionem expelleret, níſi ſimul ſecundum extenſionem coadueniret. One. & ígnis a nobis conceſſus eſt calidiſſímus. Enã. Conceſſus. One. Maximam ígitur ignís caliditatem in decem partes intenſione
4 æquas, a, b, c, d, e, f, g, h, i, K, cogitatíone diuídamus, quarum quemlíbet gradumvocemus, hoc abs te requiro. an vnus frigíditatis gradus, v l ſimul eſſe poſſit cũ maxima calíditate a k. Enan. Quíd prohibet? One. Nõ ſimul intenſione cũ a erít, nã duo contraría ſimul eſſent. Probata ſunt autem príus eſſe contraría. Enan. Fateor. One. Neq; eadem ratione cum gradu b, aut alíquo alíorum decem nominatorum. Enan. Non certe: ſed nihíl prohíbet íllum gradum extra íllos decem aduení re, & eídem ſubíecto & eídẽ ſubíecti partí adeſſe, hoc enim príus intelligebam, cum admíſi l ſimul cum maxima calíditate a K eſſe poſſe. One. Idípſum quærebam: & tibí ſic eſſe vídetur, mihí vero ſecus. Eſto attamẽ vt vís, ſí poſſibíle eſt, ad
5 ueníatque gradus frigíditatis l eídem ſubíecto cum maxima calíditate a K, intenſione tamen extra a b c d, & relíquos gradus. Enan. Admítto. One. Vbícunq; vnũ contrariũ naturę potentía eſſe valet, íllíc poteſt & relíquũ. Enan. Poteſt. One ro. Alíoquí non expelleret ípſum, níſi ípſi aduení ret ſecundum ípſius extẽſionís aut intẽſionís ſitũ. enã. Nõ expelleret. One. At frígíditatis gradus naturę potẽtía aduenit ſubíecto a K extra decem calíditatis gradus a b c d, & relíquos. Enan. Conceſſum eſt. One. Illíc ígitur & ſecundum eius intenſionís ſitum aduenire poteſt calíditas, quæ ipſum expellat. Enan. Sic oportet. One. Aduenìat ígitur: q̃nquidẽ íd poſſibíle eſt, vt x. Enan. Mihí admíttendum eſt. one. Vides ígitur a x totã calditatẽ, vt a K eíus partem? enan. Vídeo plane. one. Nõ erít ígitur a k maxima natura calíditas, aut dabís maius maximo. enan. Id certe impoſſíbile eſt, & me pulchre ad id quod deſiderabã p̃duxíſti, & gaudeo me fuiſſe cõcluſum. one. ¶ O enantí, quo pacto diffinít aſtronomus circulí gradum? enan. Alíquando tenuí, mihí forte nunc e memoría lapſum eſt, credo ipſos circulí gradum vocare eius trecenteſimã atq; ſexageſimã partem. one. Haud lapſum eſt: at vero hic non íta nomíne gradius vtimur. Quía tamen nomen poſitum aptumq; non habemus. noſtrum tríum, meí, tuí, & Homophronis inſtructionís gradũ diffiníamus. enan. Quo pacto? one. Sine controuerſia in re & nomíne gradus cõcordemus, conſentíamuſq; gradum qualitatís eſſe maxímæ natura qualitatis in decẽ intenſione æquas partes díuiſę, quamlíbet decímam aut decímæ ęqualem. enã. Maximam natura qualitatem intellígís (vt arbítror) maxímæ naturæ poteſtate intenſam. oneropo. Intellígo. enan. Proſequere vt voles, ipſe tecum concordo. Homop. & ego, & eo maxíme, quod numerũ denarium Pythagorící maximum crediderunt, & ſeriem numerorum haud vltra procedere. Maximam ítaq; qualitatẽ mihí iuſte víderis in denarium graduum numerum ſoluiſſe. one. Tametſi o Homophron, primæ rerum nomínibus ímpoſitiones voluntatem arbitríumque noſtrum ſequí vídeatur, operæpretium tamen eſt eas alíqua ratione mu-

a b c d e f g h i K

l m n o p q s t u

quid gradus circuli ſecũdũ aſtronomos.

Pythagorici.

Universidad de Deusto Biblioteca

niri. Attamen id me vt ita deſcriberem non mouit, ſedq; q̃ plurimi in intenſione & remiſſione declaranda, & qualitatum contrarietate, eo vtantur nũero, neſcio qua ratione ꝑmoti. Tu vero me aliquid altius excogitaſti, & rõne tua conſentaneũ erit gradũ quantitatis, vt raritatis aut denſitatis eo numero definire. ¶Sed de qualitatte nunc agimus. Si ergo in aliquo ſubiecto ſolũ eſſent quatuor caliditatis gradus a b c d, an caliditas hęc intenſa eſſet an remiſſa? ho. Enantius reſpõſiones alternare īceptauit, ſuũ eſt & nunc reſpõdere. Enã. Ego vero dicerē eſſe remiſſam. One. & bene. Sed admitteret ne ſecum quatuor frigiditatis gradus? vt l, m, n, o? Enan. Admitteret dũmodo ſimul ipſis ſcd̃m ſuæ intentionis ſitũ non aduenirent, nam extra ſitum maximę caliditatis non aduenirēt. One. Optime, maxima eñ. caliditas decē eſt graduum, cõcederes ergo ipſam & quinq; frigiditatis grad⁹ ſecũ admittere, & ſex, nã quatuor & quiq; nouē ſunt, & quatuor & ſex ſunt decem. enã. Concederē vtriq; eñ gradus, maximę caliditatis ſitũ non excederent. one. Vtrũ ſeptē? enan. Nõ indubie: cũ quatuor & ſeptē, maxima natura calditate maius efficiant, alioqui darem maius maximo. One. Ita tecũ ſentio.

a b c d
l m n o

QVintæ partis ſcholia. XLVI. Quod in quantitate eſt extenſio, in qualitate eſt intenſio. Tria ſunt ſecundum Ariſtotelē accidentium genera ad quæ eſt motus, quãtitas potiſſimum quæ eſt magnitudo, qualitas, & latio, ſiue vbi, quibus tria ſimili analogia reſpondent, quantitati extenſio, qualitati intenſio, & lationi ſucceſſio. Extenſio eſt partium eiuſdem quantitatis adinuicem continuatarum vnius extra aliam porrectio. Intenſio eſt partium eiuſdem qualitatis maiorem qualitatem conſtituentium, in eadem ſubiecti parte coniunctio. Demum ſucceſſio eſt partium lationis, priore cum poſteriore non manente, acquiſitio. Horum autem trium extenſio ſenſui notiſſima eſt, & exploratiſſima, idcirco per eam mãducendus eſt intellectus in cognitionem intenſionis pariter & ſucceſſionis. Nempe tria hęc inter ſe conueniunt, quod vnumquodque eorum conſtituitur ex partibus eiuſdem ſpeciei & naturæ, numero inter ſe differentibus, & adinuicem continuatis. Differunt autem, quia extenſionis & intenſionis partes ſimul ſecundum durationem, & acquiſitæ permanent, ſucceſſionis autem neque ſimul ſunt, neque permanent. Extenſio vero ab intentione id diſcriminis ſuſtinet, quod diuerſæ extenſionis partes non poſſunt ſimul recipi, neque ſubſiſtere in eodem ſubiecto, alias fieret penetratio dimenſionum. Diuerſæ autem partes intenſionis poſſunt ſimul eidē parti ſubiecti adeſſe, vt in qua parte primus gradus caloris, in eadem & ſecundus & tertius, alioqui nõ redderent intenſiorem qualitatem aut maiorem, ſi extra ſe ſubſiſterēt, & diuerſis ſubiecti partibus inhærerent. XLVII. Omnes ſuos gradus extra ſe inuicem eſſe ſecundum intēſionem, quemadmodum ſecundi pedalis extenſio non eſt extēſio primi, ſed diuerſa ab ea, & extra eam. Ita ſecundi gradus caliditatis intenſio non eſt eadem cum intenſione primi, ſed omnino alia, & extra eam, non quidem ſecundum inhærentiam, ſed intenſionis naturam atque conditionem. Et quemadmodum ſecundum pedale adueniens primo, re ipſa ab eo diſtinguitur, redditque quãtitatem duplam ad eam quæ præexiſtebat, ſic & in qualitatis intenſione ſecundus gradus adueniens primo, re ipſa ab eo & numero quidem differt, redditque qualitatem duplam ad eam quæ præfuit. Neque proprie dicitur intendi id qualitatis quod præfuit, quia non fit illud intenſione maius, ſed tantundem eius eſt poſt intenſionem quãtum ante, neque id quod aduenit, cum neque illud fiat intenſius aut maius, ſed totum ex pręexiſtente & adueniente dicitur intenſum, quod maius ſit quam ſolum præexiſtens. Secundus autem gradus qui aduenit, neque eſſentialis eſt primo, quia eius ſubſtantiam non conſtituit vt pars, neque accidentalis, quia non eſt accidens eius, neque ei tanquam ſubiecto inexiſtens, ſed eſt primo coeſſentialis, quia cum eo vnius tertij, ſcilicet totius qualitatis conſtituit eſſentiam, quemadmodum & materia neque eſſentialis eſt, neque accidentalis formæ, ſed conſubſtantialis, & ſecundũ pedale neq; eſſentiale eſt, neque accidentale primo, ſed ei coeſſentiale. Neque ex eo quod vnus gradus eſt ſimplicior quam duorum graduum qualitas, conſequitur vnum gradum duobus gradibus aut plurium graduum qualitate eſſe perfectiorem. Nam ea ꝓpoſitio quæ dicit ſimpliciora eſſe perfectiora, intelligitur de ijs quæ ſpecie diuerſa ſunt, & quorum vnum non eſt pars alterius, quemadmodum inter ſubſtantias eę quę ſimplices ſunt, vt mentes ſupramundanæ, compoſitis ſenſibilibus quę ſubſtantijs ſunt præſtabiliores, & inter accidentia, ea quæ ſimplicia ſunt, vt habitus animæ, accidentibus cõpoſitioribus & corporalibus ſunt digniora & perfectiora. At gradus vnius & duo graduum pluriumve qualitas, eiuſdem ſunt ſpeciei, & vnum alterius pars. Et quãuis in decem graduum qualitate plures ſint numero perfectiones, quam in qualitate vnius gradus, & eã ob rē poſſet decem graduum qualitas dici perfectior accidentaliter, quã vnius gradus, quemadmodum decem boues dicerentur hoc modo perfectiores vno boue, & decem pedalia vno pedali, nõ tamē fatēdum eſt decē graduũ qualitatem eſſentia eſſe perfectiorem, quã ſit vnus eiuſdē qualitatis gradus, & eſſe in altiori gradu perfectionis, q̃admodum homo perfectior eſt boue, & ſupramũdana ſenſibilibus. Nã hmõi perfectionum gradus debent attendi inter ea quę ſpeciei interuallo, atq; intercapedine ab

inuicem diſtant. Plurium autem graduum qualitas & pauciorum, huiuſmodi ſpeciei diſcrimē non ſentiunt. XLVIII. Et ſi contraria ſimpliciter, ſimul tempore eidē ſubiecto. Contrariũ ſimpliciter, eſt contrarium ſecundum excellentiam ſumptum, & ſuo contrario impermixtum, vt albedo decem graduum, itidem & nigredo totidem graduum. Contrarium autem ſecundum quid, quod citra excellentiam eſt, & ſuo contrario permiſcetur, vt caliditas quinque graduum, & totidem partium frigiditas, quæ bene compatiuntur ſe ſimul in eodem ſecundum eandem ſubiecti partem, contraria autem ſimpliciter non ſe in eodem ſimul eſſe permittunt. Quanuis autem tanta ſit repugnantia vnius gradus qualitatis ad vnum frigiditatis, quanta decem graduum vnius ad decem alterius, quo ad naturam, & qualitatis conditionem, non tamen quo ad id quod eſt ſimul in eodem exiſtere, nam vnus caliditatis vnum frigiditatis ſecũ compatitur, decem autem caliditatis nihil ſecum frigiditatis adeſſe permittunt.

Qualitates remiſſas ſe ſimul in eodem permittere.

Neque vniuerſaliter oportet quicquid repugnat indiuiduo vnius ſpeciei, & cuiuis eiuſdem ſpeciei indiuiduo repugnare, præſertim in ijs rationibus quæ relatiue ſunt, & in comparatione ad alterũ ſumuntur, q̃admodũ eſt eſſe ſimul in eodē, aut alterũ ſecum cõpati, ꝙ non qualitatis eſſentiã, ſed extrinſecum quiddam concernit. Nã caliditati decem graduũ repugnat habere ſecum vel vnum frigiditatis gradum, caliditati aũt vnius gradus eiuſdem ſpeciei cũ altera, id non repugnat. Sed in ijs q̃ abſoluta ſunt, & rerum ſubſtãtias concernunt, data ꝓpoſitio locũ habet. Quo minus ferēdi ſunt qui aſtruũt qualitates remiſſas ſe ſimul cõpati non poſſe ſcd̃m quoſcunque gradus, vt vnũ gradum caliditatis nõ poſſe ſimul eſſe in eadē ſubiecti ꝑte cũ vno frigitatis gradu, qui etiam dicunt in aqua tepida non in eadē parte caliditatē eſſe & frigiditatē, ſed in vna quidē eius particula caliditatem, & in altera frigiditatem, & has minutulas particulas ſibi inuicē proximas adiacere, & vſqueadeo propinquas eſſe, vt iudicētur a ſenſu eſſe prorſus in eadē parte. Inſuper ijdem aſtruunt ipſam aquam cum ſe ad natiuum frigus reductura eſt, prius totam abijcere caliditatem, quam aliquid frigiditatis acquirat, ediuerſo autē cum incaleſcit aqua, prius totam frigiditatē abijci ab ea, quam quicquam caliditatis ſuſcipiat. Verum hi non modo experientiæ ſenſus recte diſpoſiti aduerſantur, ſed & philoſophiæ Ariſtotelicæ, quæ ponit motum acquiſitiuum & deperditiuum eodem prorſus tempore fieri, non minus quam generationem alicuius rei, & contrarij corruptionē, vt quo tempore fit frigiditatis deperditio, eodē omnino caliditatis acquiſitionem. At iſti dicunt prius deperditiuum fieri motum, & deinde acquiſitiuum, habentque confiteri motum proprie dictum, vt calefactionem ſolum fieri inter terminos contradictorios, ſcilicet a non eſſe caliditatis in eſſe caliditatis, contra ſententiam Ariſtotelis ponentis motum fieri inter terminos contrarios. Coguntur etiam concedere corpus quod alteratur a calido in frigidum, aut ab albo in nigrũ, in inſtanti terminante motum deperditum (cum nondum inceptus eſt acquiſitiuus) neque calidum eſſe, neque frigidum neque mixtam habere qualitatem tangibilem, ſimiliter illud corpus, neque quicquam habere albedinis, quia iam tota eſt deperdita, neque quicquam nigredinis, quia nihil eius eſt acquiſitum, neque quippiam medij coloris, quare nec eſſe quo pacto coloratum, quo nihil abſurdius. Omitto quamplurima alia quæ cõtra eos inferri poſſunt incõmoda. XLIX. Cum ſe ſimul extēſione nunquam admittere queant. Quęcunque contraria ſunt, ſaltem ſimpliciter & maxime talia, id vnum habere debent, quod non poſſunt ſe ſimul admittere in eodē. Quod quidem tametſi ad contrariorum rationem requiratur, non tamen ſufficit idipſum, quandoquidem duo pedalia eiuſdem ſpeciei non compatiuntur ſe ſimul in eodem ſubiecto, ea tamen nullus dixerit adinuicem cõtraria. Sed præter illud inſuper requiritur quod maxime a ſe inuicem diſtent naturæ repugnantia, & vnũ natum ſit alterum expellere atque abijcere. At vero duo eiuſdem ſpeciei pedalia, neq; abinuicē naturæ & ſpeciei diſtantiam habent, neq; ſeſe ab eodem expellendi vim atq; virtutem. LII. Credo ipſos circuli gradum vocare eius trecenteſimam atq; ſexageſimam partem. Aſtronomi diuidunt intellectu quemuis circulũ ſphęræ in duodecim ſigna, & vnumquodq; ſignum in triginta gradus ſecundum longitudinem. At duodecim ducta in triginta, conficiunt trecenta & ſexaginta. Sunt igitur cuiuslibet circuli, trecēti & ſexaginta gradus, quocirca recte gradus aſtronomicus diffinitur eſſe trecenteſima & ſexageſima pars circuli. Poſſet & diffiniri gradus eſſe triceſima pars ſigni. Verũ hæc aſtronomicã potius quã phyſicam requirunt operã. LIII. Non indubie, cũ quatuor & ſeptem maxima natura caliditate maius efficiant. Quatuor gradus caliditatis poſſunt ſecũ admittere ſex, aut pauciores frigiditatis gradus, quia maximum partiũ qualitatis numerũ non exuperant, ſed aut eum complent, vtpote denariũ, aut citra deficiunt. Non tamē admittere poſſunt in eodē ſeptē, aut maioris numeri frigiditatis gradus, nã quatuor & ſeptē cum conſtituant vndecim, excedunt determinatũ maxime qualitatis numerum. Modo ſicut eiuſdem qualitatis non poſſunt plures decē gradibus eidē ſubiecto adeſſe, ita neq; contrariũ qualitatum plures decem gradibus eidem parti ſubiecti ſimul adeſſe poſſunt. Nã cũ vbicũq; eſt vnũ contrariorũ, illic natum ſit eſſe & alterum, daretur maius maximo, eadem cũ ſuperiori demonſtratione. Et hinc fit ꝙ maxime qualitatis ſubiecto non poſſit contrarius gradus aduenire, niſi contrarium gradum expellat. Et quemadmodũ non poteſt maior denario eſſe numerus graduũ qualitatis, ita neq; minor, vt neceſſariũ ſit ſemper aut eiuſdē qualitatis aut contrariarũ decē gradus adeſſe ſubiecto, & quotquot citra denarium deficiunt vnius qualitatis gradus, totidē ſimul aſſunt contrariæ qualitatis partes, vt ſi ſunt ſex caliditatis gradus in aqua, ſimul neceſſe eſt quatuor adeſſe frigiditatis. Alioqui cum acquirerentur alij gradus caliditatis quoad ꝑueniatur ad ſummã & maximã natura caliditatē, acquirerētur in ſubiecto gradus caliditatis nõ expulſis gradibus cõtrariæ qualitatis, quod in qualitatibus poſitiuis eſt inconueniēs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SEd essetne possibile vnum caliditatis gradũ, duos frigiditatis pellere, aut contra? Enan. Mihi certe non videtur. One. Quo pacto id? Enan. Cum oẽs caliditatis gradus intensione in ea significatione qua hic vtimur, concedamus esse æquales, tantũ intensione occupat vnus, quantum vnusquisq; reliquorum: q̃ admodum magnitudinum æqualium quantum extensione occupat vna earum, tantum occupat & vnaquæq; reliquarũ. One. Optime ais. Enan. & idcirco iure mihi videtur vnum quemq; caliditatis gradum tantum depellere frigiditatis, quantum & quẽcunq; reliquorũ. On. Iure. Enã. Si igitur vnus caliditatis grad⁹ duos frigiditatis depellat, duo depellent quatuor, & quinque decẽ. One. verissimũ. Enan. Fiat ita, quinque caliditatis gradus maximam depellent frigiditatem. & quia maxima caliditas decem gradus obtinet, aduenient igitur alij quinq; qui extra quinq; precedẽtes erunt, ne se occupent. One. Intensione scilicet. Enã. Sic intelligo. & cũ primi quinq; caliditatis gradus, decem graduum frigiditatis situm obtineant: si reparẽtur ergo decem frigiditatis gradus, eundem situm obtinebunt: & cũ maxima frigiditate non modo stabit vnus caliditatis gradus, verum quinq;, aut dabitur maius maximo, & maxima frigiditate maior, q̃ sunt ipossibilia. One. Plane o Enãti, vt res sese habet tenes. Enã. Sed gratia tua, o Oneropole. One. Vides ergo quo pacto contrarię qualitates remissæ, se eidem subiecto adesse eodẽ tẽpore sinunt intensæ autem minime. Enan. & equidem beneuolentia tua percipio. One. ¶ Et 55
sunt contrariarum qualitatũ nonnullæ, quarum neutra eidem subiecto & eidem subiecti parti cum altera aliquid sui eodem tempore adesse permittit, q̃ si sint extremæ, maxime in suo genere distare dicuntur, & maxie & simpliciter contraria. Enan. Maxime & simpliciter contraria (vt puto) qualitatis. One. Recte, vt maxima caliditas, & maxima frigiditas. Aliæ vero sunt quarum vtraq; cum altera eidem subiecto, & eidem subiecti parti se simul tempore admittit, at non simul intensione, & hęc secundum quid contraria dicere possumus, nam non simpliciter maximeq; distant, neque simpliciter & maxime sunt contraria, vt quatuor caliditatis gradus, & totidem frigiditatis. Enan. & id rationabiliter quidẽ. One. Sunt & alia qualitatis contraria, quorum vnum nihil alterius secum in eodẽ subiecto eadem subiecti parte admittere potest, at alterũ alterius aliquid secũ valet admittere, vt maxima caliditas & quadrigradualis frigiditas quæ aliquid secum maxime caliditatis optime patitur, vt duos, tres, quatuor, quinque, aut sex caliditatis gradus. & hæc contraria maxime & simpliciter non sunt, neque maxime distant (quadrigradualis enim frigiditas, maxima non est) neque secundũ quid dici merentur contraria, nam eidem subiecto se simul tempore adesse non permittunt. enan. verũ ais. Sed quo pacto ergo ea nominabimus? one. Vos ipsi nomina indite. Ho. ea contraria ego neutra aut mixta vocarẽ, neutra quidem ꝓ neq; simpliciter & maxime contraria sint, neque secundũ quid: mixta vero, ꝓ vnũ talis contrarietatis extremũ, maximum sit, & ad maximã pertinens contrarietatẽ: alterũ aũt non sit maximum, sed ad eam (quam audiuimus) secundũ quid pertinens cõtrarietatẽ. one. Apte mihi, o Homophron, nomen indidisse videris, contrariorum igitur qualitatis, hęc simpliciter & maxime sunt contraria, hęc scẽm quid, 56
hæc vero neutra, aut mixta. enan. Assentimur. ¶ Sed vellem, o Oneropole, nobis hanc maximam distantiã in alijs contrarijs detegeres. In qualitate eñ nudã detectãque sat nos habere arbitror. one. o enanti coges nos in longum deducere sermonẽ. & cum de qualitate petieris, qua te dixisti futurum cõtentũ, nos alio impellis, minime pollicito contentus. enã. Imo o Oneropole mihi abs te maxime oim satisfactũ censeo. & non modo contẽti, verum q̃ cõtentissimi ego & Homophron abs te abimus. Sed de contrarietate & intẽsione sermonẽ fieri postulauimus, supplicesq; rogauimus. Contrariorum aũt natura haudquaq̃ plene noscí poterit, vbi quod frõti descriptionis adiectũ est, ignotum nos latuerit, adiectum

enim est, maxime ab se inuicem distare. Sin minus precibus nostris acquiescas, vt Aristeus olim varũ multiformẽq;, veridicum tamen Protea brachijs & vinculis implicuit, cõpulitq; verum fateri: ita quoq; ego & Homophron brachijs te implicabimus, cogemusq; ꝓ quęrim⁹ te nos docere. One. Comis es o Enãti, & pulchre me cogis, emerita Milonis brachia timentẽ, vestris petitionibus acqescere. Vos ergo vterque requiritis, quæ sit aliorũ contrariorũ maxima distantia. Enã. Nos idipsum. One. In quantitate, maxima materiæ extensio, q̃ maximam raritatem nuncupamus, & eiusdem minima extensio, quam maximam nuncupamus densitatem, maxime a se inuicem distant. Suntq; reuera rarissimum & densissimũ in quantitate, calidissimum & frigidissimum in qualitate. & maxima sursum latio natura, & maxima deorsum latio, maxime distant, suntq; contrariæ simpliciter lationes, & maxime successione distantes, vt calidissimum & frigidissimum maxima intensione distant. Estque maxima sursum latio vt ignis, maximæ caliditati assimilis, & maxima deorsum latio, vt terræ, assimilis maximæ frigiditati, tantumq; inter se hę duæ lationes naturæ diuersitate discrepant, quantum inter se maxima caliditas, frigiditasq; maxima. Et motus qui non sunt maximæ lationes, vt aeris & aquæ, medio modo naturæ diuersitate dissident, vt medii inter se colores. Et ad maximas lationes & secundum rectum successiones sese habẽt vt medii colores ad extremos, albedinem scilicet, & nigredinẽ. Id tamen in qualitatibus notum peruiumq; habetur, in lationibus autem latentius. Enan. In qualitatibus notum, nec iniuria, vt mihi videtur. nam hæ vt caliditas, frigiditas, albedo, nigredo, sensibilia sunt propria, alia vero contraria, vt dimensiones & motus, cõmunia sensibilia sunt, propria autem sensibilia nobis notiora. One. Non est futilis tua ratio. Sed age superius dicta paucis recolligendo pstringamus. vñ putas contrariarũ qualitatum maximam distantiam puenire? Enan. a cõtrariarũ qualitatum maxima intensione. One. In quantitate? Enant. a maxima dimensionis raritate, & maxima densitate. One. & in latione? Enan. a maxima lationum successione, q̃ secundum maximam diuersorum locorum distantiæ rectitudinẽ sumitur, vt arbitror. One. Recte vtiq;, o Enanti, respõdisti. dummodo extremarũ
57 qualitatum maximam intensionem intellexeris. ¶ Sed age o Enanti, si duo cõtraria sic suapte natura maxime a se inuicẽ semper distarent, quod neq; per intensionem, extensionem, aut successionem, ita vt iis ad maxime distandum nihilo vnquam egeant, nonne hæc contraria magis tibi contraria esse videntur qualitatibus contrariis, dimensionibus, & lationibus? Enã. Mihi quidem. nam sua natura magis distarent. One. Et duæ extremæ substãtiales formę (vt ignis & aquę) sub eodẽ gñe contentæ eidẽ materiæ & subiecto vicissim assunt, a quo se mutuo expellunt. Enan. Hæc vera sunt. One. Et semper equaliter a se inuicem distant & dissentiunt. Enan. Semper. One. Nam ipsis neque intensio neq; extensio competũt. Sed an quicq̃ alteri magis dissonũ & contrariũ esse putas, atq; forma ignis dissona oppositaq; formæ aquę? Enan. Nihil. One. Contrariæ ergo tibi videtur. Enan. Certe. One. Et semper maxime distare. Enã. Etiam. One. Magis ergo ꝓprie in substantia contrarietatem reperiri arbitraris, quam in quantitate, qualitate, aut vbi. Enan. Ita arbitror, & opto tuam ipsius sententiã cognoscere visa est mihi hęc tua ratio tendere. One. Tendebat indubie. Et ego incompletis substantiis primam & verissimam omnium sentio esse contrarietatem, in accidentibus aũt posteriorem, & q̃ sit illius verę quędam similitudo, & aqua vt a primo suã rotam contrarietatis virtutem assumat. Enan. Gaudeo cognoscere tale tuũ esse iu
58 dicium, & videor mihi clarius intellígere rerum principia contraria esse. ¶ Vellem tñ cognoscere an oia substãtialia contraria maxime hoc modo cõtraria sint. One. Nõ puto, o Enãti, sed sola illa quæ extrema sunt. hac de re addidi, extremæ substantiales formę. nã mediæ contrarię formæ, vt forma aeris & aquę sic distãt, sicut maxima flauities, & maxima rubedo. Et ideo sicut in mediis qualitatib⁹ eę

Universidad de Deusto
Biblioteca

maxime mediæ diſtant,quæmaximam hnt intenſionē,vt quę nunquam aliquid earum alterius ſecum admittant,aut daretur maius maximo,ita in medijs ſubſtātiis contrariis ſemper ipſæ,maxime mediæ diſtāt::ſicut & extremę, ſemper maxime diſtant extremæ. Enan. Intelligo has medias ſubſtātias ſemper æqualiter & maxime medio modo diſtare:& magis quidē quam medii colores,quos contrarietatis nomine cenſemus,vt flauities & rubedo.nā non maxime ſua natura medio modo diſtant,ſed maxima intenſione:& mediæ ſubſtantiales formæ ſua natura ſemper hoc modo maxime diſtant.One. Vt quibus intēſio,extenſio, aut ſucceſſio non competat,ſed ſemper ſua natura maxime ſint:Nil mirum ergo videri debet ſi duæ contrarię qualitates,aut mediæ, aut extremæ ſe in eodē ſubiecto admittant,nā ſua natura maximæ non ſunt.ſubſtantiales aūt formę contrariæ,ſeu mediæ ſint ſiue ſint extremæ,nunq̄. Enan. Video equidem ſubſtantiales formas magis ſua natura contrariorum conditiones retinere:vt quæ magis diſtent, minuſque ſe eidem ſubiecto natura & ſecundum ſe & quodlibet ſui admittant, & q̄ ſtrictius ab eodem ſubiecto ſe funditus eradicent & expellant. Siquidē vnius rei ſenſibilis,vnicus eſt primus princeps & pręcipuus actus. Et non modo ſuum contrariū ſecum nō admittit,ſed nec quācunque alteram formā alteri cuicunq; contrariam: ita vt nullum alterum cuicunq; ſubſtantiale contrariū ſecū vnq̄ admittat.quod accidentalia contraria,& certe me conſentiente, minus contraria,ſuſtinēt & admittūt.One.Recte ſentis o Enanti.Enā. Tu mihi Oneropole huiʼ itelligentiā aperuiſti.& plura huius rei te percōtarer,niſi iam ſerus veſper nos ad tecta vocaret.& niſi te plus æquo laceſſerem. Mox vbi parum adhuc de intenſiōe nobis detexeris.ego & Homophrō valefaciemus.Quod autem aperiri cupimus, id eſt an ne ſicut in qualitate eſt intēſio & remiſſio, ita in quātitate & latione ſit? One. In analogia ſcilicet Quod em̄ in qualitate intenſio eſt & remiſſio,in quantitate maioratio & minoratio eſt,& in latiōe velocitas & tarditas. Et vt intenſum & remiſſum vocabulū eſt in qualitatibus aptū,ita maius & minus aptū quātitatibus,& velox & tardum lationibus.Quo fit vt ſicut intenſum & remiſſum ſpecieī diſcrimen nō arguunt,ita neq; magnū & paruū,neq;velox & tardū.Enā.Nōvis ergo intenſionem reſpondere raritati,& remiſsionem denſitati.One. Nō volo. Nā illa ſpecie diſcrepant:ſi memoriæ cōmendaſti q̄ ſuperius diximus, oēm maiorem raritatem oī minori cōpreſsioriq; raritati eſse contrariā,& ſe habere inter ſe vt medii colores mediis coloribus,aut medii colores extremis.Et intelligo quālibet maiorē aut raritatē aut denſitatem cuilibet minori,non quidē ſecundū molis aut magnitudinem aut paruitatem,ſed ſecūdum maiorem aut raritatē aut dēſitatem. Enan. Ita intelligebam. Nam moles bipedalis ignis,contraria nō eſt moli eiuſdem pedali,neq; totum ſuę parti:cum tamen hic maius & minus ſecūm molem locum habeant:non tñ illic maius & minus raritudine aut dēſitate reperiūtur. Contra vero fit vt duo mole æqualia,vt pedalis ignis, & pedalis aeris,dimēſiones habeant contrarias,& vnū vt aer minorem raritudine habeat quantitatē, alterum vero vt ignis maiorē.One.Haud aliter atq; ego concipis, & latſonis intenſio eſt velocitas,& eius remiſſio tarditas. Quo fit iterum (ſi intēſum ad lationes transferre velimus) vt motus velociſſimus ſit & intenſiſſimus,& ſi eſſet natura motus tardiſſimus,ille eſſet & remiſiſſimus. Et motū cæli circa æquatorē velociſſimum.& circa axem tardiſſimū,naturę diuerſitate non diſcrepare,neq; ambulationem & curſum. Enan. Iure.nam ſola tarditate & velocitate diſcrepare videntur. ¶Sed an qualitates omnes conſimiliter intendantur? One. Multum refert,o Enanti. Nam qualitatum hæfactæ permanent,vt calor,albedo:q̄dam vero cum fiunt,tranſeunt,euanentq; q̄ rem vt liquido perſpiciamus,dic age,cum rem quampiam calefacis aliquanto tempore,vt exempli cauſa vna hora,quę in minuta partitur,nonne in primo horę minuto aliquid caloris in re partū reperis? Enā. Aliquid certe.One.Nonne aliquid in ſecundo? Enan. Aliquid,forte duplum.

Aequator circulus æquinoctialis.

59

60

One.Et in tertio? Enan.Forte triplum. One. Ad primum ſcilicet, & ſeſquialterum ad ſecundum,& ita deinceps. Enan. Ita. Nam mihi videtur idē mouens in ęqualibus temporibus (modo tollantur impedimenta) æquos producere effectus. One.Quo pacto ergo prouenit,vt calor qui i fine ſecūdi minuti habetur, duplus ſit ad calorem primi? cum idē mouens in æquis temporibus æquos producat effectus.Enā.Neſcio certe Oneropole,niſi q; forte calor in primo minuto partus;maneat,cum calore ſecundi,haud habeo quid aliud dicam.One.Et recte quidem dixiſti,nam (vt adduxiſti) mouente eodē, & mobili eodem, tantum caloris in primo minuto producitur,atque in ſecundo,& in quolibet reliquorum. Enan. An ſi mouentis potentia mutaretur,aut mobilis quæuis ſubſtantia,illa manerent? an reputas hic idem mouens,& idem mobile manere? One. Minime: ſed ſolum quādiu eadem agendi virtus,& eadem patiendi reſiſtentia fuerint, & quandiu vnius totalis illarum virtutum ad alteram totam eadem fuerit proportio. Enan. Sat habeo:& ſic eſſe oportere intelligo.One. ¶Sed quid ais cum lucidum aliquod perlucet? an putas eius lumen fixum & iuge idem permanere, quandiu perſpicuo lucidum præſens aſtat? Enan. Sic exiſtimaui. One. Nonne lucidum aliquanto tēpore,vt vna hora illuminans,aliquid pfert luminis in primo minuto horæ. Enā. Profert. One: Et eadem ratione tantundem in ſecundo? Enan. Tantundē. One. Et ſi lumen in primo minuto partum,cum tantillo maneat ſecundi, nonne in fine ſecundi minuti duplum lumen erit,duploq; intenſius,& ſe mutuo intendent, ſicut duarum candelarum lumina ſe mutuo intendunt,intenſiuſq; lumen conſtituunt? Enan. Haud habeo quid dicam. Ho. Imo vero. Enan. Quidnam? Ho. Te perperā reſpondiſſe. Enan, Probe ais,o Homophron,ita plane reſpondere debui. Non enim certamus vt gymnaſtici ſophiſtæ, vane altercantes: & noſtram poſitionem ſiue iure ſiue iniuria obſeruantes. Hoc profecto noſtrā grandæuam ætatē dedeceret,& nobis pulchrius vinci,imo nos ipſi non vicimur,ſed noſtra ignorantia victa manemus victores,ſed ſine Oneropolitū inceptū proſequi. One. Ego vobiſcum ſentio:& in tertio minuto lumen euaderet triplum, & in quarto quadruplum. Quapropter ſi fixum lumen maneret,ſemper poſteriore cum priori manēte, nulla oculi acies non modo vnius diei,ſed ne vnius horulę quidem lumē perferre valeret. Enan. Omnino ſic oporteret. One. Non igitur lumen,& aliæ qualitates quę factę reſides ſtabileſq; non manent,vt voces,& ſpecierū diffuſiones quę ſucceſſionis fluorem imitantur,intenduntur parte poſteriore cum priori manente. Enan. Non ſic intenduntur. One. Quo modo tamen calor intendebatur. Enā. Haud dubium, One. Id ſupra conceſſum eſt. Nō ergo qualitates omnes conſimiliter intenduntur. Enan. Sequitur,nam eæ quę factę manēt, poſteriore cum priori manente intenduntur: non autem fluidæ, & quæ dum fiunt,diſparent & vaneſcunt. ¶Sed quomodo ergo intenduntur lumen,vox,& cæteræ tales euanidę qualitates? One. Nonne duplus ignis in vno minuto horæ duplum calorem inducit ad ſuum dimidium. Enan. Duplo intenſiorem. One. Nunquid hoc eſt per partē priorem & poſteriorē? Enan. Non vt mihi videtur. One. Quid cauſę ergo? Enā. Neſcio:niſi forte quod dupli ignis ad ſuum dimidium dupla ſit moles. One. Moles proprie aut amplior aut minor non in cauſa eſt,ſed quod in dupla mole duplo maior ineſt calefaciendi virtus,& duæ partes candelæ duplo magis q̄ altera ſolū, illuminant. Enan. Indubie:& idipſum ignauus reſpōdere debuiſſem. One. Duæ partes candelę ſeiunctę pariter acceptę, ad vtranlibet ſeorſum duplam ſeruant illuminandi virtutem, nonne ergo flammę illę coniunctę,& in vnā conflatæ,eandem ad ſuā medietatem aut alterutrā ſeorſū ſeruabunt virtutis proportionem? Enan. Seruabunt:haud mihi dubium vllum eſt. One ro. ¶Vides igitur o Enanti, quo pacto hę euanidę qualitates,vt lumina,vt ſoni,vt voces,a maiore producente virtute intenduntur, a minore vero lenteſcunt, & remittuntur, & intenſionē a potentia procedere,& remiſſionem ab impotentia:vt in lationibus velocitas &

Universidad de Deusto
Biblioteca

tarditas. Enan. Video. One. Et hęc ipsis sola intendendi occasio est: illis vero q̃ factæ manēt, hęc eadē, & ꝓtes posteriores cū prioribus manētes. ¶ Quo fit vt qualitates stabiles, & nō ꝓtinus occiduę, duas habeant suę intensionis occasiones. Enā. Et hoc iterum video. & vt ex Hesiodo vsurpat Aristoteles, probū eū puto qui recte docenti assentit. Te aūt o Oneropole optimū, qui per teipsum plurima noris, & tibi quas possum? ego & Homophrō gratias habemus, neq; te vltra hodie quic quā lacessemus. one. O Enanti, ex me nulla noui, verum ab oibus libens disco. Quod si ab ipsis verū nō percipiam, & diuina largitas mihi quicq̃ largita sit. Enā. Est. One. Ipsi o Enanti gratiæ sint, ego omnibus libens effundo: modo sophistę non sint, qui philosophiæ sacramēta rident: & modo alicuius magistri sectæ pertinaciter addicti non sint, & opinionibus pertinacius obuoluti. Enan. Nec iniuria quidem, nam hi in philosophia extremo morbo laborant, ego & Homophron tecum primum tibi & nobis bona facultas aderit, reuisemus, tractabimusque nonnulla alia, q̃ summopere abs te perdiscere cupimus. One. Vtinā id possim. Cum voletis, hac pectus totū vestrum est. Enan. Volumus quod intra latet. & tu in hoc vale noster Oneropole. One. Bene valete o Enanti & Homophron amici.

Extæ partis scholia. LV. Quæ si sint extremæ, maxime in suo genere distare dicuntur. Nempe qualitatum contrarium primi generis, quædam aduersantur vt extremum extremo, quemadmodum in genere qualitatum tangibilium, maxima caliditas & maxima frigiditas. In saporibus, maxima dulcedo & maxima amaritudo. In odoribus, maxima fragrantia & maxima grauis olentia. In sonis, acutissimus sonus & grauissimus, denique in coloribus, maxima albedo & maxima nigredo. Quædam vero tanquam extremum medio, aut ediuerso, vt maxima albedo & maxima flauities. Qualitates autem contrariæ secundi generis, etiam sunt duplices, quædam se totas simul admittunt in eadem parte subiecti, vt caliditas quatuor graduum, & totidem partium frigiditas, & ita de numero quinque graduum. Aliæ vero non se totas simul admittunt, sed aliquid sui, vt caliditas, sex graduum & frigiditas sex graduum, & ita secundum maiorem numerum vsque ad denarium exclusum progrediendo. Et hæ magis contrariæ sunt alijs. Nam & magis distant illis, & maxime contrarijs propinquiores sunt. Rursum qualitatum contrarium secundum quid, quædam contrariantur tanquam extremum extremo, vt albedo quatuor graduum, & nigredo quatuor graduum, quædam tāquam extremum medio, vt albedo quatuor graduum, & rubedo totidem partium, quædam vero tanquam medium medio, vt rubedo quatuor graduum, & flauities totidem partium. Denique qualitatum contrariarum tertij generis, quædam contrariantur tanquam extremum extremo, vt albedo decem graduum, & nigredo quatuor partium, quædam vt extremum medio, vt maxima albedo, & quatuor graduum rubedo, demum quædam tanq̃ medium medio, vt rubedo decem graduum, & flauities quatuor graduum. LVI. Medio modo naturæ diuersitate dissident, vt medij inter se colores. Quatuor elementorum loca hanc sequuntur analogiam colorum. Concauum cæli, & sursum simpliciter, est vt maxima albedo, concauum ignis, & rursum secundum quid, vt rubedo, concauum aeris, & deorsum secundum quid, vt flauities, concauum aquæ, & deorsum simpliciter, vt intensione maxima nigredo. Et lationes ab illis locis, & ad illa factæ, sequuntur analogiam alterationum illarum qualitatum, ex qua facile constat, quę extremæ, & quę mediæ lationes sunt. Nempe latio ignis sursum, & ad concauuum cæli, & terrę deorsum, atque ad locum maxime deciuem, extremæ sunt contrariæ, & inter se aduersantur tanquam extremum extremo, & vt in coloribus maxima albedo & nigredo, latio ignis sursum, & quæ ad suum locum naturalem aduersantur, tanquam extremum medio, & albedo flauitici. Sic latio terræ deorsum, & aeris sursum, pugnant adinuicem vt nigredo & flauities. Latio autem aeris & aquæ, vtriusque ad suum locum naturale hñt contrarietatē quam mediū medio, & in coloribus rubedo & flauities. LVIII. Hac de re addidi, extremæ substantiales formę Quæ sint formæ substantiales extremæ contrariæ, & quæ medię, dignoscendum est ex contrarietatibus accidentalibus, quanuis enim accidentia posteriorē habeant contrarietatem q̃ substantię, illorum tñ repugnantia sensui est perfectior atque detectior, vt quę sint notiora ad nos Idcirco ex accidentium contrarietate nobis exploratiore, facile puestigare possumus formarū substantialiū contrarietatem minus constantem. Videmus siquidem igni maximā inesse natura caliditatem, & aquæ maximam frigiditatem, quæ extremæ sunt, & maxime natura repugnantes qualitates. At illas rationabile est ortum habere & produci a formis substātialibus maxime contrarijs, vt qualis contrarietas effectuū, talis sit & causarū, sunt igitur forma ignis & forma aquæ, productiuæ illarum qualitatū contrariarū, maxime inter se contrariæ. Adde quod duæ illæ formæ alteram etiam gignunt qualitatum contrarietatem, forma quidem ignis siccitatē, & forma aquæ humiditatem. At vero aeri maxima natura conuenit humiditas, igni autem siccitas non tamen maxima, forma igitur ignis & aeris mediæ sunt formę cōtrarię, & non tantam habētes

repugnantiam, quantam formam ignis & aquæ, quādoquidem vtraque datarum formarum ignis & aeris, eandem specie qualitatem, vtpote caliditatem producere nata est, eamque habet sibi naturalem & congeneam. Sic aquę maxima natura competit frigiditas, aeri vero minor, & citra summum caliditas insuper aqua & aer vna qualitate, scilicet humiditate conueniunt, sunt igitur aquæ & aeris formę medię contrariæ, & non extreme. Consimili quoque ratione haud difficile est ostendere formas aeris & terræ extremas esse contrarias, aeris autem & aquæ, aut terrę & aquæ formas, esse medias contrarias, habita ratione qualitatum actiuarum & passiuarum eis inexistentiū, & summarum elementorum non symbolicorum formas extremas esse, symbolicorum autem medias contrarias. De mixtorum autem formis, secundum elementorum participationem quam sortiuntur, dñiudicandum est. LIX. Et motum cęli circa æquatorem velocissimum, & circa axē tardissimum. Æquatorem hic appellat circulum æquinoctialem, qui ab vtroque polo æquidistans, sphæram in duo æqualia partitur. At circa illum motus est velocissimus, quia in quatuor & viginti horarum interuallo maximum natura conficit spatium, vtpote maximum qui in sphęra describi potest circulum, suo ambitu totam sphæram complectentem. Circa axem autem, & polos axem terminantes, motus est tardissimus, quia in eodem temporis circulo minimum absoluit spatium, vtpote circulum arcticum, aut antarcticum, vel quenuis alium minorem qui propinquus polo quā sunt duo nominati circuli describeretur. quod si describi posset circulus polo proximus, & minimus ipsius sphæræ, secundum illum fieret motus cæli tardissimus. Et is plane motus maxime lentus, a motu cęli velocissimo speciei discrimen non habet. velocitas enim & tarditas in lationibus, speciei distantiam & discrepantiam non efficiunt. Verum hęc in vltimo sexti Physicorum capite annotata, rursum hic adducere, ferme superuacuum visum fuerit. LX. Ad alteram totā eadem fuerit proportio. Si detur mouens a vt decem, cuius motiua virtus semper eadem persistat, & mobile b vt sex, cuius virtus continue decrescat (vt in motu naturali, resistentia spatij) & sit in secundo minuto vt quinque in tertio vt quatuor, in quarto vt tria, in primo minuto, ipsius a ad b est proportio super partiens ternas, quemadmodum decem ad sex. In secundo autem proportio dupla, vt decem ad quinque. At hęc proportio est maior, quare virtus mouens maior est. tametsi eadem sit substātia, & virtus mota, minor. In tertio autem minuto, ipsius a ad b est proportio, vt decem ad quatuor, scilicet dupla sesquialtera, denique in quarto, vt decem ad tria scilicet, tripla sesquitertia, & ita consequenter. Contra vero si virtus mouens a ponatur sensim minui, & virtus b resistens secundum substantiam manere, in primo minuto erit earum proportio, vt decem ad sex, super bipartiens ternas. In secundo, vt nouem ad sex, sesquialtera. In tertio, vt octo ad sex, sesquitertia. In quarto vero, vt septem ad sex, sesquisexta, vbi virtus mouens continue minor efficitur, & virtus resistens maior. quanuis hæc semper substantia sit eadem. LXI. Omnino sic oporteret. Ex hoc loco constat contra Heraclitum in mundo non omnia semper fieri, sed permanentia aliqua esse. Alioquin cum in æqualibus temporibus idem agens æqualem effectum inducat, nunquam effectus in secundo minuto intensior quam in primo haberetur, quum iam fluxisset primus gradus, quemadmodum propter fluorem continuum non maior intensione est imago in speculo, aut coloris species in oculo, siue in medio, posterius, quam prius. LXII. Et intensionem a potentia procedere. In huiusmodi intensione quę procedit a maiori virtute, vt luminis, partium qualitatis ordo secundum virtutis mouentis ordinē sumitur, vt primus luminis gradus est, qui a primavirtutis mouentis parte producitur, & secundus qui a secunda, & ita deinceps. Neque sumitur ordo iste a temporis successione cum sicut agente tota virtute, agit quælibet eius pars, in quam intelligitur diuisa, ita cum vnus luminis gradus producitur, simul producitur secundus, tertius, & omnes. Vbi autem æqua ponitur virtus mouens, & qualitas producta permanens, fit intensio per temporis successionem, parte priore cum posteriori manente. LXIII. Et vt ex Hesiodo vsurpat Aristoteles. Philosophus quarto, capite primi Ethicorum tria ponit hominum genera, conditione bonitatis, aut discretionis ab ea diuersa, in hanc sententiam. Ipse quidem optimus est, qui ex se intellexerit omnia, bonus autē rursus & ille est, qui bene docenti obedit, qui autem neque ipsemet intelligit, neque alium audiens in animo ponit, hic prorsus inutilis est. Quæ quidem sententia in Georgicis Hesiodi, his carminibus continetur,

Optimus hic sese, qui nouit cuncta magistro,
Prospiciens rerum fines, meliora secutus,
Dignum laude uirum parentem recta mouenti,
Credimus, ille tamen sibi qui non consulit, et qui
Alterius præcepta fugit, uir inutilis ille est.

¶ Difficilium Physicalium dialogi, & in eundem scholiorum, finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IACOBI FABRI STAPVLENSIS AD GERmanum de Ganay, Consiliarium regium, & Decanum Beluacensem, præfatio in commentariolos, introductorios metaphysices Aristotelis.

ARithmeticum opus, consultissime Germane, tuo fratri dicatum est, Gallicanam iustitiam moderanti: quod (vt Peripatetici probant) oīs iustitia, geometrica rōne dispensando vtitur, aut arithmetica commutando, etq; arithmetica tanq̄ quoddam iustitię speculum ac regula. Tibi vero theologicum opus tanq̄ sacerdoti diuina mysteria potissimum curāti dico: offeroq;. Memoriæ enim proditum est, Aegyptios sacerdotes, & Chaldeos magos olim diuina mysteria tractauisse, & ab ipsis ad philosophos vsq; manasse: quorum hi per ideas, hi vero per diuinas rationes philosophari diuinam philosophiā (quam metaphysicen, theologiamq; nuncupant) nobis reliquerūt. Qui ideas prędicant, Platonici sunt: qui diuinas, æternasq; rationes sequuntur, Aristotelici: quorum theologia Christianæ sapientiæ magna concordia affinitateq; consentit, atq; coniuncta est. Libuit ergo periclitari in libris Aristotelicis, & introductorios commentariolos in sex primos metaphysices libros parare, vt cæteris detur occasio metaphysica diuine intelligendi, & de pijs philosophis mitius cogitandi, quos suo tempore fecit deus suos sacerdotes, suos vates, & faces quæ ad tempora nostra lucēt. Et licet dominus qui omnem hominem illuminat, nondum in mūdo visibilis apparuisset, ipsis tamen de suo cælo lucebat, qui est lux immensa atq; infinita, omnibus seculis lucens. Hos ergo commentariolos tibi dico: oroque supplex ipsum summum bonum, summe ens, atque summe vnum, quo de per totum agitur, vt omnibus legentibus illuceat, & ex parua occasione ad magna & digna ipso contemplanda feliciter rapiat ac eleuet. Vale.

PRIMVS DIALOGVS HÆC SEPTEM & triginta disputat.

QVid hæc vocabula, sex, sapientia, causa, disputatio, ens, distinctio, comparatio, introductionis fronti adiecta nobis prętendant i.
Sapientię diffinitio ac declaratio ii.
Dubitationis non satis metaphysica contēplatione dignæ dilutio iii.
Quidnam quęstioni, quid respondendum sit iiii.
Quæ primę causę, & prima principia v.
Quo pacto interpretatur metaphysica vi.
Quid sapiens vii.
Quo pacto interpretatur sapiens viii.
Quot sapientis conditiones ix.
Obiectio x.
Quod malus sapiens esse non possit xi.
Expertum non artificem non experto certius operari, & nos bifariam artem aliquam acquirere contingere xii.
Vter honorabilior sit, artifex non expertus, an expers non artifex. xiii.
Quis sapienti similior, expertus, an sensum habens, artifex an expertus, architectus an manuoperarius, contemplatiuus an actiuus xiiii.
Spientem maxime omnia scire vt contingit xv.
Sapientem difficillima cognoscere xvi.
Sapientem scientiam possidere certissimam xvii.
Sapientem maxime singulorum causas assignare posse xviii.
Sapientis scientiam maxime propter se, esse sciendicq; gratia expetibilem xix.
Sapientem sapientiam habere principalissimam, & omnium maxime liberam xx.
Nos visum maxime sensuum diligere xxi.
Omnem hominem maxime natura desiderare esse sapientem xxii.
Id naturæ desiderium non esse concupiscibilis, irascibilis, aut rationalis particulæ, sensum, cogni-

tionemve sequens xxiiī.
Quod non sit concupiscibilis partis, aut animosę, & vt quædam naturæ inclinatio est xxiiī.
Talēm naturæ appetitū, quo scire, intelligere, & sapere natura desideram⁹, ipsius esse intellect⁹ xxv.
Intellectum possibilem vt potentiam scire, intelligere, & sapere natura desiderare, agente in vero magis, & vt efficientem xxvi.
Tale pulchrum naturæ desiderium non esse affectionem quandam intellectui aut agenti aut possibili natura inhærentem xxvīi.
Quod voluntas rationalisque appetitus scientiam intellectum & sapientiam natura desideret, vt scilicet amabilia, voluntateq; affectabilia sunt xxviii.
Intellectus agentis appetitum re ipsa ab intellectus possibilis appetitu esse distinctum xxix.
Naturalem voluntatis appetitum, & intellectus, omnibus conformibus modis subiecto idem esse, sola ratione plura, vt agens idem est agenti, & patiens possibili, & totus toti xxx.
Quod non plures sint intellectuū, nōn plures rationales fœcundæq; memoriæ, aut voluntates, etsi in vnoquoque eorum agens possibile, & ex his totum subsistens reperiatur xxxi.
Appetitum agentem & potentiæ vnum constituere appetitum, & totum nostræ animæ actum cum tota eius potentia, vnum constituere appetitum, qui vnus est pariter & trinus xxxii.
Quibus potentiis regantur animalia xxxiii.
Quæ animalium disciplinabilia sunt xxxiiī.
Quæ prudentia xxxv
Hominem omnium mortalium disciplinabilissimum prudentissimum & optimum esse xxxvi.
Quod sapientia, humana possessio esse possit. xxxvii

SECVNDVS DIALOGVS HÆC DECEM ET SEPTEM DISPVTAT.

Quid est causas esse secundum speciem infinitas i.
Quid est eas infinitas esse secundum directum ii.
Quinque nos a veritatis perceptione præpedire iii.
Cautas secundum speciem infinitas esse non posse iiii.
Quod materiæ rectitudine non prodeant infinitæ v.
Idem de forma vi.
Idem de efficiente vii.
Obiectio viii.
Idem de fine ix.
Metaphysicum primas supramundanas causas, & maxime omnium primam contemplari x.
Veritatem quodammodo facilem, & quodammodo arduam atque difficilem esse xi.
Entia maxime vero suam veritatem sortiri xii.
Rerum optimum opificem q̄ pulchriora, pfectiora & digniora sua opera poti⁹ esse iuestigandū xiii.
Oim existentium principia maxime vera esse, & re atq; subiecto esse vnū, ratiōe vero multa xiiī.
Omnia entia felicitatis capacia, a primo suam felicitatem trahere, perinde ac a maxime vero suam veritatem xv.
Quod difficultas veriora naturę entia cognoscēdi, ex nostri intellectus imbecillitate pendeat xvi.
Quæ percipiendæ veritati obsunt, & quæ eidem percipiendę adminicularia sunt. xvii.

TERTIVS DIALOGVS HÆC QVADRAGINTA DISPVTAT.

Quid ens i.
Quot subsistendi modi ii.
Ad ens entium, & maxime ens, omnes entium modos reduci, vt omnes salubrium modi ad salutem & longe quidem verius iii.
Ens in ea ipsa significatione q̄ præsenti disputationi maxime accōmodata est, homonymū esse iiii.
Rerum inferiorū ordinem superiorū beatorumq; entium ordinem longe veriorem insinuare v.
Mundi intelligibilis intelligibilium veriores actus, verioresque potentias esse vi.
Primum actum purissimum & absolutum infinitum agendi vigorem habere, & in supramundanis potentiam essentiæ nomen, & actum nomen esse sibi vendicare vii.
Quod prēter primū nullus alter actus oino purus sit, & omnino a potētię consortio seiugatus viii.
An ipsæ supernæ mentes magis sint vnæ, an potius sua essentia magis sit vna, an suum esse ix.
Actum suo toto ad subsistendum plurimum egere x.
Ipsum esse perfectius, esse essentia, magis ens, magis vnum, bonum, & verum xi.
Materiam maxime substantiarum minus ens, & minus vnam esse censendam xii.
Quæcunque materiam sortita sunt, magis non esse quam videri xiii.
Mentiū secundæ seriei dependentię, & animā nostram esse quasi diuinorū splendorū vmbrā xiiii.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod ſupremę diuinę ſortis mentes magis entia ſint, magis vnę, bonæ, & veræ, mox ſecundæ, deinde tertiæ vſque ad infimum entium gradum xv.
Quęcunque ſunt in regione lucis, plus eſſe quam eſſentiæ participare, & quæ vnius eiuſdem ſimilis, & ſtatus ſint oppoſita, & quibus ea maxime competant xvi.
Cætera a primo, a ſyncera vnitate, ſimplicitate, identitate, exemplari & ſtabilitate deficere, & hæc elementa in homine quantum fieri poteſt æqualitatis conſonare harmonia xvii.
Monitio quod horum elementorum, ens, vnum, bonum, verum, plenum, potens, neceſſarium. & cæterorum, metaphyſicæ diuinęq; contemplationi frequens conſideratio plurimũ cõducat xviii.
Tres quæſtiones quas mouet Eutycherus xix.
Primæ quæſtionis ſolutio xx.
Secundę ſolutio, & primam mentium ſub primo quatuor ſubſiſtendi indigentias ſubſtinere, & a primo quodammodo quartam eſſe xxi.
Quid in mente ſit vnitas, æqualitas, & connexio xxii.
Summam connexionem æque ab vnitate & æqualitate procedere. xxiii.
Cur nonnulli philoſophantiũ infinitos mundos eſſe ſtatuerint, cur nõnullivnũ, ſed infinitum xxiiii.
Tertiæ quęſtionis diſcutiendę opportuniorem futurum locum xxv.
Tres primi & firmiſſimi principij conditiones xxvi.
Quot errores circa ipſum contigerunt xxvii
Huius diſciplinæ, entis quatenus ens eſt, conſiderationem eſſe xxviii.
Hanc diſciplinam potius eſſe ſubſtantię xxix.
Accidentium conſiderationem etiam ad hanc diſciplinam attinere xxx.
Item & contemplationem vnius, multorum, eiuſdem, alterius, ſimilis, diſſimilis; ęqualis, inęqualis, ſtatus, & motus, horum negationum, atque priuationum xxxi.
Circa primam mentium primum negationem occurrere, circa autem omnino primum neque affirmationem, neque negationem eſſe xxxii.
Multorum ſimul epilogus, & ſupramundana entia ęquius, & rite entia dici debere, inferiora autem non entia, multa, mala, inania, & ſimilibus denominationibus xxxiii.
Quare animæ rationales immortalitatis ſorte donatæ, plures numero reperiuntur, ſupramundana autem entia ſimilis eiuſdemque naturę huiuſmodi multitudinem refugiunt xxxiiii.
Vnam ſummam & indiuiduam & ſuper omnia entitatem eſſe, & non duas, vnam ſummam bonitatem & veritatem eſſe, & non duas xxxv.
Hanc diſciplinam omnium ſpecierum, tum ſubſtantiarum, tum accidentium, & earum priuationum atque negationum eſſe xxxvi.
Intellectum per ſe eſſe entis, & entis ſpecierum, & per accidens nunquam ſubſiſtẽtium xxxvii.
Vnum & ens vnam nominare naturam xxxviii.
Communes dignitates huius eſſe diſciplinę xxxix.
Hoc principium, Impoſſibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe, primum & firmiſſimum eſſe xl.

QVARTVS DIALOGVS HÆC SEPTEM DISPVTAT.

Metaphyſicam a cęteris diſciplinis differre i.
Diſciplinarum ſolã methaphyſicam rerum quidditates ſuæ contemplationi peculiares delegiſſe, & quid metaphyſicus quidditatis nomine intelligere debeat ii.
Hanc diſciplinam a naturali philoſophia alteram eſſe iii.
Item quõ hęc diſciplina a mathematica differat iiii.
Accidentis non eſſe ſcientiam, & quid hic accidentis nomine deſignetur v.
Modi entium vi.
Narratio de idea, quæ & dialogos claudit quibus hanc breuem quam explicant introductionem prefigimus vii.

Sequitur introductio in libros

Metaphyſicos Ariſtotelis, quę etſi ad ſex duntaxat ſe extendat, ad omnes tamen valituram ex commentatione cognoſcite. Neque parui momenti erit ad eam Metaphyſicorum traductionem, quam nobis hoc tempore Beſſarion Card. Nicenus parauit.

Iacobi Fab. Stapulenſis in ſex primos Metaphyſicos libros Ariſtotelis introductio, adiecto ad literam familiari Iudoci Cichthouei Neoportuenſis cõmentario explanata.

1	Sapientia	4	Ens
2	Cauſa	5	Diſtinctio
3	Diſputatio	6	Comparatio.

¶Cap. Primum.

SApiẽtia, eſt quæ maxime ſcibilia, primas cauſas, & prima principia contemplatur. ¶Primę cauſę, & prima principia, ſuprema illa entia, & honorabiliſſima in natura. Sapientia, metaphyſica. ¶Sapiens eſt qui hanc poſſidet ſapientiam. Sapiens, metaphyſicus, primus, ſupremus, diuinus, ſupramundanuſque philoſophus. ¶Sex ſapientis conditiones. Sapiens maxime ſcit omnia vt contingit. Difficillima cognoſcit. nullus enim quod cognitu facilia teneat, ſapiens eſſe putabitur. Sciẽtiam habet certiſſimam. Circa ſcientiam omnem cauſas aſſignare poteſt. Scientiam item habet maxime propter ſe, & ſciendi gratia, expetibilem habet & principaliſsimam, & maxime liberam.

SEx vocabula in principio poſita, ſex primorum librorum Metaphyſicæ in quos præſens paratur introductio, materiam declarant. Nempe primus liber de Sapientia diſſerit, ſecundus de Cauſa, tertius diſputat, & agitat nonnullas quæſtiones, quartus de Ente determinat, & principio, quintus nonnulla diſtinguit vocabula, quorum in Metaphyſicis frequens eſt vſus, ſextus autem comparat Metaphyſicã ad cæteras diſciplinas, de ente nonnihil interſerens. Et his ſex vocabulis reſpondent in introductione præſenti ſex capita præcipua, primum primo libro, ſecundum ſecundo, tertium tertio, & ita conſequenter. Deinde in fronte primi capitis ponitur ſapientiæ diffinitio, in qua maxime ſcibilia non tam pro concluſionibus quæ ſciuntur, quam rebus quarum in ſapientia traditur ſcientia, ſumitur, ea tamen ratione qua per metaphyſicæ concluſiones ſignificantur, vt apte per primam illam diffinitionis particulam ſcientia metaphyſica detur intelligi. Nempe non ſolum metaphyſicæ concluſiones ſunt maxime ſcibiles, ſed & res quarum ſunt illæ concluſiones, maxime ſciuntur, & per hoc ſecundum, ſapientia liquido cæteris ſcientijs ſupereminet. Similiter per primas cauſas & prima principia non tam intelligendæ ſunt primæ cauſę, & prima principia ſcientiarum, quam rerum quarum in ſapientia traditur cognitio & intellectus, quatenus tamen illa per prima doctrinalia principia, cauſaſq; ſignificãtur. Et ſic conuenienter per ſecundam particulam, intellectus metaphyſicus, qui principiorum doctrinalium metaphyſicę eſt habitus, intelligi deſignatur. Siquidem non ſolum doctrinalia ſapientię principia ſunt primę cauſę, & prima principia, verum etiam res quę conſideratur, & per hoc poſterius, intellectus metaphyſicus, inferiorum diſciplinarium intellectibus præſtantior eſt. Quare data diffinitio, ipſius ſapientię dignitatem explicat, ex materię ſubiectę rerumq; conſideratarum pręſtantia, & nobilitate. Et ex rerum determinatarum dignitate, facile principiorum doctrinalium metaphyſicæ & concluſionum excellentia deprehenditur, quandoquidem qualia ſunt ſignata, talia ſunt & ipſa ſigna, & quanto res, tanto principia & concluſiones de ipſis excellentiores ſunt. Quod autem primæ cauſę & prima principia hic rerum intelligenda ſint, conſtat ex ſubiuncta interpretatione, qua primæ cauſę & prima principia dicuntur ſuprema illa entia, hoc eſt digniſſima & pręſtantiſſima honorabiliſſimaq; in natura, at ſuprema illa entia, minime doctrinalia ſunt principia. Deinde ponitur interpretatio, quod ſapientia & metaphyſica ſunt idem. Dicitur enim metaphyſica, ſupernaturalis diſciplina. Sapiens autem eſt, qui eo modo quo diffinita eſt, ſapientiam conſecutus eſt. Et dicitur ſapiens, metaphyſicus, ſupernaturaliſq; philoſophꝰ, prętera dicitur & primus philoſophus, ſupremus, diuinus, ſupramundanuſq; philoſophus, q; prima entia & ſuprema, diuina ſupramundanaq; conſideret. Ita ſapiẽtia recte dicitur prima philoſophia, ſuprema, diuina, ſupramundanaq;. Sex ſapientis conditiones. Prima, ſapiens maxime ſcit omnia vt contingit. Nam humanas res omnes ex inferioribus diſciplinis quæ ad ſapientiam ordinatur, & requiruntur, cognoſcit, itidem & diuinas ex metaphyſicis, quantum homini conceditur. Secunda. Sapiens difficillima cognoſcit. Nam ea quæ ſenſui ſunt inacceſſa, & imperuia oculis corporeis. Et licet illa ſuapte natura maxime ſint cognoſcibilia, ſunt tamen cognoſcenti ex eius imbecillitate difficillima. Nullus enim ſapiens eſſe dicitur, quod facilia intellectu, vt logica aut phyſica cognoſcat. Tertia. Sapiens habet ſcientiam certiſſimã. Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

de rebus certissimis ab omni incertitudine & instabilitate seiunctis. Quarta. Sapiens circa omnem scientiam causas assignare potest. Principiorum enim inferiorum disciplinarum causas ex suis principijs assignat sapiens, quare tanto magis & conclusionum, vt siquis percontetur quare impossibile est eandem propositionem simul veram & falsam esse, respondet sapiēs, quia impossibile est idem simul esse & non esse. Ita siquis sciscitetur, quare quæcunq; verificantur de eodem tertio, & de se inuicem verificantur, respondet, quia quęcunq; sunt eadem vni tertio, illa sunt eadem inter se. Quinta. Sapiens habet scientiam maxime propter se expetibilem, & maxime itidem sciendi gratia expetibilem. Nam scientiam habet propter se solum expetibilem, & ad aliam minime ordinatam, sicut & id quod considerat, maxime propter se & non alterius gratia expetitur. Scientiæ vero, inferiores etsi propter se expetantur, quia & animum perficiunt, & eius opus bonum reddunt, non tamen propter se tantum expetuntur, sed vlterius ad sapientiam ordinantur, sicut virtus moralis propter se expetitur & propter aliud, scilicet fœlicitatem actiuam. Sexta sapientis conditio. Sapiens habet scientiam principalissimam, & maxime liberam. Nam vt is maxime liber est qui nulli subest, sed cunctis præest, ita & sapientia quę ad nullas alias ordinatur disciplinas (vt neque summum quod ab eo consideratur bonum, ad alia) sed cæteræ disciplinæ ad ipsam ordinantur, est maxime libera & principalissima, quia cęteras moderatur, sicut deus hunc mundum. Et sunt istæ conditiones sapientis, vt respicit scientiam, & totidem sunt eius conditiones, vt intellectum principiorum habitū respicit, quia vtrunque, intellectum inquā & scientiam complectitur simul sapientia. Nempe diffinitur sapientia ab Aristotele, quod est intellectus simul & scientia eorum quæ honorabilissima sunt in natura.

QVæstiones. Quid, quot, vter, expertus non artifex, an artifex nō expertus, certius operetur: vter honorabilior: quis sapienti similior. expertus, an sensum habens: artifex, an expertus: architectus, an manuoperarius: contemplatiuus, an actiuus. qualis, quem sensum maxime diligimus, quibus potentiis animalia reguntur. quæ disciplinabilia. quę prudētia. non ne ab homine sapientia possideri possit. ¶ Elementa. Experientia, singularium est: & actus, & operationes circa singula versantur. ars autem vniuersalium. rationem quidem habens, atq; vniuersale sine experimento cognoscens (quod singulare ignoret) persæpe cum ratione peccabit. ¶ Qui causas sciunt, quos scientiores sapientioresq; iure reputamus, qui docere queunt, quive non sensuum, sed intellectus cognitionem sequuntur, tales profecto honorabiliores censendi sunt. ¶ Maxime scit, qui scientiarum vniuersalissimam habet. Nam qui vniuersale cognoscit, & particulare quoquo pacto cognoscit: quod contra minime fit. Vniuersalia, quæ a sensibus sunt remotissima, ad cognoscendum hominib⁹ difficillima sunt. Vniuersalia, vniuersales causę. Certior scientia est, quæ est causarum, quæ intelligibilium, atq; quæ simpliciorum. Qui maxime causas, & quę omnium causę sunt contemplatur, singulorum causas assignare potest. Qui scire propter se desiderat (est enim scire propter se) maxime scientiam, maxime propter se desiderabit. Principalissima scientia, & maxime libera est, quę causæ causarum contemplationi insistit, & cuius gratia agenda sunt singula. hæc enim est vniuscuiusq; omnino bonum, aut in vniuersa natura optimū. ¶ Omnes homines natura scire desiderant: visus autem maxime sensuum nos cognoscere facit. pluresq; nobis rerum differentias demonstrat. ¶ Quæ auditum & memoriam habent, disciplinabilia sunt: quę vero sensum & memoriam possident, prudentia quidem sine disciplina sunt. est enim auditus, disciplinę sensus. Disciplinabilia sunt, quibus aliqua significare possumus per quæ directioni & vsui redduntur aptiora. prudentia vero, quę futurorum videntur esse prouida. ¶ Bruta plurimum imaginationibus & memoriis viuunt: homo vero arte viuit, & ratione. ¶ Poëticum, fictitiūq; est, solius dei sapientiam (quod mortalem generi inuideat) possessionem esse: nam diuinum numen nulli inuidum esse conuenit. sed vt tritum prouerbiū est. Mentiuntur multa poëtę. Orsi sunt enim philosophi primum admiratione duce philosophari: vt admiratione conuersionum solis, incommensurationis diametri. diuina autem nobis admirabiliora sunt: quare (vt prouerbio dicitur) hæc admiratio in melius consummabitur: sapientiamq; tandem nacti, ipsa perfruemur.

40

41

1 QVæstionum prima, scilicet quid, quærit omnia quę prius diffinita sunt, & interpretationes quę ad diffinitiones reducuntur, vt quid sapientia, quę primæ causę, & prima principia, quid sapiens & respondendę sunt diffinitiones prius positæ. Secunda quæstio, quot sunt sapientis cōditiones. Responsio. Sex, prius itidem numeratæ. Tertia. Vter, expertus non artifex, an artifex non expertus, certius operetur. Responsio. Expertus non artifex. Vnde expertus est, qui ex frequenti operatione circa singularia sensualem habet cognitionem. Artifex vero, qui vniuersale principiū causam vniuersalem intellectu cognoscit. Et inuenitur expertus artifex, qui & circa singularia operando sensus habet cognitionem, pariter & vniuersale cognoscit. Inuenitur pręterea artifex non expertus, qui vniuersale intellectu cognoscit, circa singularia tamen operatus non est, neq; eorum quæ noscit, sumpsit experimentum. Inuenitur & expertus non artifex, qui circa singularia sæpius operans, sensualem assecutus est experientiam, vniuersale tamen, & causam non cognoscit. Et quod hic artifice non experto certius operetur, patet, quia experientia singularium est, & actus & operationes circa singularia versantur, vt huic homini hanc herbam hoc tempore dandam. Ars autem est vniuersalium, vt quod omnis acetosa est refrigerativa, quod reubarbarum purgat choleram, circa quæ non est operatio. igitur expertus non artifex certius operatur artifice nō experto. Nam causam cognoscens & vniuersale sine experimento, ob id quod singulare ignorat, nesciens applicare hoc, huic, hoc tempore, & hoc loco, sępe cum causa quam cognoscit, in operando errabit. Quarta

2 Quid expertus. Quid artifex.

3 Quis hic dicit sensum hns.

4 quæstio. Vter honorabilior, an expertus non artifex, an artifex non expertus. Responsio. Artifex, non expertus est honorabilior. Patet quatuor rationibus. Primo. Quia qui cognoscunt causas, honorabiliores censendi sunt non cognoscentibus. At artifex non expertus causas cognoscit, expertus vero non artifex minime, igitur. Secundo. Quia qui scientiores & sapientiores iure reputantur, honorabiliores censendi sunt. est enim scientia de numero bonorum honorabilium. At artifex non expertus iure scientior & sapiētior reputatur quod causas cognoscat, est enim scire, causam rei cognoscere. igitur artifex non expertus est honorabilior. Tertio. Qui docere possunt, scientiores sunt, & honorabiliores. est enim omnino sapientis signum, posse docere. At artifex non expertus potest docere, non autem expertus non artifex, igitur. Quarto. Qui non sensus, sed intellectus cognitionem sequuntur, sunt honorabiliores. At artifex non expertus cognitionem intellectus sequitur, & expertus non artifex cognitionem sensus, igitur. Quinta quęstio quatuor partes complectitur. Prima quis

5 sapienti similior, an sensum habens, an expertus. Responsio. Expertus. Vnde sensum habens, est qui tantum sensu vt visu conspicit ab altero operationem fieri, vt qui adest superponenti herbam vulneri, & videt ea superpositione vulnus curari. Expertus autem, qui sæpe sensu cognouit ex tali operatione huiusmodi effectum sequi. Patet responsio. Quia qui certius cognoscit, similior est sapienti certissime cognoscenti. At expertus certius cognoscit solum sensum habente. Nam potest sensum habens ignorare qualis est superposita herba, & an quotiescunq; superponantur, sanet, & alias circunstantias quas cognoscit expertus, igitur expertus solum sensum habente sapienti similior est. Secunda pars, quis sapienti similior, artifex, an expertus. Responsio. Artifex. Patet, quia qui causas cognoscit, sapienti similior est maxime causas cognoscenti. At artifex cognoscit causas, non autem solum expertus, igitur artifex est sapienti similior quam expertus. Tertia pars. Quis sapienti similior, an architectus, an manuoperarius? Responsio. Architectus. Vnde architect⁹ est, qui aliquod partis opus præcipue dirigit, iubetq; alijs ex tali materia & hoc modo opus fieri. Manuoperarius autem, est qui architecti iussa exequitur, & vt ab eo edoctus est operatur. Et sane architectus in artificialib⁹, vt præceptor in disciplinis, & manuoperarius vt discipulus, & in arte seruili videtur rudes apud magistros operum habitantes artem discere, vt discipuli scientias a præceptore. Patet responsio. quia qui causas cognosunt, scientioresq; reputantur, sapienti sunt similiores. At architectus causas cognoscit, cur ex tali materia sit extruenda domus, cur hoc loco, hoc tempore, & hac figura, non autem manuoperarius. Nempe interrogatus cur ita faciat, respondebit se id quidem nescire, verum vt ita faceret se ab architecto edoctum esse. Etiam architectus sapientior reputandus est manuoperario, perinde atque præceptor discipulo. igitur architectus est sapienti similior, quam manuoperarius. Et possent ad hanc & præcedentem partem adduci cæteræ partes quadrifidi elementi, quo pręcedens quęstio terminata est & probata. Nam vtraq; partium quatuor medijs in prædicto elemento tactis probari potest. Quarta pars quintæ quæstionis. Vter sapienti similior, an contemplatiuus, an actiuus? Responsio. Contemplatiuus. Vnde actiuus dicitur, qui partis intellectus cōsultatiue habitum habet, artem scilicet, & prudentiam. Contemplatiuus vero, qui partis contēplatiuæ mentis habet habitum, scilicet scientiam, intellectum, aut sapientiam, quare omnis sapiens contemplatiuus est, & non contra. Sed quæstio & responsio potissimum intelligitur de contemplatiuo, qui sapiens non est. Nam de contemplatiuo sapiente non versatur dubium, ipsum maxime (si ita dicere liceat) sibi esse similem. Patet responsio, quia qui necessaria cognoscit, & impossibilia aliter se habere, similior est sapienti cognoscenti maxime necessaria, perpetua & æterna. Contemplatiuus autem cognoscit necessaria, & impossibilia aliter se habere. Actiuus autem vt artifex & prudens considerat contingentia. igitur contemplatiuus est similior sapienti quam actiuus. Sexta quæstio. Qualis est sapiens? Respon-

Quis est architectus.

Quid actiuus. Quid contemplatiuus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

detur primo,quod ſapiens eſt maxime omnia ſciens vt contingit. Nam maxime ſcit, qui ſcientiarum vniuerſaliſſimam habet.nam qui vniuerſale ſcit,quoquo pacto & particulare cognoſcit.Ediuerſo autem non fit,vt qui particulare cognoſcit, protinus cognoſcat & vniuerſale. Vt cognoſcens omnem triangulum tribus lineis contineri,etiam cognoſcit æquilaterum tribus contineri lineis,ſed quanuis æquilaterum tribus lineis contineri,ſciat,non idcirco omnem triangulum cognoſcit tribus claudi lineis. Vnde vniuerſale in diſciplinis dicitur propoſitio ex communioribus terminis conſtituta.particulare vero,ex minus communibus. Vniuerſale autem in rebus,& metaphyſicum, eſt cauſa vniuerſalis,& particulare,cauſa particularis.Et non minus veritatis de vniuerſali & particulari metaphyſico habet hęc adiecta confirmatio,quam de vniuerſali & particulari in diſciplinis.

Quid vniuerſale.

Quid particulare.

At ſapiens habet ſcientiarum vniuerſaliſſimam,nam eam quæ de cauſa vniuerſaliſſima diſſerit.ergo ſapiens maxime ſcit omnia vt contingit. Secundo,ſapiens eſt difficillima cognoſcens. Nam vniuerſalia quę a ſenſu ſunt remotiſſima, ad cognoſcendum hominibus difficillima ſunt, quando quidem homines a ſenſu cum exteriori, tum interiori primam intelligendi facultatem vendicant, vtque intelligant,ſenſus egent præſidio. Sapiens autem vniuerſalia cognoſcit, & quæ a ſenſu ſunt remotiſſima. nam neque per ſe neque accidens a ſenſu ſunt perceptibilia,imo vt percipiantur omnem affectionem ſenſibilem ab eorum notione præcidere & ſeiungere oportet. quod cum difficile admodum homini,ea ſcilicet ſine quocunque ſenſuali phantaſmate intelligere, nil mirum, ſi ſapiens difficillima cognoſcat. Et non hic agitur ſermo de vniuerſalibus logicis, ſed ſecundum materiam ſubiectam de vniuerſalibus metaphyſicis,quę ſunt vniuerſales cauſæ, & in primis de illa vniuerſaliſſima rerum omnium cauſa. Tertio. Sapiens ſcientiam habet certiſſimam. Nam vt ex primo poſteriorum libro conſtat,certior eſt ſcientia quæ cauſarum eſt,quam quę effectuum. certior item quæ intelligibilium quam quæ ſenſibilium. denique certior quæ ſimpliciorum quam quæ compoſitorum.Et quę maxime cauſarum eſt,maxime intelligibilium,& maxime ſimplicium,bono iure certiſſima eſt. At ſapientia,maxime cauſarum eſt,maxime intelligibilium, & nullum cum ſenſu commercium habentium,& ſimpliciſſimorum.nam eorum quę materiæ nullo pacto ſunt coniuncta. Igitur ſapiens ſcientiam habet certiſſimam. Quarto. Sapiens circa ſcientiam omnem cauſas aſſignare poteſt. Nam qui maxime cauſas contemplatur,& eas quæ omnium cauſę ſunt,ſingulorum cauſas aſſignare poteſt. At ſapiens maxime cauſas contemplatur, & eas quæ omnium cauſæ ſunt,imo eam quę cum nullam habeat ſui cauſam,omnium eſt cauſa, quę tametſi maxime vna ſit, in metaphyſicis tamen apte pluraliter explicatur,non quidem ob rerum,ſed rationum varietatem, igitur ſapiens circa ſcientiam omnem cauſas aſſignare poteſt. Quinto. Sapiens ſcientiam habet maxime propter ſe,& ſciendi gratia expetibilem. Ad cuius intelligendam probationem prænoſcere dignũ eſt quod id dicitur eſſe propter ſe expetibile,quod quidem expeterem? etſi nullũ nobis aliud bonum inde proueniret,vt ſcientiæ & virtutes vera animi bona,ipſumq; perficientia. Sed quod dam propter ſe expetibile eſt,& inſuper propter aliud,& eſt quod quanuis aliud nobis non afferret bonum,adhuc expeteretur,nihilo minus ſuapte natura ad aliud ordinatur, vt virtutes morales ad felicitatem actiuam,& ſcientiæ inferiores ad metaphyſicam,& tale non eſt maxime propter ſe expetibile. Aliud autem eſt propter ſe expetibile tantum,& non propter aliud, & eſt quod alterius in eodem genere conſequendi gratia vlterius non ordinatur,vt actiua felicitas in genere agibilium, & ſapientia eiuſq; contemplatio in genere contemplabilium, & tale maxime propter ſe eſt expetibile. Nunc itaque patet reſponſio,quia cum ſcientia propter ſe ſit expetibilis, qui ſcientiam propter ſe deſiderat,magis ſcientiam.magis propter ſe deſiderabit. quare & maxime ſcientiam maxime propter ſe itidem deſiderabit. At ſapiens maxime ſcientiam habet, igitur eam maxime propter ſe deſiderat,quare ſcientiam habet maxime propter ſe & ſciendi gratia expetibilem.Sexto. Sapiens ſcientiam habet principaliſſimam & maxime liberam.Patet. Nam ſcientia principaliſſima,& maxime libera eſt,quę cauſę cauſarum contemplationi inſiſtit, cuiuſq; gratia agenda ſunt ſingula. hęc enim cauſa eſt vniuſcuiuſq; omnino bonum, aut in vniuerſa natura optimum, finiſq; rerum præcipuus. At ſapiens ſcientiam habet quę cauſę cauſarum contemplationi inſiſtit,& illius inquam cauſę cuius gratia agenda ſunt ſingula, cum in vita actiua ad imitationem eius, & aſſimilationem virtutum, tum in vita contemplatiua ad eius cognitionem, igitur ſapiens habet ſcientiam principaliſſimam, & maxime liberam. Septima quæſtio. Quem ſenſuum maxime diligimus? Reſponſio. Viſum: Patet. Quia omnes homines ſcire natura deſiderant,vt oculo corporeo videre. Viſus autem maxime ſenſuum nos cognoſcere & ſcire facit,eſt enim conſequendæ ſcientiæ inſtrumentum, per ſe cognoſcere faciens, auditus autem ſolum eſt inſtrumentum ſcientię per doctrinam ab alio percipiendę,quare viſus,accommodatius eſt inſtrumentum. Præterea plures rerum differentias viſus oſtendit.nam omnia corpora colore participant. Auditus autem per ſe pauciorum, tametſi per accidens fit plurimum.igitur ſenſum viſus maxime diligimus. Octaua quæſtio. Quibus potentijs cognitiuis animalia reguntur? Reſponſio.Quędam animalia reguntur ſolo ſenſu, vt quę ſedi ſuæ mixta ſunt. quædam ſenſu & imaginatione, vt vermes. quædam vero ſenſu imaginatione, & memoria, vt bruta perfectiora, de quibus ſolis elementum huic quæſtioni reſpondens intelligitur.

Quid propter ſe expetibile.

Triplex hominũ vita.

Dicuntur enim illis potentijs animalia regi, quarum operationem exercendo ſuam ſeruant conditionem, & quam maximam poſſunt perfectionem aſſequuntur. Hominum autem triplex eſt vita.Prima factiua,qua arte viuunt,vt ſutoria, ædificatoria, & hęc infirma eſt. Altera eſt actiua,

qua ratione viuũt practica adminiſtratiua que,vt q magiſtratus gerũt,& reipublicæ habẽt adminiſtrationem,& media eſt. Tertia vero cõtẽplatiua,qua viuũt ratione theorica,ſpeculatiuaq;,& potiſſimum ſupremæ ſupramũdanęque philoſophiæ,ad q̃ omnis inferiorum contemplatio ordinatur & hæc digniſſima eſt. Viuit itaque homo aut alte aut ratione,cum actiua,tum contemplatiua.

Nona quæſtio.Quæ animalia ſunt diſciplinabilia,& quę prudentia? Animalia quidem diſciplinabilia ſunt quibus aliqua ſignificare poſſumus per quæ vſui & directioni redduntur aptiora,vt canis,equus,& cætera id genus animalia domeſtica.Prudentia autem ſunt,quæ futurorum videtur eſſe prouida,q; ſibi cõtra futura nocumẽta incõmodaque proſpiciãt,vt hirũdo,formica,aranea.Et hęc veſtigiũ habent humanæ prouidentiæ,quæ diuinæ prudẽtiæ eſt imago,ſicut illa humanæ ſcientiæ gerunt ſpeciem,quæ diuinæ itidem ſapientię eſt veſtigium. Reſpondendum eſt itaque ad quæſtionem,q; animalia quę auditum habent & memoriam,ſunt diſciplinabilia,nam ipſis aliquid ſignificare poſſumus quo vſui & directioni reddantur aptiora. Quia enim auditum habent,vocem percipere poſſunt,& quia memoriam,eius ſpeciem animo ſeruare.eſt enim auditus,diſcipling ſenſus potiſſimum ab altero percipiendę,quomodo bruta dirigi ſolũ poſſunt,igitur illa ſunt diſciplinabilia. Præterea animalia quę ſenſum & memoriam habent,ſunt futurorum prouida,igitur per diffinitionem ipſa ſunt prudentia. Et cum omnia animalia auditum & memoriam habentia etiam habeant ſenſũ & memoriam,manifeſtũ eſt õnia animalia diſciplinabilia eſſe prudentia non tamen e diuerſo.

Decima quęſtio. An ab homine ſapientia poſſideri poteſt? Reſpõſio. Ab homine in hac vita ſapientia poſſideri poteſt,nõ quidẽ illa diuina & ęterna q̃ deus eſt,& quę ſola dei poſſeſſio eſt,ſed illius verę & exẽplaris ſapiẽtię remotiſſima ſimilitudo,quę dei poſſeſſio minime dici debet,vt neque lux ſolis in aera diffunditur,ſed ſemp in ſole manens,ſuã in aere diffudit imaginẽ,ſcilicet lumẽ. Eſt itaque lux ſolis vt ſapientia ſumma dei,lumen aũt eius vt ſapientia humana,qua deũ p ſuo captu homo cognoſcit Qd autẽ obñciunt,deũ mortaliũ generi tãtum bonũ quãtũ eſt ſapiẽtia inuidere,non modo falſum,ſed impium eſt.Nam ſumma bonitas nullã ſecum admittit inuidiã,vt neque immẽſa lux tenebras.Sed cõſuetum vulgarumq; puerbium eſt poetas multa mẽtiri. Patet data reſponſio, nã philoſophi cum rerum humanarum perſpicerent effectus,vt ſolis lunæve defectum,& eorũ cauſas ignorent in admirationẽ ducti ſunt,quę quidẽ admiratio ob ignorrationẽ cauſę ipſis prouenit a qua cum ſe p viribus eximere eripereque gentauerint,vt mẽtis ĩpſectiõe,philoſophando cauſas inueſtigarũt prius ignotas,ipſorũq; admiratio in meli? cõſũmata eſt,ſcilicet in cognitionẽ aerũ ãte incognitarũ. At diuiniora cũ humanis latẽtiora ſint & ignotiora,ad mirabiliora ſunt quare magis animos mouent ad eorum naturas,proprietateſque inueſtigãdas,& magis accedũtur homines deſiderio diuinorũ cognoſcẽdorũ. Vt em̃ ignis cũ parũper ſurſũ emicuerit,nũq̃ quieſcit donec in locum ſurſũ ſimpliciter peruenerit,ita mens humana excitata diuinis nunq̃ qui eſcit,quoad diuina attigerit quod quidem oſtendit propriam animi quietem non eſſe cum rebus terrenis,ſempiternis.itaque & hæc admiratio diuinorum in melicus onſummabitur,vtpote quæſitam diuinorum perfectionem & tandem ſapientiam aſſecuti,ſecundum eam contemplantes operabimur.

¶ Cap. II.

Cauſę ſunt materia, forma,efficiens,& finis. Et infinitæ ſecundum ſpeciem cauſę dicerentur,ſi ipſarum infinitæ eſſent ſpecies. Infinitę autem ſecundum directum, ſi in vnaquaque cauſarum ſpecie ab vna in aliam,& alterius quidem naturę,ſemper ſine ſtatu procederetur:vt ſi hęc materia ex illa fieret:quę iterum(& ita ſine ſtatu)ex alia fieret:& ſi hęc forma per hanc exiſteret formam,& illa per aliã neque in vltimum decumbatur vnquam:& ſi hoc fit ab illo,& illud ab alio,nullo tandem extremo reperto:& ſi hoc huius gratia fiat quod iterum fiat alterius gratia,nullibique decumbat:cauſę & materia:& forma,& efficiens,& finis,infinitę & in infitum procedere dicerentur. ¶ Quinque a veritatis perceptione nos præpedientia:conſuetudo audiendi falſa,eruditioque non recta:recte docendi aſſentiri nolle,niſi quod dicitur,vt mathematicus demonſtret:alicui fidem non præſtare,niſi ſenſibile ſit:ſenſibile ve conſtet argumento:nulla niſi alicuius vrgẽte autoritate recipere:non poſſe niſi parua deguſtare.

Cauſæ hic eſſe ſupponuntur,cauſa materialis,formalis,efficiens,& finalis,vt & in cæteris diſciplinis.Cauſæ eſſent infinitę ſecũm ſpeciẽ,ſi ipſarũ infinitæ ſecũm multitudinem eſſent ſpecies. Dicerentur autẽ infinitæ ſecundum directum,ſi in vnaquaque cauſarum ſpecie, materia inq̃,forma efficiente,& fine,abvna in alteram alterius naturę,& ſine ſtatu fieres proceſſus.In qua diffinitiõe tria innuuntur ad infinitum ſecũm rectitudinẽ proceſſum requiſita. Primũ q; his fieri debẽt in eadẽ ſpecie manẽdo,& non trãſferẽdo ſed e materia in formam aut forma in efficientẽ.Secundũ q; procedatur ab vna ad alterã diuerſę naturę.Si enim ab vna in alteram eiuſdẽ naturę procedatur,q̃uisid ſine ſtatu fieret,nõ eſſet huiuſmodi infinitus ſecũm rectitudinẽ proceſ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſus. Tertiũ, ꝙ fiat talis ꝓgreſſio ſine ſtatu, nũq̃ ad extrema vltra quã nõ ſit alia, deueniẽdo. Sic materiæ in ſinitũ ſecũdm rectitudinem ꝓcedere dicerentur, qm̃ vna materia ex altera & alterius quidem naturæ fieret, & illa iterum ex alia, & ita ſine ſtatu, formæ autem rectitudine in ſinitũ ꝓcederent, qm̃ vna forma per alteram, & alterius ſpeciei ſubſiſteret formã, & illa iterũ per aliã, neq; ad vltimã formã vnq̃ deueniretur. Efficientes vero, ſi vnũ ab altero diuerſæ ab eo naturæ fieret, & illud rurſum ab altero, neq; extremum vnquã inueniretur efficiens quod a nullo fieret. Fines denique in infinitũ hoc pacto ꝓgrederentur, ſi vnum eſſet alterius gratia, & illud conſequẽter alterius diuerſam ab ipſo naturã habentis gratia, nunquam ad finem deueniẽdo qui amplius gratia alterius nõ eſſet. Quinq; a veritatis perceprione nos prępedientia. Primum. A veritate impeditur, qui conſuetus eſt falſa audire, & non recte eſt eruditus, vt qui ſophiſticis caprionibus & ſophiſmatibus imbuti ſunt, credentes in illis verã eſſe doctrinã, nunq̃ ad rectam diſciplinarum perueniunt intelligentiam, quod in animo errorẽ hñt impedientem veritatis perceptionem, perinde atq; conſuetus praua agere, & nõ recte a prima ætate educatus, ĩpeditur a virtutis conſecutione. Secundũ. A veritate impeditur, qui non recte vult docenti aſſentire, niſi docens quicquid dixerit demonſtret, quemadmodũ mathematicus certiſſime demonſtrat. Nec mirũ eſt eum a veritate impediri, quia & clariſſima ſcientiarũ principia ſibi petit demõſtrari, perſimiliſq; eſt ei qui nihil dicit ſe videre, & ne ipſum quidẽ ſolem, niſi accenſa candela id ei oſtendatur. Tertium. A veritatis perceptione p̃peditur, qui nulli rei fidem credulitatemq; adhibet, niſi ea ſenſibilis ſit, aut ſenſibili indicio pateat. Et is iudicium intellectus ſubiicit iudicio ſenſus & phantaſiæ, nihilque intellectu verum eſſe iudicat, niſi ꝙ ſenſus ita ſe habere iudicauerit, perſimiliſq; eſt ei qui nihil voluntate proſequi vult niſi ꝙ ſenſualis appetitus proſequendum eſſe ſuadet. Et q̃admodum is nunquam advirtutem pertinget, qm̃ voluntas debet regere appetitiuum ſenſitiuum, ita nec ille ad ſcientiam, cum intellectus ſenſui ſupereminens debeat eum corrigere vbi deficit. Quartũ. Veritati percipiendæ obſtaculũ p̃bet, qui nihil vult concedere niſi id alicuius autoritate firmatum ſit & corroboratũ. Et is veritati credit ꝓpter ſolã autoritatẽ, cũ contra autoritati credendũ ſit propter veritatẽ. Si em̃ verum non eſt quod dicitur, quanuis id author quiſpiã dixerit, recipiendum non eſt, & autoritas omnis veritati cedere debet. Et perſimilis eſt illi qui non credit ſolem eſſe lucidum, aut parietem albũ, quanuis idipſum videat, niſi ſocius ſuus cui proprio iudicio relicto in omnibus eſt credulus, id ita eſſe iudicauerit. Et per hunc quartum modum quicunque alicuius autoris dictis adeo addicti ſunt, vt nihil concedere velint niſi q̃d is aſſeruerit, & nihil negari eorum q̃ aſſeruerit, a veritate percipienda pœnitus impediũtur. Quintũ. Qui nõ niſi parua intelligere poſſunt, a percipienda veritate impediuntur, perinde atque infirmo oculo homines non potentes niſi debiles colores percipere ab excellentium viſibilium obtutu impediuntur, & qui debili ſtomacho exiſtunt, & leuia ſolum deguſtare poſſunt cibaria, a ſolidi cibi eſu præpediuntur. Et qui primo modo & quinto a veritate præpediuntur, minus culpandi ſunt, cum id eorum non proueniat vitio, ſed aut prĕceptorum aut ingenij. Qui vero ſecundo, tertio & quarto, magis quod non ſe (vt oportet) dociles & credulos exhibent, perſimiles ĩis qui oculis capti ſeipſos pervi am dirigere non poſſunt, neque ab alĩis ſe duci ſinunt. Et ſunt de tertio genere hominum quos ex Heſiodo memorat Ariſtoteles in primo libro Ethicorum cap. quarto.

Veſtiones. Quid, quot, an cauſę ſecundũ ſpeciẽ in infinitũ prodeãt an materiæ, formæ, efficientes aut fines rectitudine euadant infinitæ, an veritas ſit facilis a quo entia ſuam veritatẽ ſumunt. veritatem intelligę, q̃ entium conditionẽ importet, a quo maxime veriora entia cognoſcendi nobis adeſt difficultas quæ veritati percipiendę obſiſtunt, & quibus ad ipſam percipiendam præparemur. ¶ Elementa. Oẽs cauſas, quatuor cauſarũ ſpeciebus cõplectimur. ¶ Bifariã hoc fieri ex hoc dicitur. ¶ Primo cũ ex iperfecto fit ꝑfectum ſine gñatione: vt cum ex puero fit vir, ꝙ poſt puerũ fiat vir, ſicut ex Iſthmijs fiunt Olympia. Iſthmia em̃ ludi ſunt olim Neptuno in Peloponẽſo, ſacrati, olympia vero in honorem iouis. Secundo, cum hoc ex hoc fit ꝑ gñationem in primo modo idẽ eſt ex quo fit, & ꝙ factum eſt, & extrema ſunt ꝑfectum & imperfectum. in ſecundo autem eſſe, & non eſſe, & fit ad conſimilia reflexio, & omnium quæ ex hoc generatione prodeũt, materia eadem, q̃ gñabilium & corruptibilium ingenita atque incorruptibilis eſt (vt alias oſtendimus) & primum ſempiternum. ¶ Si formę in infinitum ſecundum rectitudinẽ prodirent formam diffinitione cõplecti nequiremus, & prior ſemper magis eſſet. Et ſi prior nõ eſſet, neque poſterior, quare ſi non eſſet prima, neque poſteriorum vlla eſſe videretur, & tolleretur ſcientia, ſcimus enim: cum ad indiuidua, inſecabiliaque deuenimus & hoc pacto infinita intelligere ĩpoſſibile eſt. ¶ Et ita eſt de efficiente. Et ſi vna eſt oĩm aliarum cauſa, ipſam eſſe primam neceſse eſt. quæ enim in medio aut citra eſt, prima eſse nõ poteſt, nã ſuis prioribus cauſa nõ erit. ¶ Conſimili modo de fi

ne. ſi eſt aliqua quæ aliarum gratia nõ ſit, ſed alię ipſius ſint gratia, aliqua prima eſt, & non prodeunt in infinitum: & nihil optimum, imo neque bonum eſſet. & ſi eſſet, nullus conaretur ad ipſum, vtpote ad quod peruenire impoſſibile foret, neque intellectus eſſet actiuus. nam ſemper in talibus hoc eſſet alterius gratia: intellectus autem practicus finem & terminum habet vbi ſiſtatur & quieſcat. ¶ Veritatem nullus ſyncere & omnino digne apprehendere poteſt, & nullus etiã omnino eius eſt exors. in floribus enim (vt prouerbio dici conſuetum eſt) quis delinquet? totum profecto facile eſt, pars autem captu difficultatem nobis affert. totũ principium. pars autẽ ex principio cognitum eſt. ¶ Vnum quodque ex vniuocis maxime omnium dicitur, quod alijs vt alia ſint cauſa exiſtit: vt ignis maxime eſt calidus, qui cauſa eſt cæteris ſẽſibilibus vt ſint calida. Ita maxime vera ſunt quę alijs cauſa ſunt vt vera ſint, & maxime omnium verum eſt, quod verorum õniũ vt vera ſint cauſa eſt. Et hęc principia veriſſima non aliquãdo ſunt, & aliquando non ſunt, ſed ſemper ſunt, nec ipſorum cauſa eſt vlla, ſed ipſa aliorum ſunt cauſa, etiam horum caducorum atque mortalium. Hinc cognoſcere promptum eſt, ſicut vnumquodque ſe habet vt ſit, ita ad veritatem ſe habere. ¶ Sicut oculi nycticoracum ſeſe habent ad lucem diei, ita intellectus noſtri ad manifeſtiſſima, optima & veriſſima naturæ entia. ¶ Quę audire conſueuimus, hæc eadem dici dignamur, admittimuſque: & conſueta nobis notiora, incõſueta vero ignotiora, & cõſuetudinem, maximam vim habere, ipſe leges oſtendunt. Singula vt materia requirit, recipienda ſunt, neque omniũ mathematica certitudo quærenda eſt. Nulli fidem præſtare, niſi ſenſu ſenſualive exemplo vincamur, parui impotentiſque ingenij indicium eſt. Et nihil recipere velle niſi alterius firmatum fuerit authoritate, quędam iudicandi impotententia eſt. Qui autem ſola parua deguſtare valẽt naturę patiũtur defectum, intellectuſque paucitatem. Ex oppoſitis ad percpiẽdã veritatem inſtrui, apparariquę licebit vt conſuetudine vera audiendi eruditione que recta. Oportet item recte docenti acquieſcere, non omnium mathematicam certitudinem expetere: ſed vnumquodque vt eius natura atque materia requirit, recipere profundæ mẽtis eſſe potẽtis iudicij, ſane atque integræ mẽtis & naturæ,

Veſtiones. Prima. Quid eſt cauſas in infinitum ſecũdum ſpeciem procedere? quid eas ſecundum rectitudinem procedere in infinitum? quid eſt materiam, formam, efficientem, finem rectitudine in infinitum euadere? Reſpondendæ ſunt diffinitiones prius poſitæ. Secunda. Quod nos a veritatis perceptione impediunt? Reſponſio. quinque ſuperius enumerata. Tertia quæſtio. An cauſæ ſecundum ſpeciem in infinitum procedunt? Reſponſio. Nõ quia omnes cauſas, quatuor cauſarum ſpeciebus complectimur, materiã, forma, efficiente, & fine. igitur cauſæ non procedunt in infinitum ſecundũ ſpeciem, quandoquidem ipſarum non ſunt infinitæ ſpecies. Quarta quæſtio quadripartita eſt. prima pars. An materiæ ſecundum rectitudinem in infinitum prodeunt? Reſponſio. Non, quia cum dupliciter vnum fiat ex altero, primo cum ex imperfecto fit perfectum ſine generatione, vt ex catello fit canis, ex puero fit vir, quia poſt puerum temporis ſucceſſione qs euadit vir, quemadmodum ex Iſthmijs fiunt Olympia. Iſthmia ludi ſunt Neptuno in Peloponẽſo celebrati, ſortiti id nominis ab Iſthmo terra mari adiacente, & gemino æquore intercepta. Olympia vero ſunt ludi olim in honorem Iouis celebrati apud Olympum montem Macedoniæ, a quo & nomen habent. At quia Neptuni minus apud gentiles erat nomen. Iouis autem maius, primum fiebant ludi Neptuno ſacri, deinde Ioui, vt in ordine illorum fieret quodammodo ſucceſſio perfectioris poſt imperfectius. Secundo. Vnum fit ex altero per generationem, vt ex ligno fit ignis, & ex ſemine oliuæ fit oliua. In ĩis quidem quę primo modo fiunt ex altero, non fit proceſſus in materijs in infinitum. Primo. Quia in ea tranſmutatione idem eſt ex quo fit. vt idem prius puer, & deinde vir, idem prius catelles, & deinde canis, non modo ſpecie, ſed & numeno. igitur in eis non proceditur ab vna materia in alteram, & alterius naturæ, quare ſecundum directum non proceditur in infinitum. Secundo. Quia huiuſce tranſmutationis determinata ſunt extrema, ſcilicet imperfectum ex quo fit, & perfectum in quod proficiſcitur. At determinatis extremis, media eſſe ĩfinita impoſſibile eſt. Igitur in his non fit progreſſio ab vna materia in alteram ſine ſtatu, neq; huiuſmodi. igitur proceſſus ſecũdũ directũ ĩfinitus eſt. In ĩis vero quæ ſecundo mõ & generatiõe fiũt ex al-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tero,etiam materiæ in infinitum non prodeunt,Primo, Quia in huiusmodi permutatione determinata sunt extrema esse inquam & non esse, igitur media non erunt infinita.quare in materiis non sine statu proceditur. Secundo.Quia in ijs quæ generatione fiunt.ad consimiles species fit reflexio,& eiusdem naturæ gignuntur res,cuius prius genitę fuerunt,vt ex homine fit homo,ex equo equus, ergo & ad consimilem materiam fit regressus.igitur nō proceditur abvna in alteram alterius naturę . Tertio.Omnium rerum naturalium quæ ex altero per generationē fiūt materia eiusdem rationis est naturæ(vt primus de generatiōe ostendit)& illa ingenita & corruptibilis esse monstrata est, generabilium & corruptibiliū omnium principiū.ergo non proceditur ab vna in alterā alterius naturę quare nec in infinitū. Secunda pars. An forme secundū rectitudinem in infinitum procedunt Responsio.Non,primo,quia si formę in infinitū secūdum rectitudinem prodirent,formam diffinitione cōplectī nō possemus. Non enim recte diffinieremus eā esse quæ dat esse rei,cum nihil daretur quod omnibus posset dare esse,prioribus enim dare esse non posset,neque infinita darētur quę vni & eidem darent esse. At manifestum est formam diffiniri posse. igitur in formis non proceditur in infinitum secundum directum.Secundo. Cum formę illę æquiuoce essent,& diuersę adinuicem naturę prior magis perfectiusque esset quā posterior,vt priorū, posteriorūque recte ordinatorum est cōditio.Et si non esset prior forma,neq; posterior, vt quę per eam habeat esse, quare si non esset prima (cum & ipsa esset prior)nec; posteriorū esset vlla. At si formę in infinitū procederent, non esset prima forma,quę per nullā aliā existeret.igitur neq; vlla posteriorū, quare nullę essent formę,aut saltē inter eas tolleretur ordo. Tertio.Si formę secundū rectū in infinitū procederent,earum tolleretur scientia.Tunc enim scimus,cum ad species indiuiduas insecabilesq; deuenimus,ad quas,posito processu in infinitum,deueniremus nunq;.Et insuper intelligentē,infinita pertransire impossibile est.igitur & infinitarum huiusmodi formarū scientia habere. Tertia quartę quęstionis pars.An causæ efficientes secundum rectitudinem in infinitū procedūt ?Responsio.Minime.Et id tribus rationibus cōsimiliter probari posset,quibus probatum est de formis.preter quas & hæc quarta adijcitur.Si vna est omnium aliarum efficiens causam ipsam esse primam efficientem necesse est. At vna est omnium aliorum efficiens causa,,optimus rerum author,opifexque mūdi.ipsam igitur esse primam necesse est,quare non fit in infinitū ,pgressio.Quæ enim in medio est causa efficiens,aut citra primā,prima esse nequit.Nā illa cū sit posterior,suis prioribus causa nō erit .Alioqui eiusdem & in eodē genere causæ idem esset causa & effectus ,vt sint datę causæ a b c d e,inter quas c causa est in medio & citra(dicitur enim causa esse citra.quæ aliam habet cām priorem)dico eā non esse primā.Nam si sit prima,omnium aliarum erit causa,quare erit causa a & b.Et cū per hypothesin in medio & citra existat habet causas priores a & b quarum est effectus,idem igitur eiusdem erit causa & effectus,imo aliqd vt a esset prius primo,& c esset prima simul,& non esset prima. Præterea c suiipsius esset causa quę sunt inconuenientia Quarta eiusdem quæstionis pars. Verum in finibus fiat secundum directum sine statu progressio?Responsio. Nequaq;.Ad quod probandum tres eędem quæ de forma adductæ sunt,adduci possunt rationes,ex parte inq; diffinitionis,conditionis priorum & posteriorum,& scientię tollendę.Præterea & tres aliæ ad idem cōprobandum adijciuntur,prima.Si est aliqua causa quæ aliarum gratia non sit,sed ōnia alia ipsius sint gratia,aliqua est prima,& non proceditur in infinitū Sed aliqua est causa quæ aliarum causa non est,sed omnes alię ipsius sunt gratia.igitur deuenitur ad vnam primam causam finalem,& non in infinitum proceditur.Secunda.Si fines in infinitum sine statu prodirent nihil esset optimum,quandoquidem dato quocunq; fine dabilis esset alter eo prior & prestantior .Finis enim præstantior est iis quæ sunt in finem.Imo neque vllū esset in natura bonū quia nihil bonum esse posset,nisi ab optimo suam accipiat bonitatem,quemadmodum nihil luminosum est nisi a lucido suscipiat lumen,a seipso enim suscipere non posset.At ab optimo nihil suā bonitatem accipere posset,cum non esset optimum igitur nullū esset bonū.Et quanuis esset aliquod natura optimum,nullus conaretur ad ipsum,quia cū infiniti essent fines,& infinita pertransire impossibile sit,impossibile esset ad ipsum peruenire,quēadmodū si summus esset gradus infra quē essēt infiniti gradus pertranseundi,nunq; quisq; ad summū illum gradū cōscendere posset,cū non valeret vnq; ifinitos illos gradus pmeare.Tertia ratio.Si fines in ifinitū secūdū rectū procederēt , null? esset itellectus actiuus,Nā intellectus actiuus finē habet & terminū in quo stat,vtpote felicitatē actiuam, sūmū agibiliū bonum.Si aūt in infinibus sine statu fieret ,pgressio ,vnusq; finis esset alterius gratia & ille rursum alterius,& ita sine termino,non esset assignandus finis optimus,in quo vltimate quiesceret intellectus,cum dato quocunque,vt felicitate,semper esset dandus vlterior.quare nullus esset intellectus actiuus. Et cum is ad contemplatiuum ordinetur , qui in optimi finis contemplatione suum constituit terminum,pari ratione neque contemplatiuus esset intellectus Si enim non sunt media ordinata in finem ,neque finis erit . quare omnis auferetur cum recta actio ,tum contemplatio.Id autem inconueniens. Quinta quæstio.An veritas sit facilis?Responsio.veritas quodāmodo captu difficilis est& quodammodo facilis.Et id intellige de veritate in disciplinis tradita,per quam Aristoteles mentem erigit ad veritatem rerum.Patet primo,quia veritatem nullus syncere & omnino digne apprehendere potest,vt neque claritatem solis perfecte intremulaque oculi acie contueri igitur veritas quodammodo (vt sol ad videndum)intellectu difficilis est. Nullus etiam omnino est veritatis exors,hoc est a perceptione veritatis penitus exclusus & alienus,vt nulli natura negata est facultas quoquo pacto solem intuendi.Siquidem cuique mentis est oculus ad veritatem percipiendam,vt corporis oculus ad colores & lucem. In foribus enim(vt trito prouerbio dicitur)qui delinquet:hoc est quis in scientiarum principijs oberrabit,qui disciplinarum sunt fores,& ostia .Igitur veritas quodammodo captu facilis est . Secundo. Totum siue principium captu facile est,quia per se & sine alterius demonstratione notum est,sicut lux videri facilis est,pars autem,siue ex principio cognitum difficultatem nobis vt capiatur affert. Nam ex alio suam debet cognitionem recipere,quemadmodum color per lumen videri , igitur veritas quodammodo facilis est , & quodammodo difficilis.Et principium disciplinę hic totum dicitur,quod æquiualenter omnes continet conclusiones,& complicet quæ per ipsum demonstrantur, perinde atque lux siue lumen in se diceretur omnes colores complecti,quos explicat,redditque visibiles . Et propositio ex principio cognita dicitur pars,quod quædā videatur esse principij quo demonstratur particula,minor quidē principio,quod per ipsum & aliæ ostendantur cōclusiones,vt albedo diceretur pars luminis, quod particularis sit color lumine conspicuus,quo quidem lumine alij itidem colores produntur, fiunteque visibiles. Sexta quęstio . A quo entia suam veritatem sumunt? Responsio . A maxime vero, cætera entia suam veritatem sumunt,non quidem capiendo veritatem pro veritate propositionū sed rerum.Patet,quia sicut ex vniuocis eiusdemque naturæ entibus id maxime omnium tale dicitur,quod alijs vt talia sint causa existit,(si enim id propter quod alterum est tale,est magis tale, id propter quod omnia sunt talia,est maxime tale,vt ignis maxīe est calidus ,qui causa est cęteris sensibilibus vt sint calida)ita in æquiuocis,imo potius,id dicitur maxime omnium tale,quod cæteris omnibus vt talia sint causa est,vt si sol omnium clarorum causa sit æquiuoca, cæterisque vt clara sint præstat,merito sol omnium clarissimus dicitur,sic & maxime verum est,quod verorum omnium vt vera sint causa est. Tunc sic formatur ratio.Ab eo quod omnibus alijs vt vera sint causa est, ergo a maxime vero omnia suam accipiunt veritatem.Et eodem modo ostendendum est a summo ente omnia suam accipere entitatem,a summo bono suam bonitatem,a maxime potente suam potestatem.Quare sicut primum ens,omnium entium principium est,ita ipsum,quia maxime verum, omnium verorum est principium,& vt summe bonum, omnium bonorum , quare etsi idem sit re ipsa maximeque vnum,tamen est diuersa ratione,ob quam quidem diuersitatem pluraliter appellantur principia.Et hæc principia non aliquando sunt & aliquando non sunt,sed semper, quemadmodum principia(quæ huiusmodi principiorum rerum remotissima sunt vestigia) non aliquando sunt vera,& aliquando falsa , sed semper vera & necessaria . Nec ipsorum principiorum rerum causa est vlla(vt neque principiorum in disciplinis)cum sint primæ causæ, sed ipsa aliorum omnium sunt causa,etiam horum caducorum atque mortalium, vt sol omnium sol lumine illustratorū causa est vt sint illuminata,non modo orbium cælestium,sed & aeris & aquæ,rerumque sensibilium.Non tamen omnia æque veritatem ab ipso maxime vero suscipiunt,sed quæ ei immediatiora sunt & propinquiora,perfectius, quæ vero mediatiora & semotiora minus. Vnumquodque enim quanto magis suæ propinquat origini.tanto quoque puriorem suam retinet naturam atq; seruat, vt lumen quanto soli vicinius est,tanto splendet illustrius,vimque mortalium transcendit oculorum,perinde atque dispositis per distantiarum aliquanta interualla speculis collateraliter , q; propinquius est exemplari,perfectiorem eius habet imaginem,minus autem perfectam,quod remotius,& euanescentem propemodum vmbratilemque habet,quod a spectante in speculis est distantissimum. Vt etiam propositiones in disciplinis propinquiores principijs,perfectius illis cognoscuntur & immediatius,remotiores autem minus. Quare vt vnumquodque se habet vt sit, ita & ad veritatem. Aequaliter enim vnumquodque distat a primo ente,& maxime vero,cum sit idem,quare quod magis,perfectiusq; est magis est verum,vt entia supramundana ipsi immediatiora & propinquiora.Et quod minus est imperfectiusque subsistit,minus itidem est verum,vt hæc sensibilia a fonte omnis entitatis veritatisque distantiora. Septima quæstio. A quo veriora naturæ entia cognoscendi nobis adest difficultas?Responsio.A nostri intellectus imbecillitate, vt difficultas percipiendi maxime visibile,non ex defectu visibilis,sed debilitate visus prouenit.Patet,quia sicut oculi nycticoracum sese habent ad lumen diei,ita intellectus nostri ad manifestissima , optima & verissima naturę entia. At quod oculi nycticoracum siue coruorum nocturnorum (quas noctuas dicunt) difficultatem habent percipiendi lucem diei,non culpa lucis prouenit,sed infirmitate oculorum. Igitur quod intellectus noster difficile admodum cognoscat verissima naturæ entia, non eorum occasione euenit,cum sint suapte natura maxime cognoscibilia, sed infirmitate nostri intellectus , qui ad eorum intelligentiam peruehi non potest,nisi interiectione visibilium, quemadmodum debilis oculus solem ferre non potest nisi iterposita manu aut velamine minuente vim radij. Octaua quæstio. Quæ veritati percipiendæ obsistunt?Responsio.Primo obsistit consuetudo audiendi falsa,eru ditioque non recta.Patet,quia quę audire consueuimus,hęc eadem dici dignamur , admittimusq;, & consueta nobis notiora,inconsueta vero ignotiora sunt . Et consuetudinem maximam vim habere,ipsæ leges ostendunt,quæ patrię consuetudines , legum habere pondus & maiestatem sinunt. Qui ergo consuetus fuerit audire falsa,illa dici permittit & falsa ei notiora erunt,vera autem ignotiora. Atqui falsa dici permittit,falsaque veris notiora recipit,a veritatis perceptione impeditur, igitur consuetudo audiendi falsa veritati percipiendę obsistit.Secundo. Recte docē ti assentire nolle,nisi quod dicit vt mathematicus demonstret,veritati percipiendę obstat. Nam singula vt materia requirit percipienda sunt,neque omnium mathematica certitudo quærenda est,atqui recte do

Universidad de Deusto
Biblioteca

centi assentire recusat,nisi docens quod dixerit vt mathematicus demonstret, non singulavt materia requirit recipit,igitur a veritate percipienda impeditur. Tertio. Nulli fidem præstare nisi sensibile sit,sensibilive constet argumento, cognoscendæ veritati impedimentum præstat. Nam nulli fidem præstare nisi sensu exemploque vincamur,parui impotentisque ingenij indicium est, sicut nihil videre posse nisi vitreis specillis adhibitis,impotentis oculi est argumentum. At paruum impotensq; ingeni, veritati percipiendæ præbet obicem, igitur & nulli fidem præstare nisi idipsum sensibile sit. Quarto nulla nisi alicuius vrgente autoritate recipere, veritati percipiendæ præbet obstaculum. Patet,quia nihil recipere velle nisi alterius autoritate firmatum fuerit,quædam iudicādi impotentia est,sicut ambulare non posse nisi baculi subsitentaculo aut innixu,quædam est impotentia inambulandi. At iudicandi impotentia,veritati percipiendæ obsistit,vt impotentia videndi,colori aut luci ꝓcipiendæ,igitur nulla recipe nisi alterius autoritate firmata fuerint, veritatē ne percipiatur impedit. Quinto. Non posse nisi parua degustare,veritati percipiendæ impedimentum præstat. Patet,quia qui sola parua degustare possunt,naturæ patiūtur defectum, intellectusque paucitatē, vt qui sola debilia videre possunt,oculi patiuntur visusque defectum. At qui naturę patiuntur defectum,intellectusque paucitatem, a veritatis perceptione impediuntur, vt qui pupillæ patiuntur defectum,& visus paucitatem,impediuntur a perceptione visibilis,igitur non posse nisi parua degustare,veritatis perceptionem impedit. Nona quæstio. Quibus ad veritatem percipiendam prepa ramur? Responsio. Quinque oppositis. Primo consuetudine vera audiendi eruditioneque recta. Patet. Nam consuetudo audiendi falsa,eruditioque non recta,veritati percipiendæ obsistit. Ergo ex opposito consuetudo vera audiēdi,& eruditio recta,ad veritatem percipiendam valet,oppositarū enim causarum oppositi sunt effectus. Secundo. Recte docenti faciliter assentiendo, quanuis quod dicit,non semper vt mathematicus demonstret,ad veritatem cognoscendam iducimur. Patet, quia ad veritatem percipiendam oportet recte docenti acquiescere, neque omnino mathematicam certitudinem expetere: sed vnum quodque vt eius natura atque materia requirit recipere. Igitur oportet veritatis cupidum recte docenti faciliter assentire, quanuis quod dicit, vt mathematicus non demonstret. Tertio. Non omnium sensum,sensualemque perceptionem requirendo, ad veritatem percipiendam iuuamur. Patet,quia ad eam cognoscendam oportet profundæ acutæque mentis esse. At profundæ mentis est ea intelligere & cognoscere quæ sensu etiam non constant, sicut parui impotentisque ingenij indicium est non credere nisi ea quæ sensu percipiuntur,igitur non omnium sensum sensualemque perceptionem requirendo,ad veritatem percipiendam instruimur. Quarto. Non omnium quæ recipienda sunt,autoritatem efflagitando,ad veritatem percipiendam recte disponimur. Patet. Nam ad eam percipiendam oportet animum potentis esse iudicij. At potentis iudicij est non semper autoritatem requirere,sicut ex opposito scli inniti autoritati, quædam iudicādi impotentia est. Igitur non omnium admittendorum autoritatem efflagitando, ad veritatē percipiendam recte disponimur. Quinto. Alia quam parua degustando,ad veritatem cognoscendam præparamur. Patet,quia ad eam deprehendendam oportet esse sanæ & integræ mentis, at sanæ & integræ mentis est,magna & captu difficilia intelligere posse,quemadmodum ex opposito,nō posse nisi parua degustare,quidem naturæ defectus,siue naturalis impotentia, & intellectus est paruitas, igitur magna & ardua mente degustando,ad veritatem dignoscendam apparamur.

¶Cap. III.

Vę disputat,sunt hæc quindecim. ¶Primum. Vnum alicuius vnius disciplinæ sit omnes causas considerare? ¶Secundum. Si plures existant, vtrum principalior sit quæ pervnū quodque generum causarum, aut quæ per plura demōstrat? ¶Tertium. Quam liceat vocare sapientiam? ¶Quartum. Vtrum quę substātiarum? ¶Quintum. Vtrum communes conceptiones,communiaque principia ad aliquam disciplinam vnam pertineant? ¶Sextum. An omnium substantiarum vna sit scientia sola,aut plures? ¶Septimum. Vtrum circa substantiam solum,aut circa substantiam & eius accidentia,eadem scientia atque contemplaria versetur? ¶Octauum. Vtrum omnes substantiæ sensibiles sint,aut ꝑter eas sint aliæ q̄dam deponendæ? Nonū. Vtrū prima genera sint prima principia? ¶Decimū. Quo pacto suscipere oporteat principia? Vndecimū. Vtrū corruptibilium & incorruptibilium eadē sint principia aut diuersa? ¶Duodecimū. Vtrū corruptibilium principia sint corruptibilia? ¶Decimūtertiū. Vtrū vnum & ens, rerū substātię sint? ¶Decimūquatum. Vtrū puncta,supficies,& corpora substantiæ sint rerū? ¶Decimumquintum. Vtrum præter sensualia sint ponendæ species?

Vindecim quęstiones quę in tertio libro disputantur,sunt hæ. Prima. Vtrum vnius disciplinę sit omnes causas considerare? Responsio. est, scilicet supremæ diuinęque philosophię,quæ prēcipue causam causarum considerat,& minus principaliter cæteras omnes,quod ad primæ causæ cognitionem perducant. Secunda. Si plures existāt disciplinæ considerantes causas,vtrum ea principalior sit quæ per vnumquodque genus causarum demonstrat,vel ea quę per plura causarum genera? Responsio. Ea quæ per vnumquodque genus causarum demonstrat,principalior est.nam maiorem demonstrandi habet certitudinem,pluribusque medijs vtitur. Vnaquęque quidem disciplina,sui generis subiecti proprias considerat causas. Tertia. Quam disciplinam liceat vocare sapientiam? Responsio. Eā quæ maxime scibilia,primas causas,& prima principia,imo primum rerum omnium principium contēplatur. Quarta. Vtrum eam licet vocare sapientia,quę est substantiarum? Responsio. Licet. Principaliter enim metaphysica substantias contemplatur,& minus principaliter accidentia. Quinta. Vtrū communes conceptiones,& communia principia ad aliquam vnam pertineant disciplinam? Responsio. Pertinent, vtpote ad sapientiam, vt post ostendetur. Sexta. Vtrum omnium substantiarum vna sit scientia sola,aut plures? Responsio. Plures. Nam substantiarum corruptibilium est naturalis philosophia,cœlestium astronomia,& intelligibilium metaphisica. Septima. Vtrum circa substantiā solum,an circa substantiam & eius accidentia,eadem scientia versetur? Responsio, Circa substantiā & eius accidentia. Nam accidentales proprietates conducunt ad substantiarum naturam cognoscendam,vt naturalis philosophia circa res naturales,ipsarū motus & mutationes obuersatur,& astronomia circa corpora cœlestia,& ipsorum lationes. Octaua. Vtrum omnes substantiæ sensibiles sint an prēter eas sint aliæ quædam ponendę? Responsio. Præter sensibiles substantias ponēdæ sunt aliæ scilicet substantię solum intelligibiles,quarum sensibiles substantiæ imagines sunt & vestigia, sicut præter sensum est intellectus,præter accidens est substantia,præter mundum sensibilem est mundus intelligibilis,prēter imaginem est exemplar. Nona. Vtrum prima genera sint prima principia? Responsio. sunt secundum materiam subiectam,vt prima genera logica sunt prima principia logica, q̄ sunt decem p̄dicamēta,& prima genera physica,scilicet materia & forma sunt prima principia physica. Decima. Quomodo suscipere oportet principia? Responsio. si dignitates sunt, sola terminorum cognitione habita admitti debent. Si vero positiones fuerint,declaratione dialectica. & inductione, similitudine,aut alia quauis persuasione sunt manifestanda. Vndecima. Vtrum corruptibilium & incorruptibilium eadem sint principia? Responsio. Non,saltem constitutiua. Nam corruptibilium principia sunt materia & forma incorruptibiliū aut actus & potētia,longe alteriu naturę & speciei. Duodecima. Vtrum corruptibilium principia sunt corruptibilia. Responsio. Vnum corruptibile est scilicet forma,alterū vero incorruptibile,scilicet materia. Decimatertia. Vtrum vnum & ens sit substantię,principiaque rerum? Responsio. Summe vnum,& summe ens,omnium rerum substātia est. & principium effectiuū,nullius constitutiuū vnū. & nō sunt & ens duo re ipsa diuersa ,sed ratiōe sola. Decima quarta. Vtrum puncta,superficies & corpora sunt substantię,& principia rerum? Responsio. Non,quia accidentia sunt. Ex accidentibus autem non constituitur substantia. Decima quinta. Vtrum præter sensualia singulariaque sensibilia sint ponendæ species & ideæ rerum vt homo idealis, & sic de alijs? Responsio. Non,Ponunt quidem ideas Platonici,eas autem negant Peripatetici & recte. Et has quæstiones Aristoteles ad vtramque partem discutit. Sed non visæ sunt eiusmodi rationes hic poni debere,quare hac breuiuscula ad eas responsione contenti abire debemus pro introductoria declaratione.

¶Cap. IIII.

Ens quod subsistit. Et horum quoddam subsistit ab altero. quoddam in altero. quoddam sub altero. quoddam ab altero. ex altero & per alterū, & alterius gratia. quoddam vero subsistit neque ab altero, in altero, sub altero, ex altero, per alterū, neq; alterius gratia: sed cætera omnia ab ipso sunt. & ipsius gratia. Et ipsum, entium principalissimum est, maxime ens, & vt ens maxime omnium subsistens. Et omnes entium modi ad ipsum reducuntur, sicut diuersi salubrium modi reducuntur ad sanitatem. ¶Tres primi firmissimi principij cōditiones. Notissimum esse debet, nō conditionale, & ꝓ quemlibet cognoscētē & cuicunque & disciplinarum accedentē habere oportet. ¶Quatuor ediuerso circa ipsū errores. Primus est ipsum demonstrare volētiū. Secundo ipsum negantium. Tertius contradictoria concedentium. Quartus, ipsa negātiū.

Ens diffinitur, est quod subsistit, siue per se, vt substantia, siue in alio, vt accdens quod sicut ęquiuoce ens dicitur, aliaque ratione quam substantia, ita & homonyme subsistere. Multiplicia autem sunt entia. Nam primo quædam sunt ab altero tanquam efficiente, vt calor ab igne. Secundo, quędam sunt in altero tāquam subiecto, vt forma & essentialis &

Universidad de Deusto
Biblioteca

accidentalis,essentialis tamen perfectius inest materiæ, quod & pars sit coessentialis, & cum ea totum compositum constituens. Tertio, quædam sunt sub altero,& ea sunt quæ altero naturæ dignitate sunt inferiora,vt omnia sub primo ente sunt,hæc quidem immediatius,illa vero mediatius,sicut omnes gradus vnius scalæ sunt sub supremo gradu.Quarto,quædam sunt ab altero, ex altero, per alterum,& alterius gratia,vt homo est ab homine, ex corpore, per animam, felicitatis consequendæ gratia.Quinto,quoddam est quod neque est ab altero,neque in altero,neque sub altero, neque ex altero,neque per alterum,neque alterius gratia,vt summum supremumque ens,a quo, sub quo,& cuius gratia sunt omnia.Et ipsum, enrium principalissimum est.nam perfectissime, sufficientissimeque subsistit sine indigentia & dependentia, & maxime est ens, cuius subsistendi modum nulla alia entia pringunt,sed citra deficiunt. Et omnes modi entium ad ipsum reducũtur, vt salubria sanitatemque conferentia ad sanitatem,imo perfectius. Nam primo salubria ad sanitatem reducuntur vt efficientia ad effectum.Entia autem omnia ad primum ens,vt effectus ad efficiens reducuntur,& quidem verius.nam hic posterius reducitur ad prius,illic vero contra. Secundo salubria ad sanitatem reducuntur vt conseruantia ad conseruatum. Omnia autem entia ediuerso referuntur ad ipsum primum ens vt conseruata ad conseruans;quare perfectius. Tertio salubria in sanitatem reducuntur, vt media ordinata in finem,ad ipsum finem, ita & omnia ad ipsum primum ens.hæc quidem vt finem præcipuum & vltimatum,illa vero vt ad finem non vltimatum. Quare iterum entia perfectius in primum ens quam salubria in sanitatem reducuntur.Et quanuis istorum odorum nõnulli re ipsa coincidant,eidemque conueniant,vt primus & tertius,primus itẽ & quartus.ratione tamen differunt,& ex eis quatuor colliguntur modi differentes & repugnantes. Primus.Entium quoddam est ab altero,sub altero,& alterius gratia,non tamen ex altero,in altero,& per alterum,vt materia non est ex alio,vt parte sua essentiali, neque in altero vt subiecto, neque per alterum vt formam. Secundus.Entium quoddam est ab altero sub altero, & alterius gratia, & in altero non tamen ex altero,neque per alterum, vt forma & substantialis & accidentalis est in subiecto,non tamen ex altero vt materia, neque per alterum tanquam formam, quia formæ non est forma,sicut neque materiæ est materia.Tertius.Entium quoddam est ab altero,sub altero,alterius gratia,ex altero,& per alterum,non tamen in altero,vt totum compositum ex altero est tanquam materia,& per alterum vt formam, non tamen in altero vt subiecto. Quare perspicuum est omnibus entibus prẽter primum hos tres conuenire subsistendi modos,scilicet ab altero,sub altero,& alterius gratia. Quartus.Entium quoddam neque est ab altero,neque in altero,neque sub altero,neque ex altero,neque per alterum,neque alterius gratia,vt supremum & præcipuum ens maxime omnium & plenissime subsistens.Tres primi & firmissimi principij cõditiones.Prima.Ipsum notissimum esse debet, (vt primum omnium lucidorum, debet esse clarissimum) quia debet esse per se manifestissimum,& cui intellectus naturali lumine clarius quam cæteris dignitatibus assentiat,perinde atque oculus suapte natura clarius dijudicat de maximo visibili quam minus visibili. Secunda Huiusmodi principium non debet esse conditionale. Vnde conditionale principium est quod solum ex conditione verum est,sublataque conditione nihil prorsus habet veritatis.vt si esset lux infinita,nihil haberet tenebrarum.Siquidem sublata conditione,falsum est lucem infinitam nullas habere tenebras,cum nulla sit lux infinita. Sic si mũdus esset infinitus,a nullo contineretur. Si calor esset infinitus,infinitæ esset virtutis,& cætera omnia corrumperet. Et alia magnum nonnunquam habent momentum ad disciplinas & analogias impossibiles. Nonnulla autem principia conditionalia videntur ob coniunctionem conditionalem eis adiunctam, non tamen sunt, quia in prædicatiuam(quam cathegoricam dicũt) & omnino assertiuam facile seruata eadem sententia cõmutantur,sublataque conditione nihilominus sunt vera,vt si ab æqualibus demas æqualia,residua sunt æqualia,in hanc resoluitur,ab æqualibus dempta æqualia,residua relinquunt æqualia. Tertia. Necesse est quemlibet cognoscentem,& cuicunque disciplinæ accedentem,ipsum primum principium habere.hoc est eius cognitis terminis illi naturali lumine intellectus assentire. Vnde specialium scientiarum dignitates habere debet is qui tales scientias vult consequi,non tamen necesse est eas habere ad alias scientias consequẽdas. At primum principium habere debet tam qui alias a metaphysica scientias vult assequi,quam qui metaphysicam.Et qui ipsum negauerit,haud minus impedietur a geometria consequenda,quam si geometriæ negasset principia. Nam sicut qui magis lucidum videre non potest,neq; minus quidem videbis vnũ,& qui non videt solem, neq; candelam, ita qui primum principium quod est notissimũ, non receperit,neq; speciales scientiarum dignitates suscipiet. At qui speciales scientiarum dignitates non admittit,non potest specialem illam scientiã consequi.Ergo qui primũ principium non concedit,non potest specialem scientiam aliquam consequi.Quatuor circa primum principium errores. Primus est ipsum demonstrare volentium,& hi imbecilli sunt animo,non potentes dijudicare inter per se notum,& per aliud. Secundus est ipsum negantium,sed ore tantum,nam mente negare non possunt,sicut qui solem intuetur,etsi ore neget se solem videre,nihilominus tamen videt. Tertius est contradictoria concedentiũ, ponentiumque duo contradictoria simul esse vera,ad quem errorem sequitur oppositum primi principij,quod idẽ simul est,& non est. Quartus est contradictoria negantium,ponentiumque duo contradictoria simul esse falsa,ad quem sequitur etiam oppositum primi principij, quod idem neque est, neque non est,quod repugnat huic primo principio,quodlibet est,vel non est.

QVestiones. Quid,quot,nonne entis vt ens est,huius scientiæ sit consideratio.nonne potius sit substantiæ.nonne accidentia etiam consideret.vnum.multa.vnius priuationem,& negationẽ: imo & omnia, substantias omnes,omniaque accidentia.an vnum ab ente diuersam nominet naturam,vtrum communes dignitates huius sint disciplinę. vtrum principiũ hoc,impossibile est idem simul esse & non esse,firmissimum sit & primum. ¶ Elementa. Entis quatenus ens est consideratio eius est disciplinę quæ supremas causas & suprema principia rimatur. ¶ Potior consideratio eius entis merito censenda est,a quo vt principio cætera pendent,& propter quod cætera sunt. Accidẽtia enim ad substantiam sese habent vt salubria ad sanitatem. Vnum & ens,eadem sunt natura,& sese vt principium & causa consequũtur:ratione tamen diuersa sũt vnum,multa,vnius negatio,priuatio,opposita sunt:oppositorum autem eadem est disciplina. Quilibet sensus vnus,omnium sui sensibilis generis specierum atque priuationum est:& quelibet scientia vna,sui generis specierum.entis autem vt ens est,species sunt eæ quę substantiæ,& quę accidentium. Idem est ens,& vnum ens vt ens homo:& vnus homo. nec vnum alicuius generatione abesse potest, neque cuiuspiam corruptione,sed simul sunt,& simul non sunt: & sicut vnumquodque p suam substantiam ens est,ita est & vnum. ¶ Communes dignitates commnunissima principia sunt,& quæ vnicuique cõmuniter vt entia sunt attribuuntur,& quibus inferiores disciplinę ad suam materiam contractis vtuntur.

QVestiones. Prima,quid est ens? Respondetur diffinitio prius data. Secunda,quot sunt modi entis? quot primi principij conditiones? quot circa ipsum sunt errores? Respondentur diuisiones prius datę. Tertia .Nonne entis vt ens est,huius scientiæ sit consideratio? Responsio.est. Nam entis quatenus ens est, consideratio eius est disciplinæ,quę supremas causas & suprema principia rimatur.igitur entis quatenus ens est,huius disciplinæ consideratio est. Quarta. Nonne consideratio huius disciplinæ potius est substantiæ? Responsio,est. Nam potior consideratio eius entis merito censenda est,a quo vt in principio cætera pendent,& propter quod cætera sunt,principalioris enim entis principalior est consideratio. At a substantia vt principio cætera vtpote accidentia pendent,quorũ substantia est productiua,& propter substantiam sunt accidentia,vt caliditas,leuitas,raritas, ignis, ad conseruationem propriamque operationem.ignis igitur consideratio potior huius disciplinæ est substantię. Quinta. Nonne hęc disciplina etiam accidentia considerat? Responsio.Etiam sed minus principaliter,& quatenus perducunt nos ad cognitionem substantiarum.Patet.nam accidentia ad substantiam se habent vt salubria ad sanitatem.sunt enim accidentia effectiua conseruatiuaque substantiarum,& media ad substantiam ordinata,sicut salubria sanitatis.At scientia considerans sanitatem,etiam considerat salubria, sanitatemque conferentia, scilicet medicina. Ergo & hęc disciplina considerans substantias, etiam considerat accidentia. Sexta quæstio. Vtrum hęc disciplina vnum consideret? Responsio. Considerat, Nam vnum & ens eadem sunt natura, & sese vt principium & causa consequuntur,quanuis ratione diuersa sint. Sicut enim omne principiũ est causa,& omnis causa principiũ,ita omne ens est vnũ,& omne vnũ est ens.ergo sicut istius disciplinæ est considerare ens,ita & vnum.Quę enim disciplina vnum eorum quæ sunt eadem natura,& se conuertibiliter consequuntur,considerat,& alterum considerabit. Septima quæstio.Nonne hęc disciplina etiam multa,vnius negationem,vniusque priuationem considerat? Respõsio.considerat. Nam vni hęc tria.scilicet multa,vnius negatio,& vnius priuatio,opposita sunt.Summe em̃ vnum omnino multitudinis est expers, & citra ipsum omnia ad multitudinem labuntur (vt numeri omnes a prima numerorum origine procedẽtes) hęc quidem minus,vt quę summe vni ꝓpinquiora sunt,& hęc magis,vt quę ab eo sunt remotiora.quod in numeris cernere quamfacillimum est. Et quanuis omnia citra summe vnum etiam vnitatis naturam retinet,& nomen ,non tamen eo modo vnum dicuntur,quo primum ens.hoc enim primo & excellentissime est vnum,alia vero,quia ipsius vestigia sũt & imagines,illiusque vnitatem participant,sicut vnitas numeralis non solum vna est, sed ab ea etiam omnis numerus vnus est, & ipsa omnem denominat atque efformat numerum, vt vnus quaternarius, quinarius. Alio tamen modo numerus est vnus, & vnitas est vna. Ita prima vnitas est vnitas simplex, rerum vero inferiorum est vnitas multiplex, aut multitudo vna. In summe vno similiter nulla est vnius negatio, sicut nec imperfectio. est enim ipsum eminenter omnia, & rerum omnium unitates in se perfectissime & exemplariter tenet sicut vnitas numeralis æquiualenter est omnes numeri,& omnes in se numeros intime complicat. At primum post ipsum, aliquantum ad vnius negationem labitur,quia alterius extremi scilicet non vnius aliquid participat; quandoquidem non est ipsum summe vnum. Et sic ad inferiora descendendo,quãto plus descendi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur & magis ad imum accedit ur extremum, tanto plus de negatione vnius, & minus de natura vnius habetur, donec ad infimum, ex oppositoque collocatum cum non ente extremum, scilicet non vnum deueniatur, quanto enim medium cuiquam extremo propius est, tanto plus illius, & minus alterius participat. Et ita de priuatione vnius dicendum. At hic negatio & priuatio non logicam dicibilium aut propositionum conditionem important, sed metaphysicam, & rerum, secundũ materiam subiectam. Igitur sicut hæc disciplina est vnius, ita & multorum, negationis vnius & priuationis. oppositorum enim est eadem disciplina. Octaua quæstio. Vtrum hæc disciplina omnia considerat, scilicet substantias omnes, & omnia accidentia? Responsio. Considerat. Primo, quia sicut se habet sensus ad sua sensibilia, & eorum priuationes, ita hæc disciplina ad ens, & entis species. vt enim sensibilia, obiecta sunt sensus, ita ens & eius species, huius disciplinæ. At quilibet sensus vnus, omnium sui generis sensibilis specierum & priuationum est. quod ex singulorum inductione facile cognoscitur. Nam visus est omnium specierum coloris (quod suum est sensibile genus) & tenebrarum & auditus omnium specierum soni, sui quidem generis sensibilis, & silentij eius priuationis. Ita olfactus omnium specierum odoris, gustus, saporis, & tactus tangibilium. igitur & hæc disciplina omnium est sui generis scibilis & subiecti, scilicet entis specierum. Ad species entis sunt eædem, quæ ipsius substantiæ & accidentium sunt species. igitur hæc disciplina omnia accidentia considerat. Secundo. Quælibet scientia vna est omnium sui generis subiecti specierum, vt logica omnium specierum argumentationis, geometria magnitudinis, & arithmetica numeri. Metaphysica autem est scientia vna, ergo & omnium sui generis subiecti (quod est ens) specierum. At species entis sunt eædem quæ ipsius substantiæ & accidentium. Intelligentiæ enim cæli, & animalia, species sunt substantiæ & substantia species entis, quare intelligentiæ cæli, & animalia sunt species entis, non quidem logicæ sed metaphysicę, quod ratione specialiori ens nominent. Similiter quantitas, qualitas, latio, sunt species accidentis, & accidens species entis. igitur quantitas qualitas & latio sunt species entis. Quicquid enim est species speciei, etiam est species generis. quare hæc disciplina omnia considerat, omnes scilicet substantias, & omnia accidentia. Nona quæstio. An vnum ab ente diuersam nominet naturam? Responsio, non. Vnde ea diuersam nominant naturam, quæ significant res diuersæ naturæ, vt homo & medicus. homo enim substantiam nominat, medicus autem medendi artem. Et eorum quædam sunt re ipsa & ratione diuersa, vt homo & lapis, quædam vero eadem re ipsa, & ratione diuersa, vt homo, & medicus. Eandem autem nominant ea quæ eandem pœnitus rem, eiusdemque naturę designant, vt ens, vnum, verum. Et illorum quædam re ipsa sunt eadem, & ratione diuersa, vt ens & vnum, quędam vero & re ipsa & ratione eadem, vt ensis & gladius. Quare quadrifida inuenitur entium ratio. Quędam enim diuersam nominant naturã, & sunt tam re quam ratione diuersa, vt homo & lapis. Quędam vero diuersam nominant naturã, & sunt re quidem eadem, sed ratione diuersa, vt homo & pictor. Quædam eandem nominant naturam, & sunt eadem re, diuersa tamen ratione, vt ens & vnum. Quædam eandem nominant naturam, & sunt tam re quam ratione eadem, vt synonyma. Patet responsio, quia quæcunque ita sese habent vt idem sint, nec vnum alteri cuiuspiam generatione abesse potest, neque alicuius corruptione, diuersam non nominant naturam, quandoquidem ea quæ diuersam nominant naturam, hanc seruant conditionem, quod vnum sine altero per alicuius acquisitionem deperditionemve esse possit, vt potest esse homo non existente medicandi arte, & cum ea parta fuerit, potest rursum obliuione deperdi manente homine. Atqui idem est ens & vnum, vt ens homo, & vnus homo, nec vnum alteri alicuius generatione abesse potest, aut cuiuspiam corruptione. sed simul sunt, & non sunt, vt cum primum aliquid est ens, protinus est vnum, & cum est vnum, itidem est ens. Ita cum quid ens esse desinit, & vnum. Et quemadmodum vnumquodque per suam substantiam ens est, ita & per suã substantiam est vnum. non enim quicquam vnum est per affectionem quandam, dispositionemve inexistentem. Igitur vnum & ens diuersam nominant naturam. Decima quæstio. An communes dignitates huius sunt disciplinæ? Responsio, sunt. Communes autem dignitates hic dicuntur non quę diuersis accommodantur scientijs, vt quæcunque sunt ęqualia vni & eidem, ea inter se sunt ęqualia, sed quę communissimam vniuersalissimamque entis rationem habent & explicant, quę quidem propter latissimum rerum quas complectuntur ambitum, vniuersalemque significantiam, communes dignitates dicuntur, & non quia in sua communitate manentia, vt mathematica principia, diuersis scientijs applicantur. communes inquam ob rationem generalissimam entis quam ex primunt, speciales vero, quod proprie & peculiariter huic disciplinæ ascisciuntur, qualia sunt hæc, quodlibet est vel non est, impossibile, est idem simul esse & non esse, quæcunque sunt eadem vni & eidem, ea inter se sunt eadem. Et hæ tanto specialium scientiarum principijs digniores sunt & perfectiores, quanto summum ipsum ens & optimum entibus inferioribus ab eo proficiscentibus ante stat. Et sicut a primo ente emanant omnia entia inferiora, ita ab his primis principijs inferiorum disciplinarum principia nascuntur. Patet responsio, quia communes dignitates, communissima principia sunt, & quę vnicuique cõmuniter vt entia sunt attribuũtur, & quibus inferiores disciplinæ ad suã materiam contractis vtuntur, vt quęcunque sunt eadem vni & eidem, illa inter se sunt eadem. Illud enim ad suam materiam ita contrahit geometria, quęcunque magnitudines vni & eidem sunt eædem, illæ inter se sunt eędem. Et hoc pacto arithmetica quicũq; numeri vni & eidem sunt ijdem, illi inter se sunt ijdem. Idem, ęquale. Et sic logica, quæcunq; dicibilia

vni & eidem tertio sunt eadem, & inter sunt eadem, Esse idem, verificari. Ita & hoc principium metaphysicum, totum est idem suis partibus simul sumptis, ita a Geometria contrahitur tota magnitudo suis partibus simul sumptis est eadem. Et ab Arithmetica, totus numerus suis partibus simul sumptis est idem, Idem, ęquale. Et a Physica, Tota res naturalis suis partibus vna coniunctis est eadem. At communissima principia, & quæ vnicuique communiter vt entia sunt attribuuntur, quibusq; inferiores disciplinæ ad suam materiam contractis vtuntur, sunt huius disciplinæ, ergo communes dignitates sunt huius disciplinę. Vndecima quæstio. Vtrum hoc principium, impossibile est idem simul esse & non esse, firmissimum sit, & primum? Responsio. est, Nam ipsum notissimum est, non conditionale, & quod quemlibet cognoscentem, & cuicunque disciplinarum accedentẽ habere oportet, igitur per prænumeratas conditiones firmissimum est, & primum.

Hæc duo & quadraginta distinguit. Cap. V.

¶Principium	xviii	Dissimile	v	Secundum quod	v
Causa	iiii.	Oppositũ	v	Secundũ se	v
Elementum	iiii	Contrariũ	v	habitus	iiii.
Natura	vi	Prius	viii.	Passio	iiii.
Necessarium	v.	posterius	viii.	Priuatio	viii.
Vnum	viii	Potestas	iiii.	Habere	iiii.
Multa	viii.	Possibile	iiii.	Ex quo	vi.
Ens	xiiii.	Impotẽtia	iiii.	Pars	v.
Ens p accidẽs	iii.	Impossibile	iiii.	Totum	iii.
Substãtia	iiii.	Quantũ	iiii.	Colobus	vii.
Idem	viii.	Quale	iiii.	Genus	iiii.
Diuersum	viii	Ad aliqd	viii.	Diuersa gne	ii
Differens	ii.	Perfectũ	iiii.	Falsum	iiii.
Simile	v.	Termin⁹	ix.	Accidens	iiii.

¶Septem modi principij. Primo terminus est vnde motus incipit. Secundo vnde vnumquodque fit optime. Tertio quod in aliquo primum generatur. Quarto a quo primo non existente aliquid fit. Quinto ad cuius electionem & arbitrium mutabilia mutantur. Sexto vnde res primũ fit nota. Septimo causa. ¶Quatuor modi causę. primo est ex quo inexistente aliquid fit. secundo species. tertio primũ mutationis effectiuum. quarto finis, & cuius gratia, sunt & alij modi qui ad lõgũ i physicis deducti sunt. ¶Quatuor modi elementi, primo est ex quo inexistente indiuisibili specie in aliam speciem, aliquid fit. secundo in quod dicunt corpora resolui vt invltimum quod quidem in alterum specie irresolubile est. tertio demonstrationis principium. quarto qd vnum & simplex, ad multa commune atque vtile est. vt vniuersale. ¶Sex modi naturę. Primo generatio est, & primo nascentis natiuitas. secundo principium primũ inexistens, ex quo aliquid generatur. tertio primum principium motus & quietis eius in quo est. quarto ex quo prius informi aliquid fit, quodque in natura formatur. quinto forma & compositio. sexto substãtia. ¶Quinque modi necessarij. primo sine quo res esse aut saluari nequit. secũdo sine quo bonum aliquod assequi, vel malum vitari nequit. tertio præter volũtatẽ violentiam inferens. est enim vis (quemadmodum dixit Empedocles (necessitas quędam. quarto quod aliter sese habere non contingit. quito proposito necessaria. ¶Octo modi vnius, qiud deducitur in vnum secũdum se, & vnum secundum accidens, primo quod continuum est, secundo quod consimile subiectum habet, atque potentiam, tertio quę eiusdem sunt generis. quarto quę eiusdem sunt speciei. quinto quæ apud mentem eandem habent intelligentiam. sexto quæ diuisionem non admitunt aut secũdũ quod huiusmodi capiuntur. septimo quę vni attribuuntur. octauo quod unam habent speciem. Sunt & modi vnius genere, specie numero: & quę ad unum genere & specie, proportione quędã dicuntur. Octo modi multorum, ex precedentibus opposito modo sumuntur. ¶Quatuordecim entis, quod diducitur in ens secundum se, & secundum accidens. decem primi modi secundum decẽ prædicamẽta sumũtur. vndecimo verum. duodecim cũ accidens de

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſubiecto dicitur. decimotertio cum ſubiectū de accidente. decimoquarto cū accidens de accidente. ¶ Tres mō entis per accidens. ij ſunt qui vltimo adducti ſunt ¶ Quatuor modi ſubſtantiæ. primo ens per ſe ſubſiſtēs, aut eius pars. Secundo forma. tertio quo deſtructo deſtruitur & totū. quarto diffinitio, Et hi modi ad ſubſtantias vniuerſales & particulares reducuntur. ¶ Octo modi eiuſdem, quod in idem ſecundum ſe, & ſecundum accidens ſecatur, qui quidem modi vt vnius modi ſumendi. vnum enim & idem ſola ratione diſſident. ¶ Octo modi diuerſi ex oppoſito vt multorum ſumuntur. ¶ Duo modi differentis. primo quæ eidem diuerſa, inter ſe aliquo modo eadem ſunt. ſecundo quicquid eſt diuerſum. ¶ Quinque modi ſimilis. primo quæ conſimili paſſione aliqua ſunt paſſa. ſecundo quæ pluribus conſimilibus. tertio quę diuerſis. quarto quę eandem ſecundum ſpeciem habent qualitatem. quinto quæ vnam plureſve earum habeant, ſecundū quas propria fiat alteratio. ¶ Quinque modi diſſimilis ex oppoſito ſumuntur. ¶ Quinq; modi oppoſitorum. primo relatiua. ſecundo priuatiua. tertio contraria. quarto cōtradictoria. vt quę ſunt inter eſſe & non eſſe, generationis extrema. quinto quęcū que de eodem verificari nequeunt. ¶ Quinque modi contrariorum. primo quæ eidem ineſſe non poſſunt genere differentia, ſecundo quę ſub eodem genere maxime diſtant. tertio quæ maxime diſtant in ſubiecto. quarto differentiæ oppoſitæ quas genus poteſtate retinet & quæ ſub illis continentur. quinto quę maxime aut genere aut ſpecie differunt, & hęc quædam ſunt actu. quędam habitu. quędam agētia, quędam paſſiua, quędam habitus atque priuatio. ¶ Octo modi prioris. primo quod loco eſt propinquius. ſecundo quod ſecundum tempus. tertio quod ſecundū motum, vt quod eſt primo mouenti propinquius. quarto quod ordine. quinto qd' poteſtate. ſexto quod cognitione. ſeptimo paſſione. octauo natura. ¶ Octo modi poſterioris ex oppoſito ſumūtur. ¶ Quatuor modi poteſtatis. primo potentia actiua. ſecundo potentia paſſiua. tertio quod ſecundum voluntatem alterum perficit. quarto naturalis potentia habitusve, quo ne in deterius labamur, defendimur. ¶ Quatuor modi poſſibilis ex p̄dictis quatuor ſumuntur. ¶ Quatuor modi impotentię, ex modis poteſtatis oppoſito modo. ¶ Quatuor modi impoſſibilis, ex poſſibilis oppoſito capiūtur. itē poſſibile & ipoſſibile vt ꝓpoſitionum ſunt paſſiones.

Haec duo & quadraginta a Philoſopho in quinto metaphyſicæ libro diſtinguntur diuerſaſque habere acceptiones declarantur. Quibus prępoſitus numerus, quo diſponuntur ordinem naturali ſerie idicat. Poſtpoſitus autem quot acceptiones habeat vnumquodque diſtinctorum, deſignat.

i	Principium	vii.	xv.	Diſſimile	v.	xxix	Secundum ꝓ	v
ii	Cauſa	iiij.	xvi.	Oppoſitum	v.	xxx	Secūdum ſe	v.
iii.	Elementum	iiii.	xvii	Contrarium	v.	xxxi	Habitus	iiii.
iiii.	Natura	vi.	xviii.	Prius	viii.	xxxii	Paſſio	iiii.
v	Neceſſarium	v.	xix.	Poſterius	viii	xxxiii	Priuatio	viii
vi	Vnum	viii	xx	Poteſtas	iiii	xxxiiii	Habere	iiii
vii	Multa	viij	xxi	Poſſibile	iiij	xxxv	Ex quo	vi
viij	Ens	xiiii	xxii	Impotentia	iiii	xxxvi	Pars	v
ix	Ens per accidēs	iii	xxiii	Impoſſibile	iiii	xxxvij	Totum	iij
x	Subſtantia	iiij	xxiiij	Quantum	iiij	xxxviii	Colobus	vii
xi	Idem	viij	xxv	Quale	iiij	xxxix	Genus	iiij
xij	Diuerſum	viij	xxvi	Ad aliquid	viij	xl	Diuerſa genere ij	
xiij	Differens	ii	xxvii	Perfectum	iiii	xli	Falſum	iiii
xiiii	Simile	v	xxviii	Terminus	ix	xlii	Accidēs	iiii

Septem modi acceptioneſque principij. Primo eſt terminus vnde motus incipit & ꝓficiſcitur, vt locus ſurſum eſt principium caſus lapidis ruentis e ſummo deorſum. Secundo. Id eſt vnde vnumquodq; fit optime, quo modo mediū in finem ordinatum quo conueniētiſſime & optime finem aſſequimur, principium eſt talis finis, vt ſanitatis aut pacis. Tertio eſt quod in aliquo primum generatur. vt forma ſubſtantialis quę primum in materia vt ſubiecto generatur. Quarto. A quo primo nō exiſtente aliquid fit, vt homo proficiens lapidem. nam ab ipſo vt primo efficiente nō exiſtente ī ꝓiecto fit ipſa proiectio. Quinto. Secundum cuius voluntatē & nutum mutabilia mutātur, vt rex hoc mō principium eſt ſubditorum, ꝓ pro regis arbitrio ſubditi mutentur, & præceptor diſcipulorū

Sexto. Vnde res primum fit nota, vt dignitates in diſciplinis, & ſuppoſitiones ex quibus demonſtrantur concluſiones. Septimo. Principium eſt cauſa, quo modo dictum eſt principium & cauſam ſe vniuerſaliter & conuerſim conſequi. Quatuor modi cauſæ. Primo eſt ex quo exiſtente aliquid fit, vt materia rerū naturalium, & aurum annuli aurei. Secundo eſt ſpecies, ſiue forma, ſiue ſubſtantialis, vt anima viuentium, ſiue accidentalis vt magitudo, albedo. Tertio. Cauſa eſt primum mutationis effectiuum, vt res naturalis efficiens, aut artifex. Quarto eſt finis & gratia cuius fit aliquid, vt conſeruatio rei cauſa eſt loci naturalis, habitatio cauſa domus. Sunt & alij modi cauſæ, vt cauſa vniuerſalis particularis, per ſe, per accidens, actualis, potentialis, qui ad longum in phyſicis ſunt declarati. Quatuor modi elementi. Primo, eſt quod cum ſit indiuiſibile in aliam ſpeciem, ex ipſo inexiſtente aliquid fit, vt materia & forma rerum naturalium. Non enim impartes eſſentiales, alterius ſpeciei diuiduntur, & ex ipſis inexiſtentibus fit res naturalis. Secundo, elementum eſt in quod corpora reſolui dicūtur, vt in vltimum, & quod in alterum ſpecie eſt irreſolubile, vt ignis, aer, aqua, terra. Nam corpora mixta ignea, aerea, aquea, terrea, in ipſa reſoluuntur, & ipſa amplius in alterius ſpeciei corpora compoſita minime reſoluuntur. Tertio, eſt demonſtrationis principium vt dignitas, aut ſuppoſitio in diſciplinis. Quarto, elementum eſt quod vnum & ſimplex ad multa commune atque vtile eſt, vt vniuerſale, ſiue in prædicando, vt animal, ſiue cauſando, vt prima cauſa. Sex modi naturæ. Primo, eſt generatio, & primo naſcentis natiuitas, & hoc modo ineſſe a natura, eſt a principio natiuitatis ineſſe. Secundo, eſt principium primum inexiſtēs, ex quo aliquid generatur, vt materia eſt natura rerum naturalium. Tertio, eſt primum principium motus & quietis eius in quo eſt, vt forma ſubſtantialis rerum naturalium. Quarto, eſt id ex quo prius informi aliquid fit, quodque in naturam formatur, vt æs eſt natura ſtatuæ, & aurum annuli. Quinto, eſt forma & compoſitio, vt vnio partium domus per colligantiam artificialem eſt natura domus. Sexto, natura eſt ſubſtantia, vt in tota naturæ ordinatione eſt vnum ſupremū, id eſt in coordinatione ſubſtantiarum. Quinque modi neceſſarij. Primo ſine quo res eſſe aut ſaluari nequit, vt deus reſpectu mundi, & forma reſpectu totius compoſiti. Secundo ſine quo aliquod bonum aſſequi, aut malū vitari nequit, vt ſtudium ad ſcientiam, & operatio ad virtutem neceſſaria eſt, Sic proiicere merces in mare ad euaſionem periculi, & reſecare membrum ad euitationem contagij, eſt neceſſariū. Tertio eſt ꝑ voluntatem violentiam inferens. Eſt em violentia (vt dixit Empedocles) quædā neceſſitas, vt ſi quis vinctus ab hoſtibus duceretur ad carcerem neceſſitate cogeretur, & lapis cū a proiciente ſurſum propellitur, neceſſitate quadam mouetur. Quarto neceſſarium eſt quod aliter ſe habere non poteſt, ſiue quod non poteſt non eſſe, vt ſupramundana. Quinto eſt propoſitio neceſſaria, quæ ſcilicet vera eſt, & falſa eſſe non poteſt. Octo modi vnius, quod diuiditur in vnum ſecundum ſe, & vnum ſecundum accidens. Vnum ſecundum ſe, vna ſubſtantia idem. Vnum ſecundū accidens, vnum accidens idem. Primo, vnum eſt quod continuum eſt, vt quantitas, qualitas, motus localis. Secundo, quod conſimile ſubiectum habet potentiamque ſubiectiuam vt res naturales omnes. Tertio, quæ ſunt eiuſdem generis, vt homo & equus ſunt eiuſdem generis, ſcilicet animalis. Et hæc dicuntur vnum genere. Quarto, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, vt Socrates & Plato hunus ſpeciei homo. Et hæc dicuntur vnum ſpeciei. Quīto, quæ apud mentem eandem habent intelligentiam, vt ſynonima, enſis, gladius, merum, vinum. Sexto. Vnum eſt quod diuiſionem non admittit, aut ſecundum quod huiuſmodi capitur, hoc eſt aut quod vt indiuiſibile cōcipitur, intelligitur ve, vt intelligentia, cælū, ꝓ natura diſtrahi diuelliq; non poteſt. Septimo, q̄ vni attribuūtur, vt ſciētiæ partiales dicūtur vna ſcientia, qa vni generi ſubiecto attribuūtur, & totus exercitus vnus, quia vni attribuitur duci. Octauo, ꝓ vnam habet ſpecie formamq; ſubſtantialē, vt res naturalis eis vna dicitur a forma ſubſtantiali. Sunt ꝑterea modi vnius gñe, ſcilicet vnū gñe generaliſſimo, & vnū genere ſubalterno. Et vnius ſpecie, ꝓ aliquid eſt vnū ſpecie ſpecialiſſima, aliud ſpecie ſubalterna, & vnius nūero, ꝓ aliqua ſunt vnū nomine, alia diffinitione, alia ꝓprio, & alia accidente, ſicut idē diuerſis dicitur modis. Sed modi vnius gñe, ad vnū gñe ꝓportione quadā reducūtur. Et modi vnius ſpecie, etiam ad vnū ſpecie reducuntur. Octo modi multorū, ex p̄dictis modis vnius per analogiā oppoſiti dicuntur. Quatuordecim modi entis, quod diuiditur in ens ſecundū ſe, & ens ſecundū accidens. Ens ſecundū ſe, ſub ſtantia idem. Ens ſecundū accidens, & accidens idē. Itaq; decem primi modi entis ſecundū decem prędicamenta ſumuntur, ſubſtantiā, quantitatē, ad aliquid, qualitatem. Primo em ſubſtantia eſt, ſecundo quantitas, tertio ad aliquid, quarto qualitas, & ita de alijs. Vndecimo. Ens ſignificat verum, quo modo dicimus, non entium, hoc eſt falſorum, non eſſe ſcientiā. Duodecimo ens dicitur, cum accidens de ſubiecto dicitur, vt homo eſt albus. Decimotertio, cum ſubiectum de accidente dicitur, vt album eſt homo. Decimoquarto, cum accidens de accidente prædicatur, vt album eſt dulce. Tres modi entis per accidēs, ſunt duodecimus, decimuſtertius, & decimuſquartus modi entis vltimo adducti. Quatuor modi ſubſtantiæ. Primo, ens per ſe ſubſiſtens, aut eius pars, vt homo, anima, corpus, caput, pes. Secundo, forma, vt anima eſt ſubſtāria reiuētis. Tertio, quo deſtructo deſtruitur totū, vt forma ſubſtantialis, & pars integralis præcipua. Quarto, diffinitio, vt genus & differentia ſunt de ſubſtantia ſpeciei. Et hi modi reducūtur ad ſubſtātias vniuerſales, & quæ vniuerſali generaliq; ratione explicantur, & ad particulares particulariq; notione deſignatas, vt corpus, homo. Octo modi eiuſdem (quod diuiditur in idem ſecundum ſe, & idem ſecundum accidens. Idem ſecundū ſe ſubſtantia. Idē ſecundum accidens, accidens) ſumendi ſunt vt modi

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnius vnam vnum & idem sola ratione differunt. Nempe ens & vnum sola ratione differunt, ita-
dem ens & idem sola discrepant ratione, idemque subiecto sunt, ergo vnum & idem vni tertio, scili-
cet enti subiecto eadem, inter se sunt eadem. Quæcunque enim vni & eidem sunt eadem, illa inter
se sunt eadem. Octo modi diuersi ex opposito modorum eiusdem sumuntur, sicut modi multo-
rum ex opposito modorum vnius. Sicut enim vnum & idem subiecto idem sunt, ita multa & di-
uersa. Si enim aliqua duo inter se sunt eadem, & eorum opposita erunt eadem. Duo modi diffe-
rentis. Primo, quæ eidem tertio diuersa, inter se aliquo modo sunt eadem, vt Socrates & Plato di-
uersi specie ab equo, inter se sunt ndem specie. Secundo, differens est quicquid ab aliquo est diuer-
sum. quare tot sunt modi differentis secundo, quot sunt modi diuersorum. Quinque modi similis.
Primo, quæ consimilia aliqua passione sunt passa, vt duo calida, aut duo alba. Secundo quæ plu-
ribus consimilibus passionibus sunt passa, vt duo quorum vtrunque album est & calidũ. Tertio,
quę diuersis specie passionibus sunt affecta, ndem tamen genere, vt duo quorum vnum album est,
& alterum dulce. Quarto, quæ eandem secundum speciem habent qualitatem, vt duo habentes lo
gicam. Quinto, quæ vnam plureſve habẽt qualitates, secundũ quas propria fiat alteratio, vt ignis
& aer similem habent caliditatem secundum quam fit propria & proprie dicta fit alteratio. Maxi-
me enim propria alteratio fit secundum has qualitates, calidum, frigidum, humidum, & siccum.
Quinque modi dissimilis ex opposito sumendi sunt. Quinque modi oppositorum. Primo relatiua,
vt pater & filius. Secundo priuatiua, vt videns & cæcum. Tertio, contraria, vt album & nigrum.
Quarto contradictoria, vt quæ sunt inter esse & non esse generationis extrema. hoc est quæ sunt
inter terminum finitum & infinitum, quibus terminis a quo incipit generatio, & in quod tendit, ex
primuntur. Nam ex igne fit non ignis, aut contra ex non igne fit ignis. Quinto, quæcunque de eodẽ
verificari nequeũt, vt disparata, homo, equus. Nam per diffinitionem de seipsis verificari non pos
sunt, quandoquidem vniuersaliter de se inuicem negantur, ergo neque de eodem tertio possunt ve
rificari. Nam quęcunque de eodem tertio verificantur, & de se inuicem verificabuntur. Quinque
modi contrariorum. Primo quæ eidem inesse non possunt, genere differentia, vt linea & scientia,
linea enim in corporeo est subiecto, scientia autem in subiecto incorporeo, & linea de genere quan-
titatis est, scientia autem de genere qualitatis. Secundo quæ sub eodem genere maxime distant,
vt albissimum & nigerrimum. Tertio quæ maxime distant in subiecto, vt album quinque graduũ,
nigrum totidem graduum, eidem existentia. Quarto differentiæ oppositæ quas genus potestate re
tinet, et quæ sub illis continentur, vt rationale & irrationabile. Eas enim genus animal potestate re
tinet. nam eas habet de se particulariter verificabiles, vt animal est rationale, animal est irrationa-
le. Et species sub illis differentrijs contentæ, vt homo & equus in idem sunt contrariæ. Quinto quæ
maxime genere aut specie differunt, vt virtus vitium, temperantia & intemperantia. Sunt enim
hæc diuersæ species, illa vero diuersa genera. Et contrariorum quædam actu sunt, scilicet quæ ac-
tum important, vt calefaciens & frigefaciens. Quædam habitu, quæ habitum denotant, vt virtus,
vitium. Quædam agentia, quæ rationem habent rctionis, vt calefactiuum, frigefactiuum. Quæ-
dam patientia, quæ passionis habent rationem, vt calefactum frigefactum. Quædam vt habitus &
priuatio, cum vnum in affirmatione est, alterum vero in negatione, vt calidum frigidum, album ni
grum, lumen tenebræ. Octo modi prioris. Primo quod loco est propinquius, vt ignis est prior cæ
lo quam aer, & secundus est prior ad primum quam tertius. Secundo quod secundum tempus est
alteri vicinius vt octogenarius est prior centenario quam vigenarius. Tertio quod secundum mo-
tum, vt quod est primo mouenti propinquius, vt si quis moueat baculum, & baculus lapidem, qui
deinde pellat aerem, baculus est prius mouens quam lapis, quia primo mouenti propinquius.
Quarto quod ordine, vt ordine naturę qui est ab imperfectis ad perfecta, elementa sunt priora mi-
neralibus, vt hæc vegetabilibus, hæc vero animalibus. Sic ordine doctrinæ, literæ sunt priores syl
labis. Quinto potestate, vt rex est prior milite, & magistratus homine priuato, quod maiorem ha
beat authoritatem. Sexto, quod cognitione alterum præcedit, hoc est sine quo aliud cognosci nõ
potest, ipsum tamen sine alio bene potest cognosci, vt principia scientiarum. Septimo passione,
vt generatio est prior corruptione, & augmẽtatio diminutione. Octauo quod natura, & est quod
ad alterum in subsistendi consequentia sequitur, quæ non conuertitur, vt animal est prius homi-
ne. Octo modi posterioris ex opposito sumuntur. Quatuor modi potestatis. Primo, potentia
actiua, vt virtus motiua aut calefactiua. Secundo, potentia passiua, vt materia susceptiua, transf
mutationũ. Tertio, quod secundum voluntatem alterum perficit, vt qui alijs præsunt, eorum
opera & studio ad vitæ honestatem dirigendis, qui & magistratus, & optimates dicuntur. Quar
to est naturalis potentia, vel habitus, quo ne in deterius labamur defendimur, vt naturales poten
tiæ ad virtutem scientiamque inclinantes, similiter & habitus virtutum, scięntiarumque. Qua-
tuor modi possibilis ex prædictis quatuor modis sumuntur. Nam possibile est denominatiuum
potentiæ, & id dicitur possibile quod habet potentiam. Modo quot modis dicitur principa-
le, tot modis dicitur & denominatiuum. Quatuor modi impotentiæ, ex modis potestatis op-
posito modo sumuntur. Nam quot modis dicitur vnum oppositorum tot modis & reliquum.
Quatuor modi impossibilis ex opposito modorum possibilis sumuntur. Capiuntur præterea
possibile & impossibile vt passiones sunt propositionum. Eticꝫ possibile, propositio quæ potest esse
vera, vt homo est sedens. Et impossibile, ꝓpositio falsa quæ vera esse nõ potest, vt homo est lapis.

QVatuor modi quanti. Primo per se quantum. Secundo per accidens secũ
dum alia prędicamenta sumptum. Tertio pluralitas. Quarto magnitu-
do, vt linea superficies, corpus. ¶ Quatuor modi qualitatis. Primo substã
tialis differentia. Secundo formæ & figurę: vt abstracta mathematica. Tertio sẽ-
sibiles passiones. Quarto affectio quæcunque ad bonum aut malũ. ¶ Octo modi
ad aliquid. Primo secundum rei essentiam: vt idem. diuersum. Secundo secundũ
numerum & magnitudinem: vt duplum & dimidium, æquale & iequale. Tertio
secundum mensurans & mensuratum: vt scientia scibile. Quarto secundum potẽ
tias, vt calefactiuum & calefactibile. Quinto secundũ qualitatẽ: vt simile & dis-
simile. Sunt enim eadẽ, quorum vna substantia est: ęqualia, quorum quantitas est
vna: similia, quorum vna est qualitas. Sexto quorum genera dicuntur ad aliquid
vt grãmatica. Septimo quorum cõcreta: vt ęqualitas & similitudo. Octauo quod
aliquod ꝑdictorum denominare contingit: vt homo, quod ei accidat posse esse du
plum. Quatuor modi ꝑfecti. Primo extra quod nihil est deficiẽs accipere, quod
suæ sit attinens essentiæ. Secũdo cui nihil deest secũdũ suũ genꝰ atq; naturã. Ter
tio cui nulla ꝑfectio deest quæ ipsum perficere nata sit. Quarto ꝙ ad finem or-
dinatur honestum. ¶ Nouem modi termini. Primo est quantitatis vltimũ. Secũ
do extra ꝙ nihil est accipere rei. Tertio infra ꝙ oia sunt rei. Quarto forma sẽsi-
bilis. Quito adqd' tẽdit motus. Sexto vnde profiscitur motus, aut ad quod eua
dit completus. Septimo finis. Octauo vniuscuiusq; actus & forma. Nono diffini
tio. ¶ Quinq; modi secũdum ꝙ. Primo speciem importat. Secũdo prioritatem.
Tertio finem. Quarto causam. Quinto locum & positionem. Quinq; modi secũ-
dũ se. primo speciem nominat, secũdo esse in aliquo. tertio esse primo. quarto nõ
esse alteram causam. quinto soli inesse. ¶ Quatuor modi habitus. Primo quidam
est partium ordo & ad se, & ad locum. secundo habere indumentum. tertio quędã
permanens affectio ad bonum vel malũ. quarto talis affectionis pars. ¶ Quatuor
modi passionis. Primo est qualitas secundum quam est alteratio. secundo talium
qualitatum alteratio. tertio eiusmodi qualitatum nocumentum atq; detrimentũ
afferentes alterationes. quarto vehementes aut gaudiorum aut tristitiarum appe
titus. ¶ Octo modi priuationis. primo si quod natum est habere, quippiam non
& si ipsum natum habere non sit. secundo quando non habet id quod secundum
se, aut suum propinquũ genus habere natum est. tertio ꝙ quid non habet, quando
natum est ipsum habere. quartum per vim ablatio. quinto quod omnino aliquid
non habet. sexto quod praue habet. septimo quod parum habet. octauo quod non
facile aut non bene habet. ¶ Quatuor modi habere primo est aliquid secundum
suam naturam ad suum impetum quicquam deducere. secundo est habere dispo-
sitionem. tertio continens habere contentum. quarto alterius impetum cohibere
¶ Sex modi ex aliquo. primo ex materia aut secundum genus, aut indiuiduã spe
ciẽ. secundo ex primo mouente. tertio ex composito & toto. quarto ex parte. quin
to ex aliquo mouente secundum partem. sexto ex priore tempore. ¶ Quinq; mo
di partis. primo quod in toto est. secundo quod aliquoties sumptum totum cõmẽ-
surat, tertio partes subiectiuæ, aut essentiales. quarto in quod resoluitur totum,
& ex quo totum cõponitur. quinto quod in alicuius diffinitione ponitur. ¶ Tres
modi totius, primo cui nulla partium ex quibus natum est constare, deficit, ab-
estq;. secundo natura multa continens. vt genꝰ, & vt integrale totum. tertio ꝙ ali
unde q̃ natura multa complectitur, & quicquid totũ dicitur. quicquid aũt trãspoſi
tione facta nõ manet idem, omne & non totum dicitur: vtõnis aqua. ¶ Septẽ ꝑ-
prietates colobi, est enim colobum atq; mutilum, cui aliqua secundũ quãtitatem
abest ꝑticula. Prima ꝑprietas, continuũ esse debet. Secunda quod ablatũ fuerit
remanẽte minus esse debet. Tertia, manere debet specie consimile. Quarta. dis-
similium denominationum partiũ esse debet. Quinta, partes illæ diuersę, non es-
sẽtiales, sed secundum quantitatẽ sumptę esse debẽt. Sexta, pars propria & substã

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiæ præcipua ablata esse non debet. Septima, non debet itẽ interior & latens esse neq; noua gñatione reparari posse. ¶ Quatuor modi generis. primo collectio generatorum consimilẽ speciem hñtium. secundo talium generatorum primũ principium. tertio passionum subiectũ. quarto quod in diffinitionib⁹ primũ obtinet locum. ¶ Duo modi diuersorum gñe. Primo quę idem subiectum primum non habent. Secundo quæ diuersorum sunt prædicamẽtorum. ¶ Quatuor modi falsi Primo eorum quę cõponi non possunt, mentis affirmatio, & quę dissolui nequeunt, negatio. Secundo quæ videri nata sunt non qualia sunt. Tertio qui intentione fallendi rationes adducit falsas. Quarto qui rationes apparentes facit, & non intẽtione fallendi. ¶ Quatuor modi accidentis. Primo ꝙ alicui inhæret. Secundo ꝙ extra semper & frequenter, & nõ ex intentione euenit. Tertio quod accidẽtaliter prædicatur. Quarto quod de alicuius substantiali diffinitione non est.

Quatuor modi quanti. Primo, per se quantum, quodq; in se quantitatem habet, vt ignis, arbor. Secundo per accidens secundũ alia prædicamenta sumptum, vt forma substantialis, caliditas, motus localis. Tertio pluralitas, vt numerus & tempus. Quarto magnitudo, vt linea, superficies, corpus. Quatuor modi qualitatis. Primo substantialis differentia vt rationale, sensibile. Secundo formæ & figuræ, vt circulus, triangulus, par, impar. Tertio sensibiles passiones, vt albedo, dulcedo. Quarto affectio quæcunq; ad bonum aut malum, siue in nata, vt naturalis potentia vel impotentia, siue acquisita, vt habitus virturis aut vitij. Octo modi ad aliquid. Primo, secundum rei essentiam, substantiamque, vt idem & diuersum. Secundo dicitur ad aliquid secundum numerum & magnitudinem, vt duplum, dimidium, æquale, inæquale. Tertio, secundum mensuram & mensuratum, vt locus locatum, continens contentum, scientia scibile. Quarto secundum potentias, vt cum vnum est actiuum, & alterum passiuum, vt calefactiuum & calefactibile. Quinto, secundum qualitatem, vt simile & dissimile. Sexto quorum genera sint ad aliquid, vt grammatica, cuius genus scientia siue disciplina, ad aliquid dicitur. Septimo, ad aliquid dicuntur quorũ concreta sunt ad aliquid, vt ęqualitas, similitudo. Octauo, ad aliquid dicitur quod ab aliquo prædictorum denominatur, vt homo dicitur aliquid quia dicitur idem, æqualis aut similis. Quatuor modi perfecti. Primo, extra quod nihil deficiens potest accipi, quod suæ sit pertinens essentiæ, vt homo omnia habens organa corporis. Secundo, cui nihil deest secundum suun genus, atque naturam, vt equus cui nihil deest ad equi naturam requisitum. Tertio, cui nulla perfectio deest quæ ipsum perficere nata sit, vt fœlix. Quarto, quod ad finem ordinatur honestum, vt operatio studiosa, ad virtutem consequendam. Nouem modi termini. Primo, est quantitatis vltimũ siue extremum, vt punctus. Secundo est extra quod nihil rei illis terminis conclusæ accipi potest, vt punctus inchoans & finiens primum pedale ligni, & vltimum, Tertio id est terminus intra quod omnia sunt rei, vt circunferentia est circuli terminus. Quarto, forma sensibilis siue actus substantialis rei naturalis, vt anima corporis animati. Quinto, ad quod tendit motus, vt terminus ad quem motus proficiscitur. Sexto, terminus est vnde proficiscitur motus, aut ad quod euadit completus, vt terminus medicationis, & ambulationis. Octauo, vnuscuiusque actus & forma substantialis siue accidentalis. Nono, diffinitio quo modo dicit Porphyrius, quorum termini sunt differentes; & ipsa esse differentia. Quinque modi secundum quod. Primo speciem importat, vt res visibilis immutat visum secundum quod colorata, hoc est secundum speciem coloris. Secundo importat prioritatẽ vt lux lumine est prior secundum quod causa eius, & ignis calore. Tertio finem importat, vt homo perfectissime viuit secundum quod deum cognoscit, amat, & memoratur. Quarto causam, vt ignis calefacit secundum quod est calidus. Quinto importat locum & positionem, vt homo in pedes erectus est secundum quod stat. Quinque modi secundum se. Primo speciem nominat, vt id secundũ se est album, quod habet albedinem. Secundo, esse in aliquo, vt id secundum se magnum est, quod est magnum magnitudine quæ est in ipso. Tertio importat esse primo, vt exterum sensibile secundum se videtur, hoc est primo. Quarto significat non esse alteram causam, vt deus est secundum se bonus. Quinto significat soli inesse, vt homo, secundum se grammaticus est. Quatuor modi habitus. Primo est quidam partium ordo & ad se, & ad locum vt situs, positioque rei. Secundo, est quod corpori ad munimentum aut ornamentum adiacet, vt tunica, calceus. Tertio est quædam permanens affectio ad bonum vel malum, vt virtus, aut vitium. Quarto est talis affectionis ad bonum vel malum pars, vt dispositio facile transiens, ad bonum vel malum acquisita. Ea enim pars est habitus tertio modo, vt albedo vnius gradus, pars est albedinis decem graduum. Quatuor modi passionis. primo est qualitas secundum quam est alteratio, vt albedo, caliditas. Secundo est talium qualitatum sensibilium alteratio, vt calefactio, frigefactio. Tertio eiusmodi qualitatum nocumentum atque detrimentum afferentes alterationes, vt calefactio in aqua affert nocumentum aquæ, & febricatio homini febre laboranti. Quarto vehementes aut gaudiorum aut tristitiarum

appetitus, vt voluptas, dolor, amor, odium, cupiditas, spes, timor. Octo modi priuationis. Primo si quippiam nõ habet id quod natum est ab aliquo haberi, q̃uis idipsum illud habere natum nõ sit, vt canis est priuatus intellectu. Secundo, id priuatum est quod non habet id quod secundum se aut suum propinquum genus habere natũ est, vt homo captus oculis, aut talpa carens visu, quẽ secdm propinquum suum genus, quod est animal, nata est habere. Tertio, quod quid non habet quando natũ est habere ipsum, vt cæcus aut surdus tẽpore determinato a natura. Quarto per vim ablatio, vt priuatio bonorum externorum, liberorum, aut membri. Quinto, quod omnino aliquid non habet, vt sonus est inuisibilis, & color inaudibilis. Sexto quod praue habet, vt tetro odore affectum dicitur odore priuatum. Septimo quod parum habet, vt quę debilem habent sonum, dicũtur sono priuari. Octauo, quod non facile, aut nõ bene habet, vt dura priuatur sectione, ꝙ nõ facile secẽtur. Quatuor modi habere. Primo, est aliquid secundum suam naturã ad suum impetum quicq̃ deducere, vt febris habet patientem, & tyrannus vrbẽ. Secundo est habere dispositionem, vt quantitatem aut qualitatem. Tertio est continens habere contentum, vt lagena vinum, & fluuius piscẽ. Quarto, est alterius imperiũ cohibere, vt magistratus habet multitudinẽ & præceptor scholasticũ. Sex modi ex aliquo. Primo ex materia secundum genus aut indiuiduã speciem, vt statua est ex ære, aut ex metallo. Secundo est aliquid esse ex primo mouente, vt pugna est ex conuitijs, ꝙ conuitia sint primum mouens pugnę. Tertio ex composito & toto, vt carmen Virgilianũ. Quid nõ mortalia pectora cogis auri sacra fames? est ex tertio Aeneidos Virgilij. Quarto est esse ex pte, vt homo ex capite. Quinto, est esse ex aliquo mouente secundum partem, vt alitio est ex animali mouente secundũ partem, vtpote animã. Sexto ex priori tempore, vt ex nocte fit dies, & ex tẽpore diei matutino fit meridies. Quinq; modi partis. Primo, quod in toto est, vt anima in homine, similiter caput & cor. Secundo, quod aliquoties sumptũ, totum cõmensurat, vt duo sunt partes duodenarij, ita & tria & quatuor. Tertio, partes subiectiuæ, aut essentiales, vt homo & equus, animalis partes sunt similiter anima & corpus sunt partes hominis. Quarto, in quod resoluitur totũ, & ex quo totum cõstituitur quo pacto materia & forma sunt partes compositi, & elementa mixtorũ. Quinto, quod in alicuius diffinitiõe ponitur, pars diffiniti dicitur, vt genus & differẽtia sunt hoc modo partes speciei. Tres modi totius. Primo, cui nulla partium ex quibus natũ est constare deficit & abest, vt homo omnibus organis corporeis integre p̃ditus. Secũdo est natura multa sub se continẽs, vt genus & totũ integrale, vt color totũ est hoc modo nã multas continet species, totũ inquã vniuersale. Et arbor ad suas partes est totũ integrale. Tertio, quod aliunde q̃ natura multa complectitur & continet, vt totum arte cõpositum multas cõtinet partes suas aliunde quã natura, nam ab arte. Et quicquid totum dicitur, transpositione artis facta manet idẽ, vt totũ æs, totum aurũ, totum metallũ. Quicquid autem transpositione facta non manet idem, omne & non totum dicitur, vt omnis aqua. Nã cũ transponitur aqua, & farinæ commiscetur pro pane conficiendo, non manet eadem secundum substãtiã ante & post. Septem proprietates colobi. Est enim colobum siue mutilum illud, cui aliqua secundũ quantitatem deest pars, ut coluber cui abscissa est caudæ pars, est mutilus. pars autem decisa minime mutila dicitur. Prima. Mutilum debet esse continuum per magnitudinẽ, quare numerus mutilus non est. Secunda, ꝙ ablatum fuerit, remanente minus esse debet. quare cauda colubri abcissa nõ est mutila, sed totius colubri residuum, mutilum dicitur & colobum. Tertia. Manere debet specie consimile. quare amoto capite animalis residuum non dicitur colobum, qui non manet eiusdẽ speciei ante ablationẽ & post. Prius enim dicebatur animal, & postea cadauer. Quarta. Dissimilium denominationũ partium esse debet, & heterogeneũ, quare elementa non sunt dicenda mutila. Quita. Partes illæ diuersæ non essentiales, sed secundũ quantitatẽ sumptæ esse debẽt, vt manus, caput, brachiũ Sexta. Pars propria & substãtiæ præcipua (sine qua scilicet totũ esse nõ potest) ablata esse non debet, vt cor, caput. alioqui non maneret ablatione facta specie consimile. Septima. Nõ debet item pars ablata interior esse, neque noua generatione reparari posse. hinc per ablationẽ hepatis aut pulmonis non dicitur homo colobus, neq; per ablationẽ carnis. nam reparatur cõsimilis caro in specie. Quatuor modi generis. Primo, est collectio gñatorum consimilem speciem habentium, vt collectio Romanorũ a Romulo. Et hæc est prima Porphyrij acceptio. Secũdo est taliũ gñatorum primũ principiũ, vt Romulus Romanorũ. Et hæc est secunda acceptio Porphyrij. Tertio est passionũ subiectũ, siue genus scibile in disciplinis. Quarto quod in diffinitionibus primum præcipuũq; habet locũ, & est magis cõmune diffinito, aut genus tertio modo Porphyrij, aut illius loco positum. Duo modi diuersorum genere. Primo, quę eidem subiectũ primum non habent, siue disciplinę, vt logica, & naturalis philosophia, siue cõpositionis, vt res naturalis, & corpus cęleste. Secũdo q̃ diuersorum sunt p̃dicamentorũ, vt homo & albedo Quatuor modi falsi. Primo est eorum q̃ componi non possunt, mentis affirmatio, & quæ dissolui vereq; negari nequeunt, negatio, vt ista mẽtalis, homo est lapis, homo non est animal. Secundo quæ videntur esse talia qualia non sunt, vt cuprũ felle tinctũ videtur aurum, & argumentatio sophistica videtur bona. Tertio qui intentione fallendi rationes adducit falsas, vt sophistici & fallaces homines. Quarto, qui rationes apparentes facit, & non intentione fallendi, vt multi philosophorum veritatem inquirentes. Quatuor modi accidentis. Primo, quod alicui inhæret, vt ipsa albedo. Secundo, quod extra semper & frequenter, & non ex intentione euenit, vt effectus casualis & fortuitus, qualis est inuentio thesauri inter fodiendum. Tertio, quod accidentaliter prædicatur, vt album, nigrum. Quarto, quod de alicuius substantiali diffinitione non est, vt propriæ passiones sunt hoc modo accidentia suorum subiectorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Cap. VI.

QVestiones. Quo a cęteris hæc disciplina differat, quo a naturali philosophia, quo a mathematica. an entis per accidens sit scientia, sciētię autem nomine, artem & prudentiam complectimur. qui modi entis. ¶Elementa. Hæc disciplina, principia & causas entium vt entia sunt considerat, aliæ autem non. hæc simpliciter quid & substantiam contemplatur, non autem aliarum est vlla, sedvnaquæque circa aliquid vnum speciale intra ens aut substantiam versatur. hęc disciplina quodammodo vniuersalis est, alię vero particulares. hinc vt illæ suum genus esse non demonstrant, quod earum finis existat: ita hic neque ens aut substantiam esse demonstrandum est. ¶Naturalis philosophia circa quoddam genus entis versatur. id enim substantia est, principium motus & quietis in se habens: & solum circa mobilia & inseparata, eius consideratio existit: omnisque eius consideratio, vt consideratio simi est. prima autem philosophia, circa ens ipsum, immobilia, & separata: & eius consideratio, vt consideratio caui existit. Cōuenit tamen naturalis philosophia cum hac supramundana, quod contemplatiua sit. Etenim omnis scientia omnisque disciplina aut contemplatiua est, quam theoricam vocant: aut actiua, quam practicam: aut factiua. quam dicunt poeticam. At vero non actiua est. nam hæc secundum electionem est, & earum quæ intra nos sunt actionum. neq; factiua, nam & hæc secundum electionem est, & earum effectionum quæ in op' extrinsecum transeunt. relinquitur itaque ipsam contemplatiuam esse. Mathematica circa vnum genus itidem entis versatur, neuevt entia sunt considerat, sed potius vt commensurabilia, atque incommensurabilia, aut aliquid huiusmodi. Conuenit tamen cum prima philosophia: quod ipsa identidem contemplatiua sit, & immobilia & tanquam separata consideret: non tamen re ipsa separabilia sunt, quemadmodū diuina illa, quæ sapientia, ideo iure theologia nominata, contemplatur. Ex his itaque liquet tres theoricas esse disciplinas, physicam, mathematicam, & sapientiam, quam theologiam nominauimus, quæ alias disciplinas & actiuas & factiuas longe antecedunt, desiderabiliores, & longe sapientia ipsa omnes antecellit, vt quę sit circa diuinum & honorabilissimū genus. ¶De ijs q̄ accidunt, nulla scientia aut contēplatiua aut actiua aut effectiua studiū curamq; adhibet. Quę accidunt, infinita esse possunt: neque causam determinatā habent. Ea siquidem sophistæ curant, qui nulla disciplinis accommoda tractant. Et cum entium quædam semper sint, quædam plurimum, quędam neque semper, neque plurimum sola ea quę semper sunt, aut plurimum, disciplinę curant. accidentia autem neque semper neque plurimum existunt. ¶Entium quoddam quod quid est, & substantia est. quoddam quantum. ad aliquid. quale. agens. patiens. quādo. vbi. situm & habitum. quoddā secundum se. quoddam secundum accidens, quoddam actu. & quoddam potentia. Item ensvno modo verum, & non ens falsum dicitur: quo pacto semper contradictoriorum alterum ens est, alterum vero nō ens, suntque ens & non ens, hoc pacto circa intellectus complexiones, & nō in rebus exteris, & quæ sint extra mentem & intellectum sitę. Sed hęc amplius determinare, alter exigitur locus, nunc autem ad ens quod quid est & substantia, aperiendum, nos conuertamus.

IN sextum librum introductio a quæstionibus auspicatur exordium Quarum prima est Quo a cæteris disciplinis hæc disciplina differt? Respōsio. Differt primo, quia hæc disciplina principia & causas entium vt entia sunt, & sub entium ratione cōsiderat. Non autem aliæ cōsiderāt res quatenus entia sunt, sed vt transmutabilia commensurabilia, proportionabilia, aut alia quauis speciali ratione. Secundo, hæc disciplina simpliciter quid & substantiam contemplatur. Non autem aliarum vlla, sed vna quæq; circa aliquod vnum speciale intra ens aut substantiam versatur, vt Logica circa verū & falsum, Geometria circa magnitudinem, Arithmetica numerum, Astronomia corpora cælestia. Tertio, quia hæc disciplina quodāmodo vniuersalis est, ob vniuersalem generis subiecti rationē, a quo vt sciētia omnis suam

sumit vnitatem, ita vniuersalitatē aut particularitatem. Aliæ vero disciplinæ ad hanc collatæ quodammodo particulares sunt, quod particularem habent eorum genera subiecta rationem, & ratione entis inferiorem. Conuenit tamen ista disciplina cum alijs, quia sicut aliæ suum genus subiectum esse non demonstrant, sed supponunt, ex eo quod genus subiectum est finis ipsarum disciplinarum, & cuius cognoscendi gratia ipsę disciplinæ ordinantur, finis autem non probatur demonstratione, nec inquiritur, sed supponitur, ita hic neque ens neque substantiam esse demonstrandum est, sed supponendum, quod ens huius disciplinæ genus sit subiectum. Secunda quæstio. Quo hæc disciplina a naturali philosophia differt? Responsio. Primo differt, quia naturalis philosophia circa quoddam genus entis versatur, quod quidem est substantia principium sui motus & quietis in se habens, metaphysica vero circa ens ipsum. Secundo. Quia solum circa mobilia & inseparata, id est tum re cum ratione materiæ coniuncta, ipsius philosophiæ naturalis consideratio existit. Prima autem philosophia, circa omnino immobilia, & per se & per accidens, omninoque separata & re & ratione, existit. Tertio. Omnis philosophiæ naturalis consideratio est vt consideratio simi, quod materiam dicit, scilicet nasum, & formam, scilicet cauum, quod philosophia naturalis deformis considerat quatenus materiæ coniunctæ sunt. Primæ autem philosophiæ consideratio est, vt consideratio caui, quod formam importat rationē a materia sensibili abstractam. Nēpe metaphysicæ consideratio de abstractis est non modo ratione sola, vt cauum, verum etiam re ipsa. Conuenit tamen naturalis philosophia cum hac supramundana, quia vt supramundana philosophia contemplatiua est, ita & naturalis philosophia. Quod hac ratione constabit. Omnis scientia, omnisque disciplina (nomen scientiæ ad omnem virtutem intellectualem, tum contemplatiuam, tum actiuam tum factiuam extendendo) aut est contemplatiua, quam Gręci theoricā nominant, aut actiua, quā dicunt practicam, aut factiua, quam dicunt poeticam, vt sextus Ethicorum liber planius ostendit. At vero philosophia naturalis, actiua non est. Nam scientia omnis actiua secundum electionem est & earum quæ intra nos sunt actionum, naturalis autem philosophia secundum electionem nō est, neque earum actionum quæ sunt intra nos. non est igitur naturalis philosophia, actiua. Neque itidem est factiua. nam omnis scientia factiua, etiam secundum electionem est, & earum effectionum quæ in opus extrinsecum transeunt. Atqui naturalis philosophia, neque secundum electionem est, neque earum est effectionum quæ in opus extrinsecum transeunt. non est igitur factiua. Et manifestum est philosophiam naturalē, scientiam esse & disciplinā. Relinquitur igitur a sufficienti diuisione ipsam esse contemplatiuam. Tertia quæstio. Quo hæc disciplina a mathematica differt? Responsio. Differt. Primo, quia mathematica circa vnum genus entis versatur, quod est quantitas, metaphysica vero circa ens ipsum. Secūdo, quia mathematica, ea quæ determinat, nō vt entia sunt cōsiderat, sed potius vt commensurabilia atque incommensurabilia, aut aliquid huiusmodi. Metaphysica vero, entia vt entia sunt considerat. Conuenit tamen primo mahematica cum sapientia, quod sicut ipsa metaphysica contemplatiua est, ita & mathematica, quod eadem ratione, vt de philosophia naturali modo deductum est ostendi posset. Secundo, quia vt metaphysica mobilia & separata considerat, ita & mathematica, hæc quidem ratione sola separata, illa vero & re & ratione seiūcta. Siquidem ea quæ considerat mathematica, re ipsa separabilia nō sunt, sed materiæ sensibili addicta. Ea vero quæ diuina sapientia (& idcirco Gręco nomine recte theologia nominata cōsiderat, re ipsa prorsus separata sunt, & pœnitus immobilia. Magnitudines enim vt a mathematico cōsiderantur, ratione quidem a motu abstrahuntur, circa eas tamen, motus, augmentatio, diminutio, rarefactio, & condensatio fieri possunt. Ex his itaque constat tres theoricas contemplatiuasque de rebus esse disciplinas, physicam, mathematicam, & metaphysicam, quam & sapientiam & theologiam ante nominauimus. Quæ quidem tres cęteris multo desiderabiliores, & magis expeti dignæ, alias disciplinas & actiuas & factiuas longe dignitate antecedunt. Et longe sapientia ipsa omnes etiam contemplatiuas antecellit, vt quæ sit circa primum & honorabilissimum genus scibile. Nempe ea primum supremumque ens, superexcellens & super perfectum considerat. Scientiæ autem ob materiæ subiectæ præstantiam & nobilitatem, vna quam altera honorabiliores sunt.

Quarta quæstio. An entis per accidens sit scientia, scientiæ nomine artem simul & prudentiam intelligendo? Responsio, non. Primo, quia de ijs quæ accidunt, quæque raro, sed neque a natura, neq; intentione determinata eueniunt, nulla scientia contemplatiua studium curamque adhibet, neque actiua, nec denique factiua. ergo de eis nulla scientia studiū curāq; adhibet. Entis igitur per accidēs non est scientia. Secundo. Quæ accidunt, infinita, numeroque indeterminata esse possunt. Nam ex vna causa per accidens infiniti & incerti numero effectus possunt euenire, vt ex ambulatione ad forum inuentio debitoris, inuentio pecunię perditæ, inuentio partis, vulneratio a lapide decidendæ, & ita de alijs. Neque causas habent determinatas. namvnus casualis aut fortuitus effectus ex infinitis & numero quidem indeterminatis causis accidere potest, vt inuentio debitoris ex profectiōe ad forū cōparandi victus gratia, ex deambulatione animi laxandi gratia, ex fuga aduersariī persequentis, ex persecutione inimici fugientis, ex motu ad videnda spectacula. Infinitorū aūt, & quæ causas indeterminatas habent, non est scientia. igitur entis per accidens non est scientia. Tertio. Entia per accidens sophistæ curant, quæ ppria, & quæ per se sunt, reijciūt. At sophistæ nulla disciplinis accōmoda conueniētiaq; tractāt, sed ea solū quę a disciplinis reiecta sunt, nullūq; ad doctrinā habēt momentum. Igitur entis p accidens non est scientia. Quarto. Entium q̄dam semper sunt, vt supramun

Universidad de Deusto
Biblioteca

dana, & orbium cœlestium lationes. Quædam plurimum sunt, & frequenter eueniunt, vt pluuia in hyeme, tonitruũ in ęstate. Quædã denicq; neque semper neq; frequenter eueniunt, sed raro admodũ, vt quæ a casu aut fortuna contigunt. Hac supposita diuisione, sic formatur ratio. Sola ea quæ semper sunt aut plurimum, disciplinæ curant. Accidentia autem (capiendo secundo modo superius posito accidens) neque semper, neque plurimum existunt, sed raro. Igitur eorum non est scientia.
Quinta quæstio. Qui modi entis? Responsio. Entium quoddam quod quid est, & substantia, vt homo. quoddam quantum, vt bicubitum. quoddam ad aliquid, vt duplum. quoddam qualitas, vt albedo. quoddam actio, vt calefacere. quoddam passio, vt calefieri. aliquod est quando, vt esse in die. aliquod vbi, vt esse in aere. quoddam situm, vt sedens, iacens. quoddam habitum, vt tunicatum, calceatum. Præterea quoddam ens est secundum se siue substantia, quoddam secundum accidens siue accidens, quoddam actu, vt equus nunc viuens, quoddam potentia, vt equus cras nasciturus. Præterea ens vno modo verum est, & propositio vera, & non ens falsum, siue propositio falsa, quo pacto dicitur vnum contradictoriorum semper ens, & alterum non ens, hoc est vna contradictoriarum semper vera est, & altera falsa. Et ens & non ens, hoc modo circa intellectus complexiones, affirmationem scilicet & negationem consistunt, siquidem circa compositionem & diuisionem intellectus consistit veritas & falsitas. Neque ponendum est hoc modo verum & falsum in rebus exteris, & quæ sunt extra mentem. Vera quidem propositio mentis dicitur, quæ in re habet respondentiam, & ita enunciat sicut sese res habet, & falsa quæ non habet respondentiam in re, & secus ac res est enunciat, perinde atque imago vera dicitur, quæ suo respondet extero exemplari, & falsa, quæ non respondet. Vocalis autem & scripta propositio vera dicitur ex eo quod exprimit mentalẽ veram, & falsa quod explicat exteriusq; profert mẽtalem falsam. Perinde atq; vrina sana dicitur, quæ sanitatis signa præ se fert, & ægra, quę indicat ægritudinem. Sed ad hęc amplius determinanda, alter exigitur locus, nunc ad substantiæ naturã aperiendam nos conuertamus oportet.

¶ In sex primos metaphysicos Aristotelis libros introductionis, finis,

In Dialogos introductionis

metaphysicæ declaratorios, Iacobi Fabri Stapulensis præfatio.

INterrogasti me, doctissime Germane, cur per dialogos, & non potius oratione perpetuo discurrente, commentarios tibi dicatos composuerim. Hãc orationem accipe. Ad hoc faciendum, honestus adolescens Guillermus Gonterius qui me per Italicam oram comitatus multa officia præstitit, facile induxit. Si ita feceris, inquit, admonebis qui docturi erunt, quo pacto interrogare debeant, interrogataq; docere, & simul vtiliter discipulo consules, & docenti. Admonuit me præterea legentes cõmonefacere, fronti præfixam isagogen, quo facile memoriæ mandetur, in artificio esse constitutam, & quęstiones, ordinem serieq; prædicamentorũ sequi & affirmatiuas q̃stiones per an, & nunquid, respõsionem exigere negatiuã, & contra negatiuas, affirmatiuã: & earũ dilutiones ꝓpriis elementis suo ordine paragraphis distinctis, esse quærendas. Atque vos ita estote moniti, & quicunq; docẽdi munus prouiciamq; assumet, se putet Theoreticũ: quicũq; vero probus adolescẽs docebitur, se Neaniã putet, aut putet Eutycherũ.

¶ Dialogorum Metaphysicę introductionis, notæ.

¶ Acromatica, auscultatoria, ꝙ nõ passim omnes, sed selecti pauci ad Metaphysicorũ auditionem admittebantur. ¶ Antichthona, terra terræ cõtraposita. ¶ Singula, singularia. ¶ Architectus, qui ędificandi scientiam habet, qua cæteros ad artis opera dirigit. ¶ Nos scientiæ nomen ad habitus tũ actiuos, tũ factiuos (qui sunt prudentia & ars) hoc in loco extendimus. ¶ Archetypus, exemplaris.

¶ IACOBI FABRI STAPVLENSIS IN introductionem Metapysicorum Aristotelis, commentarij per dialogos digesti. Quorum primi interlocutores sunt Theoreticus metaphysicus, Neanias adolescens.

Theoreticus.

Vid libri, o dulcis Neania, nunc in manibus tenes? ne. Est nescio quid o Theoretice forte (vt aiunt) min⁹ minimo. tolle hunc ipsum, si placet, atque introspice: hunc mihi nunc vnus meorum æqualium e literarum ludo reuertenti obuiã factus obtulit, neque satis sententiam teneo. The. Introductio quædam esse videtur in acroamaticam Aristotelis philosophi sapientiam. Ne. Ita certe (recordor) qui mihi ipsum obtulit, titulum pronunciabat. The. Sed o præclaræ indolis Neania tam pręclarum nomen (dico sapientiam) minime abs te excidere debuisset. Sed quid etiam si ipsius aliquid intelligeres, optares ne? Ne. Maxime & opportune nunc quidem. nam hac ipsa hora ludus vacat, cæterique mei coęquales alicui nunc honesto otio indulgent. Si autem minus tibi molestũ esset, o sapientissime Theoretice (talem enim te fama autumat) ruditatem meam informare, mededo ad q̃cunque voles paratissimum. The. Probe adolescẽs, qui possim? libellũ haudquaq̃ euolui. Ego vero si vel in cursu trãsegissem, & me id posse sentirem, mihi tecum gratissimus suscipiendus esset iste labor. Ne. Equidem credo, etsi nondum totum euolueris, te id vel q̃ maxime posse. The. Quia igitur te sic affectum video, teque id vehementer exoptare, quid possim experiemur. Attende igitur, aliqñ pręclarius a tuo præceptore auditurus, & q̃ minus in otio, & pro hac nr̃a, cum alterius negotij vacui simus, communi recreatione expediuerimus, hęc oia plenius qui te curãt sapiẽtes tui præceptores te alias informabũt. ¶ Nũc abs te scisciror: quid existimas hęc vocabula sex, sapientia, causa, disputatio, ens, distinctio, cõparatio, fronti adiecta, sibi prætendere velle? Ne. Etiam id a te doceri cupio. The. Nihil o Neania, nsi materiam, qua sex primos suę auscultatorię sapientię libros Aristoteles digessit. primus siquidem est de sapiẽtia. Secundus de causis, ꝙ i infinitum non prodeant, sed ipsarum oim vna sit prima. Tertius disputat. Quartus entis naturam edoces, quodque omnia ad vnum maxime ens, pinde atque omnes causę ad vnam primam & maxime causam sint reducẽda. Quintus quoties complura illic contẽta vocabula dicãtur, distinguit. Sextus sapiẽtiam ad inferiore disciplinas, tum naturalẽ philosophiam, tum mathematicã comparat.
2 Ne. Satis mihi videor sex prępositorum vocabulorũ rationẽ tenere. ¶ The. Mox sapiẽtiam ipsam finit, ꝙ sit quę maxime scibilia, primas causas, & prima pricipia contemplatur: cuius hunc intellectum esse putes. Sapiẽtia est eorum quę in natura sunt honorabilissima entia, intellectus pariter & sciẽtia. Ne. Hanc ego dignissime vir quã subiungis interpretationẽ me audiuisse recordor ab Agatho & Aristo viris admodũ bonis, & i morum disciplina eruditis. Arbitror ergo in hac finitione, maxime scibilia, propter sciẽtiam metaphysicam appositum fuisse: & deinde subiunctum primas causas, & pima principia, propter intellectum metaphysicum. The. Recte sentis. deinde finit, vt vides, quæ prima pricipia & primas causas hic vocet, quid sapiẽs, & sapiẽtiam, & sapiens interpretatur, seque sapientis adiungit conditiones. ¶ Ne. Sed cum dicis, qui hanc sapiẽtiam possidet, an aliquid
3 singulare denotes, indiuidueve demonstres quicquam. The. Parua sunt quæ petis, o dulcis Neania. Audisti ne quę in diffinitionibus vniuersalia signa videtur, non esse vniuersalia, & quæ singularia videntur, itidẽ neq; esse singularia, quãdo quidẽ omnis diffinitio sit vniuersalium: maximaq; circa diffinitiones cura sanaque intelligentia adhibenda sit. Ne. Audiueram equidẽ: sed ita sum fluxabilisq; memoria, vt iam e mẽte lapsum excidisset. The. Hanc itaque possidere sapiẽtiã est possidere sapiẽtiam in ea ipsa significatione qua nunc diffinitam audiuisti. alias quascunque significationes, ne cura, nec te deturbent. Deinde quęstiones format, quarum quidẽ quarundam pręcedunt elemẽta, quarundam etiam subsequũ
4 tur. Elemẽta voco pricipia. Sed te iã interrogo. ¶ Quid. Ne. Nescio q̃d huic tuæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quęstioni respōdere debeā. The. Non iniuria ,pfecto. nam q̃stio quęrit quæcūq; prius diffinita fuerunt, diffinitionesq; prēmissę hanc absoluunt quęstionē, suntq; nobis elemēta. Sed nunc serio tepercontor. Quid sapiētia? Ne. Haud dubito esse respondendum, eam ipsam esse quæ maxime scibilia, primas causas, & pria principia contēpletur. Quod si mihi peteres hanc explicare, protinus subiungerē, sapientiā intellectum esse & sciētiam eorum quæ in natura sunt honorabilissima. 5
The. Docte quidē. Quæ primę causę, & prima principia? Ne. Sup̃ma illa & honorabilissima in natura entia. The. Probe iterum. Sunt em̃ illa venerandissima mundi intelligibilis entia, & illius fœlicissimæ lucidę regionis, cuius terram oculis mortaliū intueri concessum est. Eorum em̃ terra, cælum ipsum est oīm eorum q̃ ipsum inhabitant, infimum: & ita ad illa beatissima & optima entia sese hn̄s, vt terra hęc nostra & nr̄is pedib⁹ subdita ad nos sese habet. Ad quam diuinā antichthonam cum mortales oculos conuertimus, nos in suspiria trahit huius tam lucidæ tāq; fœlicis regionis desiderio, quę aliqn̄ o amice Neania si recte in hac turbulenta & inferiori regione viuimus, nostra regio futura est. Cuius si terra tam lucida, miriq; decoris inspicitur: quales arbitraris, o amice, illius regionis īcolas? Ne. Arbitror mirę, haud dicibilis, incogitabilisq; pulchritudinis. The. Et bonitatis 6
quidē & sapientiæ. ¶ Sed tu modo dic, quomō sapientiam ipsam interpretabere? Ne. Metaphysicam primam supremam, diuinam, supramūdanamq; philosophiam. The. Potius metaphysicam interpretare, supranaturalē, supramundanamq; philosophiā. ¶ Quid sapiens? Ne. Is est q vt pauloāte diffinita est possidet sapiētiā. The. Sane. ¶ Sed quo pacto interp̃taris sapiēs? Ne. Metaphysicū primū, su 7
premū, diuinum, supramundanūque philosophū, aut potius, vt tibi placet, meta- 8
physicū interp̃tor, supranaturalē, supramundanūque philosophum. The. Erudite quidem, eorum, quodlibet sapiens interpretatur. Sed vellem aliquod eorū quę diximus, mihi demōstrares. Ne. Non audeo dicere te, me fallerevelle, cū id opus officiūque minime sapientis sit, sed me potius ,pbas, an cum male tenaci sim memoria, vt dicebā, id a me iam exciderit q̃ a te dictum audiui, hęc esse principia. The. Non abs re respondes. Nam cum principiorū alia non sint principia, videtur nihil eorū q̃ tractauimus, demōstrari posse, & interp̃tationes ipsę ad diffinitiones q̃ principia sunt, reduci videntur. Tibi ne ita esse videtur? Ne. Videtur oīno. ¶ The. Dic quot sapientis cōditiones? Ne. Ita ne respondendū esse censes, sex esse? Sapientem scilicet maxime oīa scire vt contigit: difficilima cognoscere. Sciē 9
tiam nactū esse certissimam. Circa scientiam oēm causas assignare posse. Scientiam maxie propter se sciendique gr̄a expetibilem habere item & scientiam principalissimā & maxie liberam. The. Ita respondendum? Ne. Certe. ¶ Sed mihi 10
complures relictæ esse videntur vt cęteris præesse & principari ad commune bonum dirigere, leges condere, & conitas exequi curare, tales ego audiui, maxie sapientes vocari. The. Haud satis attendisti dictum fuisse eam solam sapientię significantiam nos curare oportere, qua diffinita est intellectum & scientiam earū rerū esse q̃ honorabilissimæ sunt in natura. imo vero nihil aliud iterum esse dico. nisi summorū rerum prīcipiorū, & æternarum rerum omnium rōnum cognitionem, & illius sapientiæ, aut potius hac sapientia præditi sapiētis conditiones sex adduxisti. Et quas vlterius assignasti, non ipsius vere sapiētis, sed ciuilis facultatis periti existunt. Qui si dicatur sapiens, & statuarius Polycletus sapiens, nihil hic talem sapientiam curam⁹. ¶ Sed forte tibi nō abs re obrepit difficultas: si hęc 11
ipsa non sint sapientis officia, & fortiter, & temperate, & magnifice, & magnanime agere, aliosque ad ita viuendum dirigere, dubitas forte, an ergo malus sapiēs esse possit? Ne. Dubito plane. The. Hæc profecto officia, non a sapientia, sed fortitudine, temperantia, magnificetia, magnanimitate, atque iustitia proficiscūtur veruntn̄ non īmerito dubitas, dic age, putas ne corpus ægrū optimas eius operationes habere, ipsasq; efficere posse? Ne. Non puto. The. Putas malitiam omnē

vt timiditatē, intēperantiam. pusillitatē, pusillanimitatē, & iniustitiam, quandam esse aī ęgritudinem? Ne. Puto. The. Si itaq; ita mentis ęgritudo ad mentē, vt corporis ægritudo ad corpus sese habeat: malus, vt timidus, intēperatus, paruificus, pusillanimus, & iniustus, minime optimam mentis operationem faciet, nam mēte ægrotat. Ne. Ita est. The. Site p.rcontor, quis optimus oculi sit habitus, quid respondebis? Ne. Optima oculi sanitas. The. Quid si te rogo, q̃ eius optima sit operatio? Ne. Visio opitmi visibilis, arbitror id esse. The Verū dicis vt solis. Sed quem dices optimum mētis habitum? Ne. Sapiētiam. The. Quamoptimā mentis operationem? Ne. Contēplationē. The. Verum dicis, optimi cōtēplabilis, malus igr̄ haudquaq̃ contēplari poterit optimū maximūq; contemplabile, vt neq; oculus ęger optimū maximūquvisibile sustinere. Ne. Ita videtur. The. Vide igr̄ quo me tua quæstione perduxeres, quove a proposito sim digressus. Ex hac tamē digressione vtilitatē tibi cape. Enittere igr̄ quantacunque potes mentis valitudinem tibi parare, vt sapiēs efficiaris. Oēs certe citra sapientiam ipsam bonæ mentis affectiones, vt cæterę virtutes omnes ad ipsam quędam prępara menta dispositionesque esse dn̄t, & haud secus ad ipsam tēdere, atque oīs corporis harmonia
12 tēperamentumque in sanitatē, optimumque corporis habitū. Sed cætera eo quo cœpimus mō discurramus. ¶ Vter, expertus non artifex, an artifex non expert⁹ certius operetur? Ne. Expertus non artifex artifice nō experto certius operatur. The. Id pande. Ne. Verum id mihi p⁹tius pandas, sic forte prōptiorē ad reliquorum perquirenda applicandaque elelemnta me reddideris. The. Haud male sentis: huius rei elemēta sunt hęc, experientiam singularium esse, actus & operationes circa singulos versari: arte vero esse vniuersalium. Responde ergo nunc. Experientia singularium est. Ne. Concedo. The. & actus operationesque circa singularia sunt. Ne. & id concedo. The. Ars aūt est vniuersalium. Ne. Est. the. Rursus expertus non artifex experimētum habet: nam expertus est. Ne. Habet. the. Artifex aūt non expertus minime habet experimentum (nā esset expertus) sed solam circa vniuersalia cognitionē. Ne. Ita est. the. Expertus igitur non artifex experiētiam hn̄s quę est ad operandum circa singularia, certus operabitur ipso artifice non experto non hn̄te hmōi præsidiū ad operandum circa singularia. Ne. Ita esse oporre. the. Percipis ne hinc fieri, vt qui rōnē hn̄t, vniuersaleque sine experimento cognoscunt, circa opus sępius oberrare contingere, cū singularia ignorent? Ne. Ego quidē non satis. The. Quō? Ne. Nam didici ex singularibus sens⁹, nobis memoriam aggenerari, ex memorijs experimentum, experimētum autē mentis vniuersale sequi. q̃ artis futurum sit principium. Qui igitur fiet vt quis artem habeat, & si artem, vniuersale eius principium, & tamen non habeat experimētum? Itaq; modo non mihi videtur quispiam vniuersale cognoscēs sine experimento, imo neq; artem omnino sine experimento haberi posse. The. falsum ergo arbitraris præsuppositum, aliquē scilicet artificem esse, & nō expertum. ne. Idipsum. The. O amice Neania bifariam artē aliquam non acquirere contingit. Vno modo per propriam inuentionē: vt si quem aspis percusserit, qui protinus epoto aceto se inde effectum sanum cognouerit, deinde cōpluribus alijs simili periculo detentis, semper & sępius eodem medicamine succurrit, talis profectovniuersalis cognitionē habet, q̃ oīs aspide ,pcussus, aceto sumpto leuetur. Et qui hoc pacto in vniuersalis artisq; cognitionem deuenerit, ipsum experimentum habere necesse est. ¶ Alero autem modo vniuersalis & artis cognitionem alio docente nancisciмur. q̃ admodum tu modo si meis verbis fidē prębueris quę nuper dixi, vniuersalis habes cohnitionē, q̃ omnem aspide percussum, acetum bibitum leuet, cuius tamen tu minime experimentum habes. Ita fit amice vt qui sola doctrina artem sibi comparant, primū artifices sint, & vniuersale sine experimēto cognoscant, ignorentq; & artis & vniuersalis illius singularia, q̃ tu ignorare videbare. Ne. Non aduertebam ,pfecto, sed iam intelligo: id totum quod ,ptractauimus, de arte & artis cognitione q̃ doctrina alteroq; docente paratur, itelligere de

Universidad de Deusto
Biblioteca

bemus. ¶ The. Sapis modo. vlterius pergamus, vtrum ipsorũ honorabiliorẽ pu-
tas? Ne. Artificem non expertum. sine id ego ostendam. Qui causas cognocunt, 13
ij profecto nescientibus causas honorabiliores sunt, artifices aũt etsi non exper-
ti, causas norunt. experti autẽ non artifices, minime. erit itaq; artifex non exper-
tus, experto non artifice honorabilior. The. Recte putas. nam cuius solũ exper-
tus quia cognoscit, artifex cognoscit propter quid. intelligo solum expertum, qui
expertus sit. & non artifex. Et hinc euenit vt ipsos architectos magni pendamus.
plurisque faciamus, & magis honoremus manuoperarijs. nam scientiores, sapiẽ-
tioresque reputamus. Ne. Ita est, sed sine perficiã. Quos ergo (vt dicis) merito sci
entiores, sapientioresque reputamus, honorabiliores sunt. Faciũt etem̃ sciẽtia &
sapientia (vt sæpius me audiuisse memini) suos possessores honorabilissimos. At
solum artifices, scientiores sapientioresq; non imerito reputamus ipsis solum ex-
pertis intelligo tñ scientiores sapienrioresq;, scienti atq; sapiẽti similiores. fit igr̃
iterũ, vt artifex non expertus experto non artifice honorabilior euadat. Rursum.
Nonne qui docere possunt circa aliquid, honorabiliores cẽsentur ijs qui circa id
ipsum docere nequeũt? The. Vt ais. est em̃ omnino scientis signum, posse docere
Ne. At solum artifex docere potest, non aũt solum expertus, fit igitur vt artifex
non expertus, experto non artifice honorabilior habeatur. Præterea. honorabilio
res sunt qui intellectum sequuntur, ijs qui sequuntur sensum. Atqui solum artifi
ces intellectum sequuntur, qui & causas solus cognoscere facit. solum aũt exper
ti. sensum non imerito ergo dictum est artificem non expertum experto non arti
fice honorabiliorem esse. The. Satis ostendisti. sed cur tot rationibus hanc argu-
mentationem desecasti? quatuor enim effecisti, cum vnicum habeas elementum
Ne. Ob idipsum. nam elementũ hoc, qui causas sciunt, quos scientiores, sapien-
tioresque iure reputam⁹, qui docere queunt, quive non sensus, sed intellectus co
gnitionem sequuntur, honorabiliores censendi sunt, mihi quadrifidum esse visũ
est, & a qualibet eius quatuor particularum, particulare sumi posse elementum. 14
The. Nec imperite quidẽ ita perpendisse videris. ¶ Sed pge semper. Quis sapiẽ
ti similior, expertus, an sensum hñs, artifex expertus, architectus an manuopera
rius, contemplatiuus an actiuus? Ne. Quęstio hæc tota multas mihi partiales im
plicare videtur: quæ suo sũt ordine dirigendæ, hoc mõ. expertus sapienti similior
est solum sensum habente, & artifex experto, & architectus manuoperario, & cõ
tẽplatiuus deniq; actiuo. Expertus siquidẽ, sensum hñte sapienti similior esse vi-
detur propter hoc, ꝙ artifici propinquior, similiorq; euadit. Artifex aũt (vt dixi-
mus) scienti sapiẽtiq; similis habetur: vt si me cernẽte expertus aliquis cancrum
superposito medicamine sanet, medicamẽque illud diligentius obseruẽ, idipsum
cognoscẽs ego sensum habeo, & nõ experimẽtũ, ipse vero & sensum, & experimẽ
tũ habet, estq; artifici & scienti similior, q ob experimẽtum sanãdi habet certitu
dinẽ, ego vero solũ sensum hñs, minus similis minusq; certus euado. Et quod arti
fex experto sapienti similior sit, & architectus manuoperario, causam iam tetigi
mus, quia nos iure scientiores sapientioresq; reputamus, sapienti sunt similiores.
At concessum est artifices expertis, & architectos manuoperariis iure sciẽtiores
sapientioresq; reputari. fit igitur vt artifex experto. & architectus manuoperario,
sapienti similior sit. Sunt & alię causæ: quas ad ostendẽdũ artificẽ nõ expertum
expto nõ artifice honorabiliorẽ esse adduximus. Verũ ꝙ contẽplatiu⁹ actiuo, sa
pienti sit similior, nõvsq; adeo mihi cõstat, nisi forte dixeris cõtẽplatiuũ & ipsum
sapientẽ idẽ esse. th. Idem certe, sed non oino. Nam oĩs sapiens, contemplatiuus
est: imo maxime contẽplatiuus, sed contra non procedit oẽm contẽplatiuum esse
sapientem. Quod quo modo fiat, intellige. intellectus duæ sunt vires, scilicet vis
cõtẽplatiua, cuius habit⁹ sunt sciẽtia, itellect⁹, & sapiẽtia, & vis cõsultatiua: cuius
habitus sunt ars, & prudentia. ars quidem ad faciendũ, & prudentia ad agendum.
Et hęc, & quo pacto scientia, intellect⁹, sapientia, ars & prudentia abiuicem diffe-

rant, ex hoc loco intelligere non possis, sed morali philosophia. Ne. Hęc ego om
nia superiore anno vna cum Didacto & Eutychero meis coæqualibus ab Eudæ-
mone, aliqua etiam ab Aristo audiui. Th. Tanto prõptius quæ dicere statui, de-
prehendes. Omnem scientem ergo & intelligentẽ dicere possumus contemplati
uum, vtpote qui partis contẽplatiuę habitum habeat. ne. Apparet. th. Non au-
tem oẽm scientem, aut intelligentem dicere possumus sapientẽ. ne. Ita est. The.
Non igitur oĩs contemplatiuus est sapiens. ne. Necesse est. The. Sed nunc aga-
mus. An talis contemplatiuus qui idem sapiens non est, & actiuo, & factiuo, hoc
est & prudente & artifice, sapienti sit similior? ne. Mihi respondendum est ita es
se, sed tu causas adhibe. the. Qui magis causas cognoscit, arbitraris ne sapienti
similiorem? nea. Imo. theor. Et qui causas necessarias, & vt aliter sese habeant
impossibiles, & necessariorum, & aliter sese habere impossibilium cognoscunt,
an causas magis ijs cognoscant, qui causas contingentes, & aliter sese habere pos
sibiles, & contingentium, & aliter sese habere possibilium cognoscunt? nea. Ma-
gis cognoscunt causas. qui necessarias & necessariorum cognoscunt. the. Et om-
nis sciens (quem & contemplatiuum esse fassi sumus) necessarias causas & ne-
cessariorum cognoscit. Est enim scientia, necessariorum, & impossibilium aliter
se habere. Et actiuus & factiuus causas contingentes, & contingentium cogno-
scunt: quippe cum ars & prudentia circa contingentia, & aliter sese habere possi-
bilia sint habitus. nean. Ita est. Theo. Omnis igitur contẽplatiuus, qui & idem
sapiens non sit, & actiuo & factiuo sapienti similior est. nea. Recte sequitur. th.
Docte adolescens, si totum elementum percurrere vis, videre potes quo ad singu
la, contẽplatiuum ipsum, qui idem etiam sapiens non fuerit, & actiuo & factiuo,
omnino sapienti similiorem. Nam vt diximus, magis causas cognoscit. sapien-
tior iure reputari debet. versatur enim circa æterna, vt & ipse sapiens. magis do-
cet, nam per causas certissimas, impossibilesq; vt aliter sese habeant. magisq; in-
tellectum sequens. sequitur enim primam, stantem & supremam intellectus por
tionem, in qua ipsa Pallas & ipsa sapientia arcem suam locauit: ex quavt ex altis-
sima specula cælestia contemplatur. ars vero & prudentia sequuntur inferiorem,
quæ oculos a mortalibus nunq̃ deflectunt. nea. Mirum in modum hæc audiens
oblector, & clarissime intueri videor quæ loqueris, trahisq; me desiderio illius al-
tissimorum contemplatricis sapientiæ. The. Iterum vter sapiẽti similior est, qui
magis propter se habitum habet, an qui minus propter se? ne. Qui habitũ habet
qui magis sit propter se. nam ex quinta sapientis cõditione admisimus, ꝙ sapien-
tia habitus sit maxime propter se. the. Recte iudicas. At scientiæ ipsæ omnes,
magis propter se sunt arte, & prudentia, quæ immediate ad vitam, vsum & neces-
sitatem ordinatæ sunt humanam. Inuentis enim olim omnibus quæ sui sunt, &
necessitati succurrunt humanæ, A Egyptij sacerdotes perquirendis disciplinis va
care cœperunt, omni vitæ semota solicitudine: primumq; ferunt tunc mathema-
ticas disciplinas inuentas fuisse. Oportet igitur contemplatiuum eũ qui inferio-
res habet scientias, & actiuo & factiuo, ipsi sapienti similiorem esse. ne. Oportet.
15 ¶ The. Dic age rursum, qualem dicis sapientem? ne. Maxime omnia scientem
vt contingit. Et tametsi elementum percipere videar, quo id efficere possim, te
tñ o Theoretice monstrante videor quoquo pacto mihi clarius intelligere. The.
tibi ita persuadeas, ego ad libẽs efficiã. Qui sciẽtiã habet vniuersalissimã, oĩa ma-
xime scit vt contingit. nã qui vniuersale cognoscit, quoquo pacto cognoscit & par
ticulare: quod contra non oportet. nea. Ita est. The. Sapiens aũt scientiã possidet
vniuersalissimã. Nam quid vniuersalius ipso maxime ente, a quo vniuersa pen-
dent entia? Quæ deniq; ratio notione entis vniuersalior, cuius appellationem nul
la effugiunt? Ne. Nihil certe maxime ente vniuersalius mihi esse videtur, vtpo-
te quod existimẽ vniuersorum causam esse. entisq; notione nihil iterum mihi oc
currit communius. The. Sapiens igitur eam ipsam sciẽtiam habẽs, quę maxime

Universidad de Deusto
Biblioteca

entis,atq; entis notionum est,scientiã habebitvniuersalissimã. Ne. Liquido constat. The. Constat igitur etiã ipsum maxime oia scirevt contingit. Ne. Constat ex ijs quæ diximus. Th. Scit certe maxie oia,in applicatione ad ea ipsa, & rationes ipsas quib' considerat,vt ad ens,vnumverũ,bonum,potens,uecessarium,& similia. ¶ Qualem iterũ eum dicis? Ne. Difficillima cognoscentẽ,nullus en. q̃ scitu facilia cognoscat,sapiens esse censebitur. Th. Verũ: sed ad propositũ adduco, vniuersalia,& q̃ a sensu sũt remotissima,nobis cognitu difficillima sunt. Ne. Nil mirum. Th. At sapiens taliavniuersalia contẽplatur. nã suprema illa atq; honorabilissima naturæ entia,quæ sola mente adeunda sunt. Ne. Ea ipsa contẽplatur. Th. Vt em̃ naturalis philosophia mundum sensibilem cõtẽplatur, & a rebus variabilibus nunq̃ oculũ detorquet, ita hæc diuina sapientia mundũ intellectualẽ, & archetypum nunq̃ admirari desinit. Putas ergo nosvane dixisse,sapientẽ difficillima cognoscere? Ne. Non temere,sed bona ratione id effectũ est. ¶ Th. Qualem iterum ipsum putas? Ne. Scientiam habere certissimã. Th. Habet proculdubio. q̃ hac ratione cognoscimus. Tres Peripatetici modos ponunt,quibus sciẽtiarum altera alteram certiorem esse contingit: vt quę causarum est, certior ea est q̃ præbet effectus. & quę intelligibilium,ea quã sensibilia ministrant. & quę simpliciorum,ea iterum quæ cõpositorũ existit. Ne. Ita certum est. th. Quid igitur de ea sentis scientia,vbi hæc tria conueniunt,vt quę est causarum itelligibilium, & simpliciorum? Ne. Certa est admodum. Th. Et ea quæ maxime causarũ, maxie itelligibilium,& simplicissimorũ oim est. Ne. Hæc cæteras certitudine añcedit, oimq; certissima est. Th. Age nunc,sapiẽtia maxie causarum est. nam earũ quę causę causarum sunt,& quibus nullæ vlterius sunt causę, & maxime intelligibilium, & quę solo intellectus in se recepti acumine vix tenuiter adeunda sunt, & simplicissimorũ omnium,vt quæ prorsus cõpositionis oĩs, & actus & potẽtię sint expertia. Sapiens itaq; hanc sapientiam obtinens. scient iam,habet (vt diximus) certissimam. Ne. Habet vt diximus. The. Dic quæso bone fili Neania siquis te adeat sapientiam traditurus,& opiniones narret, hanc confutet, vt vnam quancunq; alteram defendat,hanc & hanc quomodocunq; concordet, arbitraris ne talem idoneum sapientiæ pręceptorem? Ne. Indignum hoc o Theoretice mihi esse videtur,quandoquidem fassi sumus hãc omnium esse certissimam, & opinio maxime sit incerta,quæ animum huc atq; illuc euagatum impellit: a qua se suapte natura explicare cupit: vt oculus lucem quærens,a tenebris, & puppis naufragium timens,a turbine. the. Non est dissona tua hæc de oculo comparatio. Vis ergo, quod hæc scientiarum sit certissima,hinc fieri vt mime oim opiniones admittat,hasque summopere vitet tenebras? ne. Itavolo. The. nec iiuria ita sentis. Sed talem offendere præceptorem, haud facillimum est.

Rara auis in terra est, nigroq; simillima cygno.
Rara auis,& fulvo longe pretiosior auro.

¶ Longo tempore a Socrate quæsita, sed nunquam inuenta. Quę nos pertractamus o amice,non sunt nisi quædam tenuia præludia ad ipsam sapientiam,& quæ speciem tenebrarum ad ipsam lucem referunt. ¶ Sed proficiscamur. Qualis iterum est sapiens? Neanias. Maxime singulorum causas assignare potens. nam vniuersalissimas causas,& quæ omnium sunt causæ, ipsum considerare iam concessimus. Theor. Verum quidem concessum est, & quanuis hac ratione contentus esse possis. Addere etiam possumus,sapientem omnia scire,vt contingit,concessum esse. Neanias. Concessum. Theor. Ex quo iterum efficitur,vt sapiẽs maxime singulorum caussas cognoscat. Maxime em̃ scire arbitramur, cum causas ipsas cognoscimus. Nea. Verum. Theo. Sic maxime singulorum sapiens causas assignabit. Ne. Ita est. ¶ The. Qualis item sapiẽs? Ne. Sciẽtiam habẽs maxime propter se,sciendiq; gratia expetibilem. Theor. Nec immerito,si scire propter se esse putas. neanias. Puto. The. Et magis scire, magis propter se. ne. Magis. Th.

Maxime itaq; scire,maxime erit propter se. & maxime sciẽtia, maxime propter se scientia. ne. Sequitur. The. Sapientẽ aũt concessimus maxie oim habere scientiam. nã maxime sit. ne. Concessimus. The. Habet igĩ sapiens maxime propter se scientiam,sciendiq; gratia expetibilẽ. Ne. Habet hauddubie. ¶ Th. Deniq; qualem dicis esse sapientem? ne. Scientiã habere pricipalissimã,& oim maxime liberam. Th. An ne putas maxie scientiam diuinissimã,certissimã,maxie omnium causas adducere potentẽ? & quæ causæ causarũ contẽplationi insistit,cuius gratia agenda sunt singula (hęc em̃ est vniuscuiusq; oino bonum, imo vero in vniuersa natura optimum) principalissimã esse? ne. Quid ergo ni putem? th. Et hanc eandẽ,& q̃ maxime oim propter se sit maxie liberam: quẽadmodum eũ hominem liberũ diximus,qui suimet & nõ alterius causa sit. ne. Ita sentio. th. Sapiens aũt talem habet scientiam,quæ scilicet maxie scientia est diuinissima, illorum diuinissimorũ,cognituq; difficillimorũ (vt diximus) entiũ contẽplatrix, certissima,maxime singulorũ causas assignare sufficiens,causæ causarum contẽplationi insistens,& maxie oim propter se. ne. Hæc oia vera, mõ sit aliquis sapiens, sed raram auem esse dicis. th. Nihil ad rẽ, sit, an nõ sit, mõ esse possit. Fit itaq; ex ijs quæ concessimus,sapientem scientiã habere principalissimã,& maxie liberã. ne. Fit certe. ¶ The. Quem sensuum maxime diligimus? ne. Visum: quod satis cognitu promptum esse puto. nam omnes hoies natura scire desiderãt: visus aũt maxime sensuum plura nos cognoscerẽ facit, pluresq; rerum differentias oñdit. nam oia corpora quodãmõ colore participant: nosq; maxime sensuũ, sensibilium cõmuniũ is sensus certos efficit. Et reuera quoties ad lucidã illã beatissimorum entium regionem,visum attollo,oculos ipsos diligo, agoq; gratias optimo naturę parenti, q̃ me luminibus ad illam fœlicem regionem intuendam ornauerit. Th. Hæc profecto pietas probanda est: verum etiam tu cum cælum ipsum intuebare, potius dicere debuisses. O vos beatissimi & optimi huius lucidissimę regionis cives & incolæ,qui his moribundis oculis adiri non potestis, gratias ago vestro,totiusque naturæ,omniumque supracogitatum omnem optimo parenti, vobisque ipsis,qui mihi alterum oculum impartiti estis, quo vos cæcutiens adeo, ad quos aspiro: hunc mihi (tensis brachijs, manibusque complosis vos oro) illuminate, quo vos fœliciter videam, contempler, laudem, & amem. Neanias. Verum certe prius ad illum internum oculum cogitare debuissem, obque illum esse pium, a quo etiam ipsa nascitur pietas: sed dico vt mihi parum prudenti euenit, minus bonum cognoscenti,& melioris ignaro: ex quo coniecto non abs re nos maxime sensuum visum diligere,cognoscendi scilicet gratia, & per se. Theoreti. Recte aperis. nam propter essendi necessitatem forte putas tactum magis diligendum, pariter & gustum: & ad plura tum maxime per accidens cognoscendum, auditum. neanias. Ita ex Aristotelica philosophia sentio. ¶ Theor. Sed tu assumpsisti, omnes homines natura scire,desiderare: vbi mihi aliquãtisper insistẽdum esse videtur,an visus faciat scire? nisi forte visionem scientiam esse putes. nean. Neque visionem,neque auditionem,neque omnino sensum vllum scientiam esse puto: visus tamen,sicut & auditus,facere scire concedi potest, vt instrumẽtum machinamentumq; quoddam, ob nostræ intelligendi conditionis infirmitatem requisitum, qui nihil intelligimus vnq̃, nisi mens nostra sensibilibus sit excita: visus autem inuentioni q̃ accommodatissimus est: auditus vero, vt ab altero suscipiatur doctrina. Ad hoc tã illud assumpseram, q̃ vnũquodq; ad optimam eius operationem suapte natura inclinatur: vt fertilis arbor ad optimũ quem efficere possit fructum,& suauis redolensq; plantula ad suauissimũ redolẽtissimũq; (quẽ sua afferat natura) flosculũ: & si suauiorem pulchriorẽq; efficere posset,nõ impedita arbitror efficeret. The. Efficeret indubie: nec iniuria. Nititur em̃ vnunquodque,vt ipsi summo pulchro,ipsiq; bono optimo (quantũ fieri põt) similis euadat. Ne. Scire autem & intelligere, optimam existimaui hominum operationẽ: ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mines igitur natura & ſcire & intelligere inclinantur:quare & ea natura deſide-
rant. Nihil em̃ aliud mihi coniecto natura deſiderare, q̃ ad aliqua natura inclina
ri. Mõ hõ illas optimas ſuę naturæ operationes, niſi ſenſus adminiculo cõſequi
nõ põt,& maximeviſus. nihil mirũ igitur ſi illã mihi ꝓpoſitionẽ (quẽadmodum
etiam in libello notatamviderã) aſſumpſerim. The. Scite loquivideris. Nã ſcire
& intelligere ſecundũ ſapientiã (quæ vtrũq; cõplectitur) optie ſunt hois operatio
nes,optimaq; eius officia. Et vnũquodq; natura ſuã perfectionẽ deſiderareviде-
tur,non mõ ſummã,ſed & eas oẽs quę inferiores,infraq; ſummã exiſtunt:melio-
res magis,& optimã maxime. Ne maxie igitur oĩs homo deſiderat eſſe ſapiens.
The. Naturavidelicet:& oĩs hõ ad hoc naſcitur,vt ſapiens fiat, ſuũq; cõtẽpletur,
imo oĩm factorem:ſicutvnaquęq; arbor, vt ſuo tp̃e optimũ quem natura põt,affe
rat fructũ. ſed neq; oĩs hõ id aſſequitur,neq; oĩs arbor optimũ ſuæ naturę ſemper
affert fructum. Ne. Gratię,o Theoretice,optio rerum oĩm parenti, qui oẽm ho-
minem ad tã altũ bonumq; finẽ creauerit, ad ipm ſcilicet cõtemplandũ & aman
dum:& cum ego de nũero hoĩm eius pietate ſimvnus, me ad eũdem finẽ creauit.
The. Creauit Neania & te,& me:& gratię ſint illi. Stude igitur ne ſimilis fias in-
fructiferæ virgulæ, quæ ad optimum fructũ inſita fefellit hortulanũ. Fructus quẽ
tu & ego totius naturæ hortulano debemus,ſapientia eſt, eiuſq; ſecundum ſapi-
entiam cognitio. ¶ Sed adhuc o Neania intactũ relictum eſt,cũ nosvna ipſi con
ueniamus,te & me,cęteroſq; hominum ea quæ nos perficiant, natura deſiderare, 23
an tale deſiderium,taliſq; naturæ appetitus ad concupiſcibilem, naſcibilẽ,an ad
rationalem partem attineat? hęc enim tria,concupiſcibilis,iraſcibilis, & volun-
tas, appetunt. quod forte indagine dignum reputas. Ne. Dignum equidẽ. The.
Quid ergo ais? cum tu natura ſcire deſideres:an id deſideres parte concubiſcibili,
an iraſcili,an voluntate ipſa,& rationali? Ne. Non certe mihividetur. nã hæ deſi
derandi affectiones apprehenſionem aliquã ſequuntur:vt apprehenſo delectabi-
li cupimus,apprehenſo paruipendente iraſcimur:& voluntas ipſa conſilio delibe
rationeq; freta,rẽ vult aut renuit. The. Bene ſentis de ijs accidentariſs appetiti-
bus qui in nobis ſenſum cognitionemve ſequuntur:ſed de ijs quęro,q nobis natu
ra aſſunt,quo pacto etiam res inanimę appetere conceduntur, vt (quemadmodũ
dicebas) qui ſit quędam in bonũ natura inclinatio, natura enim ſemper ad opti-
mum tendit,ad bonũq; eius oĩs conatus. Et ea quę nos ad imperfecta trahunt,prę
ter naturam ſunt,& quædã naturę in ſua genitura impeditæ inualitudines,impo
tentiæq; : quẽadmodum ſi morbidus hõ filium generet ad paternam corporis in-
ualitudinem pronum,talis pronitas inclinatioq; haud deſiderium naturæ eſt,ſed
ex naturæ impedimento proficiſcitur, præterque naturã euenire videtur. ¶ Ne. 24
Itavidetur:& ſic forte concupiſcibilis,iraſcibilis,&voluntas in eo appetitus ſigni
ficationisvſu,natura ſcire deſiderant & appetũt. The. Cupiditas,cupiendique fa
cultas deſiderat ea quæ ipſam perficere nata ſunt,ad illaque inclinat̃. Ne. Sane.
The. Nũ etiam appetit ea a quibus nullo pacto perfici poſſit? Ne. Minime. Th.
Nam talis naturę conatus irritusvacuuſque eſſet. Ne. Prorſus. The. Nũ ſcientia
intellectu,ſapientia,cupiendi particula perfici põt? Ne. Non videtur. The. Ne-
que item aĩoſa,iraſcendique virtus. Ne. Neque animoſa. The. non igitur concu
piſcibilis iraſcibiliſque aut ſcire aut intelligere natura deſiderant,vt aiebas. Ne. 25
Dubitaui. ¶ The. Age videam⁹ nunc an ad rationalem appetitũ & voluntatem
ipſa forte attineant. Ne. Ita eſſe opinor. The. Hoc conſideremus, cuius ſcire,in-
telligere,& ſapere,ſcientia,intellectus & ſapientia perfectiones ſint. ne. Intelle-
ctus indubie. The. Sunt ne in voluntate? ne. Minime,vt mihi videtur. Th. Sũt
ergo intellectus pfectiones. ne. Sũt. Th. & modo cõceſſimus vnunquodq; ſuã
pfectionẽ natura deſiderare,ad eamq; natura inclinari. ne. Cõceſſimus. Th. Eſt
igitur naturę tale deſideriũ, pulchrũq; ad bonum conamẽ,ipſius intellectus. ne.
Oportet. ¶ Th. An ſciẽtia,intellectus,& ſapiẽtia,in intellectu agente, an poſſi- 26

bili perfectiones ſint? Ne. Poſſibili certe. The. Appetit igitur natura intellectus
poſſibilis,& ſcientiam,& intellectũ,& ſapiẽtiam,qnquidẽ vnunquodq; ſuam per-
fectionẽ natura appetat. Ne. Neceſſe eſt. The. Intellectus autẽ agens quid? Ne.
Inſcius ſum quid dicam. The. Oculus ne ſuapte natura ad vidẽdum inclinatur,
& intellectus ad intelligendum? Ne. Sic eſt. The. Vbi & ipſa eſt viſio, quæ oculi
perfectio eſt? Ne. In oculi potentia. The. Perite. appetit ne ergo oculi potentiavi
ſionem quæ ipſam perficit? Ne. Appetit. The. Et perficitur ab ipſa viſione vt po
tentia. Ne. Vt potentia. The. Et anima quæ actus in oculo eſt, appetit ne etiam
viſionẽ ipſam efficere in ſua potentia? an potius appetit eſſe vacua, otioſaq;. Ne.
Minime appeteret ſe eſſe otioſam:ſed appetit viſionẽ efficere. The. Et viſionem
efficere nunquid non ipſius illic inexiſtentis animæ perfectio eſt? Ne. Eſt. The.
Et magis quidem, q̃ viſionẽ in ſe vt potentia recipere : qnquidem aliquid magis
agendo aſſimiletur bono optimo ſummo rerum omnium authori, q̃ patiendo. ma
gis igitur aia oculi viſionẽ appetit, q̃ eius potentia : quia viſio ipſa magis ſit ipſius
animæ perfectio, ſi vera ſunt quę ſupra conceſſimus. Ne. Oportet. The. An intel
lectus poſſibilis ſcientiam,intellectum,aut ſapientiam efficiat? Ne. Non,ſed reci
pit,vt potentia oculi viſionẽ. The. Quid ergo? Ne. Intellectus agens. The. Vt ani
ma in oculi potentia efficit viſionem. Ne. Itidem. The. Appetit ne intellectus a-
gens in poſſibili eſſe vacuus,otioſuſq;. Ne. Minime,vt mihi videtur, quanto bo-
no optimo ſumme pleno longe ſimilior euadit. The. Rationem habes,appetit igi
tur ſcientiam,intellectum & ſapientiam in ſua potentia efficere, taleſq; ſibi pul-
chras parare perfectiones. Ne. Profecto. The. Taleſq; admodũ pulchras & bonas
operationes facere,eſt ne ſua perfectio? qnquidẽ ſimilior eſt per idipſum ſummo
ex ſe ſemper ſummam gignendi ſapientiam:& magis quidem q̃ pati. Ne. Procul
dubio. The. Cum itaq; ſcire,intelligere,& ſapere,intellectus agẽtis ſint perfectio
nes,& magis (vt mecum concorditer ſentis) q̃ ipſius paſſibilis, intellectus agens
etiam illa appetit,& vel magis q̃ ipſe paſſibilis. Ne. Ita certe eſt. The. appetit igi-
tur ſcientiam,intellectum,& ſapientiam intellectus poſſibilis vt potentia, & in-
tellectus agens vt efficiens. ¶ Sed qn̄ tam longe digreſſi ſumus, paululum adhuc
longius progrediendum eſt. Si quis te percontetur, cupide literarum adoleſcens,
cum oẽs homines & ſcire & intelligere & ſapere natura cupiãt, & tale naturę pul
chrum deſiderium, ipſius intellectus ſit & agẽtis & potentię: an appetitus talis in-
tellectus potẽtię, ſit ipſemet potentię intellectus, an affectio quædam illi natura
inhærens? quid reſponderes? Ne. Me huius quæſtionis enodandæ ineptum, meq;
huius rei inſciũ eſſe. The. Age dic,qn̄ oculꝰ advidẽdum natus ſit,aia quæ in ocu-
lo eſt,natura viſionẽ appetit. Ne. Conceſsum. The. An ſeipſa, an affectione qua-
dam quę ipſi inſit? Ne. Seipſa,vt mihi videtur. The. Et intellectꝰ agens, ſcire,in-
telligere & ſapere appetens? Ne. Seipſo etiam. nam actus ſunt quorum non eſt pa
ti & recipere,ſed agere. The. Probe. paterentur em̃. non igitur ad naturã appeten
dum,affectio quędã requiritur. Ne. Non in actibus. The. Et potẽtiæ ſeipſis ſe ha
bẽt ad patiendum & recipiendũ, vt actus ipſi ſeipſis ad agendum. Ne. Apparet.
The. Sicut igitur actus ad naturalem agendi appetitionẽ,affectionem non requi
rit,ſed aia in oculo,& ſuus natura videndi appetitus ſubiecto ſunt vnum,ſolave-
ro ratione duo,& intellectus agens,& ſuus ſciendi,intelligendi,& ſapiendi natu-
ralis appetitus conſimiliter: ita potentia ad naturale patiendi deſideriũ haud affe
ctionem requirit,quę quidem ille ipſe ſit appetitꝰ, ſed potentia, taleq; deſiderium
ſubiecto ſunt vnũ,& ſola rõne diſſona. Ne. Bona rõne videt̃ ita eſſe ſentiendum.
ſic em̃ ſuapte natura,& non per alterũ, ſuam perfectionem appetere cognoſcetur.
¶ The. Sed mõ an appetitus ille ſciendi,rationalis appetitus exiſtat, nõdum diſ-
cuſſum eſt: dixiſti tn̄ ſcientiam, intellectum & ſapientiam non eſſe involuntate,
ex quo non conficitur voluntatem illa natura non appetere, cum etiã illa eadem
in intellectu non ſint agẽte, quem tn̄ probauimus illa natura appetere. Ne. Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

plane ſentio quo ſe ſit vertendum. The. An voluntas ſcientiam amat, intellectũ, & ſapiẽtiã? Ne. Amat. Th. Nõne natura illa amat, & magis forte virtutib⁹ ipſis, q̃ in ipſa exiſtẽtes ipſã ꝓficiant? ne. Videt. nã magis bonũ magis natura amat. the. Et illa natura amare, eſt ne ipſius voluntatis perfectio? Ne. eſt. The. Quanto ſimilior hoc ipſo euadit ipſi ſomno bono, quod eſt infinitus amor, infinitaq; amandi ratio. Ne. Certe. The. appetit igit̃ voluntas rõaliſq; appetitus natura ſcientiã intellectum, & ſapientiam ſcire, intelligere, & ſapere: imo voluntatem ea natura amare, eſt illa eadem natura appetere. Ne. Mihi certe videtur. The. Vt ſcilicet amice ſunt amabilia, voluntateque affectabilia. Ne. Hæc ita ſeſe habere mihi pulchre videre videor. ¶ Sed o Theoretice, cũ hęc q̃ dixim⁹, intellectus agens intellectus poſſibilis, & volũtas natura deſiderẽt, an tria ſunt re ipſa diſtincta deſideria, an reuera ſubiecto eſſentiaq; ſint vnum, cuius eſſe & rationes diuerſæ ſint: vel quomodo aliter? The. Clare Neania, an intelligis animã (quæ vt ſeparetur facta eſt, ſeparataq; operetur) proprium actum propriamq; potentiam habere? Potentiam dico ab hac ſenſibili corporea & deſecabili potentia alteram, quæ quidem vere in ſe conſtet, non fluxa, non marceſſibilis, diſtrahibiliſque, virtutibus, ſcientia, ipſaque denique ſapientia adornabilis: & illum actum, illam nõ eſſe potentiam? Ne. Ex philoſophia didiſci. The. Intellectum agentem dicis ne illũ actum eſſe? Ne. Dico. The. Et appetit: dicis ne ſuum eſſe appetitum. Ne. Probatum eſt. The. Et intellectum poſſibilem dicis etiam eſſe potentiam illam quæ in ſe vere conſtet, indefluxa ſemper, ſemperque ſubſtantia eadem? Ne. Dico. Theo. Et cum appetat, dictum ne eſt eſſe appetitum? Ne. Dictum. The. Et iam conſenſiſti animæ noſtræ actum propriam eius non eſſe potentiam. Ne. Conſenſi. The. Non eſt igitur ipſius intellectus agentis deſiderium ipſi ſcilicet actui idem, intellectus potentiæ deſiderium, quod quidem potentię idem eſt. Ne. Certe. The. Sunt igitur ſubiecto, eſſentia, reque ipſa intellectus agentis & intellectus potentiæ, duo diſtincta diuerſaq; deſideria. Ne. Oportet. ¶ The. An putas animæ noſtrę vnicum vere actum vnicamque vere eſſe potentiam? qui quidem animę actus in propria potentiam rationales intelligendi, memorandi & volendi facit operationes, quas potentia ipſa recipit: & actum illum vna ſimulq; cum potentia conſtituere intellectum, memoriam rationalem, & voluntatem, vultum ſcilicet diuini luminis ſupra nos dei pietate ſignatum, quemadmodum anima ſimul cum oculi potentia conſtituit oculum. & illa eadem cum ſimili potentia auditum & odoratum. Ne. Audiui. Sed hęc eadẽ a te repetita fuiſſe, mihi quam gratiſſimum eſt. The. Intellectus igitur, memoria & voluntas hac ratione ſubiecto eſſentiaque ſunt vnum, & ratione tria: quemadmodum guſtus, tactus & appetitus in lingua. Nea. Sit ita. Theo. Non igitur appetitus voluntatis, & appetitus intellectus ſubiecto eſſentia que diſcrepant, ſed ratione ſola, ſed omnibus ſubiectum eſſentiaque eſt eadem, vt agens agenti, & potentię poſſibili, & totius toti. Ne. Apparet. The. Et vt de voluntate prælocuti ſumus, ita de illa rationali fœcundaque memoria ſentiendum eſt. ¶ Ne. Sed tu num ponis plures intellectus, voluntates & rationales memorias, cum ipſorum cuiuſlibet ponas agens, poſſibile, & totum? The. Non fili: ſed cum dico intellectũ agentẽ, perinde eſt ac ſi vocẽ aiam in oculo oculũ agentẽ: & cũ voco intellectum poſſibilem, perinde eſt atq; ſi vocarẽ oculi potẽtiam oculum poſſibilem. non tã dico ſimpliciter animam quę in oculo eſt, eſſe oculum, neq; potentiam oculi eſse oculum, ſed oculus nomen totius eſt, & actus, & potentię. Ita neq; ſimpliciter dico intellectum agentẽ eſse intellectum, ſed intellectũ agentẽ: neq; intellectum potẽtiæ eſse intellectũ, ſed intellectum poſsibilẽ. Et ita de memoria agẽte & poſsibili, volũtate agẽte & poſsibili. Sed intellectus, nomẽ totius & actus & potẽtię ſimul eſt: & rationalis memoria, & volũtas. Ne. Sic ergo intellect⁹ agẽs & actus intellectus idẽ ſunt, & intellect⁹ poſsibilis & potẽtia ipſi⁹ intellectus idẽ & voluntas agẽs, & actus voluntatis. Th. Prorſus vt ais omnino in his & reliquis conſimiliter. Nean. Quam pulchre mihi confirmare videris quęcunq; de anima

maxime ſcitu digna putaui. ¶ Sed o Theoretice, nõ ſim tibi moleſtus ſi de hac re vnum quiddam ſciſciter. Theore. Sciſcitare. Nea. An ſicut intellectus agens & poſſibilis pariter vnum conſtituunt intellectum. ita appetitus agens & appetitus patentię vnum conſtituant appetitum? The. Prorſus. Ne. Totus ergo animæ actus vna cum tota animę potentia, vnum conſtituunt appetitum. The. Vt ais, qui vnus eſt pariter & trinus. Nea. Ratione ſcilicet: intellectus, memoriæ, & voluntatis. Theo. Sic eſt: & iterum eorum quilibet cum vnus ſit. pariter eſt trinus. Nea. Re tamen puto: actu ſcilicet & potentiæ, & totius. Sed quem exiſtimas perfectiorem, & magis vnum, an actus potentię, an totius? Theore. Quod exiſtimas perfectius, magiſque vnum, lineam, ſuperficiem, an corpus? Ne. Corpus profecto quod pulchro ternario perfectum eſt. Id ipſum, vt qui longe videre ſim ineptus, haud percipiebam, totum totiuſque appetitum ſuo pulchro ternario conſurgere perfectum: itaque naturam, imo vero ipſum naturę opificem, perfectum õne ſuo ternario complere. Et adhuc ter nariũ intllectus, memorię & voluntatis perfectiorem eſſe, quandoquidem ſit magis vnus. The. Diuinum ingenium mihi habere videris: ipſum excole, vt ipſum in ſuo (quod vides) perpulchro perfectoque ternario, & tribus perfectis ſine quacunque ipſorum adinuicem compoſitione ſubſiſtẽte (cum omnino ſubſtantia ſint idem) ad illud perfectiſſime vnum & trinum ſeſe erigat, & digno contemplationis officio, vbere memoria, pio perfectoque amore proſequatur. ſuperant ne tibi alia quę quæras? Ne. Nulla. The. Vis ergo ea quæ diximus paucis recolligamus, vt firmiori memorię mandes? Ne. Maxime. The. Quaſi a propoſito per otium ludentes longius euagati diximus.

1 ¶ Omnem hominem maxime natura deſiderare eſſe ſapientem.

2 ¶ Id naturæ deſiderium non eſſe concupiſcibilis, iraſcibilis, aut rationalis particulæ, ſenſum cognitionemve ſequens.

¶ Quod nõ ſit cõcupiſcibilis partis aut animoſę, vt & quędã naturæ ĩclinatio eſt.

3 ¶ Quod talis naturę appetitus quo ſcire, intelligere & ſapere natura deſideramus,

4 ipſius ſit intellectus.

5 ¶ Intellectum poſſibilem vt potentiã ſcire, intelligere, & ſapere natura deſiderare, agentem vero magis, & vt efficientem.

6 ¶ Tale pulchrum naturæ deſiderium non eſſe affectionem quãdã intellectui aut agenti aut poſſibili natura inherentem.

7 ¶ Quod voluntas rationaliſque appetitus, ſcientiam, intellectum, & ſapientiam natura deſideret, vt ſcilicet amabilia, voluntateque affectabilia ſunt, & rationalis memoria, eadem vt memorabilia ſunt appetat.

8 ¶ Intellect⁹ agẽtis appetitũ re ipſa ab itellect⁹ poſſibilis appetitu eſſe diſtictũ eſt

9 ¶ Naturalẽ voluntatis appetitũ & intellectus, õnib⁹ cõformibus modis ſubiecto idem eſſe, ſola ratione plura: vt agens idẽ eſt agẽti, & patiens poſſibili, & tot⁹ toti.

10 ¶ Quod non plures ſint intellectus, nõ plures rationales fœcundæque memorię aut volũtates: etſi in vnoquoq; eorũ agẽs, poſſibile, & ex his totũ ſubſiſtẽs reperiat.

¶ Quod appetitus agens & potentię, vnum conſtituant appetitũ.

11 ¶ Item totum noſtræ animę actum cum tota eius potentia vnum conſtituere appetitum, qui vnus eſt pariter & trinus. Nean. Subiecto ſcilicet vnus, & ratione trinus. Theoreti. Scilicet.

12 ¶ Denique quemlibet illorum trium, vnum eſſe, & re ipſa eſſe trinum.

13 ¶ Hęc omnia breuiter perſtrinximus. Curemusmodo vt reliqua abſoluam⁹. Ne. Curemus. The. Quibus potentijs reguntur animalia? Ne. Bruta plurimum imaginationibus & memoria viuunt, homo vero prudentia & arte. Theo. imo vero Neonia bruta his tribus, ſenſu, ſenſuali memoria, & appetitu viuunt. in ſuaq; diriguntur uita, & homo intellectu, rationali memoria, & uolũtate. Nã unũquodq; natura uiuit, ut q̃ optimas ſua affert natura operationes efficiat. ſic em̃ illi maxie

Universidad de Deusto
Biblioteca

bono ad ꝓ omnia reſpiciunt,& quod omnia tendũt.ſimilius euadit. Optime aũt operationes ab optimis proficiſcuntur potentijs.viuit igitur vnumquodque ſecũdum optimas ſuas potentias.atqui meliores potentias ſenſu,ſenſuali memoria ſẽſualique appetitu bruta nullas habent:& homo diuiniore ſorte potitus,intellectu, rationali fœcundaque memoria,& voluntate. Ne.Verum.The.Viuunt igitur bruta ſenſu,ſenſibilique memoria,& appetitu:et homo diuiniorem ſuę naturę ſortem ſequens,intellectu,rationali memoria,& voluntate.Ne.Nempe.ſic eñ vtraque in ſuo ternario pulcherrime illam ſummam quam optime poſſunt imitanť vitam. The.Ita eſt amice:ſolus homo eſt qui ſuæ diuinioris naturæ conditione neglecta,ſponte deuiat,quique mauult bruto viuere ſimilior,ſenſum ſenſualiſque memorię & appetitus ſequens perturbationes:quam in diuina vultus diuini ſorte ſuo perfectiſſimo aſſimulari principio:vt hinc intelligas bonum pendere & malum,præmium atque pœnam.Sed vide ne te feceris bruto inferiorem,quod nunquam ſponte deuiat a ſui principij quantumcunque poteſt aſſimulatione.itidem & cæterę res ſenſus rationiſque immunes.Ne.ipſum oro omnium principium,vt me,ſemper ex me quidem fragilem & infirmum,erigat ad ipſum,& a dei ſapiẽtia, fœcunditate & amore(quantumcunque ipſe me capacem fecerit) aſſimilandum. 34
The.Pium tuum deſideriũ. Sed procedamus.¶Quæ animalia diſciplinabilia ſunt? Ne.Quę auditum & memoriã hnt.nam talibus aliqua ſignificare poſſum⁹, per quæ vſui directionique reddantur aptiora .The.Et maxime omnium homo: cui non modo terrena,caduca,ad horamque labentia ſignificantur,ſed etiam cæleſtia & ęterna.Nea.Ita eſt. ¶The.Quę prudentia? Ne.Senſum & memoriã 35
habentia.nã hæc futurorũ videntur eſſe prouida. The.Quę etiam parũ memoriæ participant,vt apes ſibi exangulas domos fabricantes:phalangius in cibi venationem ſubtiliter telã texens:& formicæ quę ſibi cibũ in ęſtate aggerãt.ne hyemis aſperitate aduentante domentur,deficiantque:ad quarum prudentiam contẽplandam Sapiens imprudentem & pigrum mittit.Ne.Ita eſt. The.Et ſi auditum nõ participent,ſed quemlibet ſenſum alterum,quid tum? Nea.prudentia quidẽ erũt, ſed non diſciplinabilia.nam ſenſu diſciplinę carent. The.Cognoſcunt ne talia rationis expertia futurum,cuius tamen gratia agere videntur . Nea.Minime,nam ipſorum virtus cognoſcendi ſuprema.imaginatio eſt.quæ ſolum pręſens & pręteritum attingit. The.Probe admodum.non igitur prudentia ſunt,quia pręterita futuris connectant ac comparent.Ne.Ita dicẽdum.nam ipſa vtrumque extremũ & pręteritum & futurum cognoſcere oportet.Iam autem ea conceſſimus non cognoſcere futurum. The.Memoria igitur in ipſis parum facit ad prudentiam.Ne. Scilicet. The.Imo etiam & ſenſus & memoriæ expertia,veſtigium prudentiæ in ſe gerere videntur:vt arbores cum folia in cooperimentum fructus,& pulpam & duriorem teſtam in ſeminis defenſionem pręferunt.¶Sed quæro,ſi quodnã animalium præſentia.præterita & futura diſcernat,adinuicem conferat,& ex præſẽtibus & præteritis futurorum facile ſibi coniecturam ſumat.ipſum ne prudentius cæteris tibi eſſe videretur? Ne. Videretur. Et ſuſpicor te velle hominem dicere. The.Sine.Nonne tibi videtur illud(quodcunq; fuerit) popriam habere poſſe prudentiam,modo rationem haberet ad conſultandum de prouidentia futurorũ quæ prudentia ipſa reſpicit? Ne.Imo etiam eius ſola prudentia propria eſſet.vt quę eſſet actiua recta cum ratione circa eius totius vitę bona,quæ non ſine futurorum conſilio eſt. Et aliorum inferiorum prudentiæ omnes improprię ſunt , & quæ longo interſtitio & tenui quadam ſimilitudine illius imitantur imaginem. The.Nõne tibi mirum videtur,ſi hanc ſimilitudinariam habentia prudentiam,in ſuo ipſo tenui admodum prudentiæ veſtigio ſemper imitantur ſummam prudentiam,nec vnq̃ nec vſq̃ deuiant:hoc vero in propria.&(vt ita dixerim) aliorum comparatione vera,minus ipſam imitatur? Ne.Id mõſtrum eſt:pręterq; naturã cõtigere videť. The.Ita tamẽ,amice,eſt.O noſtrã miſerãdam ſortem:haud male ſuſpicabaris me hoiem itelligere voluiſſe. Cõſtat eñ ipſũ oim mortalium diſciplinabiliſſimum,prudentiſſimum,& optimum,qui ſolus omnium ſuam naturam non ſequitur,ſuæq; naturæ benignitatẽ negligens,ea attribuitur.cuius mali cauſam eſſe reor,ꝓ ſeipſum non cognoſcit.Magna profecto ſapientia eſt(vt vel id oraculo cõcedamus)ſeipſum cognoſcere. Tu te ipſum o fili Neania cognoſcere ſtude,& te animalium natura manſuetiſſimũ & prudentiſſimũ eſſe momento(talis eñ natura quilibet hõ eſt)& tuę naturę benignitatem ſequere, admoneq; cæteros ęquales tuos vt ſeipſos cognoſcant,& quales ſint natura videant,ad ſapientiãq; pariter
37 (vt tu)aſpirent.¶Sed videamus an ipſum ſumme ſapiens,quod omnis largitur abunde,nobis etiam ipſam ſapientiã conceſſerit poſſidẽdã. Ne. Supra conceſſimus in eius operatione hois finẽ conſiſtere. The.Dictũ quidẽ eſt,& verũ. Quod non oibus tñ ita eſſe viſum eſt,tum quia maxime ſapientia libera eſt,hois aũt natura,multis modis,ipſis ſerua viſa eſt.Ne.Si hois naturã reſpiciamus (ita ex his quę me modo docuiſti,coniecto)oim mortalium vel maxime liber eſt,& ſuimet cauſa : ita vt totius naturæ opifex opus ſuum inter mortalia in hoie pfectiſſimũ conſummaſſe videatur.Si autem ex accidenti ſeruus fiat, parũ firmum eſt argumentũ.nã & talẽ natura exiſtimamus ſapiẽtiam,& non ex accidẽti. The. Aiũt præterea deũ.ſolum hunc ſibi vendicaſſe honorẽ,& reuera deus ſumme ſapiens eſt.ſed de illa ſumma ſapiẽtia , qua deus ſolus vt eſt ſeipſum cognoſcit , ſermonẽ non agitamus,ſed de illius ſummæ & veriſſimæ ſapiẽtiæ remotiſſima ſimilitudine,qua ipſum,quantum nobis conceſſit eſſe felices,mẽte adimus.Ne. De ſimilitudine ſcilicet agimus,cuius deum ſolum non poſſunt dicere poſſeſſorẽ, qui eã ipſam oĩs ſapiẽtiæ poſſidet veritatẽ,vt modo dicebas. The.Mitto ꝓ nonnulli dicant deum inuidere tñ bonũ a mortalibus poſſideri,quandoquidẽ oim rerum optimo parẽti ipſiq; ſummę beneuolentię inuidiã aſcribere,maximũ ſit nefas. Eſtq; id poetę dictũ.euenitq; hoc in loco vt vetus puerbium docet, ꝓ multa mẽtiantur poetę.dicebant pręterea ſapiẽtiam,ꝓ maxime diuina,maximeq; honoranda ſit,ſoli maxime diuino & honorando(qualis ſolus deus eſt)conuenire, ipſumque ſumme diuinũ & honorandũ deum eſſe,& ipſam ſumme diuinam & honorandã ſapiẽtiam,eſſe deam,q̃ de ipſa ſumma ſapiẽtia , imo oĩs ſapiẽtiæ veritate & æterno exẽplari veriſsime dicũtur, non autem de noſtra hac ſimilitudinaria,quę nos in ipſius veræ contẽplationẽ rapit & aduocat . quam ſolam cæterarum ſciẽtiarũ a nobis in hac caduca vita poſsideri poſsibilium probauimus diuiniſsimam maximeq; venerandam.Sed tu dicito,nonne hoies auſpicati ſunt philoſophari quãdo apparuerunt aliqua q̃ ipſorũ animos in admirationẽ traxerũt? vt ſolis ad nos conuerſio & diuerſio,nũc ſolis & lunæ terrifici defectus.oſtẽta in aere viſa ? Ne. Ita inceperunt,vt opinor, The. Et admiratio nunquid ſine ignorantia eſt? Nea. Non. The. Et naturaliter cupiunt illo ignorantię viculo ſolui.Ne.Scilicet. the. Quando vnum quodq; natura ſuum bonũ appetat,illo autẽ ſolui bonum ſit,& nõ minus diuina admirari ceperunt, vt an hęc ſenſibilis machina temeritate quadã facta ſit,ſempiternoſq; ea ipſa ꝓciat motus , an intelligẽtia ſapiẽtiaq; aliqua gubernatur,& an huius pulchri rerum ordinis vnus author,vnus gubernator, an plures,arbitrariſne ipſos hæc & ſimilia cognoſcere fuiſse accẽſos? Ne.Longe magis quam ſenſibilia ipſa imo vero maxime , vt mihi videtur . nam ego quẽ ipſorum comparatione cęcutientẽ talpam reputo,horum ſempiternorum deſiderio magis quam dici queat accendor. The. Sic accenduntur amice qui mentem puriorem habent,minuſq; corpore,corporeiſq; perturbationibus occupatam. hæc autem ſi ne ſapiẽtia cognoſci non poſsunt.Ne.Haud aliter. Theo . Putas appetitum illũ & naturale illud deſiderium,irritum,vacuumq; eſse poſse? Nea.Minime . The. Nam ſumma illa plenitudo omnibus in rebus otioſitatẽ vitat,vt rebus ſenſibilibus corporum magnitudinumq; vacuum.Poſſeſſores igitur ſapientię eſse poſſumus, & hic nobis ad noſtrum principium, ad vniuerſorum omnino bonum reliẽtus eſt additus.Nea . Hæc proculdubio admiratio , admirationeque ſuſcitatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ppetitus,in melus decumbit.gratiæ ſint illius largitori. The. Gratię, noſque naturam (quam nobis vſqueadeo bonam munificus conceſſit) omni ex parte perficere iuuet. Nea. Iuuet. Theo. Sed ſunt ne alia, quæ nunc tibi occurrant expediēda. Nea. Nulla. Theo. Quæ ſuperſunt, reliquorum ſunt librorum, & quæ maius otium requirunt. tibi autem nunc forte paruum eſt, & mihi itidem. ſol (non longa mora futura eſt) a nobis ſuum ſubtrahet aſpectum. Nea. Verum ais o Theoretice. ſed aliquando alias cum ſe temporis opportunitas vltro dabit, non te mihi difficilem pręſtabis quo minus ea quæ ſuperant, mihi manifeſtes. Theore. Me ſemper, modo ſit temporis occaſio, non modo facilem, ſed quam facillimum habebis. Vale. Nea. Et tu optime Theoretice nunc vale, in futurumque rurſus tu ſemper optime valeto.

¶ Primi dialogi finis.

¶ SECVNDVS DIALOGVS META physicæ introductionis.

Theoreticus. Neanias.

Erus aduenis o Neania. Ne. Seruus o Theoretice. nā pater meus hac ex vrbe modo rus conceſſit, qui me etiam plus quā velim remoratus detinuit. attamen ſi quid otij tibi ſuppetat, codicem attulli, a quęſtionibus ordire, & qua velocitate voles trāſige. The. Ita optime fiēri & decet & oportet, nam nos temporis anguſtia premit. ne ergo multa pręlocutione tempus vane abſumamus. ¶ Dic age, quid eſt cauſas eſſe ſecundum ſpeciē infinitas? Ne. Si petas quid rei, nihil eſt. at ſi quid nominis, infinitę ſecundum ſpeciem dicerentur, ſi ipſarum infinitę eſſent ſpecies. The. Quo pacto? Ne. Vt ſi eſſet materia, forma, efficiens, finis, exemplar, ſpecies a prædictis altera, a b c d e f, 2
ſemper a prioribus & ſine ſtatu cauſę ſpecies. The. Probe. ¶ Quid eſt eas ipſas infinitas eſſe eſſe ſecundum directum? Ne. Quid rei nihil eſt. nā neq; ſunt, neque eſſe poſſunt. at quid nominis reſpondeo infinitas eſſe ſecundum directum, ſi in vnaquaque cauſarum ſpecie ab vna in aliam alterius naturæ ſemper ſine ſtatu procederetur. The. Quo pacto intelligis in vnaquaq; cauſarū ſpecie? Ne. In quolibet quatuor cauſarum genere, vt in materia, in forma, in efficiente, atque fine. The. Id ergo in materia pande. Ne. Materię ſecundum directum infinitæ dicerentur, ſi vna fieret ex alia, quę iterum fieret ex alia, neque vnquam vllum aſſequi valeremus terminum: vt ſi hoc, vt terra, fiat ex aere vt materia, & aer ex igne & ignis ex a vt ex materia varię diuerſęque naturę, & a ex b, & b ex c, & ita ſine ſtatu, materię illę ſecundum directum abirent infinitę. Theo. Pande in forma. Ne. Formę ſecundum directum in infinitum prodirent, ſi aliqua forma per aliam & alterius naturæ formam ſubſiſteret, quæ iterum eſſet per aliam neque vnquam in vltimam decumberetur. Theore. Id in efficiente. Nea. Cauſę efficientes ſecundum directum infinitę dicerentur, ſi effectus fieret enaſcereturq; ab aliquo, quod iterum ab alio, nullo tandem termino reperto. The. In fine. Ne. In fine conformiter: vt ſi hoc gratia huius fiat. quod iterum alterius gratia fiat, nuſquāque decumbat, ſeries finium ſecūdū directum probaretur infinita. eſſent eñ fines ſecundum directum infiniti, ſi effectus alicuius gratia fieret, quod iterum alterius gratia fieret, neq; vnquā vbi ſtemus, terminum finemq; habeamus, qui alterius non ſit gratia. The. Facis o Neania vt ingenui iuuenes facere ſolent, qui nunq̄ niſi p̄meditati præceptorē adeunt. hinc fit vt ad ſingula quęq; quę ſita egregie ſciteque reſpondeant, in graues tandē & ſcientificos viros euaſuri. ita ne eſt? Ne. Ita, præmeditatus aliquantulum me tibi obtuli. The. Tanto. expeditus ſingula tranſigemus. ¶ Dic ergo. quot nos a veritatis p̄ceptione diſturbant & prępediunt? Ne. Quinq;. Cōſuetudo audiēdi falſa, eruditioque non recta, recte docēdi

aſſentire nolle, niſi quod dixerit, vt mathematicus monſtret. nulli fidē præſtare, niſi ſenſibile ſit, ſenſibilive conſtet argumēto. nulla recipere, niſi alicuius vrgēte
3 authoritate. non poſſe niſi parua deguſtare. ¶ The. Age nunc, an cauſæ ſecundum ſpeciē infinitæ eſſe poſſint? Ne. Non poſſunt. nam oēs cauſas quatuor cauſarum ſpeciebus, materia, forma, efficiente, & fine cōplectimur. non itaq; hoc pa
4 cto ſunt infinitæ. The. Satis de ſpecie diuidua reſpondiſti, de indiuidua aūt non ſatis. Ne. Nondum teneo quid reſpōdēdum ſit. ¶ The. Proficiſcamur igitur: & cedo, an materiæ rectitudine prodeant infinitę? Ne. Minime. nam bifariam dicimus ex aliquo aliquid fieri. Primo ſicut ex impfecto fit pfectum, quēadmodum ex puero dicimus fieri virum, & ex Iſthmijs olim ludis Neptuno dedicatis fie-
5 bant Olympia. & ex, & poſt, hoc in loco eandē ſignificantiam retinere videtur. Secundo, ex aliquo fit aliquid per gñationē. At neutro dictorum modorū procedit rectitudine in infinitum. In primo quidē cum ex impfecto fit pfectum. vt cum ex puero fit vir. nam idē eſt ex quo fit, & quod poſtea pfectum eſt. non itaque hoc modo proceditur in infinitum. nam ſemper ad aliud alteri⁹ diuerſęq; naturæ procedere oporteret, & ſi quod fit, & ex quo fit, eadē non ſint, extrema determinata hñt imperfectum & pfectum. at determinatis extremis, media quibus ab vno in aliud proceditur, infinita eſſe impoſſibile eſt, quippe quæ nūquam trāſiri poſſent. cum igitur fiat hoc ex hoc primo, ſeriei proceſſus non abit infinitus. The. Recte ais. Ne. Neq; quidē cum hoc fiat ex hoc, gñatione & ſecundo. Prīo, quia illic extrema eſſe, & non eſſe, determinata ſunt. Vbi autē extrema determinata ſunt, media in infinitum prodire nequeunt. Secundo, quia cum hoc ex hoc gñatione prodeat, ad cōſimilia tandē fit reflexio. Atqui ſi hoc pacto materię procederēt infinitę, ſemper ad alterius naturæ materiam ſine reſilitione aliqua proficiſcerentur & irent. non itaq; materiæ ſecundum directum procedunt infinitę. Tertio, quia cum hoc ex hoc generatione ſurgit, materia eadē numero eſt, & quod in vnius gñatione ſumitur, ab altero incorruptione dimittitur. The. Naturalis inſtitutio huius rei fidē fecit. Ne. E materia ingenita eſt atq; incorruptibilis, & primum rerum ſenſibilium ſempiternum. nō igitur poſſunt materiæ in infinitum ſecundum directum procedere. ¶ The. Hoc pacto de forma, an rectitu
6 dine in infinitū prodire queat, expedi. Ne. Hæc mihi hactenus facilia viſa ſunt, ſed timeo ſequentia me maiore difficultate premere ſentio tamē reſpſondēdum eſſe, formas ſecundum directum haudquaq̄ infinitas euadere poſſe. primo, quia ſi hoc pacto infinitæ euaderēt formæ, diffinitione complecti non poſſet, hoc autem irrationabile eſt. non igitur hoc pacto euadunt infinitę, attamē haud plane intueor quo pacto forma propterea diffinitione complecti nequeat. Theo. Nec hoc quidem facile. Sed an putas aliam deberi formę applicari diffinitionem, pręter eam qua ſignificamus formam dat eſſe rei, remq; conſeruare in eſſe? Ne. Nullam aliam. Theo. Albedo, quædam forma eſt, quale dat eſſe? Nea. Album: & ipſa præſens, album conſeruat. The. Nunquid dat aliud eſſe? Ne. Nullum, The. & dulcedo dat eſſe. Nea. Accidentale ſcilicet, eſſe dulce. The. Et nullum aliud? ne. nullum, quod norim. Theo. Si albedo eſſet per dulcedinē, & per nullum aliud, quid ais tum? nunquid poſſet albede dare eſſe quod non haberet? ne. non mihi videtur. The. & habet ſolum eſſe dulce: nam eſt per dulcedinem. nea. Eſt. The. Non dabit igitur eſſe niſi dulce. Nea. Mihi quidem ita eſſe videtur. The. Age nunc, forma ſubſtantialis qua de nunc agimus, dat eſſe. & verius quidē, veriusque conſeruat. nea. Verum id eſt. The. Sed id, & quæ hactenus dicta ſunt, intelligo vbi formæ finitæ ſunt, nunc autem ponamus earum ſeriem in infinitum excedere. vt ſit a per b, & b per c, & c per d, & ita ſine termino. Nea. Admitto. The. At non habet eſſe niſi per b, ſicut album non habet eſse niſi per albedinem, atqui b non habet eſse niſi per c. non igitur b dabit ipſi a aut alicui aliorum eſse b. nam nihil dat alicui eſse, quod non habet. neq; dabit eſse c. nam c non habet eſ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

se nisi per d,d enim ipsi dare esse,admittendo processum formarum infinitũ,cõ=
cessum est:& nihil dat ipsum esse quod non est: cum igitur c non potest alicui da
re esse c,tanto minus b dare esse c potest:& ita de d,& quolibet aliorum argumẽ=
tabor. Ne. Ita omnino,sed quid tum inuenimus? The. Nullam dare esse, ꝙ si nõ
dant esse,neq; rem saluant,conseruantquẹ in esse. Nea. Indubie. Theo. Si igitur
formẹ infinitẹ euadant,diffinitione haud complectentur: quandoquidẽ illa quæ
maxime omnium ipsis conuenire videtur,ipsis nullo pacto aptari applicariq; que
at. Nea. Mihi sic esse oportere,iam ratione satisfactum esse videtur. Theore. Et
eodem pacto intellige rationes quibus diffinitio completur,infinitas euadere nõ
posse,est enim ratio,forma quẹdam. Nea. Perpendo hoc modo intelligentem in
finita transiri non posse. Theo. Perge igitur reliquas rationes absoluere. Nea.
Vt vis. Secundo,formẹ infinita interminataque serie non prodeunt:nam in illis
formis semper magis esse deberet quẹ prior esset,& quæ ante,ea quẹ deinceps,&
prior posteriori dare esse:atvbi non est primum,neq; hoc pacto prius & posterius
est. Theo. Et in rationibus? Nea. Consimiliter,nam prior,ea quẹ subsequitur,ma
gis est,vt quẹ sit vniuersalior,& ex qua pendere debeat posterioris cognitio. At=
qui si infinitæ essent,cum primum & vltimum non darentur, neque medium iti
dem,neque priores & posteriores atque deinceps. Tertio,quia si infinitum prodi
rent,rerum scientia tolleretur. nam res ipsas contemplando : formẹ per quas con
starent,sciri non posset:nam infinitæ essent, infinita autem hoc pacto transige=
re intelligentem,impossibile est:quare neque res ipsæ compositæ scientur. The.
Probe. nam totum suis ignotis partibus cognosci non potest : sed tunc ipsum co=
gnoscimus,quando ex quot & qualibus compositum sit cognoscimus. Et si ratio=
nes ipsas respicimus? Nea. Itidem tollitur scientia. nam scire impossibile est nũ
quam ad indiuiduas species venire potentem. at si huiusmodi rationes formẹ in
finitum prodirent,nunquam ad indiuiduas species decumberetur. nam in in= 7
finito vltimum locum non habet:si autem vllẹ darentur, essent vltimẹ. Tolle=
retur igitur itidem sciẽtia. ¶ Et efficientes causas infinitum secundum directum
progressum non sustinere,pene consimilibus constare potest rationibus. Item &
hac si sunt causẹ efficientes medię,& postremas esse necesse est. At efficientium
causarum sunt mediæ, vt quẹ sint ab alijs,& quib⁹ alię sint,sunt igitur extremẹ.
non enim aliqua mediarum,extrema esse potest. Theo. Quid hoc? Nea. Nam es=
set ab alia superiorique efficiente,quæ ideo potius,valentioreque iure extrema &
suprema dici mereretur. Quod si datur prima,in ipsis non euaditur in infinitum.
itidem & si datur vltima. Theo. Indubie. nam si essent infinitæ, omnes medię es=
sent, si medias vocare liceret (vt tu) quæ ab alijs efficiẽtibus sunt, & a quibus alię
efficientes ortum sumunt. Sed quomodo,o Neania,si temporum sempiternus or 8
do,infinitaque processerit series,vt plane sensisset Aristoteles, efficientes causæ
secundum rectitudinem non exeant infinitæ? nam tu ab Homophrone genitus
es. Nea. Sum. The. Homohrom autem a tuo auo, auus ab abauo, qui iterum ab
atauo,& atauus a tritauo:& ita sine statu vllo proceditur,vt nunquã sit dabile ef=
ficens primum a quo tu ipse processeris. Neanias. Verum aiso Theoretice. at=
tamen propter hoc efficientes causæ non prodeant rectitudine infinitæ. nam nõ
procedis ad eas efficientes quæ euariantis dissimili sque sint naturẹ,cum,a me ad
patrem,a patre ad auum,abauum,atauum & tritauũ procedis. Si tamen infinitæ
secundum directum prodire deberent,semper ab vna ad alterius naturæ alteram
(vt diffiniuimus) progressio euaderet. Ob id etiam, quod de infinitis efficienti=
bus actu,mihi superior sermo haberi visus est. Theo. Et recte quidem. Neanias.
Nunc autem non de infinitis efficientibus actu, sed potentia obiectio procedit.
non enim sunt aut fuerunt infiniti homines actu, a quibus ego processerim, sed
potestate & appositione sola, quemadmodum posteriora tempora prioribus, sed
non manentibus quidem adduntur. Theo. Non obtuse dictum o Neania,& re=

uera infinita hoc modo esse efficientia, est infinitas esse lineẹ partes, & infinitas
partiales,& in potentia materias sub dimensione secabiles. at propterea materię
secundum directum non prodeant infinitẹ. Ne. Ita plane Oneropolus,cuius ego
discipulus & auditor sum,diceret. The. Adde fili,hypothesin, mũdum perpetua
serie (vt ne vnquam quidẽ inceperit) perdurasse,falsum esse. quare & id quoq; fal
sum infinitos præcessisse ex quibus tu pendeas homines. ¶ Nunc aũt expedi,fi
nes ne infiniti secundum directũ excedant,an aliter? Ne. Minime ꝓfecto exce
9 dunt. nam causæ iam adductẹ inhibent. Primo,nam finẽ diffinire difficillimum
esset. The. Difficillimũ,fili. nam quo pacto illius gratia esset,quẹ ab ipsa infini=
to interuallo,infinitisq; medijs distaret, vt quam per ea ꝓcedendo nunq̃ assequi
valeat? Et si non est illius gratia (quã tñ solam putare oporteret optimam) certe
nullius alterius gratia esse videbitur. In ijs em̃ quæ rectitudinis seriem seruant,
ꝙ gratia prioris melioris q; non fuerit, neq; ꝓfecto posterioris minusq; boni gra=
tia erit. Sed perge. Ne. Secundo, quia neq; prioris & posterioris integra seruare=
tur conditio,vtpote quæ infinitis locũ non habeant vllũ. Tertio,tolleretur scien
tia finis. Quarto,quia si vnus finiũ est gratia cuius oẽs alij fines sunt,& nõ sit al=
terius gr̃a,vnus est oim vltimus finis,& non extrahuntur fines in infinitum. At
quivnus finium est qui oim aliorum finis est, & qui amplius non est alterius gr̃a,
alioquin in rerumvniuersitate nihil optimum. non igitur fines rectitudine extra
huntur in infinitum. Quinto,quia nihil esset optimum,imo neq; bonũ,& si quic
quam optimũ esset,non conaretur ad ipsum, quippe ad quod peruenire impossi=
bile esset. The. Sic fili ipsius boni optimi natura tolleretur. nam ipsius natura es=
se videtur,ab ipso oim pendere bonitatem, ad ipsum oia tendere, & ipsius gratia
esse omnia. modo nihil tenderet conaretur q; ad ipsum: vt quod attingi (quemad=
modum aiebas) haudquaq̃ valeret vnquam,conatusq; ad id reivacuus irritusque
haberetur. Nihil itaq; esset optimum,eiusque sublata esset natura,quo quidẽ non
existente optimo,omnis alterius bonitatis fonte & principio,vt nullum alterum
& posterius bonũ sit vllum necesse est. Tibi ne ita videtur? an secus? Ne. Ita pla=
ne. The. Absolue igitur. Ne. Sexto,neque intellectus vllus esset actiuus, quãdo
quidẽ intellectum actiuũ finẽ habere vbi quiescat,necesse est,nullum aũt habe=
ret. The. nam in infinitum prodirent,neque manifestum est,intellectum actiuũ
administratiuumque,ipsius contemplatiui gratia esse,& ipsam actionem, & pru
dentię administrationem,contemplationum & sapientiæ gratia. Contemplatio
nem autem & sapientiam optimorum iam posuimus. Tolle igitur optimum,con
templationem tollis,& contemplantem intellectum :quare & actionem, actiuũ
que intellectum. Et certe intellectus noster, oculus quidem sole carens (modo
aliunde impeditus non sit) non cessat in pulchrorum sensibilium pulchritudine
summam cogitare pulchritudinem,in ipsorum bonitate summam bonitatem,in
ipsorum duratione æternitatis immensitatem: vt quẹ nobis specula sint,illa sum
ma pulchritudine,bonitate,& æternitatis immensitate effigiata,impressaque, & Quod p=
nobis in speculo & ænigmate immensa dei pietate relictum est, quandiu crasso fectiori
hoc corpore tanquam carcere cingimur,illa beatiss. ma adire entia,illis vero supe modo su
rioribus mentibus secus, sine velamine scilicet illam rerum summam pulchritu= periora q̃
dinem,bonitatem,immẽsitatemque contueri,vt oculis semper vigilibus quibus homo in=
sol maximumque visibile vsquequaq; illuceat. ¶ Si te perconter dulcis Neania, telligant.
10 quas naturalis philosophus causas potissimum inuenire gestit, protinus subdes
naturales: vt materiã, vt rerũ sensibilium formas, vt naturales efficientes: atque
naturales fines quas igitur metaphysicus,diuinusque philosophus potissimũ desi
deret? protinus quid respondẽdum sit, in promptu obuiumq; est, primas & supra
mundanas causas,& maxime oim primam,rerum exemplar & formam,oim effe
ctricem causam,& oim fœlicissimũ,atque optimum finẽ, quam hoc ipso ꝙ cau=
sæ in infinitũ non ꝓruant,iam sua bonitate exploratam compertamq; habemus.

Universidad de Deusto Biblioteca

nunc quod reliquum est, absoluere tentemus. ¶ An veritas sit facilis, aut difficilis? Ne. Quodammō facilis, & quodammodo ardua atq; difficilis. nam nullus vn 11
quā syncere & oīno digne veritatē apprehendere valuit: & ipsius difficultatis sumitur indiciū. nullus etiam vnq̄ veritatis oīno est exors, quod rursum aliquid ipsius facilitatis arguit. Quis em̄ (vt vetere prouerbio consuetudine dici tractū est) in foribus delinquet? Totum, pfecto facile est, pars aūt captu nobis difficultatem affert. The. Sane ita est, fores: sciētiarūq; valuę, ploquia dignitatesq; sunt (q̄ hic tota nuncupamus) & quæ talia sunt vt eavnusquisque cōprobet audita, quibus neque reniti, neque mente dissentire queat, & ea in disciplinis capere facillimū est. Contra vero quæ ex ipsis pendent & quę hic partium nomine censemus, cognoscere difficile, & quanto a principiorum luce distantiora sunt, tanto captu cognituque imperuiora. Et certe veritas videtur ad nostrum ita sese habere intellectum, vt illustre solis iubar ad oculum, cuius eximiam claritatē nunq̄ perfecte & digne satis noster apprehēderevalet oculus: nullus etiam oculus tāti iubaris expers oīno euadit. ¶ Cedo insuper, a quo entia suam veritatē sumant? Ne. A maxime vero. Nam in vniuocis vnumquodq; maxime oīm tale dicitur, quod alijs 12
vt talia sint causa existit, vt ignis maxime calidus existit, qui cęteris sensibilibus vt calida sint, causa esse dignoratur, ita & maxime vera sunt quę aliis vtvera sint causa existunt. Et maxime oīm id verum est, quod oīm verorūvt vera sint causa causa est. oīa itaq; entia a maxie vero suam veritatē sumunt. The. Et id recte quidem, si em̄ in vniuocis conformis assimilisque naturę, oīa a maxime tali suum sumant exordium, vt omnia calida ab igne maxime natura calido calida esse dicātur, multo igitur fortius in homonymis: in quibus semper quod prius fuerit, natura præstantius & perfectius euadit: & cōditionem illam quā cæteris tribuit, & quam cætera ab eo sibivendicāt & assumunt, altiorē natura retinens. Nil mirum igr posterius, & quod imbecillioris infirmiorisq; naturę est, a maxime perfectissimeq; vero suam veritatem vendicare, atque tale dici. Sicut si sol oīm clarorū homonyma causa esset, & omnia clara alia sole posteriora essent, illorūq; claritates solis claritudine iferiores, imperfectioresque, sol omnium iure diceretur clarissimus, quippe qui perfectissimā oīm claritatem haberet, & quę omnibus claris vt clara essent causa esset. & quanto vicinius quicquam a sole suam claritatē sibi vēdicaret, & illius maxime magis æmulam, tanto ipsum clari us non ab re censendum esset, & quanto eminus, distantius atque remotius, & minus illius ęmulam. tanto minus clarum bono iure censeretur. Ita filij quę a maxime vero vicinius suam sortiuntur veritatē, & magis illius verissimę imitatricem, vt supramundanę beatæ mentes, veriora sunt, quę vero e longinquo, & minus illius verissimæ affinem & æmulam, minus uera. Et ut de ueritate dictū audisti: ita quoq; & de entitate, unitate, bonitate, plenitudine, potestate, necessitate, sapientia, uita, & cæteris transcendentibus, intellígendum puta. Entia siquidem a maxime ente suam sumunt entitatē, ut dictum est a maxime uero suam sumere ueritatē, & a maxie uno suam sibi vendicant unitatē, a maxime bono suam bonitatē, a plenissimo suam plenitudinē, a maxime potēte suam potentiam, a maxime necessario, summa que essendi necessitate, suam sumunt necessitatē, ab omnium sapiētissimo suā sapiētiam, & a maxime uiuēte suam uitam, ita vt uniuersa (quantum unicuique concessum est) sua entitate summam imitentur entitatem, sua vnitate summam vnitatem, sua plenitudine maximam plenitudinem, sua bonitate summam bonitatem, sua veritate summam & per se veritatem, sua potentia agendique facultate, ipsam quoad potest omnipotentiam, sua necessitate summam necessitatē, & suo qualicūq; sapientiæ & prouidentiæ vestigio summam sapientiam, omnibus rebus suauiter prouidentem, & sua vita vitęue uestigio illam supremā uitam & īmortalitatē. Et reuera vnaquęque res est ipsius summe entis, summe vnius, summe boni, summe veri, summe pleni, summe potentis, sūme necessarij, summe sapientis & immortalitatis, speculum & scriptura, ab illo sūmo & maximo rerum

Quod nō oīa ęque suā veritatē a maxime vero sortiūtur

oīm opifice nobis ante oculos obiecta, stataq; quo ipsum in illo naturæ libro ab ipso quidē efformato signatoq; legamus, cognoscamus, cognitū amemus, cogni-
14 tum & amatū frequenter meditemur. ¶ Attamen non omnibus ęque inuestigādus est, sed ipsum pulcherrimū rerū potius in pulchris, perfectissimū in perfectis optimū in melioribus & oīno naturæ dignioribus entibus a nobis cognitis, ipsa summa maiestas & dignitas peruestiganda est. In his em̄ verius dilucet ipsa summa entitas, vnitas, bonitas, ueritas, ipsa summa plenitudo pfectio, summa maiestas, summaq; dignitas, quæ tantopere nostra hæc transmundana philosophia desideat. Sed age dic, o Neania: nonne oīm existentiū principia (dico summā enti-
15 tatem, summam vnitatem, summam bonitatem, veritatem, entium vnorum bonorum, & verorum) maxime vera sunt principia? Ne. Maxime, o Theoretice: & hoc non modo opinor, sed sine aliqua hæsitatione credo. Theo. Nec iniuria. nam non quandoq; sunt vera, & quandoq; non, sed sempiterna, sempiternæq; veritati semper coniuncta: quibus nullum principium, & nulla causa est, sed omnibus ipsa causæ sunt & principia. Et certe has o Neania fœlix qui potuit rerū cognoscere causas. Ne. Has scilicet, sed o Theoretice, aut non sane satis concipio, aut hallucinor. Existimaui em̄ oīa ad vnum principiū reuocāda atq; reducēda esse, tu vero mihi videris plura ponere, & quidē simpliciter pria, vt quib⁹ nullū principium & causa sit. The. Maxime prima, o fili, plura quidē, non vt cōcipis, re atque substantia, sed ratione sola, cū ea ipsa essentia & subiecto sint vnum, imo maxime vnū, sintque illa summa vnitas, qua nihil aut esse aut excogitari potest magis vnum: & cognoscere quo pacto res subiecto sit vna, ratione vero multa, ad sapientiā pandit introitū. Et tui meministi ne prius a nobis dictum fuisse, sapientiam nihil aliud esse q̄ æternatū rationū intellectū & scientiā? Ne. In memoriā reuocas. The. Attamen non est nisi vnū primū ens entiū, & si cōmode dici potest, vnissimum, optimū, verissimū, plenissimum, potentissimū, summe necessarium sapientissimū, & īmortale: in oī re in cęlo sursum, in terra & in abysso deorsum signatū, si nobis san⁹ legendi relict⁹ esset ocul⁹. Sit ipsius pietas nobis o Neania oculum recludere, quo ipsum cognoscamus. Ne. Sit oro. The. Huic (vt fuerunt) enti entiū se Aristoteles cōmendare solebat, eius misericordiā implorabat, quod confitebatur, quod prædicabat, pro quo tandem exul damnatusque inter gentes exteras degebat, tandem in Chalcide peregrinus, hoc munere mortalis vitę functus traditur. Quid nos o Neania? nos ne debemus ipsi supplices cōmēdare? ne. Debeuus supplices. The. Et ex nunc cōmendamus. O ens entiū, vnum, optimū verissimū, plenissimū, potentissimū, summe necessariū, sapientissimum, īmortale atque sempiternum, pande nobis ad te viam & accessum, & adiuua quod nobis indicisti naturale desideriū. Sed proficiscamur. Percipis ne hinc fieri, vt sicut res ad esse se habeant, ita quoque ad veritatē? Ne. Mihi percipere videor. nā quę prę stātius sunt, vt natnrę entia beata, uicinius ab ipso maximo ente prodeunt & manāt, quare & uicinius, indistantiusque ab ipso maximevero. nō enim aliud & aliud, maxime ens, & maxime verum ipsum est. The. Et illa eadem consimilisque rationne magis vna sunt, magis bona, pleniora, potētiora, necessariora, sapiētiora, magisque immortalitatis sorte participantia his ipsis inferioribus & caducis, quanto his ad horam labentibus prestantiora sunt entia. Ne. Certe. Theo. Quod igitur in sensibilibus est motus, & entitatis instabilitas, est illic iugissima, stabilissimaque entitas. Et quod in sensibilibus quędam est pluralitas, est in cęlestibus vnitas. quod in sensibilibus bonitatis & veritatis exile vestigium, illic nostrę bonitatis & veritatis exemplar & veritas. attamen & in cælo & in terra non est nisi vna summa veritas. Ne. Et vna entitas, vt puto. Theore. Vna summa entitas: & ita in reliquis, & pro libera illic plenitudine, nos hic locum & plenitudinem sortimur occupantem, & pro vniuersali potentia, particularem potentiam, resistentiam, & reluctamen: pro necessitate contingentiam, pro sapientia ignorantiam,

Universidad de Deusto Biblioteca

& pro immortalitate deficientem vitam. Vide fili quid est procul esse a maximo
ente: hæc mala a natura, ibecillemque omni ex parte naturæ conditionem ideo
patimur, quod longe a primo ente distamus, longeque ab eius veritatis imitatio-
ne. ¶ Hinc cognoscere promptum est fœlicitatem & summum bonum ijs rebus 15
(quæ huius sint capacia) ex ipsius summi boni quoad fieri potest assimilatione
pendere. Et contra, summã miseriam ex ipsius quoad fieri potest dissimilitudie,
& ab eo discessione. Fit item, vt vnum solum sit absolutum ens, vnum, bonum, ve
rum, plenum, potens, necessarium, sapiens & absolutum, viuens, & sempiternũ,
quod ab alio non habeat suam entitatem, bonitatem, vnitatem, veritatem, pleni-
tudinem, potentiam, necessitatem, sapientiam & vitam: sed per se sit ens, & vnũ,
& ita in cæteris. Cętera autem omnia non absolute entia, vna bona, aut uera dicũ
tur, sed ab altero & alterum talia, quia ab ipso sint vero & per se ente vno, & ipsi-
us absoluti entis, vnius boni, veri imagines, similitudines & simulacra quędam.
Et certe o amice Neania si nobis illius summi absolutique entis, summe vnius,
summi boni & veri vnum punctum attingere concessum esset, illa ipsa contẽpla
tione, quantum corpus trahentibus caducum & mortale fas est, fœlices essemus.
Et certe illa dei entitas, vnitas, bonitas, & veritas linea est infinita, & quicquid ali
ud in cælo & in terra fœlix est, oculus est finitus. punctum solum illius summæ
& absolutę bonitatis apprehendens: aut quod perinde se habet ad apprehensum,
vt ad infinitam indimẽsibilemq; lineam sese habet punctum. Et deus ipse solus
seipsum vt est plenissime apprehendit, & seipso solus maxime fœlix est. Quo fit
iterum vt sicut omnia vera a maxime vero suam trahũt veritatẽ, ita fœlicia a fœ
licissimo suam fœlicitatem, qui proinde fœlicissimus est, q̃ seipsum maxime pos
sidet, & seipsum maxime cognoscit, diligit, & sibijpsi maxime cõplacet. sunt igi-
tur cętera fœlicia, quod ipsum quoad fiori potest possident, contẽplantur, amant,
& ea solavoluptate trahuntur, quodq; in hoc ipsi summe fœlici assimilãtur. Ne.
Recte igitur audiuerim Aristotelem asseuerasse, nostrum summum bonum, &
nostram fœlicitatem, in veritatis contẽplatione consistere. The. Recte admodũ
& maxime veritatis. sed nos ad propositũ reuocemus. ¶ Vnde nobis veriora hæc
naturę entia cognoscendi adoritur difficulas? Ne. A nostri intellectus imbecilli- 16
tate. nam sicut oculi nycticoracum sese habẽt ad lucem diei, ita & noster intelle-
ctus ad manifestissima, optima & verissima naturę entia. Atqui q̃ nycticoracũ
oculi difficultate diurnę lucis hebetescunt ac obtunduntur, maxime quidem vi
sibilis, hoc ex nycticoracum ifirmitate debilitateq; paritur. igitur quod noster in
tellectus circa manifestisima & optima & verisima naturæ entia cognoscen di
difficultate laborat, hoc eius infirmitas debilitasq; parit. Theoretic. Ita est vt ais
o Neania. Sicut em̃ sensibile ad sensum sese habet, ita intelligibile ad intellectũ,
& sicut maxime sensibile ad sensum, ita & maxime intelligibile ad intellectum.
Atqui si maxime sensibile a sensu non percipiatur, id maxime sensibilis iniuria
culpaq; non ꝓuenit, sed potius ipsius sensus imbecillitate atq; infirmitate. igitur
& si maxime intelligibile ab intellectu non percipiatur, hoc maxime intelligibi
lis culpa: non fuerit, sed potius ipsius intellectus infirmitas debilitasque. ¶ Quę 17
veritati percipiendæ obluctantur ac resistunt? Nea. Illa quinq; quæ prius addu-
cta fuerunt. Primo, consuetudo audiendi falsa, eruditioq; nõ recta, tum quod q̃ au
dire cõsueuimus, hæc eadẽ dici dignamur, atq; admittimus, tũ q̃ consueta nobis
notiora sunt, incõsuetavero contra ignotiora, qui itaq; cõsuetudinẽ traxerũt audi
endi falsa, falsa dici dignabũtur, falsis assentirẽt, q̃ & pro notioribus receptabunt,
veritas aũt tanq̃ ignotior illos effugiet. Distorquet igitur, disturbat, ipedimẽtoq;
ꝓcipiendę veritatis hmõi educatio est. The. Et leges ipsæ consuetudinẽ plurimi
momenti & efficaciæ ad hoc esse ostẽdunt, quæ fabulas puerilesq; ineptias ob cõ
suetudinẽ recipiunt, & ipsas veritati anteponũt. Ne. Secundo. Recte docẽti assẽ
tire nolle, nos a veritatis ꝓceptione retrahit. Nã singula vt materia requirit re-

cipienda sunt: neq; omnium mathematica certitudo expetenda est. Qui autem re
cte docenti assentire renititur, non singula recipit vt vniuscuiusq; natura postulat
ac requirit. disturbatur igitur talis a veritatis perceptione. Th. Ita est o fili: eorum
quæ demonstrationem patiuntur, & sustinent, demonstratio expetenda est, & de-
monstranti credere oportet: & quæ analogiæ similitudinem desiderãt, ea vt decet
adducta, contenti abire debemus. Quæ persuasionem qualẽcunq; aliam, ea siqui-
dem sufficiente adducta, nos faciles præstemus oportet: neq; demonstrationẽ, ne-
que analogiam efflagitemus. Sic enim omnis veritatis facile cõpotes euademus,
& vnunquodq; pro dignitate recipiemus. His tamen tribus pro dignitate rite vti,
quamdifficillimũ puto, viriq; esse in omnis disciplinę professione consummati.
Sed iam perge. Ne. Tertio, nulli fidem præstare, nisi sensibile sit, sensibilive con-
stet argumento, percipiendæ veritatis obluctamentum pręstat. Nam nulli fidem
præstare velle, nisi sensu sensualive exemplo vincamur, parui impotentisq; inge-
nij argumentum est. At ingenij paruitas & impotentia nobis nimirum percipien
dæ veritatis obex & obluctamentum est. nulli igitur fidem præstare nisi sensibile
sit, sensibilive constet argumento, veritati percipiendę obluctatur, obstatq;. Quar
to, nulla recipere velle, nisi alicuius confirmet autoritas, veritatis perceptionẽ itẽ
impedit. Nam nihil recipere velle, nisi alicuius autoritate firmatum fuerit, quæ-
dam iudicandi impotentia est. Iudicandi autem impotentia, percipiendæ verita-
tis impedimento est: vt visus circa sensibile iudicandi impotentia, bonam profe-
cto sensibilis impedit perceptionem. nulla igitur percipere velle, nisi quæ aliena
firmata autoritate fuerint, veritatis perceptionem impedit. Quinto. Itidẽ & non
posse, nisi parua degustare. nam qui sola parua degustare sufficiunt: naturæ defe-
ctum, oblęsimentumq; patiuntur, & intellectus paucitatem. qui autem hæc pati-
untur, a veritatis perceptione præpediuntur: perinde atq; qui pupillæ oblęsimen-
tum, visusq; paucitatem patitur, qua a visibilis perceptione præpedítur. non pos-
se igitur, nisi parua degustare, nos a veritatis impedit perceptiõe. The. Haud in-
conuenientes similitudines adduxisti. ¶ Quibus ergo ad pulchræ veritatis perce-
ptionem apparamur, atq; bene afficimur? Nea. Horum quinq; quæ iam adducta
sunt oppositis. ad ipsam percipiendam instruimur, apparamurq;: vt consuetudine
vera audiendi, & perceptione recta. recte docendi assensione, & obedientia. vni-
uscuiusq; vt materia ipsa requirit, & postulat, receptione. alta mente, & potente iu
dicio. sana, integra, illabefactaq; mentis natura. Th. Rectissime sic o fili. sic enim
contraria contrarijs medicamur, & aduersus contraria contrarijs reluctamur: &
cui deus hæc quinq; prioribus obicibus aduersa beneficia contulerit, percipiendę
veritatis pręalijs potens efficietur. Det igitur tibi o fili, qui iuuenta flores, sanum
præceptorem, qui veris & pulchris te instituat præceptis. det tibi docilitatem, qua
recte docenti beneuole acquiescas. det vnunquodq; pro dignitate recipere. det al-
tam mentem, & acre iudicium. det integrum, inoffensum, illabefactumq; ad ip-
sum contemplandum mentis acumen. Et non modo tibi hæc, sed & omnibus qui
desiderio pulchrarum scientiarum bene vtendi gratia rapiuntur, non quidem va-
na sui ostentatione, non fastu, non ambitione, non rerum caducarum opulẽtę con-
gestionis auiditate. hęc profecto vilia sunt, & futuro philosopho indigna, & a no-
stris quoque prioribus tantopere damnata. Sed nos eo laboremus ingenio, vt pul-
chris admodum veritatibus illi veritatum reginæ, summæ, absolutæ (quoad no-
bis conceditur) similes efformemur. Tale conamen, ingenuusq; animus, philoso-
phorum sit. Et tantula tibi o fili Neania, crepusculo iam nos separante, dicta suffi
ciant. Et ad me cum voles alias redito, & nunc abi prospera fortuna comite. Et va
le. Nea. Vale semper, o Theoretice.

¶ Secundi Dialogi Finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶TERTIVS DIALOGVS.

¶Homophron.Neanias.Theoreticus.Eutycherus.

HEus Neania nobis assiste. Ne. Pater.Ho.Huius diei amœnitas,& aurę temperies, & gratia,exercitamẽtum quęrunt. Est rus,est locus,est proxima luco colonia: illuc me solandi gratia transfero,&virentia loca lustro. Tu mihi comes assiste . nulli dubiũ est spirantem florẽtium locorum halitum, nostrum suauiter refouere spiritum. nea. Optarem pater: sed alio solandi gñe ego plurimum vti soleo. Ho. Quid illud est? ne. Ego Theoreticum nostrum vicinum viso,eum primum vacua datur occasio: qui multa liberalitate mihi aperit quodcũq; cognoscere operępretium duco.Ego vero eum ipsum (nisi me strictius tibi assidere iubes)modo visurus eram.Ho.Non iubeo fili,imo gratias Theoretico ago , referãque si possim vnq̃ gratiã hãc,si tibi doctrinarum aliquid liberaliter impartit. Ne. Impartit indubie.ho. Abi igitur o fili,& ipsum meo noie saluere iubeto.alterum autem qui mihi assideat comitem curabo. ne. Faciã. the. Diligens iuuentus,& honestorum cupida,fœlicẽ senectã expectat. Video te,o Homophronis fili, quadam diligentia & honesto desiderio ad eruditam vitã properare. ne. O vtinã eruditam,o Theoretice:hoc optat pater Homophron: qui cũ primum resciuit te interdum visendi me consuetudinem traxisse,mirũ in modũ gauisus est:& prę concepto gaudio collachrymatus,abi,inquit,o fili,& Theoreticum meo noie saluere iubeto,cui gratias ago, ipsiq; gratiam hanc si possim aliq̃ vnq̃ referam . Me rus vna secum ducturus erat in vicinos lucos,vicinosq;viculos. The.Patres qui ita filijs afficiuntur,proborum parentum cõmendantur officio,nunq̃ sua prole dolituri.Et cũ multa parentibus debeamus, illis summopere debem⁹ quãplurima . Sed hęc comittamus, & saluus sit Homophron:nos vero ea quorum gratia huc conuenimus,pariter contractemus:hæc,puto,colloquio prętulisti paterno, hęc ruri, hęc vicinorum lucorum,&venantium locorum amœnitatibus.Nea. Prætuli equidẽ. The.Vis ergo quindecim illas(quas tertio libro respondere diximus)quęstiones discutiamus? Ne. Nosti quid expediat. The. Noui equidem.& ideo illas nos consulto nunc relinquamus,ipsas aliquando opportunius vtrinq; disputaturi. Et nũc satis sit illarum quæstionũ formationẽ memoria tenere,& hoc ex loco meminisse, quæstiones illas vtrinq; Aristotelem disputasse.Ne.Nuper suo ordine ipsas mecum ipse didici. The. Opportune. Transeamus igitur ad naturam entis dignoscendam.Nea.Transeamus.¶Theor. Et nos a quæstionibus auspicia nostra sumamus.Et primum si tenes quid sit ens,effer in medium. Nea.Ens est quod subsistit.The.Sane.¶Quot sunt subsistendi modi? Ne. Arbitror me respondere debere,quinq;. Primus est cum quicquam subsistit ab altero.Secũdus, cum subsistit sub altero. Tertius,cum in altero.Quartus,cum per alterum, & alterius gratia. Quintus,cum subsistit quidem,sed neq; ab altero, sub altero, in altero, per alterũ, alteriusve gratia.sed reliqua omnia ab ipso subsistunt,& ipsius gratia.The.Idipsum debebas,o fili:sed multa se offerrent hic diligẽtius pensiculanda . Et quia tẽpestiue aduenisti,nec nos temporis indigentia premit,nos fidentius (etsi longiusculi futuri sumus) aliqua exequemur , hinc orsi . Omnia alia a primo & maxime ente , ab altero subsistunt . Et rerum substantiales potentiæ subsistunt sub altero: substantiales actus,& accidentariæ affectiones passionesque omnes in altero : referenter tamen.Nam substantiales actus in altero superiori præstantiorique modo subsistunt , vt scilicet consubstantiale in consubstantiali , quo cum simpliciter vnum vnamque completam substantiam constituit . Accidentaria autem affectio in altero est , sed non vt consubstantiale in consubstantiali, & cum quo aliquid vnum simpliciter constituere possit . Et completæ ipsæ substantiæ per alte-

rum,& alterius gratia subsistunt:& non mõ hoc,sed ab altero,& ex altero. Ab altero quidẽ:nam oia præter primum ab ipso subsistũt.ex altero:nã ex potẽtia. per alterum:quia per actũ,qui nunq̃ sub primo sine potentia , neq; potentia sine ipso subsistit.& alterius quidẽ gratia:nã oia summi boni gratia sunt. Et subsistere sub altero,in altero,ex altero,per alterum,nunq̃ sine subsistentia ab altero,& alterius gratia reperias.¶Ipsum aũt primum ꝓ summe ens,summe vnum,optimũ &verissimum dudũ nũcupauimus:ens ipsum est quod subsistit,non ab altero quidem, sub altero,in altero,per alterum,aut alterius gratia:maxime ens,maxime oim & vere subsistens,ens entium,& omnium entiũ entitas,quiditas,& veritas oim maxime subsistens,& ad quod omnes entium modi reducẽdi sunt: vt oẽs salubrium modi ad sanitatem: & longe profecto verius , quod vt paulo planius tibi constet, cõstituamus salubrium modos.Salubrium em̃, hæc sunt sanitatis effectiua , hæc conseruantia,hæc in sanitatem ordinata. quo pacto ergo salubria parantia sanitatem,in ipsam reducuntur? Ne. Vt causæ(nisi ego ipse fallor)in suũ effectum. th. Haud falleris.& quomodo oia entia ad maxime ens,& oim primũ? Ne. Poti⁹ vt effectus in suam causam. The. Et omnium maxime causam. Vtra ergo harũ reductionum tibi verior videtur? Nea. Ea certe, qua effectus in suam causam restituuntur. Theo. Et eo verior, quo in omnium verissimam & maximam causam. Dic rursum,quo pacto salubria quæ sanitatem retinent,& saluant, in ipsam reducuntur? Ne. Vt conseruans in ipsum suum conseruatum. The. Idipsum. Quomodo omnia entia ad maxime ens,& omnium primum? Ne. Vt cõseruata in conseruans ipsum. The. Et omnium maxime conseruans, vt quod omnia saluet,conseruetq;. Vter ergo horum tibi reductionis modus verior apparet? Ne. Quo conseruata in suum conseruans restituuntur. Th. Et tanto verior,quanto in suum summum & maximum. Ne. Tanto verior. The. Rursum ordinata in sanitatem,quo pacto in ipsam reducuntur? Ne. Vt in finem. The. Sed an ipsi⁹ sint maxime gratia? ne. Minime.nam sanitas summum bonum non est. Th. Et nonne omnia entia eodem modo in primum reducuntur? ne. Vt in finem scilicet. Th. Sed an sic vt in finem:vt & illius maxime gratia sint? ne. Maxime, o Theoretice.nam idipsum summum bonũ est. The. Probe coniectasti. Ipsum summe ens, summum bonum est,omnium vltimus,& optimus finis,& qui in alium finẽ minine vnquã est ordinatus. Apprehendis igitur oẽs modos entis veri⁹ & longe quidẽ in primũ & maxime ens restitui,q̃ salubrium modos in sanitatem. ne. Apprehendo:& id quidem mihi indubiũ est. ¶The. Sed age, vtrum sanum quod multiphariam dicitur,nunc in se suscipiens sanitatem,nunc sanitatem efficere, nũc saluare, nunc designare,atq; repręsentare vniuocum sit,vnicaq; ratione dictum, necne? Nean. Haud vnica ratione dictum est . theo. Aequiuocum igitur atq; homonymum est. nea. Est. Theor. Et salubre? nean. Itidem vt sanum. theor. Et ens cum dicitur de primo & maxime ente,nũc de ijs quæ ab ipso sunt,propter ipsum, & quę vtcunq; possunt ipsum monstrant,repręsentantq;,vtrum vniuocum sit, & eadem ratione dictum? ne. Minime,vt mihi videtur: quin potius homonymum. The. Et recte quidem.sic em̃ hoc in loco eo vtimur . & certe ipsum primum ens , & eaque ab ipso,& propter ipsum sunt,nunc substantię,nunc accidentia : nulla etiam proportione,magis abinuicem naturæ affinitate recedunt , quam quæcunq; inter se salubria aut sana. Quæ enim primi,maxime entis & infiniti,& cæterorum entium finitorum proportio? ne. Nulla prorsus videtur. the. Quæ substantiæ & accidentis naturæ vicinitas, vt ipsis eadẽ ratio apta tribuatur? ne. Nullam video. The.Nunquid cum præsens fueris speculo,& ipsi tuam similitudinẽ afformas:tibi & tuę similitudini idẽ nomen , & nominis eadẽ ratio est,quãuis illa tua imago tibi q̃ simillima videatur? Ne.nomẽ idem:sed non ratio eadẽ . nomẽ quidẽ Neanias,aut hõ. theo. Homonymũ igitur nomen Neanias ad te,& tuam similitudinem. ne. Homonymũ. theo. Et omnia primi similitudines & simulachra sunt,

Qd'ens ęquiuoce dicit de primo ente & cęteris,itẽ & de substãtia & accidente.

Universidad de Deusto Biblioteca

magis quidem a suo afformante exēplari distātia, q̃ tu a tua similitudine, & accidentiam substantiarū quædā sunt vestigia, & velut quædā vmbræ. Videtur ergo tibi iure, si oīm primū, & cętera post ipsum substantias & accidentia eodem entis nomine cōplectimur, id nos æquiuoce facere? Ne. Iure æquiuoce. The. Attñ omnia adv̄nā naturam & vniuocā reuocamus atq; reducimus. Nea. Quam? The. Es iam præcedentiū immemor factus? ad ipsum oīm primū, & maxime ens. quo fit vt nomine entis, vt homonymo, analogo tñ, perinde ac medicis salubri & sano, nobis vtendum sit, & cum vocabuli significatio ad prænotionē (quā quid est nuncupant) attineat, & æquiuocatio, homonymitasq; significationis positionē sequatur: id potius nobis vel sine probatione recipiendū est, q̃ persuaderi adnitendum. Dictum satis sit hoc in loco sic eo esse vtendum. & vtrū aliquis talis significatus, quo eadē ratione oīa significet, ipsi cōmode aptari queat, nunc missum faciamus: qui siquidem vbi effingi aptevaleret, nobis ad hoc quod conamur minime necessarius esset: & ijs relinquamus exquirendum, qui sibi aptū fore putant. sed de hoc abundantius q̃ par sit: nunc aūt nos ad alia cōuertamus. ¶ Nosti ne o Neania in 5
rebus caducis, & in hoc nostro inferiori mundo, rerum esse ordinē? Ne. noui equidem. Th. Quem? ne. Hominē primum locū obtinere. post quē aīalia rationis immunia. post quæ, arbusta & plantas, & cætera id genus vegetum. post vegetantia, lapides, metalla, & ea quæ ex terræ profunditate eruuntur. post quæ, vapores, halitus, pluuiam, niuem, grandinem, spiritum, & cætera quę imperfecta composita nuncupant. vltima aūt naturę loca: elementa, ignis aer, aqua, terra, sibi vendicāt. & in hac pulchra naturæ serie semper imperfectiora, præstantiora respiciunt, & illorum sunt gratia. The. Aptus nobis est iste inferiorū ordo, sed longe intellige in superioribus entib⁹ veriorē, quē iste rerum inferiorū ortu, occasuq; laborantiū, exiliter admodū, & quasi vmbratiliter imitamur. ¶ Sed hñt ne res sēsibiles actū 6
& potentiam? Ne. habent. The. Optime: & potentię multū: ideo multarū passionum obnoxiæ sunt. possuntq; multa pati. & parum actus: ideo parū agere sufficiunt: & hinc particulares agentes dictę sunt. & hi nostri actus, & nostrę potentiæ, veri actus, & verę potentiæ non sunt: sed verorū actuū & potentiarum vestigia, si mulacra, & vmbrę. Tu ne plane ita esse cōsentis? Ne. Cōsentio plane. sed o Theo retice siste paulisper. Audio foris Eutycherum loquentē. vis ipsum intro accersamus? totus em̄ gaudio soluitur, quoties de deo pij incidūt sermones. sin impij indigniq; tristis mœret & lamentatur. & vidi ipsum præ concepto gaudio, Eudęmo ne patruele meo nonnulla relligione nostra digna loquente, plorantē. The. Aduoca igitur ipsum. Nea. Eutychere potes intro venire, Theoreticū auditur⁹ vna mecū, nonnulla tibi grata (vt arbitror) differētem. Eu. Ego vero libens. Th. Assi de nobis o Eutychere, & te nobiscum exerce. Eu. Fœlicem me hac vestra collocutione reputabo. Th. Ego vt aliquid deprehendas, cœptam materiam vna cū Neania prosequar: & cum quicquam deprehenderis, aut minus examinatum, aut perperam assertum, nobiscum disputatiōis particeps agita. ¶ Dic age o fili Neania, 7
nonne quæ plus potentiæ habent, minus agunt? Ne. Minus. The. Et quę pluscu-
lum actus, magis? Nea. Magis. The. Et quæ iterum plus actus, & minus potentię? Ne. Iterum magis. Theo. Potentia igitur agendi impedit facultatem. Nean. Impedit. Theo. Quid igitur actus ille qui in infinitū a potentia semotus euadet, quæ agendi reluctamentum, impedimentumq; præstat? Nea. In infinitum aget, eritq; infinita agendi virtus & potentia. Theo. Recte coniectasti. fili, actus ille primus, purissimus, & absolutus actus, est summe ens, summe vnus, simplicissimus, summe bonus, verus, plenus, & potens. ¶ Sed an aliquid post ipsum sit summe potens? Nea. Nihil. vt arbitror. nā vnum solū est maxime ens, summe vnum, 8
& bonum, vt diximus. Theo. Probe. Videtur ergo tibi nullus alter actus esse omnino purus, & omnino a potentiæ consortio seiugatus. Ne. Mihi quidem id rationabile nimium. Theo. Attamen in rebus sensibilibus potentia peculiare nomen

Pulcherrim⁹ erū inferiorum ordo.

Primi & absoluti act⁹ inuestigatio.

materiam sibi vendicat, & actus formā. Ne. Vēdicant. Th. At in supramundanis potētię & actus nomen retinemus, quæ nos Platonico & Peripatetico more interdum essentiam & esse vocemus: potentiā. s. essentiam, atq; actū ipsum esse.
9 Ne. Vocemus: & his noibus promiscue vtcūq; voles vtare. ¶ Th. Proficiscamur igitur. rerū inferiorum ordo, vt vestigium quoddā superiorē cœlestium ordinem nobis insinuat. nea. Dictum est. th. Nos ergo in eorum numero quę sub primo subsistunt, quę ab ipso primum emanādi locū obtinet, primā mentē, & primi ordinis nuncupemus. ne. Nuncupemus. th. Et quæ secundū emanādi locū, secundam, & secundi ordinis: quēadmodum hō, mortalium primum locū sibi vēdicat, & animātes rationis expertes secdm. ne. Esto. Th. Et hunc in modum digere, si tibi placet, nouē ordinibus ipsas superiores beatasq; mētes: quēadmodum nōnulli olim nō sine diuinitatis multo prędsidio discreuerūt dignissime. Quæro ergo id vnum, an ipsæ superne mentes magis sint vnæ, an poti⁹ sua essentia magis sit vna, an suum esse? non em̄ ipsas solos actus esse pones. Nāvnicus solus & purus actus, & vnicum purum, imo purissimum esse. & tanto minus solas essētias atq; potentias, cum maxime post primum actiuæ sint: vt non ab re contra quā nos, vniuersalium efficientiū noīa sint fortitę, quod potius ipsi esse, & non essentiæ cōpetit. nihil vicariæ respōsionis alternas. ne. Quod nihil habeā. Th. Eutycherus forte habet quid potissimum pro te respondeat, qui diuinæ lectionis aliorum sua cōsuetudine studiosus est auditor. Eu. nihil omnino, o Theoretice, forte quicq̃ haberem si affuissem ab ipso disputationis initio? porro cum Neanias respōdendo vicissitudinem alternat, haud min⁹ ipse me atq; tu edocet. Th. Sermonē igitur ad ipsum rursus cōuerto. dic o Neania, an nostro ordine mentes illæ digestæ suis potentijs, & suis actibus magis sint vnæ, præstantiores, atq; meliores? ne. Quandoquidem vis vt respōdendo aliquid afferā, ipsæ potentiæ magis vnę, & ipsi actus magis vni mihi essevidentur. Th. Tibi videntur. sit a, prima mentium, sub primo primum locum sortita. nea. Sit. Theo. Et b essentia: c vero eius esse. nea. Esto. Theo. Ais essentiam b esse magis vnam ipsa mente a: itidem ipsum esse c, mente a magis vnum. nea. Aio. The. Sed nonne quanto quicquā vt subsistat plurib⁹ eget, minus ens tibi esse videtur? nā indigentia ex discessu ab ipso primo & per se sufficientissimo ente est. nea. Videtur certe. Th. At essētia b, plurium vt subsistat, quam a egena est. nea. Quo pacto? The. nam primo eget esse ab altero. a se em̄ nequaq̃ subsistere potest. secundo sub altero, nā sub esse: sine quo & vacua & otiosa, & sine vsu aliquo subsisteret. tertio ipsius esse gratia: nam melius esse, vt quod absoluto esse & simplicissimo omnium rerum authori, quam sua essētia similius euadat. quarto est totius mentis a, gratia. quinto est optimi summiq; boni gratia. tibi ne hæc vera esse videntur? nea. Videntur omnino. The. Quinque igitur vt subsistat essentia b indigentias sustinet. nea. Quinq; scilicet. The. nunc a, totum scilicet ipsum, rimemur, exploremusq;. primo ipsū ab altero est, a quo eget vt subsistat. secundo ex altero est, nam ex sua essentia. tertio est per alterum, nam per suum esse. quarto est alterius, optimi scilicet summiq; boni gratia, & ipsius quidem solius gratia. assentis hæc ita se habere? nea. Assentior. The. Neq; enim a, suæ essentiæ, aut sui esse gratia est: vt neq; in rebus caducis elementum aut plantam, suæ materiæ aut suæ formæ gratia esse dignoscis. Nea. Simile. Theore. Sustinet igitur a, vt subsistat, solum dependentias indigentiasque quatuor. Ne. Solum quatuor. Theo. Et essentia b, quinque sustinet. Nea. Concessum iam est. Th. A igitur mens tota pauciorum quam b sua essentia, vt subsistat egena, magis ens est, magisque subsistit. Nea. Mihi concedendum est. The. Et si magis ens est: & magis vna, bona, vera, & potens: quādoquidem primo & maxime enti, maxime vni, bono, vero, & potenti similior est. Nea. Oportet. The. Diximus enim, vt vnumquodque sese habet ad esse: & ad vnum, bonum verum, & reliqua sese haberet. Nea. Dictum. The. Et fassus es essentiam b, totius esse gratia. Nea. Verum cer-

Universidad de Deusto Biblioteca

te:ſicut materia in ſenſibilibus, ipſorũ ſenſibiliũ gratia eſt. The. Et eſſe c, etiã to
tius a eſſe gratia forte fãteberis. Nea. Fatebor equidẽ,ſicut ſenſibiliũ formæ,ipſo
rum ſenſibiliũ & totorũ etſi caducorũ gratia ſunt. nec mihi videbor errare. th. In
genue,& tantoveri⁹ illorũ eſſe ſunt gratia,quãto illa tota, bona ſunt æterna,& om
nium optio q̃ ſimillima. hæc vero tota,bona ſunt caduca , & verorũ bonorũ vm
bræ. & ſub primo iperfectiora,pfectiorũ & meliorũ ſunt gratia, nõ aũt cõtra per
fectiora gratia iperfectiorũ. Ne. Semper natura. the. Recte addidiſti natura. de
ijs ſiquidem quę noſtra inordinatione puerteremus,nõ loquor. naturæ eim tenor
ab optimo,& ordinatiſſimo rerũ opifice tributus,pulcherrime ordinatus perſeue
rat,dũ aliunde inordinatio non pendeat. Eſt igitur iterũ intelligentia a , non mõ
ſua eſſentia b,ſed & ſuo eſſe c,perfectior & melior. quare & magis ens,magis vna
& magis vera. Ne. Ita conſentaneũ videtur. th. Vides ergo quo pacto mentes il-
læ ſuperiores ſuis ordinibus digeſtæ,ſuis potentijs & actib⁹ magis ſunt vnæ,præ
ſtantiores,& meliores. Ne. Video,& me pri⁹ pperã reſpõdendo cõiectaſſe. The.
Et ęque facile vnũ ,quodq; totũ ſua potentia,& ſuo actu pręſtare,& magis vnum 10
eſſe,oñdere poſſes. Ne. Aeque. ¶ Sed an c eſſe & actus , ſuo toto ad ſubſiſtẽdum
plurium egebat? Th. Quodãmõ. nam eget eſſe ab altero,in altero vt in ſubiecto,
vt in eſſentia,& in altero vt in toto,vt in intelligentia,& totius a gratia,& optimi
ſupremiq; boni gratia,& ipſum magis egere vt ſubſiſtat,q̃ totũ, manifeſtũ ẽ. Nã
a fine quæ cauſæ cauſarum eſt. magis vnũ quodq; pendet. Eſt autem eſſe c, ab ip-
ſo toto a,vt fine dependens,& non contra a ab ipſo c,vt fine. Nea. Percipio certe, 12
& vnũquodq; totum ſuo actu eadẽ ratione minus depẽdere atq; egere,& vniuſcu-
iuſq; actũ magis. ¶ The. Et pene ſuperiore argumento conſtat ipſum eſſe,perfe-
ctius eſſe eſſentia,,magis ens,magis vnũ,bonum,& verum. nã eſsẽtia eſt ipſius eſ
ſe gratia,& ab ipſo vt fine pendet,& non cõtra. adde mobile magis pẽdere a mo-
tore,vt qui ſit ſummo enti a quo oĩa pendẽt,ſimilior. vniuſcuiuſq; aũt rei eſſe, vt
motor eſt, eſſentia vero,vt mobile. ¶ Quo fit,vt ſubſtãtiarum maxie materiã,mi
nus ens,& minus vna cenſenda ſit: vt quæ in confinio non eſſe,& probe nihil exi-
ſtat. Ne. Quo pacto? the. Quia ſi conſtituamus primum & ſummum ens,& non
ens extrema,& omnes ſubſtantias tum completas tum incõpletas materiam for-
mam,eſſentias omnes & eſſe vt media , & harum oim ſubſtantiarũ dependentias
indigentiaſque numeraueris, nullam prorſus earum remotiorem a primo & ma-
mo ente,& plurium indigentiorem ipſa materia videbis. qdare nulla non enti vi-
xinior , vt quę & rite dicta videatur in confinio non eſſe conſtituta , & admodum
prope nihil. ¶ Hinc fit iterum, vt quæcunque materiam ſortita ſunt,magis non
eſſe quam eſſe videãtur,omni inconſtantię,inſtabilitati & variabilitati obnoxia, 13
& magis ad non eſſe,quam ad eſse prona, & quę a materia & materiæ conditione
(quæ eſse impedit) recedunt,verius ſubſiſtunt , vt quorum eſse ſemper & ſtabile
ſolum appareat. Ne. Omnino. The. Et omnis eſsentia, quędam materia eſt . Eſt
enim omnis, ipſius eſſe,& actus ſubſterniculum quoddam. Nea. In proportione
ſcilicet. The. Mens igitur a ſub primo,mentium prima,merito plus eſſe,q̃ nõ eſ-
ſe dicenda eſt, & ad ſemper eſse procliua,conſtantiſsima,& ſtabiliſsima. Ne. Me
rito. The. ¶ Vis ergo nunc vt ſacundæ ſeriei mentium ſubſiſtendi dependentias 14
perueſtigemus? Ne. Sequor te quocũq; voles trahentem. The. Concipe igitur ip
ſum primum,quod eſt ſuper omnia fons & origo rerum omnium,vt ſolem. & pri
mam mentium ſub ſub illo,& lucem. Secundam,vt lumen. & tertiam , vt ſplen-
dorem. Ne. Ita luctor concipere. The. Sol ille , o Neania , æternus & inuiſibilis
noſtri viſibilis ſolis veritas & exẽplar,ſub ſeveram lucem non quidem accidentari
am (qualis lux eſt ſenſibilis ſolis) ſed ſubſtãtialẽ pducit, primam ſcilicet creata-
rum mentiũ,& perfectiſsimã, & maxime oim infra ipſum primũ efficacem , cui
ſtatim coagendi cõmunicatur facultas, vt ſol ſenſibilis ſenſibili luci pro ſuo mo-
dulo communicat. Et ſol ille ſupremus coagente luce lumen producit , veram &

ſubſtantialem lucis ſimilitudinem,& ſecundã intelligentiã. Neq; hoc mireris de
illa ſub primo efficaciſſima luce: qñquidem vides nõ mõ ſenſibilem lucẽ minus
efficacem,ſed & oẽm rei naturalis vel infinimã naturam, ſuæ ſimilitudinis progi
gnendæ auidã. & hinc multa naturæ miracula (quanuis vulgo ignota) pendere
coniecta. & primũ ens,vna cõproducentib⁹ luce & luie,cœleſtes progignit ſplen
dores,q; tertię dignitatis mentes, proceditq; in tm̃ iſta diuinorũ ſplendorũ ſeries;
dum in aliquam vmbrã decumbat,quæ non ſit oino diuini luminis expers , quod
in deum ſuã originem verũ rerum oim ſolem reflectitur/recurrit,reſilitq;,ſed te-
nuiter admodum: vt ſenſibilis vmbræ flaccidũ,& pene deficiens lumen, in ſenſi-
bilem ſolem reſilire ſolet. Euty. O Theoretice hanc vmbrã vocas etiã mentem?
Th. Etiam, infimã ſcilicet,& noſtrã aiam,quæ in illo quoad põt vmbratili radio
(modo impedita non ſit) in ſummã reſilit recurritq; contẽplandã entitatem,vni-
tatem,ſummam veritatem,bonitatem, plenitudinem , & omniũ potentiſſimum
authorem. Eu. Concipio,tu ergo noſtram aiam itelligebas. Th. Et poſt noſtram
animam ſunt brutorum animę: quę iam diuinorum luminum oino ſunt exortes,
& vt tenebræ,ſola lucis illi⁹ priuatione & abſentia in corporum opacitatæ merſę;
nunq̃ recurrentes reflectenteſq; ſe in deum. Eu. Non indubie: & ideo iure , diui-
no lumine & ſpiritali captæ,cæcæ,& tenebræ cenſentur: non tm̃ ſenſibili & corpo
reo lumine priuantur. Et nunc tecum o Theoretice (ſi tibi gratum eſt) aliquantiſ
per Neaniæ partes agam: neq; Neaniæ moleſtum ſit,qui me vobiſcum vna adeſ-
ſe voluit,me etiã ſecum nonnihil impartiri laboris ac ſtudij. & vbi propter pręce
dentia minus audita inſufficiens videbor , ſupponat manum, & præſidium ferat
amico,idq; mihi pręſtet, quod Hercules quõdã Atlanti pręſtitiſſe fertur,cum ei
aſsidua (vt aiunt) cœli ſuſtẽtatione defeſſo ſuppetias tulit, cœloq; ſubiecit hume
ros. Ita mihi minus recte rñdenti Neanias auxilio erit. Interea aliquãtiſper a cõ
tinuo quem pertulit diſputationis labore reſpirabit. Th. Vt vis Eutychere, inte-
rim Neanias attentione proficiet,poteritq; interdum,ſi neceſsarium videbitur ti
bi,vt requiris,ſuppetias ferre. Vis ergo vt reuertamur , & ſecundę mentis depen-
dentias recludamus? Eu. Id cupio. Th. Quot prima mẽtium ſub primo depẽden-
tias ſuſtinere cognita eſt? Eu. Quatuor. nã ab alio eſt,ex alio per aliud,& alterius
gratia. th. Et ſecunda mentium etiam ne a primo eſt? Eu. Eſt. nã ab ipſo ſunt om
nia. th. Et etiam a prima aſsignata mente. eu. Dictum eſt: quemadmodũ lumen
a luce. th. Duas ergo vt ab altero ſubſiſtat,ſuſtinet indigentias. eu. Duas,vt quę
a duobus pendeat. the. Et quanq̃ a primo abſq; prima mente manare põt, nunq̃
tm̃ (vt neq; lumen a ſole ſine lucis medio) emanabit. & eſt ex altero. eu. Eſt. the.
Et per alterum. eu. Et hoc. the. Et bruta luminis diuini expertia,& tenebræ,ho
minis ſunt gratia,qui nõnihil diuinæ illuĩationis vt in vmbra participat. eu. Sũt
Th. Et quę infra brutales tenebras ſunt,ipſius hominis gratia ſunt oĩa : & imper-
fecta,perfectiorum præſtantiorumq; gratia. eu. Ordo naturæ eſt. th. Et beatiſsi
ma illa entia , noſtræ ſenſibilis & continuo labentis machinę ordinis continent
veritatem. euty. Indubi. Theore. Erit ne ergo ſecunda mentium , primæ ſupe-
rioris mentis & perfectiſsimæ gratia ? Quandoquidem in his caducis , & ad ho-
ram labentibus tenebrę (vt ita dicam) ipſius vmbrę ſunt gratia. eu. Eſt certe,&
multo quidem magis. Theor. Eſt etiam & primi gratia. eu. Nimirum . nam eius
ipſius gratia ſunt omnia . Theoreti. Collige ergo nunc o Eutychere dependen-
tias,indigentiaſq; numera. eu. Sex ſuſtinet,ab altero duas, ex altero , & per alte-
rum ſingulas,& alterius gratias ſuſtinet itidem duas. Theoreti. Et ſuo modo de
eius eſſe & eſſentia diceremus. eu. Penitus. Theore. Et ita mẽtium tertię digni
tatis dependentias inueſtigaremus,& quartæ,& quitæ,& eſſe, & eſſentias vſq; ad
infimum rerũ gradum. eu. Scilicet. Th. Et in hac inueſtigatione ſemper poſte-
15 rius plurium egere ſuo priori cõperimus. eu. Semper pluriũ. ¶ The. Quo fit,vt
ſupremæ diuinę ſortis mẽtes magis entia ſunt,magis vnæ , bonæ, & veræ,magis

Universidad de Deusto Biblioteca

plenę,efficaces,neceſſariæ,ſapientes,magiſq;vitæ ſempiternæ cōpotes. mox ſe-
cundæ,deinde tertiæ,& ita deincepsvſq; ad infinitū entium gradum. Eu. Oino.
Th.Fit etiamvt ſecūdarū eſſe & eſſentiæ īperfectiores ſint eſſe, & eſsētijs prima
rum, pluſq; eſſentiæ ſecundæ habeāt q̄ primę,& tertię q̄ ſecundæ,& cōtra primę
plus eſſe q̄ ſecundæ,& ſecundæ q̄ tertiæ.attñ quęcunq; ſunt in regiōe lucis,plus
eſſe q̄ eſſentiæ participant,alioquin ad multitudinē,diuiſibilitatē,& motū,cōdi-
tiones potētiæ laberentur. ℂ Sed age,qdvnius & īdiuiſibilis oppoſitū cenſes? eu.
Multa,& diuiſibile. Th.Nosvnū & indiuiſibile idē eſſevolumus, itidē diuiſibi- 16
le & multa.Quid eiuſdem oppoſitū? eu. Alterum. Th.Quid oppoſitum ſimilis?
Eu.Diſſimile. Th.Quid ſtatus oppoſitū? eu. Motus. The. Tu ad ſingula ſcite &
expedite rñdiſti. eu. Hæc ex diuinis diſputationibus(q̄bus nōnunq̄ interfui) ita
accepi. The. Perge igitur. Cui maximevnius natura cōpetit? eu. Primo & maxi-
me enti,& ꝙ eſt ipſa rerum oīm ſummavnitas. The. Quare & maxime eidē com
petit indiuiſibilis natura,eritq; ſumma rerū indiuiſibilitas. Cui maxime eiuſdē
natura? eu. Primo enti,ꝙ ſemper vnū & idē manens, ſibi ſp maxīe oīm & oino
idem eſt, & rerū identitas. Th. Cui maxime ſimilis natura? eu. Maxime, ꝙ oīm
eſt exemplar,& oīs ſimilitudinisveritas. Th. Cui maxime ſtatus? eu. Itidem pri 17
mo enti. nam ipſum eſt æternum,& rerū oīm ſumma ſtabilitas. ℂ The. An cuiq̄
a primo hæc ſyncere cōpetere queāt? eu. Nulli prorſus. Th. Deficiūt īgīt cæte-
ra oīa a ſynceravnitate,ſimplicitate,identitate,exēplari,& ſtabilitate. eu. Opor
tet. Th. Quapropter ad illorū oppoſita aliquātulū demergūt. eu. Conſentaneū
eſt. Th. Mentes īgī lucidiſſimæ regionis,q̄ magis eſſe actūq; ſequuntur, quę &
magis ſunt q̄ non ſunt, magisvnius & ſimplicitatis participes ſunt, multitudinis
aūt & diuiſibilitatis minus. Idem identitatis,ſimilitudis, & ſtatus naturā magis
participant:& diuerſi & diſſimilis,& mobilitatis minus. Et hō qui eſt oīs naturę
vinculum,ſuperiorum & inferiorum medium,his elementis,vno,multis,indiui-
ſibili,diuiſibili,eodem,altero,ſtatu,& motu,medio mō cōtēperatus, ęqualitatis,
quantū fieri pōt, conſonat harmonia.cętera vero infra ipſum hoīem, multitudi-
nis,diuiſibilitatis,alteritatis,diſſimilitudinis & motus tenēt exceſſum: vnitatis
aūt,indiuiſibilitatis,identitatis,ſimilitudinis & ſtatus defectum:& oīm maxime
ſubſtantiarū ſenſibilium potentia,vt q̄ iam quędam infinitudo ſit oīs diuiſibili-
tatis obnoxia,omnino altera,vt nihil ipſius capi iam poſſit, ꝙ ſibijpſi omnino ſit
idem,maxime informis, & formę formarum, & rerum exemplari diſſimilima,
maxime motui,inconſtantię & inſtabilitati ſubiecta,ita vt iam nullum oīno ſub
terfugiat motum. Et ita dicendum eſſe puta de eſſe,& nō eſſe,bono & malo, ve-
ro & falſo,pleno & inani,potente & impotente,neceſſario & contingente, ſapiēte
& ignaro,viuente & caduco. eut. Affeciſti me gaudio o Theoretice,cum de vno
& multis,indiuiſibili & diuiſibili,eodem & altero ſimili, diſſimili, ſtatu & motu
ita diſſeruiſti. The. Sublimis & ardua quę ex illis pendet o Eutychere contēpla-
tio,ſed quam ocia noſtra, & cum Neania ſuſceptum introductorię diſputationis
officium,impręſentiarum pertractare nō ſinunt. ℂ Proderit tamen Neanię, ſæ-
pius hęc elementa,ens,vnum,bonum,verum,plenum,potens,neceſſarium, ſapi-
ens, viuens:inſupervnum,multa,indiuiſibile,diuiſibile,idem,alterū,ſimile, diſſi
mile,ſtatum & motum,mente reuoluere,& eam(q̄ diuina requirunt) ſolerti ida-
gine quærītare intelligētiā. Nos ergo,ſi vobis gratum eſt,ad aperiendā literā ani 18
mum cōuertamus. ℂ Eu. Venia tua dixerim,o Theoretice:nōnulla ex dictis mi
hi ſurrepſerūt dubia,q̄,ſi placet, attendas. The. Quę illa ſunt? Eu. Primū dixiſti
potētiā egere ſubſiſtere ſub altero,& actū egere ſubſiſtere in altero. Sed hoc mihi
ingerit difficultatē,ꝙ nr̄a aīa deſtituta corpore ſubſiſtit, nihilominus act⁹ eſt. ſed
vbinā tunc in altero ſubſiſtit? Secundū, quo pacto euenit primā mentiū ꝓxime
ſub primo conſtitutā,quatuor indigētias ſuſtinere, & cū ſit vicine poſt primum,
non ſuſtinere pauciores? Tertium. Cum dicas primam mentium vicine ſub re-

rum principe conſtitutam,plus eſſe quam non eſſe,an illud non eſſe,intelligam⁹
maxime enti oppoſitū? Theo. Graues ſunt o Eutychere hæ tuæ difficultates, &
quæ propenſum laborem requirunt. Sed quia iam diu euagati ſumus, vtcunque
poterimus quam pauciſſimis tui gratia ipſas abſoluere annitemur. ℂ Primę igi-
tur hunc in modum ſatiſfacimus. Nam etſi noſtra anima noſtri corporis actus eſt,
20 ipſa tamen ſimplex puruſque actus non eſt. nam in ſe proprium eſſe, propriamq;
eſſentiam retinet. Sed an non meminiſti tantopere Ariſtotelem conatum fuiſſe
oſtendere noſtræ animæ intellectum eſſe agentem,pariter & intellectum potētię,
& capacem? Eu. Memini, tanquam nunc primum legiſſem. The. Hoc amice eſt
noſtræ animæ proprium eſſe actum,& propriam peculiaremque eſſentiam oſten
dere. Et non modo id ex Ariſtotele require:ſed ex variorum tum philoſophorū
tum magorum authoritate. leguntur enim zoroaſter & Mercurius ter maximus
ſenſiſſe,infimam mentium ſupremo corpori adherere & infundi, quo tanquam
medio craſſioribus & dimenſis corporibus copularetur. Spiritus enim ſimplex(vt
ſentiunt)immortaliſque, non aliter compoſito mortalique corpori quam per cor-
pus ſimplex & immortale coaleſcit,cōiungiturque. Et Plato animę attribuit nūc
vehiculum,nunc currum,quo eſſentiam ipſam & potentiam fixam, manentem,
indeficientemque,ſemper actui aſſeclam & comitem intelligit. Neque debemus
per ſupremum corpus & immortale, dimenſum cœleſte corpus intelligere? non
enim vſque adeo pingui fuerant ingenio, quos natura literarum primates nobis
tribuiſſe videtur)ſed eſſentiam potentiamque immortalem,qualem ſuprema en
tia immortaliaque ſub primo poſſident,quam & in analogia Magi vocāt ſupre-
mū corpus,ꝙ perinde ad ſuperiorum mentiū eſſe ſe habeat,vt inferiorū craſſiuſ-
cula hęc corpora ad formas. Quę eiñ inferiorum craſſe molis ſūt corpora, fluxa,
multiplicia & caduca,illic eſſētię ſūt ſtabiles,ſimplices,immortaleſq;. Et rationa
lis aīa,qua vtraq; natura & ſuperior & iferior cōciliarer & quę eſt vtriuſq; media
iure vtranque potentiam & ſtabilem & defluxam ſibi vēdicat:vt hac mortalibus
coniungatur, & a qua deficere & ſolui queat:illa vero immortalibus & æternis,
& qua immortalis ſempiternaq; perſeueret,& iugiter permaneat. ſic etenim in ip
ſa medio modo & proportione æqualiſſima conſonabunt vnū & multa, diuiſibi-
le & indiuiſibile,idem & alterum,ſimile & diſſimile,ſtatus atq; motus. Sed proli
xior ſum quam voto conceperam. Eu. Satis dictum o Theoretice:& hac, tua gra
tia,ſatis ambiguitate ſoluor. ℂ Theo. Secunda ad altiorē ſpeculiationē nos vo
21 cat. Attamen quicquid ad alteritatem vergit,non paucioribus quatuor egere ne-
ceſſe eſt. Eſt autem eſſentia alteritatis principium,quę a ſe nequaquam ſubſiſtit,
quin potius ad non eſſe vergit,alteritatem reſpiciens. Eu. Indubie. The. Neq; ſi-
ne actu eſſe poteſt. nam nullā prorſus agendi facultatem retineret, quam tamen
proximum primo,poſt primum maximā habere neceſſe eſt. Eu. Neceſſe. Theo.
& finitam quidem. nam ſi infinitam haberet,iam immunis potentiæ eſſet,puriſ-
ſimus actus,atque ipſum maxime ens. Eu. Certe. Theore. Neque is actus a ſeip-
ſo eſt. finitus enim eſt. nullum autem infinitum, a ſeipſo eſt. Euty. Sic eſt omni
no. The. At prima ſub primo conſtituta intelligentia,ad alteritatem labitur. Eu.
Labitur. The. Eſt igitur ex eſſentia,alteritatis principio, & eius eſſe atq ue actu,
quorum neutrum a ſeipſo ſubſiſtit. Euty. Eſt. Theo. Neq; igitur ipſa tota intelli
gentia a ſeipſa ſubſiſtit. quo pacto enim totum a ſe ſubſiſtet, cuius nulla partium
a ſe ſubſiſtit? Euty. Impoſsibile. Theo. Subſiſtit igitur ab altero. nam omne, aut
a ſe aut ab altero ſubſiſtere neceſse eſt. Euty. Confiteor. Theoreti. Et melius eſt
quicquam propter finem,quam temere fieri. Euty. Melius ſane. The. & melius
propter meliorem,& optime propter optimum. Eu. Optime. Theore,& primum
ens maxime bonum & potens,vnumquodq; quam optime fieri poteſt efficit. Eu
tyche. Indubie. The. Primam igitur mentium,ſummum bonum ab ipſo quidē
vicine manentem,quam optime fieri poteſt efficit. Eu. Etiam. Theo. Eam igi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur propter finem efficit, imo propter optimum. Vides ergo quo pacto quicquid
ad alteritatem labitur, paucioribus quatuor egere non valeat? Eu. Videre videor.
¶ Sed ad altiorem contemplationem inde etiam contendebas? Theore. Longe o 22
Eutychere. sed nos diutius immorari oporteret. Euty. Minime profecto, nam de-
siderantibus, & cum gaudio & gestione mentis auscultantibus, nihil diuturnum
esse videtur. Quidnam ergo aliud? Theore. Quid o Eutychere, si prima mentium
a nobis constituta, quatuor indigentias passa, etiam a primo quarta sit? Eutyche.
Quo pacto id? Theor. Nam supra ipsam mentem est vnitas, æqualitas, & conne-
xio. Eutych. Quid hoc o Theoretice? Theor. Hic magi, hic prophetæ desudant,
Philosophi autem citra quiescunt. Age, dic quæ sit natura boni? Eutyche. Se dif-
fundere, vt arbitror, & communicare. Theor. Satis apte respondisti. Nonne ergo
maius bonum se magis diffundit, propagat & communicat? Euty. Magis. Theo.
Quod quidem si minime faceret? Eu. Eius esset quædã otiositas. The. Et si adhuc
maius bonum? euty. Adhuc magis. Theo. Quid igitur si infinite bonum? Euty.
Infinite se communicabit. Theo. Alioqui esset quædam otiositas. Torporem au
tem omnem & otiositatem infinita plenitudo vitat. Sed nonne summa vnitas, ea
dem est & summa bonitas? eutyche. Est. The. Si igitur in infinitum fundit, pro-
pagat, & communicat. euty. Ita oportet. Theo. Sed an extra se, se in infinitum
fundat? an extra se, se cuiquam infinite communicet? eutyc. Non mihi videtur.
Nam extra ipsam omnia sunt finita, capacitatisq; finitæ. Theore. Ita est, illa igi-
tur summa bonitas, intra se seipsam infinite diffundit, & propagat: & quia cui se
infinite communicat, finitum esse non potest, capacitatisq; finitæ, ipsum infini-
tum esse necesse est, quod & ideo vocant æqualitatem. eutyche. & merito. The.
At in quocunq; vno est vnitas & æqualitas, vtriusque connexionem esse oportet.
eu. Oportet. Theor. At in primo est vnitas & æqualitas. vnitas quidem infinita,
immensę & infinitę æqualitati se infinitę diffundens & propagans. Alioqui illa
summa bonitas quodammodo vacua otiosaque esset. Eu. Esset. Theo. Est igitur
vtriusque connexio. Eu. Est. Theo. At ex maxima vnitate & maxima æqualita
te non subsistit maxime vnum, sine maxima connexione. eu. Non videtur. Th.
Est igitur illa vtriusque connexio, maxima: quare & infinita. eutyche. Oportet.
Theo. Sed nonne summa vnitas etiam summum ens est, summe bona, vera, ple
na, potens, necessaria, summe sapiens, immortalis & ęterna? eu. est indubie. the.
Nunquid ergo se ęqualitati infinitæ diffundet: communicabit, propagabit, non
diffundendo, communicando, & propagando suam infinitam entitatem, bonita-
tem, veritatem, plenitudinem, potentiam, necessitatem, sapientiam, & vitam?
euty. Minime profecto. Theo. Aequalitas igitur est maxime ens, maxime bo-
na, maxime vera, plenissima, omnipotens, maxime necessaria, summa sapiẽs, im-
mortalis, & æterna. eu. Ita est. Theo. & maxima vtriusque connexio, nunquid
maxima est. si maxime ens, bona, vera, plena, & potens non est? eu. Minime ita
esse potest. Theore. est igitur maxima vtriusque connexio, maxime ens, bona, ve
ra, plena, summe potens, summe necessaria & sapiens, vita viuens immortali &
sempiterna. euty. Necesse est. Theore. Quare sicut summa vnitas omnium est
principium, æque & summa æqualitas, omnium principium: & ipsa summa con-
nexio. omnium & vnitas, æqualitas & connexio, non sunt nisi vnum, summum
ens, summe vnum, summe bonum, verum, plenum & potens. Euty. Vnum cer-
te, & maxime vnum. Theore. & nonnulli Magorum (qui diuinæ sapientię radio
eorum mentibus illapso, viderunt illam summam vnitatem suæ ęqualitati se la-
tissime diffundentem, & totam propagantem) diuina ora soluerũt, dixeruntque
deum gignere deum, nam summam vnitatem viderunt gignentem, & summam
genitam ęqualitatem. euty. Altissima viderunt o Theoretice. Thero. Vides er-
go iterum primam mentium quatuor egenam, tria hæc, vnitatem, æqualitatem,
& connexionem supra se habere. euty. Aperiat mihi mentem o Theoretice ip-

sa beatissima vnitas, infinitę sapiẽtiæ pelagus, & ad id credendum, & ad quantum
mortalib⁹ fas est, intelligendũ. The. Et mihi o Eutychere ipsa summa ęqualitas.
Ne. Et mihi ipsa summa & beatissia vtriusq; cõnexio. th. Imo vero nobis & om
nibus illã pie quęrentibus summa vnitas, summa ęqualitas, & summa cõnexio:
12 vnum, idẽq; principiũ, summa entitas, summaq; bonitas. ¶ Sed pergam⁹ o Euty-
chere. In primo vnitas, est in intelligẽtia quoddã vnitatis vestigium, & ꝙ illic est
ęqualitas, hic iam est quędam alteritas, & ꝙ rursum illic maxima & simplicissi
ma vnitatis, æqualitatis absq; quacunq; cõpositione connexio (vbi enim maxima
vnitas, nulla prorsus compositio esse potest) hic iam vnitatis, & alteritatis quæ-
dam compositioni adueniens connexio. Et vbi in primo est summa vnitatis, ęqua
litatis, & nexus sine pluralitate vnitas: hic iam quædam vna multitudo, & multi-
23 tudinis vnitas. ¶ Sed age o Eutychere, an intelligentia vnitatis & alteritatis com
positio magis sit ab eius vnitate, an magis ab eius alteritate? Eu. Aeque ab vtra-
que, vt mihi videtur. The. Neq; cur potius sit huius q̃ illius, esse videtur. Eutyc.
Non. Theo. Et ab vtraq;, simul quidquid est, accipit. Eu. Accipit. Theo. Et in in-
telligentia, vnitatis, & alteritatis compositio, in ipso summo vno cõnexio est. Eu.
Est. Theo. Non igitur summa connexio ab vnitate solum, aut æqualitate solum:
sed æque ab vtraq; & simul enascitur & procedit. Euty. Sic mihi certe prima in-
telligentia insinuare videtur. Theor. Nil mirum. nam ipsa, & vnumquodque ad
ipsius summe vnius, summæ vnitatis, æqualitatis, & connexionis similitudinem
factum relucet, hoc vt propinquius simulachrum, illud vero vt remotius. ¶ Ex
24 his Eutychere coniectare posses, cur nonnulli philosophantium (qui citra vnita-
tatis, æqualitatis, & connexionis mysterium defecerunt) vt Anaxarchus Abde-
rites, infinitos mundos esse statuerint. Eutycherus. Cur hoc? Theor. Vt illa in-
finita bonitatis plenitudo se infinite communicaret, propagaretq;, & ne vlla ex
parte vacuam otiosamque confiteri cogerentur. At mundus quamoptime fieri
potuit, factus est: melius autem, ipsum vnum esse, vt qui sic suo diuino opifici eua
dat similior, ille enim sua vnitate, sui opificis summæ vnitatis æmulus est, & sua
bonitate, summæ bonitatis. Est itaque mundus hic ens & vnus, bonus, verus, &
plenus quantum eius natura, entitatis, vnitatis, bonitatis, veritatis & plenitudi-
nis capax esse potuit, perperam ergo tibi ne videntur nonnulli plures mundos es
se asseuerasse? Euty. Perperam. Theo. Et longe dissonantius, qui infinitos asse-
ruere. Eut. Dissonantius certe. nam id summæ vnitati dissimilius, atque infimę
potentiæ (quæ quædam infinitudo) est affinius. Theore. Nec defuerunt alij, qui
hunc corporeum mundum, vnum tamen, sed in infinitum esse defendere conati
sunt. Euty. Eadem, vt opinor, de causa. Theore. Eadem vt scilicet ipsa summa
bonitas se infinite diffunderet atque propagaret. At id absone quidem. Nam
cum ista corporea moles plenitudinem impediat, non vident se eam summę ple
nitudini æquam facere, imo & totam infiniti mundi entitatem, infinitę entitati
æquam, & vnitatem vnitati, alioqui summa entitas, vnitas, bonitas & veritas, nõ
se (vt volunt) infinitę diffundent & communicabunt. Et horum & priorum posi
tionibus, allata ab Aristotele accidunt incommoda. Et nunquam inter philoso-
phos pax firma habita est. ipsam licet quærentes veritatem, donec ipsa semper
benedicta omnibus seculis quęsita veritas, & summa summę vnitatis ęqualitas,
virgineis visceribus illapsa, mortalibus innotuit. hęc siquidem tanti erroris ca
ligine ductos philosophos reconciliauit, & cum hominibus conuersata, se viam,
vitam & veritatem patefecit, & se omnia a summa parente vnitate plenissime
accepisse. Sed te his arbitror contentum. Euty. Maxime o Theoretice. video vt
posteaquam vel tenuiter deprehensum sit summę vnitatis, æqualitatis & conne-
xionis mysterium: protinus vanescant omnes de huius mundi finitate & infini-
tate, vnitate & multitudine ambiguitates. The. Ita. & de huius mundialis machi
nę nouitate & sempiternitate. Sicut enim dimensa plenitudo sese habet ad sum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mam & infinitam plenitudinem, ita quoq; nouitas & tēpus ad summā infinitam
que sempiternitatis immēsitatē. ¶ Tertię autē questionis discutiēdę postea ali- 25
quando opportunior dabitur locus. Et satis nunc digredivisi sumus: ad Neaniam
(cuius gratia disputatio nē hāc suscepimus) familiariora declarādo, nunc nos cō
uertimus. ¶ Dic ergo o Neania nostro resumpto proposito, quot primi & firmis- 26
simi principij conditiones assignas? Ne. Tres, notissimum esse debet, non condi
tionale, & quod quemlibet docendum, & se alicui disciplinę mancipantē, habere
necesse est. The. & hę conditiones de principio doctrinę, & non de primo ente &
maximo subsistendi principio intelligēdę sunt. Primū eñ rerum principium no
bis notissimū nō est, neq; necesse est quēlibet suscipiēdę disciplinę idoneū ipsum
habere. Adde ꝙ conditionale esse aut nō conditionale, principia doctrinę & nō
rerum comitantur. ¶ Quot errores circa ipsum contingunt? Nea. Quatuor. Pri- 27
mus est ipsum demonstrare conantium. Secundus, ipsum negantiū. Tertius con
tradictorias concedentium. Et quartus, ipsas negantium. The. ¶ Qui ipsum de-
monstrare moliti sunt, similes euaserunt iis qui accēsa face in serenæ diei medio
ad faculæ lumen cæteros ad contēplandum solē accerserent. Nea. Hi ridiculi ni
mium. The. & illi, magis tñ reliquis venia digni sunt, vt ex intelligentię pauci-
tate discernere non norunt inter propter se notum, & notum propter alterū, sicut
oculus ęger impotens iudicare an albedo an nigredo magis visibilis, imo an color
an lumē magis visibile, qui vero ipsum negāt, & qui contradictorias concedunt
vt olim Heraclitus & Protagoras, eorūq; aitipulatores, quiq; eas negant, mera in
sania laborare vidētur. Sed hæc omittamus, nullus eñ nostrum, huius morbi su-
spicione tenetur. Eu. Attñ o Theoretice hac nostra tempestate vidi qui in aliquo
rum sophismatū curiosa obseruatione contradictorias negarēt: neq; credo defue
runt tāti erroris duces, qui & scripto vestigia reliquerūt. The. Sophistę erant, o
amice. Eu. Haud dubiū certe est, & quos malus abstulit error. The. O Neania ad
sciētiarū principia nunq̄ pertinax esto: eorū sanioreē intelligētia, quantū fieri po
test, capessere studeto. magisq; ipsis vel sine rōne credito, q̄ persuasionibus, quas
ad infirmę mentis velamen nubēq; depellendā adducere solemus. Sūt eñ in vna
quaq; disciplina ꝓpter se, & nō ꝓpter alia nota & maxie oim si dignitates existūt
¶ Sed proficiscamur vtrū entis vt ens est, huius disciplinæ consideratio sit? Ne. 28
Est indubie. Nam entis quatenus ens est, eius disciplinę consideratio esse debet,
quę supremas causas, supremaq; principia rimatur & considerat, hanc autem di-
sciplinam supremas causas & suprema principia rimari atq; inquirere iam cogni
tum est. Ad hanc igitur disciplinam nimirum hęc cōtemplatio accommoda est.
¶ The. Vtrum ergo hęc disciplina potius sit substantiæ? Ne. Potius. Nam huius 29
disciplinæ potior eius entis consideratio est, a quo vt principio cętera pendent, &
cuius gratia cętera subsistunt, tale autem ens substantia est. Pendent eni cætera
ab ipsa, & ipsius gratia sunt. Theo. Et maxime omnium a suprema illa substan-
tia, quę eadem supremum & primum ens est omnia pendent, & eius ipsius gratia
sunt omnia, quapropter maxime eius solius substantiæ, quæ & maxime ens est,
huius disciplinę contemplatio suscipiēda est. Nea. Oportet. ¶ Theore. An hęc 30
etiam disciplina accidentia consideret? Nea. Accidentia etiam, nam acciden-
tia ad substantiam sese habent: vt salubria ad sanitatem. Atqui eiusdem disciplí
nę est sanitatem & salubria considerare, igitur & eiusdem considerare substan-
tiam, & accidens. At huius disciplinę (vt modo cognitum est) est substantiam
considerare, considerat igitur eadem & accidentia. Theore. Certe vt entia quæ-
dam sunt, quo fit vt huic disciplinę omnium substantiarum pariter & acciden-
tium incumbat determinatio, quandoquidem substantiæ omnes & omnia acci- 31
dentia, in primam & maxime subsistentem substantiam, imo in ipsum maxime
ens, & omnino quidē verius reducuntur restitu unturque, quam salubria in sani-
tatem. Ne. Consentaneum videtur. The. Scilicet vt entia quædā sunt. ¶ Vtrū

consideret vnum, multa, idem, alterum, simile, dissimile, æquale, inęquale, statū,
motum, vnius negationē atq; priuationem, & cætera talia quę prius pertractaui-
mus? Ne. Mihi quidē sic oportere videtur. nam vnum & ens eadē sunt natura, &
sese mutuo sequuntur, vt duo hęc principium, & causa: attamen ratione diuersa
sunt. Entis aūt natura hæc disciplina contēplatur: contēplabitur igitur & vnius.
Quod si vnius naturā, igitur & multa. sunt eñ vnum & multa opposita: & opposi
torū eadē disciplina est. The. Imo maxime ens, de quo huius disciplinæ pricipa
lissima cura est, maxime vnum est, & a quo cætera vt vna sint, suæ vnitatis su-
munt exordia. & de eodem & altero, simili & dissimili, æquali, inęquali, statu, &
motu, eodē constaret argumēto. nā dictum iam est ipsum maxime ens maxime
idem esse, ipsum itē esse oīs similitudinis veritatē atq; exemplar, & summā ęqua
litatē & stabilitatē, idē aūt & alterum, simile, dissimile, æquale, inæquale, stabili-
tas & motus, opposita sunt. & non minus hæc disciplina, non entis mali, falsi ina-
nis, impotentis, contingentis, ignorātis & caduci contēplatrix existit. Quo fit ite
rum vt nō mō de vnius, sed & entis, & bonis, & veri negatione & priuatione, suū
munus & sit officiū sit considerare. Negatio eñ in quadā absentia, defectuque ab
ipsa prima entitate, vnitate & bonitate cōcipitur: & priuatio quadam subiectam
naturā respicit, quæ non habeat quod habere nata sit. Ne. Hęc igr̄ oīa vt affirma- 32
tio & negatio: & habitus & priuatio, conditiones rerū respiciunt atque importāt.
Th. Hoc in loco bone fili, in dialecticis aūt & sermocinalibus disciplinis dicibi-
liū & notionū conditiones. Sed ꝓcedamus. Vbi primū inuenis negationē? in pri
mo ne, vbi est infinita entitatis plenitudo, & pariter vnitatis, bonitatis, & cętero-
rū? Ne. Minie. th. Vt neque in infinita luce aliquid tenebrarū reperis. Ne. Simi
le. the. Sed prima mentiū deficit ne ab illa summa ētitate? Ne. Et vnitate quidē
& bonitate. th. Sicut q̄libet lux finita ab ipsa lucis infinitę deficit plenitudīe. ne.
Aeque. The. Est igitur circa prīam mentiū negatio. Ne. est. The. & nō circa ip
sum maxime ens. Ne. Non circa ipsum. Theor. & affirmatio & negatio opposita
sunt. Ne. Sunt. The. & opposita hñt fieri circa idē. Ne. Idipsum. Th. Circa aūt
ipsum primū non fit negatio. ne. Nullo mō. The. Igr̄ neque affirmatio, sed pri-
mū circa primā mentē. Ne. Videtur. The. Vides igr̄ quō ipsum primū & maxi-
mū est supra oēm affirmationē & negationē, positionē. & ablationē, imo & supra
oēm oppositionē. Circa eñ primū nulla contingere potest ablatio, quare neque
appositio. ne. Videre videor. The. An igr̄ nō esse oppositū sit ipsi prio & maxio
esse? ne. Non videtur. nā consensimus ipsum esse supra oēm affirmationē & nega
tionē, & oppositionē oēm. The. Non habet igr̄ affirmatio entis circa primū fieri,
nā est supra entis affirmationē, & etiā entis negatio circa ipsum fieret. ne. Me at
tonitū reddis. neq; cōsentire neque refutare audeo. the. Audentior esto. Nos eñ
hæc parua exercitamenti gratia ludimus. syncerius hæc alias & altiore ad contē-
plationis officiū mō te auditurū spera. ne. Dicā ergo, quod concessa & tua ratio
efficere videntur, entis affirmationē circa primū, locā non habere, imo neque ne
gationē. The. Primū igitur neque erit ens, neque non ens. Ne. Certe. vt ens, en-
tis affirmationē: & non ens, entis negationē insinuant. mihi eñ occurit entis affir
matio, vt q̄dam ipsius primi & maximi ꝓticipatio, ita vt ea ipsum magis partici-
pent quę magis bona & vera & ipsi similiora sunt, magisque in affirmatiōe sunt.
An potius tibi ridicula dicere videor. The. Acutius q̄ ego ipse expectabam re-
spondisti. Attñ si caperes ens atque non ens vt non metaphysicam affirmationē
& negationē sed logicam potius insinuant, auderes ne vtrunque de prio negare?
33 Ne. Nō auderē indubie. nā de quolibet hoc pacto affirmationē vel negationem
verā esse necesse est, de nullo aūt simul affirmatio & negatio vera este possūt. th.
Non refello tuū iudiciū. Tui gratia o Eutychere huc digressi fuimus. arbitror te
intelligere quorsum hęc nr̄a dicta vergerent. Eu. Abūde. & quo pacto multa, ma
lum, falsum, inane, debile, q̄ negatione designantur, non opponūtur primo, maxi

Universidad de Deusto Biblioteca

me vni,bono,vero.pleno & potenti,& vt ab esse prouenit vnitas,bonitas & veritas.ab essentia,potētia,& maxime materia,multitudo,malū,& falsitas:quo fit vt a materia potissimū pendeat non ens malum,falsum inane,impotentia contingētia,ignorantia,rerum mortalitas atque interitus. Eu. Consentaneum est. Theo. Non absone ergo supramundana entia longe plus esse quam essentiam participātia, potius esse posuimus. Eu. Non absone. The. & dignū est a maiori & digniori nos nostrā denominationē auspicari. Eu. Dignū. The. Simpliciter igitur & rite entia dicuntur. at si ad hæc inferiora despicimus, cū materia plurimum immersa obuolutaq; sint, parū actus participantia, si a maiori & dominante materia ea denominare volumus, certe potius quodammō dicenda erunt non entia, multa, mala, falsa, inania, impotentia, contingentia, ignorantia, fluxa & mortalia omnia, & si entia, vna, bona & vera videntur. Eu. Erunt indubie. The. Sunt ne ergo amentes & insani, qui has tota cura expetentes bonorum vmbras, quę bona videntur cū non sint, nunquam mentis aciem in ipsa vera entia & bona, & nullo vnq̄ fine desitura erigunt? Eu. Amētes & cæci. ¶ The. Sed sermonē sequamur. Indiuiduū 34
& singulare nonne id esse dicimus, quod per se totū subsistit? vt vnus homo, vnus leo, & vna plāta. Eu. Idiuiduū & singulare, substātię scilicet. the. Esto etsi accidēs indiuiduū singulare & vnū nūero describeres, forsitā diceres ipsum esse id accidens ꝙ totū in altero subsistit. Eu. & forte totū id esse intelligis, ꝙ vnius simpliciter pars non sit. The. Idipsum: & elementa plus materiæ sibi vendicare videntur cæteris sensibilibus omnibus, præsertim crassiora, vt terra, & aqua. & quāuis vnū quodq; eorū, unū actu indiuiduū esset, multa tn potentia esset imo innūero. quis em vnq̄ dicere valeat in quot stillas aqua diriimi possit, quarū q̄libet seorsum ab altera, idiuidua, singularis & vna numero est. Eu. Ignoraret profecto ipse Democritus, vt suarum atomorū numerum. The. & lapides & metalla valde multa potentia sunt. Eu. Valde, vt nullus mortalium numerum norit. The. & plantæ vnę in multas actu desecantur plantas indiuiduas & singulares, q̄ prius erant potentia. Eu. In multas. The. Et insecta animalia in multa discerpuntur animalia, vt ostendit mutilus coluber. Eu. In multa, at non in tot. quot et planta. The. Neque planta in tot quot metallum, neque metallum in tot quot et terra. Quod em insectum animal ad plantam, id planta, ad metallum, et metallum ad terrā esse videtur. Sed vn hæc indiuiduorū et differētiū numero multitudo tibi pendere videtur? Eu. Ex materia. Th. Nā q̄ magis materia recedunt, min⁹ hmōi singulorum multitudinē admittunt. Eu. Certe. the. & quia hō magis a materia recedit, & superiorē actum, et oim sensibiliū plenissimū obtinet, ideo rerū sensibiliū solus, cū vnus actu sit, nullo pacto hoim multitudo potētia euadit, alioq oporteret nostrā aiam diuelli dissecariq;. Eu. Certe. the. Et q̄ magis a materiali lege et natura quā hō ipse & nra aia recedunt, hāc diuersitatē et indiuiduorū numeroq; differentiū multitudinē magis fugiunt. Eu. Rōnabile. the. Qnquidē hæc, homo scilicet, et aia, potentię, et magis maioris potētię naturā sequuntur, et q̄libet aia nostra si seiuncta fuerit, et a corporeis vinculis absoluta, idiuidua et vna numero est, vt nullo ingenio aiarum multitudo esse possit, inter se tn multæ, indiuiduæ, et numero differentes sunt, prout diuersam sortitę sunt potentiā. q̄ tametsi materia non sit, conditionis tn eius ęmula, singulorum multitudinē numero differentiū admittit quā Peripatetícorum more possibilitatē quandā nuncupare possumus, et supramundanorum essentia magis a sensibilium potentia recedit, q̄ nostrę ab eadē aię possibilitas. Hmōi igitur multitudinem beata illa et supramundana entia magis quā nostræ aiæ refugiunt. Eu. Indubie. the. Sed quō magis refugiunt, si multę solo numero dissidentes supramundanæ mentes reperiuntur, q̄ admodum et nostrę animę possibilitati annixę? Eu. Non video. the. Videtur ergo tib iex fuga et distātia a lege et conditione materiæ, vnam solā eiusdem gradus supramundanā mentem subsistere, neq; vllā quancunq; alteram naturæ affinitate et cōsortio sibi cō-

Quod supiora potiⁿ esse q̄ nō esse ponenda sūt inferiora vero pⁿ non esse quā esse.

Quid īdiuiduum substātię.

Quid īdiuiduū accidentis.

Quod ex materia pēdeat rerū multitudo & diuisibilitas.

35 ¶ Theo. Quod ergo in infinitum superat euaditque semotum non modo a materiæ conditione & natura, sed & possibilitatis oīs, & oīs potentiæ, nunquid secū alterum solo numero dissidens admittit? vt duo scilicet paria, assimilisq; per omnia naturę rerum principia subsistāt? Eu. Minime omnium. The. Vna ergo summa, indiuidua, & super omnia entitas, & non duæ: vna summa & indiuidua vnitas, & non duæ: vna summa & maxima bonitas & veritas, & nō duę. Eu. Vna certe sola. The. & per oīa se fundēs, & suum singulis suęvnitatis & singularitatis im
36 primēs vestigium. Sed satis euagati sumus, iam resumamus dimissa. ¶ Ad te reuertor o Neania. An hæc disciplina sit omnium specierum tum substantiarum, tum accidētium, & earum priuationū atq; negationū? Nea. Omnium, nam quilibet sensus vnus, oīm sui sensibilis gnis specierum atq; priuationum est. igitur & quælibet disciplina vna, sui gnis scibilis, & omnium eius specierum, priuationū & negationum. at metaphysica, disciplina vna est, cuius genus scibile est ens. est igitur omnium entis specierum, priuationum, atq; negationum: species autē entis, species substantiarum sunt, & accidentium. est itaque hęc disciplina omnium specierum tum substantiarum, tum accidentium, earum priuationum, atque negationum. The. Recte. nam quod est sensus ad genus sensibile, scientia est ad genus scibile: & entis gnis scibilis, species (dico scibiles) sunt quas adduxisti. Nea. Hoc mihi difficultatem ingerebat, an diceres ens esse genus. sed scite adiecisti, scibile. nam Peripatetici ipsum esse genus logicum & prædicabile negant. The. &
37 docte certe: & ideo bene eius species logicas & prædicabiles negabunt. ¶ Et si te percontor, quo modo sensus vnus, priuationum sui generis sensibilis & eius specierum est, & quomodo visus tenebrarū? Ne. Dico per accidēs: & luminis & aliorum colorum, per se. The. Recte ais. ita & intellectus per se est entis, & entis spe
38 cierum: per accidēs autē, nusquam subsistentium. ¶ An vnum ab ente diuersam nominet naturam? Ne. Minime. Primo quidē, quia idē est ens, & vnū ens vt ens homo, & vnus homo. Secundo, quia eiusdē gnatione gignuntur, aut corruptione corrumpūtur. Fieri em nequit, vt vnum gnatione adesse possit, & alicuius corruptione abesse, quin eiusdē gnatione aut corruptione sit aut non sit reliquū, sed simul sunt, aut simul non sunt. non igitur diuersam nominant naturam. Tertio, vt vnumq; per suam substantiā ens dicitur, æque quoq; dicitur & vnū. non igitur diuersam nominant naturā. The. & quod in primo haud diuersam nominant naturam, in nullius cōtrouersiam venit: & vbi primā mētium ab oī aduētitia & accidētaria affectione sequestras, facile eā sua substātia ens & vnā esse intelligis, sed an homo & musicus diuersam nominēt naturam? Ne. Scilicet. nam musicus musicam nominat, quā non nominat homo. The. Sunt tn hō & musicus idē. Ne. Subiecto scilicet, & ratione multa. The. Refert ne in aliquo? Ne. Refert, si apte concipio. nam hō & musicus ratione & natura multa sunt: natura quidē, ꝙ musicus musicam artē nominet: alterius rationis & naturę ab eo quod nominat hō. ens autē & vnū & si ratione multa sunt, non tamē natura. The. Vis ergo eorum q̄ subiecto & substantia sunt idē, & ratione multa, hæc ratione sola multa esse, hæc autē ratione & natura. Ne. Volo. ¶ The. Vtrū cōmunes dignitates huius sint disci
39 plinæ? Ne. Sunt communes em dignitates dicimus cōmunissima principia, & q̄ vnicuiq; cōmuniter vt entia sunt attribuimus: & quibus inferiores disciplinæ vt cunq; ad suam materiam contractis vtuntur. Nil mirum igitur si huic disciplinę ascisciuntur. si em dixero, q̄cunq; sunt æqualia vni & eidē, illa inter se esse equalia, quid prōptus familiariusq; intellexero, q̄ quęcūq; entia vni & eidē sunt equalia? The. Nihil familiarius ipso quidē proloquio in suo ambitu vniuersimq; concepto: & si quisq̄ adducat, ꝓpter quod tale, alterū tale est, ipsum magis tale esse, quid familiarius intelligēdū occurrit, q̄ propter quod ens tale, alterum ens tale est, ipsum primū ens magis tale esse? Ne. Nihil. ¶ The. An hoc principiū. Impossibile est idē simul esse & non esse, primū sit, & firmissimū? Ne. Primum esse
40

Qd vnū est sūmeens, & nō plura.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nemo ambiget:nam dignitas & proloquium est.firmissimum autem est,quia notissimum,non conditionale,& quod quemlibet suscipiendæ disciplinæ idoneum habere necesse est. The.& probe quidē. circa ipsum enim nullus idoneus disciplinæ auditor errabit vnquam.Attamen circa ea quæ ignoramus,erramus, decipimurque frequenter.& circa vnumquodq; entium ita esse,vt ipsum sit, aut non sit,necesse est. non est ergo conditionale:& si quisquam percipiendæ disciplinæ committitur,qui vsqueadeo hebes & corneolus comperitur,vt nesciat,an ipse sit an non sit,fuste certe arcendus est : assimilis nimium vere illi qui e regione solis in media luce locatus,solem non sentit , & ineptus pictoriam discere quærit . hic corporis oculo cæcus est,ille mentis. Et certe quanto huiusmodi principia communissimarum vniuersalissimarumque notionum existūt, quę maxime proprie intelligendi facultati addictæ sunt, tanto minus circa talia eum qui mentis oculis captus non fuerit,errare conueniet:vt neque sensum circa proprium imo maxime proprium sensibile,& cęteris pricipijs firmiora , accommodatioraque itellectui esse debent. An plura desideras? Ne. Nulla prorsus, nisi sequentium (quæ mihi satis facilia videntur)expeditionem,si expeditissima transcursio te non fastidit. Theo.Nihil me fastidis.transcurre vt voles.

¶Tertij dialogi finis.

¶QVARTVS DIALOGVS INTRODVctoriæ commentatiónis Metaphysicæ.

Neanias. Theoreticus. Eutycherus.

Aec duo & quadraginta,principium,causa,elementum,& reliqua sequētia quę in quinto distīguit Aristoteles,prēter eo. The. Tanto laborem nostrum minuis. Ne. Prōpta hęc mihi & captu peruia esse videntur : ꝙ sequitur prosequor. quęstionum seriem secutus.& responsiones adhibēs. The. Neque cura quæstiones ipsas tāgere , modo eas suo ordine dissoluas,adiungasq; responsiones quæ tibi aptiores videbuntur. ¶ Ne.Faciā vt iubes, hinc mihi sumens auspicia. Metaphysica a cęteris disciplinarum differt. Primo,Quią hęc disciplina, principia & causas entiū vt entia sunt considerat: non aūt reliquarum aliqua. Secundo, hęc disciplina simpliciter quid & substantiā contēplatur,quod nulla reliquarū facit: sed vnaquęq; circa aliquodvnū infra entis aut substantiæ ambitum suos limites coercet & astringit:vt exēpli causa,grāmatica,logica, rhetorica , circa sermonis cōtēplationē,musica & arithmetica circa numerorū facultatē,geometria & astronomia circa magnitudinē,naturalis philosophia circa substātiā q̄ intra se sui motus principiū tenet. Tertio. Hæc disciplina vniuersalis censenda est, cæteræ aūt particulares,quid em̄ notione entis vuiuersalius? quę oēs rerū gradus ambit & lustrat.quid notione vnius boni & veri? quid deniq; ipso maxime ente , vno bono,& vero cōmunius & vniuersalius? quorū potissimum hęc disciplina contēplationi inhiat atq; addicitur. nil mirū igitur hanc disciplinā a cęteris disciplinarū distare. ¶Theo. Certe distato fili:& huius disciplinę tota vis circa ipsius entis, vnius boni,veri,& reliquorum talium contēplationē immoratur,& sola disciplinarum,rerū quiditates suæ contēplationi peculiares delegit. Cęterarū aūt nulla, neque vnā quidē quiditatē nouit. Ne. Quo pacto id? The. Forte quiditatis nomine,tenebris te obuoluo. Ne. Sane. The. Nonne dixisti hanc disciplinam circa entis cōtēplationē,vnius boni,& veri,& cæterorum taliū persistere? Ne. Dixi equidem. The Hoc ipsum est ꝙ dico,& tamē illud idē te fallit. Nea. Haud intelligo. Theo. Sic intelliges:summa entitas , omnium entium quiditas :& summa vnitas, omnium vnorū quiditas:& summa bonitas,omnium quiditas bonorū,& ipsa

summa maximaque veritas,omnium verorum.nec alio(audito metaphysicę quiditatis nomine)vnquam tuam mentem deflecte.Ne.Nulla me iam nube obducis,paucis quid rerum metaphysicas quiditates vocemus, pulchre aperuisti. nec iniuria profecto metaphysicæ dicuntur,nam supramudanæ sunt, & diuina contēplatione dignissimæ.& nescio quæ monstra hactenus mihi has diuinas quiditates commentabat,nunc quiditatiuas notiones,nunc absolutas,huiusmodi quiditates vocans. The. Et fortevenia digna dignus si logicas dixisses.Ne.Protinus etiā relabebar ad aliquam mihi tristem logicam,& nullum mihi commodum nisi inanem garritum parturientem.Theo. Attamen audiueras hanc disciplinam esse diuinarum ęternarumque rationum.Ne.illæ nostræ sunt quiditates, attamen nihil audiueram.quicquid enim hactenus hausi.peregrinis duntaxat disputationibus hausi,longe forte a tua & mei institutoris. Oneropoli intentione alienum.& nonnunquam luctatus sum mihi quasdam vniuersales naturas somniare,quas metaphysicas quiditatesvocarem,& a quibus generis,speciei,& differentiæ conceptus extorquerem.The.Omnia hæc & tibi & alijs ob platonicarum idearum introductionem irrepserunt.& certe is locus ideas requireret.Ne. Quo pacto? The. Nos nimium expatiari petis.propositum prosequere,ne nos inaniter tempora traham? & postquam expleueris,si quo modo commodum videbitur,& diei declíuitas nostram non arcet disputationem,non recuso huius rei nōnihil paucis perstringere. Neanias . Non arcebit . paucissimis nempe quod superest absoluam,& pene iam explesse videor . & dimissa resumo.Hæc disciplina cum cæteris conspirat atque conuenit . nam reliquæ disciplinæ suum genus esse non commonstrant. ita quoque neq; hęc,quæ est ipsius quod quid est,hoc est substantiæ , imo maxime entis, maximęque substantiæ gratia.quę primum in hac disciplina contemplatur .

¶Et specialius sermonem deducendo,hæc disciplina a naturali philosophia altera est.Primo quod naturalis philosophia circa quoddam genus entis versatur.id
3 enim est substantia intra se sui motus & quietis principium tenens. prima autem philosophia circa ens ipsum totum negotiatur.Secundo.Quia naturalis philosophiæ consideratio solum circa mobilia & inseparata a materia & corporea mole existit. Prima autem philosophia potissimum circa immobilia absoluta & abstractissima,non modo omni materia & molis crassitię expedita, sed & potentia oiq; essentia. Tertio. Tota physica contēplatiovt contēplatio simi est,neq; materiam sine forma,neque formam sine materia considerat, sicut qui simum considerat,nasum quidem qui vt materia est,& cauitatem quæ est vt forma,consideret necesse est.est enim simus ,nasus cauus. At primæ philosophię præcipua contemplatio vt caui est.nam illas puras & simplices formas . imo illam simplicissimam formā & esse contemplatur. Attamen naturalis philosophia cum hac prima & supramūdana philosophia commercium aliquod obtinet,quodvtraque contemplatiua est. Est enim scientia omnis,omnisque disciplina,aut contemplatiua , quam theoreticam vocant aut actiua,administratiuaque,quam vocant practicam.aut factiua quam dicunt poeticam. At naturalis philosophia primum actiua non est.nā actiua,disciplina secundum electionem est,& earum actionum quas intra nos moderante prudentia gerimus.quarū quidē naturalis philosophia non est. Neq; quidā factiua est.Nā effectiua peritia itidem secundū electionē est,& earum effectionū quę in seruile opus & extrinsecum demigrant transeuntque.Harum autem naturalis philosophia non est,quippe quę neq; consultat,neq; quicquā electioni astringitur. Relinquitur igitur ipsam naturalē philosophiā cōtēplatiuā esse,qualem& primā philosophiā esse iamdudum cōmonstratum est . & nos cum oēm sciētiam disciplinārq; omnem in contemplatiuā actiuam aut factiuam partiti sumus. sciētię & disciplinę nominibus artem & prudentiam complectimur. ¶Hæc itē disci
4 plina a mathematica,dissidiū patitur,atq; differt.nā mathematica solū circa vnū genus entis versatur,vt quantitatem:neque ipsa quanta vt entia sunt cōtēplatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

quin potiusvt commensurabilia, incommensurabilia, aut aliquid huiusmodi. hęc autem disciplina omnino circa ens est, & omniavt entia quędam sunt explorat ac rimatur. differt igitur hęc disciplina a mathematica. Attamen cũ ea cõmercium tenet. Primo: ꝙ earumvtraq; contemplatiua est, & id superiore ratione de mathematica deducere promptum esset. Secundo. ꝙ vtraq; & metaphysica immobilia & tanq̃ separata contemplatur. Refert tamen, ꝙ hęc non re ipsa separata, quemadmodum diuina illa sapientia, & ideo iure theologia nominata, contemplatur. Et ex his perspicuum satis esse potest, tres ipsarum rerum contẽplatrices esse disciplinas: phisicam, mathematicam, & sapientiã quã theologiã nominamus, quę cæteras disciplinas tũ actiuas tum effectiuas lõgo interuallo desiderabiliores antecedunt. & longe omnium ipsa sapientia omnes antecellit, omnesq; longo interstitio post terga relinquit, vt quæ sit circa diuinum & honorabilissimũ genus. Et certe ex hac disputatione collegisse videor, solã sapientiam cœlestiũ domesticã esse, & cũ deo ipso domiciliũ (quo ipsum liberius semper contempletur, admireturq; & amet) propius quæritare. cæterę autem, inferiorum cultrices mihi essevidentur. ¶ Sed ne longior sim, procedendũ est. Accidentis non est sciẽtia. accidẽs enim id dicimus, quod neque semper neq; vt plurimũ verum est, sed raro. cuius quidem non esse scientiam constat. Primo, quia talium neq; disciplina contẽplatiua vlla est. nam omnis talis necessariorum est, impossibiliumq; aliter se habere neque quidẽ accidentium actiua & effectiua est studium curamque adhibet. sunt enim eorum quæ semper aut frequenter fiunt, veraq; sunt. nulla igitur accidentium scientia est. Secundo quæ accidunt, infinita esse possunt, neq; perspectam causam determinatam habent. omnis autem scientia & finitorum est, & certam, exploratam, determinatãq; causam habere necesse est. Tertio. de accidentibus sophistæ iurgia atq; inter se altercationes suscitant, qui siquidem suo more nulla disciplinis accommoda solicitant. igitur accidentium non est disciplina. Quarto. entium quædam semper sunt, quædam plurimum, quædam neque semper neque plurimũ sed rarenter admodum. Ad disciplinę sola ea curãt quæ semper sunt, aut plurimum: accidentia autem (etsi sunt) neque semper neque plurimum sunt. merito igitur disciplinæ, vt & eorum quæ temere eueniunt, accidentium curam despiciunt. ¶ Modi entium sunt, quid, & substantia, quantum, ad aliquid, quale, agens, patiens, quando, vbi, situm, & habitum, ens per se, ens per alterum, ens actu, ens potentia, ens pro vero acceptum, & non ens pro falso, qua entis significantia vtimur cum dicere solemus contradictoriorum alterum ens esse, & alterum esse non ens. The. Et quo pacto forte prius vtebaris, cum adducebas entium quędam semper esse, quædam plurimum, & quædam neque semper, neque plurimum, sed raro: volens intelligere verorum quædam semper vera esse, quæ nos necessaria vocamus. quædam vt plurimum vera, & quædam raro vera, quæ accidentia nuncupasti. Ne. Idipsum. & ens & non ens hoc pacto circa mẽtis complexiones fieri habent, in qua quidem subsistunt, & non in rebus ipsis. Et iam videor exegisse quod præsentis introductionis superẽdã laboris, nisi in aliquo me sentis oberrasse, aut minus prẽuidentem omisisse. The. Certe exegisti o Neania, & tuam ingenuam indolem parentem fecisti, & tuos institutores non futiliter in te literarum fundamenta iecisse. neque omisisti quicquam, sed iam huius dieculæ laborem (vt bene inquis) superasti. ¶ Ne. Dũmõ nobis nonnihil de ideis aperuerís. id etiam te facturum pollicitus fuisti, dũmodo diei declíuitas nostram disputationẽ non supprimeret. The. Hoc te fugisse putabã. Ne. Me nũquã. The. Cogis ergo me nouã subire palestrã, tibi tamẽ in futurũ conducere potest. Dixi, tibi & reliquis se communicantium naturarum ex Platonicis ideis opinionẽ irrepsisse, quas forte se cõmunicantes naturas in rebus ipsis locabas. Ne. Ergoverovbi locarẽ, non intelligebam'. The. & quanuis ex Platonicarum idearum itroductione talis opinio mẽtibus posteriorum illapsa sit, non tamẽ perinde ac plato sensere, Ne. Quo pacto nobis aperi. The. Iam aperio. Platonici triplex vnũ ponũt, vnum supra esse, vnum

6

7

in esse, vnum posse. Vnum supra esse, deum ipsum ineffabilem, intelligibilemq; ponunt, & patrem deorum. Et vnum inesse, varia apud ipsos nomina sortitur. Nominant eũ ipsũ ens, creatorẽ, imaginem patris, mundum intelligibilem, intelligentiam, rationem, verbum, filium dei, mentem diuinam, exemplar & ideam. Vnum post esse, spiritum & animam mundi nuncupant, sese per omnia late fundentẽ & viuificantem omnia: cui illud poetæ alludere puta.

Principio cœlum ac terram, camposque liquentes,
Lucentemque globum lunæ, Titaniaque astra
Spiritus intus alit: totamque infusa per artus
Mens agitat molem. & magno se corpore miscet.

Et vnum inesse, ipsum ens, bonum, pulchrum, omnipotens, sapientissimũ & ęternũ ponunt. ipsum aũt vnũ supra esse, ponunt supra ens omne, & õne bonũ & pulchrum. supra omnipotententiã, sapientiã, & ęternitatẽ. tertium vero vnũ post & infra ipsum ens, bonũ & pulchrũ, infra omnipotentiã, sapientiã ipsam & ęternitatẽ: vt iam in confinio æternitatis existat, & vt æternitatis horizon. Cætera aũt omnia infra ipsum & ipsũ immensæ sempiternitatis horizonta subsistũt. & hæc tria putãt maximos rerum prĩcipes. Et de primo nihil affirmant. nã si ipsũ, ens vocas: minus dicis q̃ ipsum est. est eũ supra ens omne. Si vocas bonũ, itidẽ, vt eorũ fert opinio. nã est supra õne bonũ: & ita si ipsum vocas verũ, pulchrũ, plenũ, potens, necessariũ, sapiens, aut æternũ. De secundo omnia affirmant. est eũ ipsum ens, imo ipsũ maxime ens, bonũ, verũ, pulchrum, & potens, & cuiuslibet rei exẽplar & idea. Et quo melius diuinæ mentis hoc est ipsius vnius in esse entis ideas (eo quo ponunt modo) concipias, hoc pacto accipe. omnia entia a maxima entitate suam sibi vẽdicant & assumunt entitatem, & hanc summã entitatẽ vocant entium ideã. & a maxima bonitate prodeunt omnia bona, quã & vocãt boni ideã. et a maxima veritate (quã & veri ideam ponunt) prodeunt omnia vera: omniaque in vnum summumque reducunt: vt omnes homines in vnum primum & summum hominem quem exemplarem & idealem hominem nuncupant. & omnes leones in exemplarem leonem, & omnes equos in exemplarem, idealem et intelligibilem equum: et hunc in modum quęcunq; naturæ affinitate inter se conspirant & conueniunt, in suam specialem ideam. & has diuinas & diuinæ mẽtis ideas, distinctas inconfusasque & synceras esse putant. et hinc exemplaris & idealis homo, solum est homo, neque vnus, neque plures. nam si vnus esset, hoc ideę vnius participatione haberet. & si plures, ideę multitudinis participatione: & proinde non pura & syncera hominis idea esset. et ita de exemplari leone, et equo, et reliquis. Aiunt enim, quicquid est in genere aliquo primum tale, nihil aliud est quam tale. Et si cupis concipere qualis sit mundus intelligibilis, sensibiles oculos aperi, et totam sensibilem machinam hanc oculis perlustra, omnes sonorum concentus et harmonias auribꝰ hauri, omnia odorum spiramina naribus. mox te ad intellectum reuoca, et concipe, quæcunque oculis lustrasti corporeis, et quæcunque vna alijs sensibus hausisti mundum esse sensibilem, et intelligibilis mundi huius quidem corporei, mundi exemplaris et ideæ imaginem. Quem quidem intelligibilem et exemplarem mundum si intellectuali oculo circunlustrare posses, hanc totam machinã, et omnes rerum species in veritatis et sua mirifica et haud dicibili pulchritudine conspiceres: illicque verum hominem, verum leonem, veram plantam, verum cęlum deprehẽderes, quę autem corporeis oculis circunlustrando attigisti, vera nõ sunt, q̃q̃ videntur, & talia esse iudicamꝰ: vt neq; tua in speculo imago, vere est ꝙ apparet. videt eũ hõ aut Neanias, cum tamẽ nõ sit, sed tu ad tuã imaginem vere es ꝙ ipsa tua imago insinuat atq; esse videt, & stellãtis cœli in torrente fluente effigies, nõvere ipsũ cœlũ est, nõ sidera quę essevidẽt, sed cęlũ ipsũ stelliferum septẽ errãtium siderum orbes ãbiens, & sua fixa sideravera sunt: vera q̃dẽ ad torrẽtis effigiẽ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ita fili quæ nos moribundis oculis contuemur, & nobis esse apparent, ignis, aer, aqua, terra, homo, leo, equus, planta, nos admonent ea non esse, sed illorum simulachra & effigies: imo vt placet Heraclito, & Pythagoricis, illa sunt fluentis torrentis, & continuo labentis effigies: quę (quanquam non sentimus) semper nullo remorante fugiunt: voluntq; nimium vera esse post ea a Nasone cantata.

Nihil est quod toto perstet in orbe.
Cunsta fluunt, omnisq; uagans formatur imago.

Ad hæc prima rerum genera, species, exemplaria & ideas, de supramundanis, & rerum quiditatibus Pythagorici, & Platonici locuturi, se conuertunt: quemadmodum Aristotelico more ad entis, imo maxime entis, vnius, boni, veri, & cæterorum diuinas rationes contemplādas: & primordia rerum optima nos ab his sensibilibus traducimus: dicuntq; ijs similia, quę ab egregio nostrę tempestatis Mantuano vate sunt decantata.

Mundus ab hoc, qui sub rerum fluxu atque reflexu
Assidue fugit atque redit, cadit atque resurgit
Longe alius, uiuunt illic hominesq;, feræq;,
Terra, fretum, uenti, atque ignes, & olympus, & astra,
Et quæcunque deus mundi produxit ab ortu,
Pluráq;. nam mundo diuina potentia maior.
Sed nihil est illic titubans, mutabile, fluxum.

Et rursum

Hæc est deus, sunt ista deus. deus omnia namque.
Propterea deus est mundus sine corpore, uiuens
Semper: & æternis in se hic habitauit ab annis.

Voluntq; Platonici semina quædam, & omnium idearum sigilla nostris animis esse ingenita: quibus quidem a rebus sensibilibus excitis, notiones specierum & generum (quarum obiecta sunt diuinę mentis species & ideæ) effingimus. Ex his o fili de Platonicis ideis & consimilibus dictis (quæ mira & alta sunt, & philosophica contemplatione dignissima) an ita sint, an secus, posteri mille mos naturarum se communicantium commentati sunt, & postremi in inanes quasdam ineptias, & in volitantia Democriti somnia (vt multis visum est) tandē decubuerunt, ita vt quęcunq; quisque noctu puluino nixus somniasset, operepretium duceret afferre in medium. Et quibus Aristoteles in Platonem agat argumentis, nostrum impręsentiarum recensere non est officium. & si procedere pergo, quo pacto eorum sentētia singula entia sui generis ideā participant, nox atra quę vicina est, nos intercipiet, & vos inaudite disciplinę sermones fastidient. Eutyc. Sat nobis o Theoretice pro hac disputatione impedisti, neq; nunc vltra quicquam desideramus. Nean. Nihil vltra. & de tantis gratias habemus. & nunc pater meus (vt arbitror) e rure redijt, oblectamentis corporeis exsaturatus. nos autem o Theoritice abs te abibimus animi referti. Theoreti. Cum voletis reditore, faciam vobis semper mei promptam copiam. Eu. Gratias habemus o Theoretice, reditumque & benigne & liberaliter acceptamus.

Commentariorum metaphisicę introductionis in metaphysicos libros Aristotelis, finis.

IVDOCI CLICHTHOVEI NEOPORTVENSIS ad Lectores exhortatorium carmen.

Quos cælestis amor, quos optima munina tangunt,
Huc uigili cura sollicitate animos.
Ecquæ Starigites cæcis occlusa latebris
Abdiderat, clarum sunt habitura diem.
Perpete cum sitis animo, & cælestis origo,
Vos patriam, & uestrum quærite principium.
Huc huc adsitis, mundi melioris adite
Mente deos, illic uita beata sita est.
Si quid opis petitis, perparua hic mole libellus
Suppetias uobis præsidiumq; feret.

Marius Aequicolus Oliuetanus D. Franc. Soderino S.R.Eccle. Cardinali Vulterrano S.

On est effœta vsqueadeo parens natura, vt præclara ingenia in dies magis non pariat. Quis in poëticis, Io. Pontanum, & Carmelitam Baptistam Mantuanum præstantissimos neget? Quis Ioan. Picum & Marsilium Ficinum in remotioribus scientijs non suspicit. Quis in multiplici rerum cognitione Hermolaum Barbarum, & Ianum Lascharim nostrum non laudat? Quis demum in reserandis philosophiæ latebris Iacobum Fabrum Stapulensem non admiratur? Ecce fores nobis aperit ad rerum naturalium cognitionem: quosq; ipsemet Aristoteles de Physica auscultatione libros editos & non editos fatetur, sic cognoscibiles fecit, vt a materia, forma, & priuatione, per causas ipsas, per motum, & quietem, tempus plenum & finitum, ad motorem, illum vnū immobilem peruenire sine offensione possimus. Inde vbi quintum patuerit elementum, ad quatuor illa simpliciter erit amœnissimus facillimusq; descensus: quibus cognitis, generatio fiet palam, & corruptio. Ab ijs quæ proxima supra nos regione generantur, viscera perscrutabimur altricis terræ: falsasq; de anima veterum philosophantium edocti opiniones, veram illius definitionem cum cognouerimus, per latebras, & quasi inuia vtriusque intellectus Paraphraste Fabro rimabimur veritatem. Sensu & memoria quasi conniuentibus in somno paululum quiescemus. Mox exporrecti ex longa vita, quam tibi per quam precamur, ad Metaphysicam sublimitatem introducemur. Si Aristotelem igitur veneramur, hunc admiremur. Si ad illius sensa cupimus penetrare, hunc perlegamus definit, partitur, collígit, explicat, refutat, astruit, enucleat, docet, & tanquam exortus aureus sol, tenebras ab omni lectione discutit, fugat, remouet. Hunc ad te mittimus vt & legas, & nostro seculo congratuleris. Habeant iam suos qui velint Themistios, Alexandros, Simplicios, Mario satis erit tantisper suus Faber: atque vt hendecasylla bo concludam.

Paupertas mea me lare in lareuti
Tuto contegat, ambitu remoto,
Contentus modicis, meoq; Fabro.
Viuam absque inuida, ualete curæ.
Vita in continuo labore, mors est.

FINIS.

Parisijs, Typis ac caracteribus Petri Vidouæi.
An. D. XXXIX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universitätsbibliothek
Heidelberg